M. VALERII
MARTIALIS
EPIGRAMMATA
cum notis FARNABII
et variorum,
Geminoq; Indice
tum Rerum
tum Auctorum,
Accurante
CORNELIO
SCHREVELI

LUGD. BATAVORUM,
Apud Franciscum Hackium. A° 1661.

D.e.







Viro Celeberrimo, Eruditione Nobili,

JOH. FREDERICO GRONOVIO,
J. U. D. & Linguæ Græcæ, Græcarumque historiarum in Illustri Academia Lugd. Batav. Professori celeberrimi, & p. t. Magnifico Rectori.

CORN. SCHREVELIUS, S. D.

MArtialis Epigrammata notis Variorum & tuis auctioribus etiam à me jam illustrata, ut Tibi Vir incomparabilis offerrem, tuoque nomini darem ac devoverem, fecit animus erga Te meus, quem multis nominibus devinctum jam habes. Utinam tamen majore, Teque digniore aliqua in re Tibi gratificando, mei erga Te mutui amoris, & tantæ, quanta coli mereris observantiæ testimonium dare possem. De immerente enim, merendi benignissimam volunta-

tem ita es testatus, ut in ruborem me dares, & prolixissimum hunc affectum, ultrò à tanto viro oblatum, perpetuo observantiæ cultusque genere colendum mihi ducerem. Cujus animi exiguum, sed fidum pignus, munusculum hoc habe, quod ex antiqua Votorum formula, Tibi Vir celeberrime, LIBENS. MERITO. DONAVI. DEDICAVI. Tu suscipe, & à claritate nominis tui, huic Operi splendoris nonnihil mutuare. Si erit, ut & Tu hunc meum laborem non omninò improbabis, tua fretus eruditione, vitilitigatorum morsus vel irridebo, vel contemnam. Vale magnum nostri ævi sidus, & Schrevelium nunc & æternum usu mancupioque tuum, amare perge.

VITA
M. VAL. MARTIALIS
EX
PETRO CRINITO.

Marc. Valerius Martialis genere Hiſpanus fuit, Bilbili natus haud ignobili oppido Celtiberiæ, ut veteres auctores tradunt; & ipſe Martialis cum pluribus locis demonſtrat: tum maxime his verſibus ad Licinianum municipem ſuum:

Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræque laus Hiſpaniæ,
Videbis altam, Liciniane, Bilbilim
Equis & armis nobilem.

Sub primam ætatem profectus eſt ad urbem Romam, quo facilius in literarum ſtudio verſari poſſet, ſuumque ingenium erudire. Sed cum agendis cauſis minime ſe idoneum videret, omnem operam atque diligentiam retulit ad ſcribenda Epigrammata: in quibus magnopere excelluit, judicio veterum. Maxime autem valuit in promerendis ſibi atque conciliandis hominum ſtudiis: adeo urbanitate & ſalibus præſtitit. Relata ſunt à C. Plinio permulta de ingenio & eruditione Val. Martialis: quibus ſatis colligere poſſumus quanti fecerit hunc ipſum poëtam, quantumq; illius verſibus oblectari conſuevit. Sic enim ſcribit: Fuit Martialis ingenio acri, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis haberet & fellis: neque candoris minus. *Itaq; minime mirari oportet: ſi Ælius Verus Imperator (qui Cæſari Hadriano gratiſſimus fuit) ſolitus eſt ſingulari affectu proſequi lepôres atque*

jocos poëtæ Martialis; suumq; Virgilium vocare. Neque dubium est, illum Romæ publicis honoribus ornatum atq; honestatum fuisse. Nam equestri dignitate donatus est, & prætura, & jure trium liberorum; ut ipse de se testatur. Lib. XII. Epigrammatωn composuit miro ingenio & singulari urbanitate; quibus adjecit Xenia & Apophoreta libellis duobus absoluta. In his secutus est Marsum poëtam, Pedonem, atque Getulicum: quorum exemplo seipsum tuetur: ac lasciviam verborum licentiam excusat. Valerium quoque Catullum & Licinium Calvum plurimi fecit: quod in hoc scribendi genere insignes habiti sunt. In duodecimo libro Nervæ atq; Trajano Imperatoribus blanditus est, damnatis temporibus Domitiani Cæsaris. Ad eundem refertur Spectaculorum liber: qui extra ordinem aliorum habetur à nostris grammaticis: ut vetusti codices probant. Inter amicos præcipue habuit Stellam Patavinum, Decianum, Silium Italicum, Val. Flaccum, Parthenium, aliosque complures; ad quos sæpenumero scribit. Stertinius vir clarissimus (quem Martialis mutato nomine Avitum appellat) tantum concessit ipsius ingenio atque doctrinæ, ut viventi adhuc illi imaginem more veterum in sua bibliotheca posuerit. Postremo cum Martialis foret provectior, tædio rerum urbanarum affectus in patriam rediit, atque in natali solo paulo post interiit: non sine lacrymis ac magno mœrore C. Plinii; ut ingenue testatus est; scripta epistola ad Cornelium Priscum.

AD

AD
LECTORES.

Asenium Paulum ſplendidum equitem Romanum elegos quos erudite ſcripſerat recitaturum atque incipientem dicere *Priſce jubes*, Jabolenus quidam Priſcus qui aderat, Paulo quidem amis, ſed ipſe dubiæ ſanitatis interpellavit: *Ego vero* inquiens *non jubeo*. orto audientium riſu, non dubium eſt quin Paulo aliena deliratio quantum frigoris attulerit. Atque hinc monet Plinius, [1] providenm eſſe tam ſolicite recitaturis, non ſolum ut ſint ipſi ſani, verum am ut ſanos adhibeant. Sanum profecto (mi Secunde) conſilium: que enim difficile erat vobis, qui intra parietes veſtros coram paucis que dilectis & amicis recitaſtis, inſanos amovere. Sed è publico hoc eatro quis præco amovebit [2] aſperos hoſce & auſteros Xenocrates, i Gratiis non litarunt? quis deſignator è cuneis patrum & equitum citabit [3] plebeji iſtos & ἀφιλοκάλω ingenii Marios, qui Muſis ſacra on fecerunt, facere non curant? quis Myſta à Muſarum ſacris arcebit rofanum hoc vulgus, imperitum juxta atque arrogans; & hoc arroantius quo imperitius? Alii namque (ut miſſos eos faciam, qui theaum ingrediuntur tantum ut exeant) ſeu aliorum præjudicio, ſeu fiucia ſui audiunt ſolum quod carpant, neque tam utuntur literis quam butuntur, in verbi unius aut alterius calumniæ anſam ſtruunt, quo oëtas in invidiam vocent: tum denique ſe Platonas & Ariſtarchos ra-i, ſi alienæ inſultent laudi, utque [4] ἄποδες aviculæ ramos arborum, ſic lli humeros bonorum affectent unde emineant. Alii, homines ignava opera atque ſervili ſententia, δεξιόσοφοι, pedarii judices & ex aliorum re penduli, illorum velificati autoritati, ſubjudicant potius quam præudicant. Alii barba tenus docti, piceo graves pallio, ubi à raſtris ad roſtra tranſcenderint, jamque oſtrum ſomniare auſi, vacuum plus nimio verticem inter aſtra condiderint, Mercurio cum Philologia ſua, quam quia ne primoribus quidem labiis prælibaſſe iis contigit, bona non dicunt verba, imo nuncium remittunt; Apollinem & Muſas, quas quia illis ne à limine quidem ſalutaſſe datum eſt, eliminandos clamitant, & inſcitiæ ſuæ prætexentes ſanctimoniam, cum artes omnes humaniores, tum Poëticam damnandam in totum (& ut cum [5] Sidonio loquar) *ex Aſſe* pronunciant. Alii denique (ut in arenam meam deſcendam, & ad mei ordinis homulos, ſalva ſemper doctis & bene meritis reverentia, quos nemo mortalium magis colit quam ego, magis veneratur) non ſubmittunt ſe Petronii arbitrio, qui generoſioris Poëtæ ſpiritum, ſanitatem amare negat, neque enim concipere aut edere partum mentem poſſe, niſi ingenti flumine literarum inundante: neque [6] Senecæ (pronunciantis, non poſſe eum aliquid grandius ore mortali canere, niſi qui vulgata & ſolida contempſit, inſtinctuque ſacro ſurrexit altior) autoritate adduci poſſunt, ut majorum gentium verſent

Poëtas;

1. *Providendum, &c.*] Plin. Sec. epiſt. 15. l. 6.
2. *Aſperos, &c.*] Plutarchus connub. præceptis, & Diog. Laërt. 4. lib.
3. *Plebeji, &c.*] Plutarch. vita Marii & Val. Max. lib. 2. cap. 1.
4. *Ἄποδες, &c.*] Plin. Nat. hiſtor. lib. 10. cap. 39. & lib. 11. cap. 47.
5. *Sidonio, &c.*] Epiſt. 14. lib. 3.
6. *Seneca, &c.*] De tranquillitate animi cap. 15.

Poëtas; sed suos, (ut ejusdem Arbitri verbis utar) ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriore verborum ambitu intexuit, putant continuo in Heliconem venisse. & quidni venerint? quando ipsis pædagogulis *Fauste precor gelida* sonet altius quam *Arma virumque cano*, & elegiaci omnes sordeant si conferantur cum *Qui mihi discipulus*. Sed unde hæc quæso vestra gravitas tanta, sapientia & sanctitas; imo pigritia, arrogantia & sinisteritas? Poëtæ, quod prætenditis, obscuri sunt. Sed videte ne hoc vitium à vobis sit, qui non assidua lectione redditis eos magis familiares. Quin & commentatores satis luculenti facem præferunt: quorum tædium si vel delicati ferre non potestis, vel ad graviora forte studia properatis potius quam maturatis, en vobis sensus medullam notæ admarginales præstant. Sed inutilis est (ut causamini) eorum lectio, & (quod dixit [1] Zeno) ad perceptionem disciplinarum nihil alienius Poëtica. Vobis quæ non legitis, an expectatis usui esse posse? discite quid dicere Plinius solitus sit, [2] referente nepote suo: Nullum esse librum tam malum, ut non aliqua ex parte prodesset. Ac ne virtutes & utilitates Poëticæ cogar in hoc transcursu licentioris quam institueram præfationis recensere, D. Augustino vobis autore, colligite quæcunque ab Ethnicis scripta sunt, & in usum vestrum vindicate, possessoribus illis injustis erepta. At ex Poëtis plerique dum tetrica volunt amœnare verborum nuditate atque rerum obscœnitate aurium reverentiam incestant, animi mores corrumpunt. Nolite quæso loqui perinde ac si in Platonis republica, aut cum perfectis hominibus viveretur. quasi vero detur sincerum aliquid, sine mali admistione purum & ab omni terrena fæce quasi divino igne excoctum. Profert (habetis enim fatentem reum) hæc [3] Ægyptus noxia multa & multa salubria cultori medicamenta; habet hæc Attica ut mel optimum, ita cicutam lethalem: & in amœno hoc prato urticis sæpe violæ, spinis rosæ internascuntur. Vos apum more omnia lustrate, optima libate. Neque enim si quis ingenio bono male utatur velitque per curiositatem esse ingeniose nequam, culpam in alium quam in se conferat. Laudato sane utilique exemplo castigant hodie castrantque nequiores Poëtas; uti & hunc nostrum Matthæus Raderus. quod & mihi in animo erat. verum, partim, ne arguerer difficilia, & quæ Delio aliquo natatore atque interprete qui Sphingem acceperit opus habent, sub prætextu obscœnitatis omisisse; partim, amicorum id à me efflagitantium precibus victus, Poëtam integrum edidi. Quoniam autem *Castum* (ipsius [4] Catulli judicio) *decet esse pium Poëtam*, interpretem multo magis esse oportere judicavi, neque oleum flammæ addere, neque Veneris urticas, [5] οὔτε τὰς ἐκ τῶν βιβλίων ἀκάνθας ἐκλέγειν, ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς ἄξια· consultò epigrammata obscœniora [6] silentio prætervexi, quæ alium malo quam me explicare, alium intelligere. quorum quidem lemmata obelo in priore editione transfixi, quo vada hæc cæcosque

1. *Zeno, &c.*] Diog. Laërtius lib. 7. de vitis Philos.

2. *Referente, &c.*] Epist. 5. lib. 3.

3. *Ægyptus, &c.*] Plutarchus de Audiendis Poëtis ex Odyss. Homeri δ.

4. *Catulli, &c.*] Epigr. 16.

5. Οὔτε τὰς, &c.] Ulpianus apud Athenæum lib. 15. cap. 3.

6. *Silentio prætervexi, &c.*] Τῷ ἀπεζωσμένῳ δῆλος γινόμενος δυσχεραίνων τῷ λόγῳ. Epict. Enchir. cap. 55.

e ſcopulos cautius declinaret lector; non digitum ad lupanar inten- qua me calumnia in circulo ſuo Græculo neſcio quem agyrtam non duit perſtringere. Horruit mihi animus aperire ſentinam, aut mo- re cloacam. neque enim volui hos eſſe Philænidis commentarios urcidicos, Sotadicos, Lampſacenos, Cinædipolitanos, Ramireſianos. lis itaque prætermiſſis ac ſuppreſſis, ea maxime explicare atque exor- are curæ precium duxi, quæ ſublimia, acuta, mellis, lepôris, [1] pipera- eque facundiæ plena, in quibus ferventis fulmen ingenii & falſa do- inatur libertas: Denique, ne proloquii amplitudo anguſtias regula- s & ipſius Myndi modulum excreſcat; quoniam (ut ait [2] Plinius) enignum eſt & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris; bnoxii contra animi & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle uam mutuum reddere: quia in tam arctati operis inſtituto, in quo revitati, quantùm tamen ferat elucidationis neceſſitas, ſtudui, non da- ur ubique illud profiteri, hic agnoſco me ſecutum editionem Clariſſi- mi Viri Petri Scriverii; conſuluiſſe MS. unum venerandæ antiquitatis & fidei bonæ, in Bibliotheca Bodlejana, ut & alios duos MS. Oxonien- ſes; uſum fuiſſe ope commentatorum quotquot extant omnium, in conſilium adhibuiſſe Petri Scriverii animadverſiones, Gruteri notas, Facem artium & Criticos alios, Anthologiam diligenter contuliſſe, hi- ſtoricos inſuper omnes & autores noſtro συγχρόνους relegiſſe, quos ad Poëtam intelligendum facere judicavi, quorum alios cito quandoque teſtes, ad alios lectorem ſæpe brevitatis ſtudio relego: neque ſic tamen nihil ubivis feciſſe ſatis, neque aliis. ita plane deplorata jacet ſpes gra- tiæ aut etiam veniæ apud iniquiores impetrandæ. Sed gratuita uſque fruantur malitia. Ego neque [3] ἀνθλακτίζων Iſidis bajulos [4] μεγάλα λακτίζοντας κ' ἐπὶ ὄνυ ἔργῳ μεγαφρονοῦντας, neque [5] crura ſuffringens canibus, qui ſi non latrant, hirriunt tamen; neque [6] armata elidens manu anſeres, rabioſo ſtridore in me impetum facientes, dum alius mi- hi tunicam lacerat, alius vincula calceamentorum reſolvit, alius crus meum ſerrato vexat morſu: in ſcientia, judicio & candore eruditorum & cordatorum ſecurus acquieſco:

[7] —— τί με σὺ κάτω ἕλκεις ἄμουσοι;
Οὐχ' ὑμῖν ἐπόνουν. τοῖς δὲ μ' ἐπιστημένοις.
Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι,
Οὐδείς, ——

Hactenus Farnabius: cujus elaboratiſſimis notis ſcire lectorem velim, plurimum variorum doctorum hominum obſervata, in hoc opere ac- ceſſiſſe: ut ex Catalogo Auctorum, videre licet: inter quos tamen hi præcipui ſunt Domit. Calderinus, Muſambert. Turneb. Salmaſius, Heraldus, Scriver. Gronovius, qui & ſecundam Editionem hanc pluri- mum ſuis notis auxit, & illuſtravit; & plurimi alii, quos brevitatis ergò omitto. Textum Scriverii maxima ex parte ſecuti ſumus; utpote quem

 corre-

1. *Piperataque, &c.*] Sidonius Apoll. lib. 5. epiſt. 8.
2. *Plinius, &c.*] Epiſt. ad Nat. Hiſt.
3. *Ἀνθλακτίζων.*] Plutarch. de Socrate, lib. de Educat. puer.
4. *Μεγάλα, &c.*] Arriani Epict. l. 3. c. 14.
5. *Crura, &c.*] Cicero pro Roſcio Amer.
6. *Armata, &c.*] Petronius Arb. ſub fine Satyræ.
7. *Τί με σὺ, &c.*] Diog. Laërtius epigr. in lib. Heracl. Anthol. lib. 3. cap. 33.

correctissimum judicabamus. Indicem novum tum rerum, tum rituum, adjunximus, utilissimum ut spero: Ipse Lector judicet, quid hac editione præstitum; tum quoad nitorem, & elegantiam typorum: tum quoad correctionem. Interim si quid à me editum, gratum acceptumque, à malevolorum morsu vindicato, majoraque indies meditanti, faveto. Valeto, & his fruitor.

SCRIPTORUM VETERUM AC RECENTIORUM QUORUNDAM

DE

M. VALERIO MARTIALI

TESTIMONIA.

C. PLINIUS CÆCILIUS SECUND. CORNELIO PRISCO SUO S. [Epistola lib. III. ultima.]

Audio Valerium Martialem decessisse, & moleste fero. Erat homo ingeniosus, acutus, acer, & qui plurimum in scribendo & salis haberet, & fellis; nec candoris minus. Prosequutus eram viatico secedentem. Dederam hoc amicitiæ, dederam etiam versiculis, quos de me composuit. Fuit moris antiqui, eos qui vel singulorum laudes, vel urbium scripserant, aut honoribus, aut pecunia ornare. Nostris verò temporibus, ut alia speciosa & egregia, ita hoc inprimis exolevit. Nam postquam desiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. Quæris qui sint versiculi, quibus gratiam retulerim? Remitterem te ad ipsum volumen, nisi quosdam tenerem. Tu, si placuerint hi, cæteros in libro requires. [Libro x. epigr. XIX] *Alloquitur Musam, mandat ut domum meam in Esquiliis quærat, adeat reverenter.*

Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria januam, videto.
Totos dat tetricæ dies Minervæ,
Dum centum studet auribus virorum
Hoc, quod secula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas:
Hæc hora est tua. cum furit Lyæus.
Cum regnat rosa, cum madent capilli:
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Meritòne eum, qui hoc de me scripsit, & tunc dimisi amicissimè, & nunc, ut amicissimum, defunctum esse doleo? Dedit enim mihi, quantum maximè potuit: daturus amplius, si potuisset. Tametsi quid homini potest dari majus quam gloria, laus, & æternitas? At non erunt æterna, quæ scripsit? Non erunt fortasse: ille tamen scripsit, tanquam futura. Vale.

ÆLIUS

ÆLIUS SPARTIANUS, in L. Cejonii Commodi, sive Ælii Veri Vita.

Idem Ovidii libros Amorum in lecto semper habuisse; idem Martialem Epi-[gr]ammaticum poetam Virgilium suum dixisse (fertur.)

ÆLIUS LAMPRIDIUS, in Alexandri Severi Vita.

Leporem quotidie habuit, venationem frequentem, sed eam cum amicis di-[v]idebat, & his maximè quos sciebat per se non habere. Nec divitibus quic-[q]uam talium muneris misit, sed ab his semper accepit. Et quod ille leporem [q]uotidie haberet, jocus Poëticus emersit, idcirco quod multi septem diebus [p]ulchros esse dicunt eos qui leporem comederint, ut Martialis Coci epigramma [s]ignificat, quod contra quandam Gelliam scripsit hujusmodi: [lib. v. epig. 29.]

Cum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
  Septem formosus Marce diebus eris.
Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
  Edisti nunquam Gellia tu leporem.

[S]ed hos versus Martialis in eam quæ deformis esset, composuit: Poëta verò [t]emporum Alexandri hæc in eum dixit:

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,
Quem Syrum sua detulit propago,
Venatus facit, & lepus comesus.
Ex quo continuum capit leporem.

SOLLIUS SIDONIUS APOLLINARIS. Carm. IX.

Non Gaulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus,
Aut mordax sine fine Martialis.

Idem Carm. XXIII.

Quid celsos Senecas loquar, vel illum
Quem dat Bilbilis alta Martialem,
Terrarum indigenas Ibericarum?

JOANNES SARESBERIENSIS, Curial. Nugar. lib. VII. cap. XII.

Poëticum illum te subito miraberis invenisse pictorem, qui ad omnia, quæ necessitas exigit, stit fortasse simulare cupressum. Desipit ita Rufus in Nævia, à qua eum, teste Coquo, nullus casus avertit. Nam

Quidquid agit Rufus, nihil est nisi Nævia Rufo;
  Si gaudet, si flet, si tacet, hanc loquitur.
Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit, una est
  Nævia: si non sit Nævia, mutus erit. *Lib.* I. *Epigr.* LXVIII.

Idem lib. VIII. cap. VI.

Peregrinos odores non nisi dissolutis & amatoribus convenire, Comicus & Coquus docent.

Idem lib. eod. cap. XIII.

Nam fœnerator ut plus recipiat, interdum aliquid prælargitur. Vnde Coquus:
Munera quod senibus viduisque, &c. [*Epigr.* LVI *lib.* IV.]

VETUS

VETUS GLOSSARIUM LATINUM.

Petaso, Petasonis; *perna, baconus. Martialis Coquus:*

Et pultem dubiam cum petasone voras.

Extat lib. III. *Epigr.* LXXVII. *ubi vulgo*, Et pulpam dubio.
Laudatur ab eodem Glossographo etiam alibi, & sub Martialis Coqui *nomine præterea funginum hoc Distichon:*

Defungi fungis homines, Macrine, negabas:
Boleti leti causa fuêre tui.

ANGELUS POLITIANUS, Miscellan. cap. VI.

Nimis enim foret insubidus Poëta: quod nefas credere.

Item cap. LII.

Sane per totum Epigramma signatè usus est verbis argutissimus Poëta, &c. ut sit hoc Epigrammate nihil utique pensitatius.

Idem in Declamatione pro Quintiliano.

Vt ab ingeniosissimo Latinorum Epigrammatum poëta, & vagæ juventutis moderator, *&* Romanæ gloria togæ *verè meruerit appellari.*

JOVIANUS PONTANUS, lib. III. de Sermone, cap. XVIII.

Valerius Martialis artificiosissimus Epigrammatum scriptor, ita in iis quidem jocatus est, ut frequentius carpat, quam delectet: tametsi è demorsione ipsa delectatio quoque paritur. Adhæc dictis ejus partim occultissima quædam insunt spicula; partim verba quæ non solum à faceto sint aliena, verum aut obscœna ipsa admodum scurriliaque, aut maxime ampullosa & acida. quod quidem Hispanicum est. Sunt tamen dicta ejus in universum arguta, subtiliterque conquisita; abstrusæ sententiæ, eædemque raræ, salsæ, aculeatæ: inventiones verò maximè acutæ: verba autem præcipue accommodata, quæque non prima tantum facie, atque in ipso explicatu, lectorem alliciant atque auditorem: verum quæ in ejus animo relinquant tacitam quandam quasi subtitillationem. Nihilo tamen minus iis, non pauca quidem animadvertas, quæ digna prorsus sint facetis ac temperatis ingeniis: retineantque decorum illud, quod virtutis hujus, de qua præcipimus, maxime est proprium.

JULIUS CÆSAR SCALIGER, Poëtices lib. III. cap. CXXVI.

Epigrammatis virtutes peculiares, brevitas & argutia; hanc Catullus non semper est assequutus. Martialis poëta argutissimus nusquam omisit.

Idem lib. VI.

Ne Martialem quidem transferre libet ad meliora. Multa sunt ejus Epigrammata divina, in quibus & sermonis castitas, & argumenti species luculenta est. Versus verò candidi, numerosi, pleni, denique optimi. Alia fœda ne legerim quidem, tantum abest ut ad censuram vocem.

ADRIANUS TURNEBUS, Adverf. lib. VIII. cap. IV.

Quid vetat attingere festivissimi Poëtæ Martialis lusus, atque in his operam ludere. Non semper supercilia adducenda sunt.

Idem lib. XIII. cap. XIX.

Cum à lepidissimo Poëta (nec enim illis assentior, qui scurram ineptum eum appellant, neque satis elegante Musa libros epigrammatum scripsisse autumant) lib. III. *Epigr.* XCIII. *canitur,*

Admittat inter bustuarias mœchas, &c.

JUSTUS LIPSIUS, de Amphit. cap. XV.

Designatorum *facete sæpe meminit acutus & capitalis ille Hispanus.*

Idem ad JANUM LERNUTIUM, I. Epist. Quæst Epist. V.

Quid censes tu? non melius de Martiale Scaliger judicavit, qui versus ejus candidos, numerosos, plenos, Epigrammata multa divina dicit: quam ille, qui scurram de trivio appellat? Nollem excidisset viro magno hoc judicium judicii dissimile. Nihil ad Catullum Martialis, scio: sed & hoc scio, Epigrammata illa nec in trivio nata, nec omnia in triclinio. Multa fœda, obscœna in Martiale: & mehercule in uno Catulli libello non pudiciora, sed pauciora. Ignorat sæculum illud, qui hoc accusat.

Et cætera, qui ibi sequuntur tanto viro indigna. Pudet me judicii: quod infra inter Infelicium Criticorum judicia merebatur locum. sed reliquis tuis meritis lucrifecisti, mi Lipsi, hanc notam censoriam.

SINISTRA QUÆDAM JUDICIA INFELICIUM CRITICORUM DE MARTIALE.

RAPHAEL VOLATERRANUS, Commentariorum Urbanorum lib. XVII.

M. Valerius Martialis, Poëta Epigrammatum, è Bilbili oppido Celtiberiæ. Romæ annos triginta commoratus, in Hispaniam demum revertit, pauper admodum, & viatico à Plinio nepote, ut in ejus Epistola declaratur, adjutus. Amicos coluit Stellam, Silium Italicum. Adscitus & in ordinem Equestrem, & jura trium liberorum adeptus est. reliquit Epigrammatum librum omnino rejiciendum, quippe qui neque elegantiæ Latinæ neque moribus prosit.

PAULUS JOVIUS, in Elogiis Virorum literis Illustrium, in Marco Antonio Casanova.

M. Ant. Casanovæ, Comense patre Romæ genito, arguti Epigrammatis palmam detulit illa ipsa Roma, severæ auris judicio superba; nec unquam in confesso pudore poëtis adulatrix: quod lepida, & salsis finibus aculeata carmina factitaret. Elocutioni casta tamen puritas ac in numero sæpe duro lenitas defuit. qualis in Catullo prætenero poëta conspicitur: cum ingeniosè mordaci & impuro Martiali persimilis esse mallet, ut una præsertim peracutæ circumductæque sententiæ gloria duceretur, &c.

ANDREAS NAUGERIUS, Auctore in iisdem Elogiis P. Jovio.

Cum Epigrammata præstanti judicio lepidissime scriberet, non salsis aculeatisque finibus, sed tenera illa & prædulci prisca suavitate claudebat adeo Martiali severus hostis, ut quotannis stato die Musis dicato, multa ejus volumina, tanquam impura, cum execratione Vulcano dicarentur.

Alia sinistra infelicium Criticorum judicia vide in Martiali P. Scriverii.

NOMINA

NOMINA AUCTORUM,

Qui in hoc opere citantur: tum etiam ex quibus notæ Variorum desumptæ.

A.

ADelphus Occo.
Ælianus.
Æschylus.
Afranius.
Agathius.
Aggenes Urbicus.
Alciatus.
Aldus.
Alexand. Neapolit.
Ammian. Marcell.
Ammianus.
Anacreon.
Angel. Politianus.
Antipatri, Epigr.
Antholog.
Apitius.
Apollodorus.
Apollonius.
Apolonides.
Appianus.
Apulejus.
Archias.
Aristænetus.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnobius.
Arrianus.
Athenæus.
Artemidorus.
Augustinus.
Avienus.
Aurelius Victor.
Ausonius.

B.

BAptistæ Pii Annot.
Barclaius.
Baronius.
Barthius.
Bellonius.
Beroaldus.
Bisciola.
Bodlejana MS. *passim*.
Boëthius.
Brissonius.
Bongartius.
Brodæus.
Budæus.
Bullengerus.

C.

CAjus.
Cælius.
Cæsar.
Calderinus, *passim*.
Callimachus.
Calpurnius.
Cambdenus.
Lud. Carrio.
Cassiodorus.
Casaubonus.
Cato.
Catullus.
Celsus.
Ciaconius.
Cicero.
Claudianus.
Claudius Minoës.
Clemens Alex.
Cloatius Verrius.
Cluverius.
Colerus.
Columella.
Cornel. Vitell.
Crinitus.
Cujacius.

D.

P. DAnielis Glossar.
Diagoras.
Diocletianus.
Diodorus Siculus.
Diogenes.
Diomedes.
Dion.
Dionysius.
Dioscorides.
Diphilus.
Donatus.
Douza.

E.

ELias Vinetus.
Epicharmus.
Epictetus.
Erasmus.
Eupolis.
Euripides.
Eustathius.
Eutropius.

F.

FAbius.
Farnabius integer.
Festus.
Festi abbreviator.
Flaccus.
Floridus.
Florus.
Fontejus.
Frontinus.
Fruterius.
Fulgentius.

G.

GAlenus.
Gellius.
Genes.
Gerbellius.
Gesnerus.
Glossarum auctor.
Gontius.
Gratianus.
Gronovius.
Gruterus.
Gyraldus.

H.

HAlicarnassæus.
Heinsius.
Heraldus, *passim*.
Herodianus.
Herodotus.
Hermolaus.
Hesiodus.
Hesychius.
Hieremias.
Hieronymus.
Hieron. Columna.
Hieron. Paul.
Homerus.
Horatius.
Jac. Hutterus.
Hyginus.

I.

JAc. Bononiensis.
Janus Gulielm.
Joh. Baptista Pius.
Joh. Croius.
Josephus.
Jos. Scaliger. vide Scaliger.
Isidorus.
Jul. Capitolinus.
Junius.
Jurisconsulti.
Justinus.
Juvenalis.

L.

LAbeo.
Lactantius.
Laertius.

Lampri-

ODA SAPPHICA,
HONORI
Celeberrimi & Eruditissimi VIRI,
D. D. CORNELII SCHREVELII,
MED. DOCTORIS,
GYMNASII LUGD. BAT. MODERATORIS
Prudentissimi, & Vigilantissimi;
Cum M. VALERIUM MARTIALEM novis typis excudisset & notis auctioribus illustrasset.

TE quibus curis studiisve credam
Posse lassari, cerebrumque tantum,
Magne florentis domitor JUVENTÆ
Docte SCHREVELI?
Non satis nostro fuit edidisse,
Et nota lustrasse recentiori
Inclitum FLACCUM, *JUNIUMQUE, Vatem
VIRGILIUMQUE,
§ PUBLII *scenæ reliquumque libri,*
(Nunc nec occurrunt tituli librorum)
Non valent explere animum; sed ecce
Carmina rursum
Vulgat arguti quoque MARTIALIS:
O opus Magnum! variis repletum
Floribus, dictis elegantibusque
Non spoliatum.
Quid tibi debet celebris SCHREVELI
LEIDA? *quid debet* SCHOLA BATTAVORUM?
Quid tibi HARLEMUM *tua cum* PARENTE
PATRIA *debet?*
Civitas omnis BATAVUM *fatetur,*
Quod sit æternis meritisque multis
Vincta, nec dignis valeat labores
Pendere donis.
Si meis dignos lepidæ CAMOENÆ
Auribus versus canerent! PELASGIS
Tunc foret cunctis manifesta virtus
Alta SCHREVELÎ.
Tu tamen vives celebris per annos
RECTOR *extentos, animi diserti*
Notus in gentes. TIBI FAMA VIVAT,
LAUSQUE PERENNET.

* D. JUNIUM JUVENALEM.

§ PUBLII TERENTII AFRI.

Præceptori suo de se studiisque suis plurimum merito L. M. que applausit
JOANNES BLASIUS, L. F.

M. VA-



M. VAL. MARTIALIS DE SPECTACULIS LIBELLUS.

EPIGRAMMA I.

In Amphitheatrum Cæsaris.

Per inductionem collativam Titianum Amphitheatrum, omnibus orbis operibus præfert.

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis;
Assiduus jactet nec Babylona labor;

Nec

1. BArbara.] Ad Græcorum distinctionem, quibus alii omnes barbari dicti: imo ex suis, qui non ἑλλάδα incolebant, quive non ore rotundo molliter & Atticè loquebantur. Ab aspera enim & inculta pronuntiatione *Barbaros* dictos censet Strabo libro 14. Dicitur postremò *barbarum*, quidquid ab humanæ vitæ cultu, ratione, lingua abhorret; & quicquid ferum, inurbanum, quâ moribus, quâ lingua judicatur. *Farnab. Rader. Pyramidum.*] Moles hasce altissimas in sepulchrorum usum, non sine profusa opum ostentatione reges Ægyptii extruxere, à quadrata basi decrescendo ascendentes in formam πυρὸς, unde & nomen. post Herodotum, Melam, Plinium cap. 12. lib. 36. Solinum, Marcellinum, Diod. Siculum, &c. qui de his scripsere, etiam lege Bellonium qui Pyramides quæ hodie visuntur, ipse dimensus est, lib. 2. observat. cap. 42, 43, & 44. *Sileat.*] Signatè ad *Barbaros* & ἀφώνους. vel, *sileat miracula*, id est, non amplius miretur, habeatve pro miraculis. *Miracula.*] Θεάματα, conspicua seu spectanda propter artificium, opera, quæ septem numerantur, Muri Babyloniæ, Dianæ Ephesiæ templum, Jovis Olympici simulacrum, Pyramides Ægyptiæ, Mausœolum sepulchrum, Colossus Rhodius, Cyri regia. Quibus & alii septena altera adnumerant; quorum duo, Jovis Olympici templum, & Colossus Rhodius, quæ jam ad plenam enumerationem à Poëta sunt omissa. I. Scoppa censet voluisse Martialem hoc epigrammate, amphitheatrum quinque his structuris anteponere, propter, 1. altitudinem, 2. celeritatem, 3. statuas, 4. varietatem, & 5. nobilitatem. & *assiduum* inter cætera

 dicit

Nec Triviæ templo molles laudentur honores;
Dissimuletque deum cornibus ara frequens;

Aëre

dici ait, quod non intermittitur: & labor Babylonis condendæ, nunquam, ut ex historicorum monumentis colligitur, intermissus est: idcirco de hac celeritate, & non de pensilis horti irrigatione est intelligendum. Quem vide Collect. lib. 1. c. 29. *Memphis.*] Nobilissima Ægypti civitas hodie *Cairo.* De situ Memphios, ac natura, ingenio, munitione loci, vide Diodorum Siculum l. 1.

2. *Assiduus.*] Lego cum Aleiato *Assyrius*, & tertio versu, pro *honores*, cum Scaligero *Iones*; quarto versu, ex Thuana membrana, *Dissimulet Delon.* Hæc enim est οἰκονομία Martialis, nominare rem, quæ admirationi est, & locum vel gentem, ubi admirationi est. Sic ait, *Memphis sileat Pyramidum miracula barbara.* id est, immania. Passim Cicero *immanes* barbaros & *immanitatem* barbarorum. Sic etiam, *Assyrius labor non jactet Babylona.* id est, Assyrii non venditent tanquam manuum & laboris prodigium Babylona. Sed nec *Iones laudentur Triviæ templo:* non commemoretur Diana Ephesia, tanquam Ionibus, illis mollitie infamibus & illaudatis, eximiam laudem ferens. Et ista *ara* innumeris de cornibus structa cesset ostentare *Delon*, nec habeatur in posterum justa causa, cur ob eam visatur ac prædicetur Delos. Denique nec glorientur Cares suo Mausoleo. Sic Memphi jungit Pyramides, Assyriis Babylona, Ionibus Dianæ templum, Caribus Mausoleum. Nihil hic loci cuicumque assiduitati sive laborandi sive laudandi: nihil vel honoribus vel heronibus: nihil deo. *Gronovius.* *Assiduus.*] Q. d. Neque homines assiduò laborent in laudanda Babylone; neque Cares immodici sint in extollendo Mausoleo. *Assiduus* ergò *labor* laudandi intelligitur, non autem ædificandi. Alii legunt *Assyrius:* ut Alciatus, Junius & A. Schotus: & hortos pensiles Babylonis, non muros Semiramidis intelligunt: illos autem fabricatos in gratiam pellicis à rege Assyrio, satis constat. *Assyrium* etiam *laborem* appellant, quod Babylon caput Assyriorum. Vide & Politian. Miscell. lib. 2. Turneb lib. 17. *Jactet, &c.*] Celebret illam Orientis reginam, arcemque Persarum ac regum domicilium, cujus conditor Mosi ex Gen. laudatur Nembrotus. *Rad.*

3. *Triviæ templo.*] Dianæ Ephesiæ, quæ *Trivia* dicitur à triplici cursu sub Zodiaco, secundum longitudinem, latitudinem & altitudinem: vel ob triplicem ejus in cælo, terris & inferis potestatem. Triviis etiam præesse fertur. Referunt alii ad tres decades mensis, ἱσαμένου, μεσοῦντος, φθινομένου. *Molles laudentur Iones.*] Propter molles Ionas, omnis nequitiæ inventores, Deam multimammiam, festi summa cum pompa & mollitie celebratam, sacerdotem denique castratum. Vide Ang. Politian. Miscell. cap. 51. *Mollis quæ tendit Iôna.* Propert. lib. 1. eleg. 6. hac ratione motus Raderus, lectionem τοῦ *Iónes* præfert τῷ *Honores.* *Aliis* propter signa affabre & ad vivum efficta. Virgil. *Spirantia mollius æra.* & Flaccus, *molles imitabitur ære capillos.* Petitus reseribendum conjicit, *herones.* Ejus emendationem asserere videtur Plin. lib. XXXVI. cap. 16. & quare *molles* dicantur *herones*, docebit, ubi agit de Dianæ Templo Ephesi: *Operi præfuit Chersiphron architectus. Summa miracula, epistylia tantæ molis attolli potuisse. Id consecutus est ille heronibus harena plenis, molli pulvino super capita columnarum exaggerato, &c.* Meminit quoque heronum ex ulva palustri factorum Virtuvius l. 5. extremo. Non dissimulandum etiam quod Pet. Scriverius novam interpunctionem & lectionem excogitarit: *Nec Trivia templi moles laudentur: honores. Dissimuletque, &c.* Verum non è gustu, numero & calamo Martialis; dura nimis & illi insolens.

4. *Dissimuletque, &c.*] Non usque adeo efferat, non tanquam divinum opus

jactet,

Aere nec vacuo pendentia Mausolea,
Laudibus immodicis Cares in astra ferant.
Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro:
Unum præ cunctis fama loquatur opus.

jactet, cum ab Amphitheatro mortali manu facto, illam longe superatam videamus. *Ara frequens.*] Non Jovis Hammonis apud Nasamonas, quæ nec opibus nec structura erat insignis: sed βωμὸς κερατινὸς, Apollinis Delii ab ipso quadrimo ex cornibus Cynthiadum caprearum à sorore interfectarum compactus: de quo disertè Ovid. in Epistola Cydippes ad Acontium:

Miror & innumeris structam de cornibus aram.

Vide Plutarch. lib. de animalium solertia, & in vita Thesei, & Politian. 52. Miscellan. hujus meminit & Callimachus in hymno Apollinis.

5. *Aëre, &c.*] Ad altitudinem 140. pedum sublata columnisque innixa, sum moque cacumini impositam quadrigam, cujus equi suspensis alis volare videbantur. Tum *suspensa* dicebantur, quæ suffulta erant, *suspendis dentibus orbes*, lib. 2. epigr. 43. *Vacuo.*] Quod non habitetur. Poëtis & Epicureis aër *inanis* quoque appellatur & videtur. Manilius:

——— *per inania cæli.*

Mausolea, &c.] Mausoli regis Cariæ tumulum, monumentum illi ab uxore Artemisia extructum.

6. *In astra, &c.*] Eleganter respicit ad *τὸ in aëre pendentia.*

7. *Cæsareo, &c.*] A Vespasiano auspicato incœptoque, à Tito F. perfecto & dedicato. *Omnis, &c.*] Conclusio epigrammatis cum epiphonemate illustri, quo colligit, quod per partes dixerat. *Labor.*] Opus speciosum. *Amphitheatro.*] In quo ederentur spectacula & venationes, absque scena, sedibus per gradus undequaque clauso, in quibus loca 87000. ovali forma: ad cujus summitatem ægre visio humana pertingeret. Vide Vitruvium, Marlianum, Lips. de Amph. &c.

8. *Præ, &c.*] Sic & MS. Bodl. Alii, *pro. Opus.*] Amphitheatrum Cæsaris.

* In opera publica Cæsaris. II.

Vespasiani atque Titi Cæss (quibus pleraque libelli hujus spectaculorum epigrammata assignes) beneficentiam celebrat, qui vastum Neronis ædificium demoliti; loco ejus, publica extruxere vel reddidere opera, Colossum, Amphitheatrum, thermas, porticum.

H*Ic ubi sidereus propius videt astra colossus,*

Et

* MS. Bodleianus: *De operibus circa amphitheatrum.* Verum haud ita apposite, quale erat ingenium eorum qui lemmata præfixerunt omnibus epigr. præterquam lib. 13. & 14. quæ ipsius autoris sunt.

Inscriptio in Th. codice: *De operibus cingentibus Amphitheatrum.* Gronov.

1. *Hic ubi.*] In quarta urbis regione: nam urbs principio in tres tantum regiones, quas Varro *partes* appellat, erat à Romulo conditore divisa. Servius dein Tullius aucta urbe & populo, eandem in quatuor regiones distribuit; illasque à loco, quem quæque pars colebat, appellavit. Prima dicta erat *Suburana*, altera *Exquilina*, tertia *Collatina*, postrema *Palatina*. Atque hæc urbis divisio durabat usque ad ævum Augusti Cæsaris, qui urbem mirum in modum, qua tectis, qua populo amplificatam, in XIV. Regiones divisit. *Rader. Sidereus.*]

Et crescunt media pegmata celsa via;
Invidiosa feri radiabant atria regis,
Unaque jam tota stabat in urbe domus.
Hic, ubi conspicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles; stagna Neronis erant.
Hic, ubi miramur velocia munera thermas;
Abstulerat miseris tecta superbus ager.

Clau-

reus.] Cui (dejecto Neronis capite) Vespasianus Solis vultum 12. radiis insignem reposuit dicavitque Soli Sidereo Deo. Vide ℣ſ.2. in epigr.60. lib.12. Vel *sidereus*, radiatus, radios spargens, instar sideris, princeps autem siderum Sol, quem lib. 12. Epigr. 60. *Sidereum Deum* appellat. Radii porro divinitatem significant. *Propius*, *&c.*] Legitur & *propior*: estque *Pathos Metonymicon*. altitudinem enim exprimit Colossi: nam quo altior fabrica, hoc cælo propior est. *Colossus.*] Statua quam sibi Nero construxerat, altam pedes circiter cxx. Colossum ab artifice Lysippi discipulo cognomine dictum contendunt multi. Malim παρὰ τὸ κολούειν τὰ ὄσσε, ab hebetando visu dictum, quod præstringantur oculi in tanta altitudine spectanda; quod canit Statius:

——— Vix lumine fesso
Explores, quam longus in hunc despectus ab illo.

Raderus.

2. *Crescunt pegmata.*] Extruuntur vel ex se surgunt. erant enim machinæ αὐτοκίνητοι, quæ ex se in sublime crescebant aut rursus decrescebant. Dicitur autem *pegma* à πήγνυμι, *compingo*: eo quod moles fuerit lignea, varia & occulta arte compacta. Seneca epist. 88. *His*, inquit, *annumeres machinatores, qui pegmata ex se surgentia excogitant, & tabulata tacitè in sublime crescentia, & alias ex inopinato varietates: aut dehiscentibus quæ cohærebant, aut quæ distabant sponte sua cohærentibus: aut iis, quæ eminebant, paulatim in se residentibus.* Raderus. *Media.*] Manifesta vel aperta: vel media inter Capitolium portamque triumphalem. *Celsa.*] In tertium aut quartum tabulatum elata. *Via*] Sacrâ quam Neronis domus occupaverat; nunc verò ita lata & laxa est beneficio Cæsaris, ut pegmata excitari & ferri in ea possint.

3. *Invidiosa feri.*] Odiosa, invisa iis quorum ædes interceperat incendiarius Nero, ut in usum suum converteret. Neronis enim aurea domus occupavit spatium Colossi & vias publicas. Sueton. cap. 31. *Domum à palatio Esquilias usque fecit.* *Radiabant.*] Auro gemmisque fulgebant. *Atria.*] Domus prius *Transitoria*, mox incendio absumpta restitutaque, *Aurea* nominata. Suet. Nerone cap. 31. *Regis.*] Crudelis Tyranni Neronis: nomen autem regis semper Romanis invisum.

4. *Unaque*, *&c.*] Notum hoc è carmine illo, *Roma domus fiet, Veios migrate Quirites: Si non & Veios occupat illa domus.* Referente Suetonio Ner. cap. 39. Neronis enim domus è Palatio ad Esquilias usque pertinebat.

5. *Hic ubi*, *&c.*] Inter Cœlium montem & Esquilias. *Amphitheatri.*] Epigramm. 1. ℣ſ. 7.

6. *Erigitur.*] Erigi Amphitheatrum dixit: altitudinem ejus declarans. *Venerabilis* autem ea *moles*, quoniam sacra Marti. *Stagna.* *&c.*] Stagnum maris instar, circumseptum ædificiis ad urbis speciem.

7. *Hìc*, *&c.*] In tertia urbis regione. *Velocia*, *&c.*] Celeriter extructa.

8. *Abstulerat*, *&c.*] Incendio enim & ruinis patriæ, domum sibi extruxit, ad eam-

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
Ultima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Roma sibi est; & sunt te præside, Cæsar,
Deliciæ populi, quæ fuerant domini.

-eamque arva, stagna, sylvas, prospe- s, &c. Tacit. 15. Annal. *Superbus.*] quia amplissimus & magnificentis- ius: an quia privatus, & Neroni sin- aris, nec populo communis, ut Ther- Titi. *Raderus.*

9. *Claudia, &c.*] Quæ & Livia, aliis nen à Livia diversa. *Porticus.*] Romæ rticus additæ sunt vel ædibus sacris, illustrium virorum domiciliis, vel blicis aliis ædificiis: idque vel ob vias subitas declinandas, vel gratas æstatem umbras & frigora captan- : vel ipsa ornamenta fabricæ. *Rader.* *nbras.*] Cum suas, tum vitis, quæ sub- iles inambulationes umbrosis pergu- lis opacabat. Plinius libro 14. cap. 1.

10. *Ultima, &c.*] Extrema pars domus Aureæ, id est, juxta Exquilias in quinta urbis regione.

11. *Reddita Roma sibi.*] Una domus antea & unius erat, quam Cæsar publicis extructis operibus communem fecit, hoc est, urbem urbi, Romamque Romæ reddidit. *Rader.* *Te præside, Cæsar.*] Te Imperatore.

12. *Deliciæ, &c.*] Postquam opera & muneta publica facta sunt, quæ nuper in privatas delicias occuparat Nero. Videtur alludere ad elogium commune Titi, quem *orbis delitias* appellavere. *Domini.*] Cæsaris Neronis.

* De gentium confluxu & congratulatione. III.

x omni orbis parte (ad quam Rom. populi nomen pervenerat) confluxisse gentes spectandi ludos, salutandique Cæsaris studio.: generalique acclamatione, illum, *Patrem patriæ salutasse.*

QUæ tam seposita est, quæ gens tam barbara, Cæsar,
Ex qua spectator non sit in urbe tuâ?
Venit ab Orpheo cultor Rhodopeïus Hæmo,

Venit

* MS. Bodl. *De nationum consensu.*

1. *Quæ tam seposita est.*] Nullam ait ntem adeo remotam ab urbe, ex qua on fuerint in urbe visi spectatores; ntus amor erat & cupido spectandi. ranquill. in Cæsare cap. 39. *Ad quæ mia spectacula tantum undique confluxit minum, ut plerique advenæ, aut inter vi- s, aut inter vias tabernaculis positis ma- rent, ac sæpe præ turba elisi exanimatique nt plurimi, & in his duo senatores.* Rad. *arbara, &c.*] Ex Græcorum divisione undi, quibus alii omnes Barbari di- i, imo ex suis qui non ἀττικῶς inco- lebant, quive non ore rotundo, molliter & Atticè loquebantur. Ab aspera enim & inculta pronunciatione Barbaros dictos censet Strabo l. 14. J.C. Scalig. à *Bar*, quod Arabice *Desertum* sonat, more Hebræo geminato ad intentionem. Exerc. & in Theophrast. de plant.

2. *Urbe tuâ, &c.*] Sede Imperiali: vel, à te restituta: ut præced. epigr.

3. *Orpheo Hæmo.*] Ad montem Hæmum Orphei parentes habitarunt. *Cultor Rhodopeïus.*] Thrax agriculturæ studiosus. Rhodope enim mons Thraciæ: quasi dicat, venere Boreales incolæ.

Venit & epoto Sarmata pastus equo;
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremæ Tethyos unda ferit.
Festinavit Arabs; festinavere Sabæi;
Et Cilices nimbis hic maduere suis.
Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

Vox

4. *Sarmata, &c.*] *Tartari, Rußi, Poloni*, ἱππημολγοί. Dionys. Perieges. ἵππου αἵματι μισγοντες λευκὸν γάλα δαῖτα τιθεῖσι. Virgil. Georg. 3. Gelonus, *qui lac concretum cum sanguine potat equino.* & Plin. lib. 18. cap. 10. Brod. lib. 5. cap. 31.

5. *Prima bibit, &c.*] *A meridie*, Ægyptii & Afri, apud quos Nilus primum fluere deprehenditur: neque enim fons Nili tum repertus. Quamvis Juba rex Mauritaniæ exquirere originem Nili tentaverit. Plinius lib. 5. cap. 9. *Nilus*, inquit, *incertis ortus fontibus, it per deserta, & immenso longitudinis spatio ambulans, famaque tantum inermi quæsitu cognitus, sine bellis, quæ cæteras omnes terras invenere. Originem (ut supra rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem.* Fortè huc respexit Martialis, quando dixit, *deprensi flumina Nili:* Sed Plinius ipse loco adducto tradit incertos fontes, ubi plurima de ejus origine. Vide Brodæum lib. 4. Miscell. cap. 24. *Bibit.*] Accolæ enim Nili vinum non quærunt, tanta est Nili dulcedo. & Gyraldus docet aquam Nili Ægyptiacis tanto in honore habitam, ut cum hydria ad templum humeris ferretur, omnes procumberent, & sublatis manibus Diis gratias agerent: quoniam per tot spatia terrarum, totque invias regiones adveheretur.

6. *Et quem, &c.*] *Ab Occidente*, qui ad Hesperium litus siti. *Aliis* Britanni, quorum litora, ut & ultima Thule, maris fluctibus feriuntur. *Tethyos, &c.*] Uxor Neptuni, *Metonym.* maris.

7. *Festinavit Arabs.*] *Ab Oriente*, è Nabathæa, id est, Petrea; & Sceniri, id est, deserta Arabia. *Sabæi.*] E Felici Arabia. Sabæi à thuris fertilitate scriptoribus celebrantur. Virgil. 1. Georg.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

8. *Nimbis, &c.*] Κρόκου ῥαινομένου, croci aqua diluti aspersionibus, quæ in theatro & Amphith. fiebant. Cilicia vero, croco nobilis: vide epig. 26. l. 5. vs. 8. Quas aspersiones Latini odoratum imbrem, vel undam croco dilutam vocabant. A qua enim dilutum crocum, vocat hic Poëta *nimbum*, qui spectatores velut imber irrorabat. *Rad.*

9. *Crinibus, &c. Sicambri.*] *Gueldri, Synecdoch.* Germani, quorum insigne, obliquare crinem nodoque substringere. Tacit. de Germ. & Juven. 13.

—— madido torquentes cornua cirro.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.] Non mos Germanorum fuit crines calamistris inurere, aut alio modo ornare. Phrygum hoc fuit proprium & effæminatarum gentium, quibus hoc probrum passim objectum, quod haberent comas,

Vibratas caldo ferro, murrhaque madentes.

Longè hoc à Germanis. Quid igitur illi, aut quomodo crines torquebant? qui simplicissimus fuit modus, in nodum eos cogebant: ex ipsa scilicet coma, quam satis longam nutriebant, nodum faciebant. Quia vero non datur ex crine nodum in capite facere, nisi torqueatur, ideo *tortos in nodum crines* dixit Poëta, in nodum scilicet coactos, vel nodo substrictos. *Salmasius.*

10. *Aliter, &c.*] A natura, vel Solis ardore, cum Germani artificio cirrati sint: vel in nodum torquerent.

11. *Vox*

Vox diversa sonat: populorum est vox tamen una,
Cum verus PATRIÆ *diceris esse* PATER.

11. *Vox diversa, &c.*] Lingua va-, acclamatio vero & mens eadem. . Bodl. *Vox diversa sonat populorum: vox tamen una est, Cum verus, &c.* nclusio, elegans & morem priscum lamandi docens. Imperatoribus enim acclamabatur vel in consilio à senatu; vel à militibus in triumpho, vel à populo in theatris aut tota urbe, si quid novi & fausti pro salute publica egissent. *Rad. Vox tamen una est.*] Th. *tum tamen una est.* Gronov.

Ad Cæsarem, quod expulerit delatores. IV. *

ad Titum hoc epigramm. (quod verisimilius) referas, testes habes Tranquillum cap. 8. Titi. & Xiphilin. in Tito. Si ad Domitianum, eundem habes Tranquil cap. 9. Domitiani.

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Tradita Gætulis; nec cepit arena nocentes;
Et delator habet, quod dabat, exsilium.
Exsulat Ausonia profugus delator ab urbe:
Impensis vitam principis annumeres.

De

1. *Turba gravis, &c.*] Delatores, camniatores fiscales, qui, sub Nerone vitum opibus insidiati, eos quo jure, ıa injuria accusationibus vexarant.

2. *Miseras sollicitabat opes.*] Plin. in anegyr. de his delatoribus: *Vidimus elatorum indicium quasi grassatorum, quasi tronum. Non solitudinem illi, non iter, d templum, sed forum insederant. Nulla m testamenta secura, nullus status certus, on orbitas, non liberi proderant. Auxeat hoc malum, principum avaritia.*

3. *Tradita Getulis.*] Relegata est in renosa & deserta Africæ loca; legunt lii *Traducta est Gyaris*, quia in Gyarum nsulam plerumque cives Romani relegabantur: alii *Cybiris*. MS. Bodl. *Geticis*. Lipsius cap. 11. lib. 2. de Cruce legit, *Traducta est Titulis*: pro more noxiorum raducendi per forum seu Amphit. appensis collo titulis & inscriptionibus criminum. & Sueton. cap. 8. Titi: *Delatores assidue in foro fustibus & flagellis casos, novissime traductos per Amphitheatri arenam, partim subjici in servos aut vanire, partim in asperrimas insularum avehi imperavit.* Traditi sunt delatores Getulis, magistris scilicet leonum, ut eos ipsi suis leonibus laniandos objicerent: quos tamen quum arena non caperet, pulsi sunt quidam in exilium. *Scalig. & Scriv. Nec cepit, &c.*] Tantus est delatorum numerus, ut vix capiat eos Amphith. imo vix insulæ. *Plinius in Panegyrico Trajani. Arena.*] Pro ipso Amphitheatro. Lege Lips. de Amphit. cap. 3.

4. *Habet, &c.*] E talionis pœna, quæ veteribus placuit.

* Distichon hoc à præcedenti tetrasticho dividunt Scalig. & Scriver. ut sit aliud epigramma.

5. *Ausonia urbe.*] Roma urbe, quæ caput Ausoniæ seu Italiæ, ab Ausone Ulyssis & Calypsus filio.

6. *Impensis, &c.*] Curis, beneficiis, muneribus. *Vitam.*] Vitam scilicet tuam acceptam referas beneficiis & muneribus Cæsaris, qui præter alia munera tibi data editaque, dedit & vitam, quum perdidit delatores. Vel *annumeres* seu tribuas *vitam* tibi servatam, curis Cæsaris, quas impendit saluti tuæ, quum delatores deprehendit & punivit. *Raderus.*

De Pasiphaës spectaculo. V.

Inter alia spectacula exhibitæ sunt & priscæ fabulæ, in arena actæ: hîc autem Pasiphaës nefandus cum tauro concubitus, * quale inter Pyrrhicarum argumenta repræsentarat Nero, ut multi spectantium crederent. Vide Suet. Neronem seu lib. 6. cap. 12. & Apulei Metamorph. 10.

JUnctam Pasiphaën Dictæo credite tauro.
Vidimus; accepit fabula prisca fidem.
Nec se miretur, Cæsar, longæva vetustas:
Quicquid fama canit, donat arena tibi.

* *Quale inter, &c.*] Idem fuisse censet I. Rutgers. Var. Lect. libro 5. capite 15. proinde non Martialis esse hoc epigr.

1. *Pasiphaë.*] Filia Jovis & uxor Minois regis Cretæ, tauri amore insaniir. *Dictæo credite, &c.*] Cretensi, à Dicte monte Cretæ.

2. *Accepit fidem.*] Vera creditur.

3. *Nec se miretur, &c.*] Nec sibi tantum applaudant veteres, quod hujusmodi fabulas ingeniose finxerint: nos enim eas artificiose actas in Amphitheatro vidimus.

4. *Arena.*] Pro Amphitheatro, ut ante.

* Fœminæ in Amphitheatro cum Leone certamen. VI.

Prisci temporis venationibus, hasce Cæsaris anteponit, eo nomine, quòd vel fœmina in Amphitheatro leonem interfecerit; quem laborem inter summas Herculis laudes decantarat antiquitas.

BElliger invictis quod Mars tibi sævit in armis;
Non satis est, Cæsar; sævit & ipsa Venus.
Prostratum Nemees & vastâ in valle leonem,
Nobile

* Inscriptio in eodem codice hæc est: *De Jul. Aprel. qua die omnis venatio per mulieres confecta est.* Apparet leg. de *Idibus Aprilibus.* Recte hariolatus est Scriverius hoc epigramma in duo secandum. Nam primum distichon sufficit sibi. Sequentibus duobus etiam novum lemma præponit Thuan. MS. *De venatrice, quæ leonem primæ formæ venabulo cepit.* Ubi notandum illud, *primæ formæ.* nam sic Justinus lib. 15. 4. *leo ingentis formæ.* Gronovius.

1. *Invictis, &c.*] In quibus ipsi viri non victi, sed victores sunt virorum & bestiarum quibuscum committuntur. *Mars tibi, &c.*] Virilis sexus, alludit autem ad morem gladiatorum venatorumque, habitu Dei alicujus pugnantium: necnon ad Amphith. Marti dedicatum, ut & theatrum Veneri. *Sævit.*] Gruterus tam hic, quam sequenti versu, reponi posse credit, *fervit.*

2. *Venus.*] Muliebris sexus: ἀπλῶς Marti bellicoso mollis & imbellis dea: infra ✝ſ. 6.

3. *Prostratum Nemees, &c.*] Alii leg. *Prostratum vasta Nemees in valle leonem:* ne otiose abunder, &c. Dividit & hoc epigr. P. Scriv. legitque, *Prostratum Nemeæ, sed vasta mole, leonem, Nobile, &c.* aut ut Gruterus, *prævasta, &c. Nemees.*] Herculis primum opus ac labor, leo Nemeæus, quem in valle, quæ est inter Mycænas & Nemeam silvam, confecit; unde

Nobile & Herculeum fama canebat opus.
Prisca fides taceat: nam post tua munera, Cæsar,
Hæc jam fœmineâ vidimus acta manu.

dictus est Nemeæus Hercules, & ose Nemeæus. *Raderus. Et vasta in*] Lego: *sed vasta in valle.* Id enim εἰώθου ἐν *V. dimus.* Nam dubia fi- st ejus, quod in vastis desertisque lo- ctum jactatur, &, si factum est, non ptatem spectantibus tribuit. *Gron.* *m, &c.*] Quem confecit Hercules ylva Nemeæa, inter Cleonas & untem.

Prisca, &c.] Emphaticè, amplifi- x veri vetustas, quæ incerta in majus solet, præcedenti epigr. *Longæva stas. Munera, Cæsar, &c.*] Munera riè ad gladiatorios ludos spectant: sed & includunt naumachias & venationes: quæ vel *pugnæ*, ejusque bestiarum inter se commissarum, aut bestiariorum, θηριομάχων, qui cum feris congrediebantur; aut ubi vincti objectabantur feris capitis rei, malefici, & misellí Christiani: vel *direptionis* missilium per tesseras, vel sine tessera.

6. *Fœmineâ, &c.*] Namque & in Romanam arenam descendere sustinuerunt fœminæ: & quod olim Hercules, id jam fœminæ faciunt. Xiphilin. in Nerone & Tito. Sueton. Ner. cap. 11. Tacit. Annal. 15. Juvenal. satyra 1. ŷs. 22.

Pœna Laureoli. VII.

nnati in Amphitheatrum producebantur, fabulæ alicujus personam ustinentes, veluti Herculis ardentis, Orphei discerpti, Phaetontis ut Icari decidentium inter feras, &c. Hic capitis quidam reus ob parricidium, domini necem, sacrilegium, vel urbis incendium, cruci affixus verè ab urso laniatus, Laureolum mimum repræsentat.

QUaliter in Scythicâ religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pavit avem:
*Nuda Caledonio sic * pectora præbuit urso,*
Non falsâ pendens in cruce Laureolus.
Vivebant laceri membris stillantibus artus,
Inque omni nusquam corpore corpus erat.

* Deni-

1. *Scythicâ rupe.*] Caucaso.
2. *Assiduam nimio pectore pavit avem.*] quilam, interdiu vescentem, noctu in nas renascenti jecore: alii, *nudo.* Scriv. leg. *Vivo viscere:* id est, fœ- ndo, immortali.
3. *Caledonio.*] E Scotia, *Synecdoch.* Septentrionalibus enim plagis ursi ximi & sævissimi.
* *Viscera*, Bodl. MS. Et sic corrigit iam Gruterus, quia superiori versu æcessit *pectore*, & non facile repetit oëta easdem voces, nisi ob caussam.

4. *Non falsâ, &c.*] Non ficto dramate, in quo quis ursi pelle tectus (uti Nero apud Suetonium cap. 29.) fictitium Laureolum dilaniare videretur; non in ficta cruce, uti agebat Laureolum Lentulus (Juvenal. satyra 8. judice) dignus vera cruce: sed verè totum corpus laceratus. *Laureolus, &c.*] Damnatus iste, Laureoli latronis urso expositi mimum verè agens.
6. *Inque omni, &c.*] Totus eviscceratus, carne nudatus, nil nisi vulnus: χῦμ' ὀξύμωρον.

** Denique supplicium dederat necis ille paternæ,*
Vel domini jugulum foderat ense nocens.
Templa vel arcano demens spoliaverat auro;
Subdiderat sævas vel tibi Roma faces.
Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ,
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

* Versus insequentes quatuor, tanquam spurii relegantur ad nescio quem Panormitanum.

7. *Denique supplicium.*] Faveo Scaligero contra Gruterum & Scriverium: satisque certam habeo Panormitanum istum nescio quem tam elegantes versus facere non potuisse. Quid hic inepti sit, nec ostendunt illi, nec ego video. Illud, *Denique*, quod maxime offendit (nam hoc est, ob quod causatus Gruterus, se non videre, quomodo hi versus connecti queant cum præcedentibus & suspicatur aut excidisse aliquot versus medios, aut hos esse adulterinos) sic positum est, ut apud Florum 1. 16. *denique bis floribus vernat.* Sensus autem ille adjicitur ad demendam invidiam crudelitati, quæ spectaculi gratiam refrigerare poterat. *Gronovius.*

9. *Arcano, &c. auro.*] Ornatu, statuis, vasis templorum aureis, ἀναθήμασι: vel etiam privato auro, templis custodiæ causa deposito.

11. *Vicerat antiquæ, &c.*] Admiserat sane aliquod crimen, Laureoli illius latrocinio gravius.

12. *In quo.*] Sic epigr. v. supra. *Accepit fabula prisca fidem:* & infra epigramm. 21. ṽs. 8. *Quæ fuerat fabula.*] Ludit in conclusione per contraria, dum nova antiquis, vera fictis componit.

* De Dædalo. VIII.

Damnato cuidam & (ut in præcedentis epigr. argumento) Dædali fab. in supplicium agenti, dum pegmate excussus, quasi è Minois arce avolaturus in feras decideret, insultans, optat Dædali (ut est in fab.) pennas.

DÆdale, Lucano cum sic lacereris ab urso,
Quam cuperes pennas nunc habuisse tuas!

* MS. Bodl. *Ad Dædalum laceratum ab urso.*

1. *Dædale, &c.*] Simile quid de Icaro juxta Neronis ὑεχνίοχον decidente, vide apud Tranquill. Ner. cap. 12.

2. *Habuisse.*] Pro præsenti ponitur κατ' ἐναλλαγήν. Sensus enim est, quam velles nunc habuisse pennas illas, quas tum habuisti, cum à Creta avolares cum Icaro.

* De Rhinocerote. IX.

Rhinoceros ægre lenteque irritatus, præter spem tandem in feras irruens, taurum jactabat non secus ac taurus pilam.

PRæstitit exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,
Quæ non promisit, prælia rhinoceros.

O quam

* Th. *De rhinocerotis prima pugna.* & ep. XXII. *De rhinocerotis pugna secunda.* Gronovius.

1. *Exhibitus.*] In spectaculum datus.

2. *Promisit, prælia.*] Sic infra epig. 22. *Desperabantur promissi prælia Martis:*

à Ca-

O quam terribiles exarsit pronus in iras!
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat!

sare scilicet promissi vult Jos. Scaliger ergo legit *promisti*. Quod mihi s videtur quam noster dare aut ferre potuerit. *Rhinoceros.*] Ingens a cui nomen dedit τὸ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα. n. l. 9. quamvis & hæc relatio de 2. bus non ita gravi fide constet. Hinc Rhinoceros dictus à cornu illo ma è nare prorumpente. Plin. l. 8. c. 20.

3. *Pronus.*] Cornu submisso ad tollendum taurum, & fera alias etiam prona.

4. *Cui pila.*] Epigr. 53. lib. 14. & epigr. 19. infra. *Cui pila.*] Rhinoceroti taurus pro pila erat, tam leve illi pondus taurus. Unde robur bestiæ discis, quod & admiratur Poëta, nec præ magnitudine exprimit, ut Lectori, quod solet, meditandum relinquat. *Raderus.*

De Leone qui gubernatorem offendit. X.

arem à justitia laudat, qui leonem quod magistrum læserat occieratve, telis confossum interfici jussit.

LÆserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contemerare manus:
Sed dignas tanto persolvit crimine pœnas;
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
Quos decet esse hominum tali sub principe mores,
Qui jubet ingenium mitius esse feris?

. *Ingrato leo perfidus, &c.*] In cudem, rectorem, mansuetarium, sed ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά, *dera sunt hominum non fida, interque em.* Tigres enim & leones, ut Sea verè, Epist. 89. *Non exuunt, sed tan- submittunt feritatem.*
2. *Notas.*] Magistri coërcentis, vel forte irritantis: ut epigr. 22. infra *Contemerare.*] Violare.

4. *Tela tulit.*] Venabula, jacula conficientium.

5. *Quos decet, &c.*] A minori.

6. *Ingenium, &c.*] Hemistichium ex Ovidiano illo, eleg. 10. lib. 1. *Turpe erit ingenium mitius esse feris.*

* De Urso. XI.

ovum venationis genus prædicat, ursum scilicet visco (quo alias aves capiuntur) implicitum.

PRæceps sanguineâ dum se rotat ursus arenâ,
Implicitam visco perdidit ille fugam.
Splen-

* Th. *De urso viscato.* Gronov.

1. *Præceps sanguineâ, &c.*] Ursus, piti quod dedit illi natura invalidissium, prætentis anterioribus pedibus emissoque ad terram capite, se in orbem volutare solet ad declinandam plagarum vim. *Præceps.*] Impetu ruens. *Rotat.*] Κυβιστᾷ Græcè, in orbem agit seu volvit.

2. *Implicitam visco, &c.*] Hæsit visco impe-

Splendida jam tecto cessent venabula ferro;
Nec volet excussa lancea torta manu.
Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

impeditus. Sunt qui legant *implicitus.* Nam Perottus, Scaliger, & Nonius Marcellus credunt *viscum* hic positum pro reti, à tenacitate. Sed credibile magis, hic pro glutine poni debere, quod aucupiis servit; alioquin nihil dictu rus, cum hoc, ut novum genus venationis admiretur. *Rad. Marcil.*

3. *Splendida jam tecto, &c.*] Postquam nova hæc & acuta inventa est ferarum viscatio, cessent corytis & thecis recondita venabula, quibus cominus, & lanceæ quibus eminus feras conficimus. Venatores enim ferrum seu mucronem venabuli, arte celabant, ut feræ facilius se ferro induerent non viso, à viso autem refugiebant. Splendidum ergò per se venabulum, coloribus fucabant, ut feras fallerent: quod hic non erat necesse, cum declinare etiam splendentem ferri aciem visco hærentes non possent. Non repudio tamen alteram explanationem: Cessent venabula venatorum & condantur vagina, quando hic illis usus non est, cum feræ novo artificio, avium ritu capiantur. *Radern.* Et pro *tecto*, Marcilius legit *recto.*

4. *Torta.*] Eminus nempe emissa, ut fit cum jaculum manu torquetur, & vibratur.

5. *Deprendat vacuo, &c.*] Argute claudit epigr. antithetis, ex permutatione utriusque artificii: *deprehendere* enim proprie venatoris, *captare* aucupis est. *vel sic:* Quid jam superest, nisi ut feræ etiam volitent, easque capiat venator, namque eadem arte capiuntur, qua aves?

De sue, quæ ex vulnere peperit. XII.

Inter Cæsareæ discrimina sæva Dianæ
Fixisset gravidam cum levis hasta suem:
Exiliit partus miseræ de vulnere matris.
O Lucina ferox, hoc peperisse fuit?
Pluribus illa mori voluisset saucia telis,
Omnibus ut natis triste pateret iter.

1. *Cæsareæ Dianæ.*] Amphitheatralis venationis, quæ Dianæ sacra. *Diana,* pro venatu. *Discrimina sæva.*] Cruentam cum feris pugnam notat; qua vel à bestiario feræ, vel à fera bestiarius conficiebatur.

2. *Fixisset, &c.*] Cum emissa manu lancea, fixisset feram suem fugientem.

3. *Exiliit.*] Vulnere facta parens.

4. *O Lucina ferox, &c.*] O Diana, Lucina, Ilythia, Dea parturientibus præfecta, crudeliter sane obstetricio defungeris officio, si per vulnus pariendum sit.

5. *Pluribus illa, &c.*] Et tamen pluribus voluisset mori vulneribus, ut per vulnera suculis pluribus nascendi pateret iter. Ex hoc ergo versu patet unum tantum suculum prosiluisse, cæteros matris funere tumulatos.

6. *Triste pateret, &c.*] Vulneris & funeris.

Quis negat esse satum materno funere Bacchum?
Sic genitum numen credite: nata fera est.

7. *Satum materno, &c.*] Semeles à Jove fulminatæ utero extractum, Jovisque femori insutum; iterumque natum, unde Dithyrambus & bimater, Jovis enim femur illi pro altera matre erat.

8. *Credite.*] A minori. Si fera nata est per vulnus & funus maternum, non posset eodem modo Deus?

De eadem. XIII.

ICta gravi telo, confossaque vulnere, mater
Sus pariter vitam perdidit, atque dedit.
O quam certa fuit librato dextera ferro!
Hanc ego Lucinæ credo fuisse manum.
Experta est numen moriens utriusque Dianæ;
Quaque soluta parens, quaque perempta fera est.

1. *Gravi, &c.*] Epigr. præcedenti *levi*, quia volatili: hic *gravi*, quia lethali.

2. *Pariter vitam, &c.*] Suam amisit, suculo dedit.

4. *Lucinæ credo, &c.*] Quæ certo jaculatur, errare nescit: *ἀςοχάζέτης*.

5. *Utriusque Dianæ, &c.*] Venatricis & obstetricis. Ipsemet exponit extremo versu, ut fera sit experta utramque Dianam: vulnere nempe quo perempta, venatricem: onere ventris quo levata, obstetricem.

De eadem. XIV.

SUs fera jam gravior, maturi pignora ventris
Emisit fœtum, vulnere facta parens.
Nec jacuit partus, sed matre cadente cucurrit.
O quantum est subitis casibus ingenium!

De

1. *Jam, &c.*] Partui proxima. *Pignora ventris, &c.*] Rectius legas *pignore*: namque unicum peperit suculum, cæteri matris funere tumulari. Si communem retineas scripturam, appositio est, *pignora fœtum*. Sic Propert. *Nunc tibi commendo communia pignora natos.*

3. *Cucurrit.*] Quasi periculum sensisset, quod fuga cuperet declinatum. Suprà dixit, *Exiluit partus.*

4. *O quantum est subitis, &c.*] *Casus ubique valet.* Et ut Thucydides inquit, *Subita experiuntur ingenium & indicant.*

2. Sum-

De Carpophoro venatore. XV.

Carpophorum propè adolescentem, Domitiano charum, virtutis gloriæque studio in θηριομαχίας Amphitheatrales descendentem, Meleagro & Herculi præfert: ut infra epigr. 27. Jasoni & Theseo. Vide & epigr. 23.

SUmma tuæ, Meleagre, fuit quæ gloria famæ:
Quantula Carpophori portio, fusus aper!
Ille & præcipiti venabula condidit urso,
Primus in Arctoï qui fuit arce poli:
Stravit & ignotâ spectandum mole leonem,
Herculeas potuit qui decuisse manus:
Et volucrem longo porrexit vulnere pardum,
Præmia cum laudis ferret, adhuc poterat.

* De

1. *Summa tuæ, gloria famæ.*] Calydonius aper neglectæ Dianæ vindex, à Meleagro (vel ut alii ab Atalanta) cæsus. *Meleagre.*] Qui Oenei Ætolorum regis filius, immissum ab irata Diana, ob neglecta sacra, ex Oeta monte in Ætoliæ sata, & Oenei regis cultissimam vineam aprum, cum heroibus suis confecit.

2. *Quantula Carpophori.*] Quota pars est famæ Carpophori? quasi diceret, *minima.*

3. *Præcipiti.*] Impetum ruentis feræ explicat. Vide ℣ſ. 1. in ep. 11. supra, &c.

4. *Primus in Arctoï, &c.*] Maximus in eis, qui sub plaga Arcto subjecta aut vicina. Vide supra ℣ſ. 3. epigr. 7. alii ad Helicen ursam cœlestem respicere poëtam volunt. Affaniæ & liræ. Arctoi ergò populi dicuntur, quotquot ad Septentrionem pertinent. Et pro *arce*, Scaliger legit *axe.*

5. *Ignota mole.*] Vasta & inusitata magnitudine.

6. *Herculeas, &c.*] Instar Nemeæi illius quem stravit Herculés.

7. *Longo.*] Eminus lancea: hasta missa. *Porrexit.*] Occidit, forte à more extendendi & collocandi defunctos, sumptum. Nam Romani defunctos collocabant ad januam ædium eo loco & statu, ut faciem & pedes haberent extentos ad viam & publicum aversos, quod ipsum collocari dicebatur: ita ad rogum quoque extra urbem efferebantur, ut pedes & caput portam spectarent, quod Persius intellexit, cum scripsit:

In portam rigidos calces extendit.

Causam hujus moris addit Plutarch. in problem. quod occasus ortui sit contrarius. In caput nascimur, pedibus quasi egredimur. *Rad. Pardum.*] Adeo enim contente currunt seseque extendunt, ut ventre propemodum terram radant, & equum pernicissimum ter & pluries cursu retrorsum iteratò, assequantur.

8. *Adbuc poterat.*] Indefessus adhuc & integris viribus, perinde ac recens novæque pugnæ potens.

* Ita

De Hercule insidente tauro ad cœlum rapto. XVI.

lerat Domitianus spectaculum, quo Hercules tauro vectus in cœ-
ım portabatur: fiebatque hoc per machinamentum ἀκροβαλικὸν
eu ἑώρας. Poëta taurum hunc Jovis tauro collatum anteponit.

RAptus abit mediâ quod ad æthera taurus arenâ;
Non fuit hoc artis, sed pietatis opus.
Vexerat Europen fraterna per æquora taurus;
At nunc Alciden taurus in astra tulit.
: Cæsaris, atque Iovis confer nunc schema: juvenci
Par onus ut tulerint; altius iste tulit.

* Ita MS. Bodleian.

1. *Raptus abit mediâ, &c.*] Pegmate, ora ep. 2. ✝ſ. 2. χεχίνω machina, qua sublime rapiebantur personæ è scena aëra, ut à Borea Orythia, ab Aurora lemnon, ab anguibus Medea, &c.

2. *Non fuit, &c.*] Non tam machina-enti fuit artificium, quam pii numi-s aura, arti adspirans.

3. *Fraterna, &c.*] Neptunia regna, aria. Neptunus enim frater Jovis.

4. *Alciden.*] Domitianum (credo) el Domitiani effigiem Herculis habi-u, quem ipse affectavit, gentemque Fla-iam referri voluit ad Reatinos & co-nitem Herculis. Vide Suet. Vespas. c. 12. *Taurus tulit, &c.*] Tauro huic ligneo Imperatorem inclusum volunt nonnul-i, ut quadret schema cum Jove sub spe-cie tauri; verum nec placet, nec opus est: namque à Cæsare exhibitus in spe-ctaculo hic taurus.

5. *Nunc schema, &c.*] Putat Rutger-sius hoc epigramm. ad Aruntium Stel-lam, inter alia, scriptum fuisse, legen-dumque, *confer nunc, Stella, juvencos.* Scriverius legit, *Roma, juvencos.* Janus Douza restituit *schema juvencos*: quasi diceret; compone nunc inter se tauros, Jovis & Cæsaris *schema*, id est, figuram: sicut enim mentitus taurum Jupiter Eu-ropen per mare vexerat; ita Domitia-nus Jovi æmulus, sub tauri specie inter spectacula productus, Herculem in cœ-lum sustulit. Sed *stemma* legit Salmasius pro *stegma*, sic Taurum illum vocat qui Jovem tulit; στέγειν enim est ferre & sustinere: unde στέγμα, quod aliquid fert & sustinet.

6. *Par onus, &c.*] Fac eos tulisse par onus, quod tamen non fuit: ille enim puellam, hic heroa, &c. *Altius, &c.*] Ludit in ambiguitate vocis *alti*, quod aliquando pro cœlo, quandoque pro mari sumitur. Jovis autem taurus Eu-ropam per mare, Cæsaris taurus Hercu-lem per aëra (quod mari altius) tulit; huic simile epigr. 7. l. 1.

De supplice elephante. XVII.

QUod pius, & supplex elephas, te, Cæsar, adorat;
Hic modo qui tauro tam metuendus erat:
Non facit hoc jussus, nulloque docente magistro:

Crede

1. *Quod pius.*] Blanditur Cæsari velut Deo, cujus numen etiam feræ sentiant.

2. *Tauro tam, &c.*] Infra epigram-mate 19.

3. *Non facit, &c.*] Facit hoc non à magistro jussus & edoctus, ut alibi ele-phantes. Nec tamen sine magistro, sed aliquo magistro docente; nempe nu-mine tuo Cæsar, quod illi pro Magi-stro est, & quod ille sentit. *Raderus.*

Sic

Crede mihi, numen sentit & ille tuum.

Sic epigr. 15. & 109. lib. 1. docile animal elephas & religiosum, Solem enim & Lunam, naturæ instinctu adorat.

4. *Numen, &c.*] MS. Bodl. *nostrum sentit & ille Jovem.* MS. Scriv. *Deum*, id est, Cæsarem.

De tigride, & leone. XVIII.

LAmbere securi dextram consueta magistri,
Tigris, ab Hircano gloria rara jugo,
Sæva ferum rabido laceravit dente leonem:
Res nova, non ullis cognita temporibus.
Ausa est tale nihil, sylvis dum vixit in altis:
Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

2. *Gloria.*] Oppianus lib. κυνηγ. Tigrim, pulcherrimam ferarum ait, ut pavonem avium; ita ut merito poëta noster, illam, *gloriam Hircaniæ* appellarit. *Raro jugo, &c.*] Non ira frequens huc adducta ex Hircaniis sylvis: videturque respicere ad morem surripiendi catulos Tigridis: cum enim fœtus insidiis ereptos videt, insequitur raptorem animal pernicissimum: ille unum abjicit è catulis, quem mater ad cubile reportat, rursusque raptorem insequenti alterum abjicit: mox tertium, &c. ita ille unicum vix nactus navim conscendit. Plin. lib. 8. cap. 10. Solin. cap. 21.

6. *Postquam, &c.*] Ad nos relata fortior & animosior facta est. Sunt qui volunt hic Romanorum crudelitatem taxati, inter quos & feræ fiant ferociores.

De tauro & elephante. XIX.

QUi modo per totam, flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas;
Occubuit tandem cornuto ardore petitus,
Dum facilem tolli sic elephanta putat. *

1. *Flammis stimulatus.*] Tauros irritare solebant & ad pugnam incitare igni, stimulis & pilis, quæ fiebant ad effigiem humanam è pannis purpureis fœno stramineve sufferris, quo colore tauri maxime efferantur, Seneca 3. de Ira, cap. 30. Plutarch. connub. præcept.

3. *Cornuto ardore.*] Πεσιφορητικῶς, pro cornu vel dente elephanti. Et Metonymia est, *cornutus ardor*, pro irata bellua. *Petitus, &c.*] Ramiresi è vet. e. legit *potitus*, hac mente; dum incitatus & ardens ira taurus, cornuum vi fretus, elephantem nisus est in altum tollere. vel ut Brodæus exponit: Suorum ipsius cornuum vehementia domitus. Legunt alii *Petitus*, exponuntque *ardorem cornutum*, irati elephantis dentes, quos sunt qui cornua esse contendant. Vide lib. 1. epigr. 73. ℣. 4. MS. Bodl. *cornuto abs ore petitus.*

4. *Sic, &c.*] Eâdem facilitate qua pilas.

* Huc retrahendum putat Rutgersius fragmentum quod sub fine hujus lib. habetur. *Cedere majori, virtutis fama secunda est. Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.* Illa, inquit Martialis, gravis palma est, quam minor hostis habet: hoc est, eum minor hostis majorem vincit, illa est gravis & nobilis palma. At hic elephas longè major tauro; victusque taurus ab elephanto, nec elephantus à tauro. Si taurus vicisset elephantum, versus ultimus Martialis hic haberet locum. *Raderus.*

De pari gladiatorum. XX.

DUm peteret pars hæc Myrinum, pars illa Triumphum:
Promisit pariter Cæsar utraque manu.
Non potuit melius litem finire jocosam.
O dulce invicti principis ingenium!

1. *Dum peteret.*] Dum auctarium vel suppositiitium alteri gladiatori, postularet populi pars, alia Myrinum (de quo epigr. 29. lib. 12.) alia Triumphum, duos è gladiatoribus, quos viribus, arte, ornatu eximios alebat proprios & peculiares sibi Cæsar. Sueton. Domit. 4. & Lud. Cælius lib. VI. c. 32. *Dum peteret.*] Principem ab indulgentia laudat, quod ex sua familia munere Quæstorio, duos gladiatores dederit, Myrinum, nempe & Triumphum. *Myrinum, Triumphum.*] Nomina gladiatorum aulicorum Domitiani, qui cum ordinariis & Quæstoriis gladiatoribus compatabantur. Sueton. Domit. 4. *Quæstoriis muneribus, quæ olim omissa revocaverat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret, bina paria è suo ludo postulandi, quæ novissima aulico apparatu induceret.*

2. *Promisit, &c.*] Utrumque par significavit se daturum utraque exporrecta manu, salutationis & consensus nota, è castris in Arenam translata. Vel manibus annuit populo postulanti. *Ambabus*, enim *manibus* fieri dicitur, quod summo studio, maximoque conatu fit: & simul liberalitatem principis notat. Scaliger sic hunc locum exponit: Dum Cæsar vult utrique parti satisfacere, pariter commisit utrumque, *utraque manu*, id est, pugnantem binis sicis. Gladiatores enim aut cum parma & sica, aut binis sicis depugnabant, & tunc dicebantur διμάχαιροι. Cum verò hæc crudelis esset dimicatio, quia sine parma pugnantes, non diu trahere certamen possunt, sed alterutrum statim necesse est occumbere, sustulit hoc genus pugnæ Domitianus, revocans morem antiquum arenæ, ut parma & sica instructi prodirent. *Utraque manu.*] Non omittendum Scriverii, *utramque manum*. Sed non intelligo utramque manum Cæsaris, sed utrumque gladiatorem. Manus enim dicuntur Latinis, qui manu rem gerunt. Vide Diatrib. ad Stat. cap. 40. *Gronovius.*

3. *Litem finire jocosam.*] Studium populi alterius, alterum petentis: quæ Ausonio, *cuneati læta theatri Seditio.*

4. *O dulce.*] Contraria jungit: hostibus invictus; civibus facilis.

De Orpheo. XXI.

Orphei fab. in Amphitheatro exhibita est. Damnatus verò quispiam (ut dict. supra in argum. epigr. 7) verè ab urso laniatus est, ut Orpheus à Bacchis discerptus fertur.

QUidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur; exhibuit, Cæsar, arena tibi.

Repse-

1. *Orpheo Rhodope, &c.*] Orpheum theatrum, à similitudine veri theatri appellat, quod esset in Threïciis vallibus seu planicie ad Hœmum Rhodopenve, quæ ad similitudinem veri theatri refert poëta, ut Ovid. 11. Metamor. *Mœnades Orphei titulum rapuere theatri.* *Rhodope.*] Mons Thraciæ: hic pro Thracia ipsa accipitur; aut pro feris & silvis ac scopulis, qui ad Rhodopen arrepse-

B re,

Repſerunt ſcopuli, mirandaque ſylva cucurrit,
Quale fuiſſe nemus creditur Heſperidum.
Adfuit immixtum pecudum genus omne ferarum,
Et ſupra vatem multa pependit avis.
Ipſe ſed ingrato jacuit laceratus ab urſo.
Hæc tamen ut res eſt facta, ita ficta alia eſt.

re, cum in ea caneret Orpheus. *Spectaſſe.*] Orpheo canente animatas ſilvas, arbores, ſaxa: feras humanitatem induiſſe, &c.

3. *Repſerunt, &c.*] Hæc autem vel per machinamenta νευροσπαστικῶς: vel ab hominibus in truncis arborum ſcopuliſque latitantibus movebantur.

4. *Nemus, &c.*] Horti aureis pomis, id eſt, citriis (ut refert è Jubæ commentariis Æmilianus apud Athenæum lib. 3. cap. 6.) inſignes, quos habuerunt in extrema Æthiopiæ parte filiæ Heſperi fratris Atlantis. leg. Plin. l. 19. c. 4. & l. 37. c. 2.

5. *Pecudum, &c.*] Al. *Pecori.* alii *pecudum genus atque ferarum*: ſed acutiori ſenſu retineatur vetus lectio: neque enim pecudes domeſticæ, ſed feræ Orpheum inſecutæ, quas voce illius blanda, citharæque ſono delinitas, crederes pecudes.

6. *Multa pependit avis.*] Filo vel reti coërcitæ tenuiſſimo ne avolarent, aves multæ. Sic Ovid.

Tale nemus vates attraxerat, inque ferarum
Concilio medius turba volucrumque ſedebat.

7. *Ingrato, &c.*] Male vatis muſicam compenſanti. Vel ſurdo, qui ad modos Orphei non attenderit, alioqui flectendus.

8. *Hæc, &c.*] Supra epigr. 7. ℣ſ. 11.

Accepit fabula priſca fidem. &,
In quo quæ fuerat fabula, pœna fuit.

Hæc tamen ut res eſt facta, &c.] Non eſt Martialis hic verſus, ſed alicujus infelicis verſificatoris, qui deficientem in veteri codice verſum ſupplevit. *Gronov.*

De rhinocerote. XXII.

SOllicitant pavidi dum rhinocerota magiſtri,
Seque diu magnæ colligit ira feræ;
Deſperabantur promiſſi prælia Martis:
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.
Namque gravem gemino cornu ſic extulit urſum,

Jactat

1. *Sollicitant.*] Feras ad pugnam irritare ſolebant ſtimulis, igne, flagellis, pilis, mappis, modo epigr. 19. ℣ſ. 1. *Pavidi, &c.*] Verentes ne in ſe beſtiam moverent. *Vel* ne, ſi non moveretur in pugnam, populo diſplicerent, qui lentas oderat pugnas, ut ultimo ſequentis epigr. verſu.

2. *Seque diu magnæ.*] Ægrè irritari belluam; etiam ſupra oſtendit Mart. Epigr. 9.

4. *Sed tamen is rediit.*] Is furor qui ante Epigr. 9. cognitus deſcribitur:

O quam terribiles exarſit pronus in iras.

Ita ut τὸ *is*, non πλεοναστικῶς dictum, ſed ſignate & ἀποδεικτικῶς.

5. *Gravem, &c.*] Gemino cornu infeſtum *urum.* Ita legendum divinabat I. Dou-

Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

1. Dousa, assensit Jos. Scalig. exponit Pet. Scriv. non ut vulgo *ursum*. Vide epigr. 9. ℣s. 4. *Sic extulit.*] Rhinoceros bicornis, suo cornu gemino, non secus ursum in aërem est eiaculatus, atque taurus pilam. Sed pro *ursum*, alii legunt *urum*. Quid enim mirificum diceret poëta, si ursum Rhinoceros evertit. Nam non probabile ursum cum Rhinocerote commissum, planè impari commissione: tum turpe, inducere tale par ferarum, cum urso non sit spes victoriæ. Præterea *gravem* vocat Martialis, quod Epitheton uro magis conveniat quam urso, quum quilibet taurus urso gravior sit. Nec verò est ἀδύνατον, urum à Rhinocerote tolli in altum, cui pila taurus erat. Vel bubalum potuit nomine uti, poëta intellexisse. *Rader.* Politianus hunc locum Martialis sic exponit: ut ursum videlicet à Rhinocerote cornu illo unico elatum ejectatumque sentiat, gravem gemino cornu, hoc est gravem tauro futurum, cui sunt cornua gemina; ut *cornu* sit dativi, non ablativi casus.

6. *Pilas.*] Supra epigr. 19. ℣s. 1. Post Epigramma XII. inserit M S. Th.

IDEM.

Orphea quod subito tellus dimisit hiatu
Versa miramur venit ab Eurydice.

Videtur autem legendum, *emisit*, & *Miramur? versa venit.* Gronovius.

* De Carpophoro. XXIII.

Dorica quam certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori!
Ille tulit geminos facili cervice juvencos;
Illi cessit atrox bubalus atque bison.

Hunc

* Vide epigr. 15. supra.

1. *Dorica, &c.*] Græca, ab inventore Græco. Plin. c. 36. l. 8. Aliis Laconica. Lacones. n. venatores strenui, iidem Dorici generis fuerunt. *Vel* à Doride in qua Pindus mons, optimæ materiæ ad hastilia ferax. Vide Turnebi Adv. l. 17. c. 2. legitur & *Norica*, quæ regio armorum fabrica illustris.

2. *Fortis adhuc teneri.*] Admirationis est, ab adolescente tenero simulque forti, tantas feras confici: auget laudem à repugnantibus, *fortis & teneri.*

3. *Ille tulit, &c.*] Idem Carpophorus facili cervicis deflexione, agilique corporis declinatione excepit duos tauros, eosque prehensis cornibus humi affixit. Alii volunt hic speciatim robur Carpophori ostendi, quod *facili cervice*, id est, nullo labore, binos simul tauros, per pugnam à se interfectos gestarit. Turnebus τὸ *tulit*, interpretatur, interfecit, sustulit, eorum cervice ad conficiendum minime duta & repugnante, sed facile venabulorum ferro violatâ. Ramiresius verò *facili cervice*, refert ad juvencos, pro nobili & versatili, ut ægre figerentur à bestiariis. Vel *tulit cervice facili*, id est, excepit ferocientem declinatione cervicis, proclinato in dexteram latere. Sed quum unum taurum ita excipere præclarum argumentum sit & virium firmarum, & habilis flexus corporis: hoc in duobus tauris eodem tempore & momento ferè præstitit Carpophorus; ut duplex ejus gloria sit. *Scaliger.*

4. *Bubalus atque Bison.*] Bubali sunt propriè tauri, quos *bufalos* hodie Itali, Germani *Buffels* vocitant. Est Bison cervi figura, cujus à media fronte inter aures unum cornu existit excelsum, cujus è summo rami tanquam palmi diffunduntur. Eosdem describit Plinius lib. 8. cap. 15.

5 *Hunc leo cum fugeret, præceps in tela cucurrit:*
I nunc, & lentas corripe, turba, moras.

5. *Tela cucurrit, &c.*] Subsessorum, qui in insidiis latent, in venatoris subsidium ubi opus sit.
6. *Et lentas, &c.*] Neque enim habet populus quod hîc queratur de tarditate congressus, quæ alias illi molesta, vide præcedens epigramma versu 2.

De Naumachia. XXIV.

Navale prælium à Tito, Suet. 7. vel à Domit. Suet. 4. in Amphitheatro exhibitum, subito immissa per tubos aqua, ut novum hospitem & è longinquo advenam tum primùm spectatorem fallat, credentem scopontum esse, nisi mox emissam ad munera gladiatoria viderit aquam.

SI quis ades longis serus spectator ab oris,
Cui lux prima sacri muneris ista fuit.
Ne te decipiat ratibus navalis Enyo,
Et par unda fretis; hîc modo terra fuit.
5 *Non credis? spectes, dum laxent æquora Martem;*
Parva mora est, dices: hîc modo pontus erat.

1. *Serus, &c.*] Per itineris longinquitatem: supra epigr. 3.
2. *Sacri, &c.*] Qui jam primum spectas (utpote qui ante hunc diem in urbe non fuisti) Naumachiam, Neptuno sacram, vel à Divo Cæsare exhibitam. & *ipsa* legitur pro *ista*. *Sacri muneris.*] Nam venationes Dianæ, gladiatores Marti & Saturno sacri; Naumachia Neptuno forte, nisi malis ad Domitianum referre, vel ad utrumque potius. *Rad.*
3. *Navalis Enyo.*] Prælium navale. Est autem *Enyo*, Bellona, bellorum dea, Martis soror.
5. *Non credis? spectes, &c.*] Locus, ut plurimum, in quo edebantur Naumachiæ, dicebatur *Naumachia*, eratque in quarta decima urbis Regione, quæ Trans-tiberina est. Sed in his Naumachiis non dabatur semper navalis prælii spectaculum: edidit etiam Titus in Amphitheatro: dedit etiam Domitianus, ut habet Suetonius in ejus vita. Ad hanc vel illam Naumachiam in Amphitheatro datam debere referri istud Martialis Epigramma, unus est omnium Interpretum consensus. Sed mens Epigrammatis ista est: Admiratur Poëta artem, qua aqua per tubos in Amphitheatrum immissa, navalis pugna repræsentabatur; & rursus aqua subitò emissa, Amphitheatri area siccabatur. Legend. est itaque: (*Martii. Non credis? spectes, dum laxent æquora*) Quod librarii mutarunt in *Martem*. Amphitheatrum erat in tertia urbis regione, in quod per tubos immissa est aqua, ut repræsentaretur navalis pugna: aqua autem non poterat commodè immitti in Amphitheatrum nisi è lacubus, qui in illa Regione. Lacubus autem tertiæ Regionis, ut nos docet Frontinus, erogabantur aquæ *Martia*, Anionis veteris & Juliæ; sed præcipue Martiæ, quæ aquarum omnium clarissimæ, à Martio, à quo nomen acceperunt in urbem productæ: de hac aqua intelligendus est Martialis. *Æquora* dixit, quia par erat unda fretis, & Euripus iste mare simulabat. Quasi diceret exspectes paulisper, dum emittant aquas illas, tum dices siccata Amphitheatri area, *hic modo pontus erat*. Petitus. *Spectes, &c.*] Expectes modo dum certamini finem faciant æquora emissa. *Laxent.*] Dirimant & dissolvant naumachiam.

2. *Cæsa-*

De Leandro. XXV.

Domitiani clementiam Neptuni sævitiæ anteponit, cum fictitius hic Leander è Cæsaris mari Amphitheatrali enatarit; ille verus, in Hellesponto perierit.

QUod nocturna tibi, Leandre, pepercerit unda,
Desine mirari: Cæsaris unda fuit.
Cum peteret dulces audax Leandrus amores,
Et fessus tumidis jam premeretur aquis;
Sic miser instantes affatus dicitur undas:
Parcite, dum propero; mergite, dum redeo.

2. *Cæsaris, &c.*] Pontus à Cæsare per tubos in Amphitheatr. inductus.

3. *Cum peteret, &c.*] Distichon superius plenum habuit epigrammatis sensum & argutiam. quod sequitur tetrastichon videtur ὑποβολιμαῖον.

6. *Mergite, &c.*] Sic epigr. 181. libro XIV.

De natatoribus. XXVI.

Juvenes natatores Nereïdum habitu in æquore Amphitheatrali exhibiti, à Cæsare credo Tito, namque simile quid de illo refert Dio. quod artificiosum Cæsaris spectaculum, vel veris Nereïdum lusibus præfert.

LUsit Nereïdum docilis chorus æquore toto,
Et vario faciles ordine pinxit aquas:

Fusci-

1. *Lusit.*] Quemadmodum in πεκζῆσις militaribus ad signum ducis, figuras omne genus acies edit, triangulum, quadrangulum, cuneum, &c. ita Natatores quos exhibuit Domitianus, habitu Nereïdum, ad signum ediderunt, navem, fuscinam, anchoram, remum, malum navis cum Castoribus, & similia: ideo dixit:

Et vario faciles ordine pinxit aquas.

Mutato ordine & serie, prodeunt alia atque alia schemata. Quam nobile & jucundum fuerit hoc spectaculum, illis, qui aliquem sensum illustrium inventorum habent, conjiciendum relinquimus. Ut satis mirari non possim, nulli de tot interpretibus ne minimum quidem de sententia hujus Epigrammatis oboluisse, quum secundus versiculus sit vice argumenti. *Scaliger.*

Nereïdum.] Nympharum maris, Nerei & Doridis filiarum 1. *Docilis.*] Natandi peritus, respicitque *juvenes.* vel edoctus à chorodidascalo, vel à Thetide aut Cæsare, ut ultimo versu hujus epigr. *Chorus.*] Agmen. *Æquore, &c.*] In Amphitheatrum inducto.

2. *Faciles.*] Facile natatoribus cedentes. Vel mobiles, & facile cedentes ad nutum Cæsaris, cujus hoc erat mare. *Ordine pinxit aquas, Fuscina dente.*] Mutato ordine & serie, alia atque alia schemata expresserunt natatores. Varias rerum formas in aquæ superficie (cujusmodi hodie artificiosas videmus saltationes, & figuras in πεκζῆσις militaribus) repræsentarunt, veluti Tridentis Neptuni, Remi, Ratis, Syderum διοσκούρων Castoris & Pollucis, Velorum.

 3. *Nexu*

Fuscina dente minax, nexu fuit anchora curvo:
Credidimus remum, credidimusque ratem:
Et gratum nautis sidus fulgere Laconum,
Lataque perspicuo vela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes invenit in undis?
Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

3. *Nexu fuit, &c.*] Forte Neptunum egit unus è natatoribus, cujus sceptrum τρίαινα seu tridens. *Ancora.*] Quæ unca & hamata. Est tamen qui siclegat & emendet; *nexu fluit anco recurvo.* Quæ sane scriptura mitum in modum facit ad nostram concham seu Neptunium currum; quod concha & anco magnam habeant inter se similitudinem: nisi quod anco in modum cubiti seu ἀγκῶνος inflectatur; & optimè Martialis explicat, nexu recurvo in cubitum eat. *Raderus.*

4. *Ratem, &c.*] Cum ergò spectaremus Neptunum curru suo cum tridente vehentem, credidimus illum rati sua vehi remisque impelli; ita commodè & celeriter promovebat. *Raderus.*

8. *Aut docuit, &c.*] Accepit ne lusus hosce Cæsar à Thetide, aut ipsa potius à Cæsare docta est?

* Blanditur Cæsari. XXVII.

Supra epigr. 15. Carpophoro Meleagrum & Herculem postposuit: hic eidem Herculem, Theseum, Bellerophontem, Jasonem, & Perseum.

SÆcula Carpophorum, Cæsar, si prisca tulissent,
Jam nullum monstris orbe fuisset opus.
Non Marathon taurum, Nemeë frondosa leonem,
Arcas Mænalium non timuisset aprum.
Hæc armata manus hydræ mors una fuisset,

Huic

* Inscriptio Th. est: *De Caporoto, qui xx. ircos pariter immissos occidit.* Gronovius.

1. *Secula prisca*] Quibus Hercules, Theseus, cæterique heroes & semidei cum monstris depugnarunt.

2. *Jam nullum, &c.*] Alii legunt *Jam nullum in monstris.* Unde Scriverius parum immutatum legit, *Jam nullo in monstris,* hac mente. Non opus fuisset toto orbe peragrato ad monstra diversis in partibus domanda: in uno Amphitheatro unus suffecisset Carpophorus. Sed MSS. Bodleianus clare habet. *Jam nullum à monstris orbe fuisset opus:* id est, Nullum orbi à monstris fuisset negotium aut periculum. *Jam nullum monstris.*] Pro hoc versu memb. Th. *Non amara thoncum barbara terra ferat.* Forte: *Non Asia Antæum.* Gron.

3. *Non Marathon, &c.*] Urbs illa Atticæ non timeret Cretæum taurum, ab Hercule cæsum. quod tamen Theseo ascribitur. *Nemeë, &c.*] Non sylva Nemæa inter Cleonas & Phliuntem timuisset leonem: non Arcadia aprum, quos confecit Hercules.

4. *Mænalium.*] Mænalus urbs est Arcadiæ. *Hæc armata manus.*] Carpophori.

5. *Hæc armata manus.*] Th. *Hoc armante manus.* Gronov. *Hydræ, &c.*] Uno ictu Lernæam pestem simul interfecisset Carpophorus, quam Hercules multis iteratis plagis ægrè confecit: repullulantibus enim capitibus crescebat malum.

6. *Huic*

Huic percussa foret tota Chimæra semel.
Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros:
Solvere & Hesionem solus, & Andromeden.
Herculeæ laudis numeretur gloria: plus est,
Bis denas pariter perdomuisse feras.

6. *Huic percussa, &c.*] Idem MS. Bodl. habet, *Hinc*, id est, ab hac manu, vel uno ictu periisset triforme illud monstrum Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. quæ à Bellerophonte domita est non sine diutino prælio.

7. *Ignipedes posset.*] Th. melius, *Igniferos.* Et huic versui subjicit: *Possit utrumque fera vincere Pasiphaes. Si situs æquorei revocetur fabula monstri Solvere & Hesionem.* Scribe: *Igniferos posset sine Colchide jungere tauros: Posset utrumque ferum vincere Pasiphaes. Cetus & æquorei revocetur fabula monstri, Solveret Hesionen solus & Andromeden.* Gron. *Ignipedes posset.*] Celeres. Al. *Æripedes.* χαλκόποδας. melius legas *Ignivomos.* φλόγα φυσιόωντε. *Sine Colchide, &c.*] Absque Medeæ ope & arte, quod Jason non potuisset. Et *jungere*, ideo legit, quia sub jugum redigendi erant. *Utrumq; ferum.*] Nempe qui amantem sprevit, Dædali arte pellectus: & qui ex illis ortus, Minotaurum à Theseo victum.

8. *Hesionem, &c.*] Laomedontis filiam ceto expositam, quam asseruit Herc. *Andromeden.*] Cephei & Cassiopes filiam, quam ceto expositam liberavit Theseus.

9. *Herculeæ, &c.*] Ite jam, subducite rationes, comperietis Herculis labores per omnem vitam non excessisse XII. numerum: Carpophorus uno spectaculo XX. stravit feras.

10. *Pariter.*] Simul emissas, aut alteram post priorem cæsam, eodem tamen spectaculo. *Rad.*

* De Naumachia. XXVIII.

Ociosum lemma, ineptum & alienum à sensu epigrammatis aut mente poëtæ, qui lemmata sua libris tantum ultimo atque penultimo præfixit: ut apparet epigr. 3. lib. 13. & epigr. 2. lib. 14. hoc autem epigrammate Titi (ut videtur ex Xiphilino) naumachiam præfert illis Augusti, Claudii, Neronis.

AUgusti laudes fuerant, committere classes,
Et freta navali sollicitare tuba:

Cæsa-

* Ita emendarat P. Scriver. confirmatque MS. Bodl.

De naumachia minore Th. Idem: *Augusti labor hic fuerat.* Gron.

1. *Augusti laudes, &c.*] MS. Bodl. ut & alii; *Augusti labor hic fuerat.* Augustus nudas exhibuit naumachias cis Tiberim. *Suet.* 43. *Aug. Tac.* 14. *Annal.* nisi respiciat exercitationem classium in lacu Lucrino ad bellum Siculum. *Sueton. Aug.* Sed Titus addit alia spectacula Circensia in ipsis aquis edita.

2. *Freta navali.*] Prælia navalia.

 3. *Cæsa-*

Cæsaris hæc nostri pars est quota? vidit in undis
Et Thetis ignotas, & Galatea feras.
Vidit in æquoreo ferventes pulvere currus,
Et domini Triton ipse putavit equos.
Dumque parat sævis ratibus fera prælia Nereus,
Abnuit in liquidis ire pedester aquis.
Quidquid & in circo spectatur, & Amphitheatro,
Dives Cæsarea præstitit unda tibi.
Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis:
Hanc norint unam sæcula Naumachiam.

* De

3. *Cæsaris, &c.*] Titi, seu mavis Domitiani. *Pars est quota?*] Quasi diceret, minima. De hac formula supra, *Quantula Carpophori portio, &c.*

4. *Ignotas, &c.*] Equi enim, tauri, aliaque animalia edocta fuerunt id omne in aquis facere, quod in terra consueranr. *Galatea.*] Nereidas intellige.

5. *Æquoreo, &c.*] Imbrice ex aspergine equorum natantium Neptunique fictitii currum trahentium. alii volunt pontes leniter aquæ superficiei substratos & in his currus tractos. vel Metaph. Catachrestica, à pulverulentis Amphitheatri aut Circi ludis ad Naumachiam.

6. *Domini, &c.*] Neptuni.

7. *Dumque, &c.*] Dumque classes obit, instituit, disponit ad Naumachiam Neptunus.

8. *Abnuit in liquidis.*] Th. ut & laudatus Scriverio eodem: *Horruit.* Virg. *Quamquam animus meminisse horret.* Gronov. *Abnuit, &c.*] Hic etiam Bodleianus Cod. Scriverii concinit, *Horruit in liquid. Pedester, &c.*] Curru triumphali vectus, quem trahunt 4. equi, sunt vituli marini, aut balænæ.

9. *Circo spectatur.*] Certamina curulia, Gymnica, pompæ. *Amphitheatro.*] Gladiatores, venationes, naumachiæ. emendo, *amphitheatro Cæsareo, dives, &c.*

10. *Dives, &c.*] Omni ludorum genere abundans.

11. *Fucinus.*] Claudii naumachiæ in lacu Fucino. *Suet. Claud. cap. 21. Tacit. An.12.* *Pigri.*] Referas per Hypallagen Metonym. ad stagna. vel ad ignaviam mollitiemque Neronis, qui nihil in omni vita dignum nomine & vita gessit, nec imperium auxit; imo multum imminuit: melior citharædus quam Imperator. Pro *pigri*, alii *diri*.

12. *Naumachiam.*] Naumachia & feræ exhibitæ fuerunt à Nerone inductis aquis in ligneum suum Amphitheatrum. *Xiphilin.*

* De

* De Prisco & Vero gladiatoribus. XXIX.

Martiali epigramma hoc adscriptum Jos. Scaliger primus publicavit, cujus hæc sententia. Par gladiatorum postulatitium vel a Cæsare exhibitum (ut supra epigramm. 20) ubi diu æquo pugnasset Marte, populus vel favore vel moræ tædio missionem utrique gladiatori petiit. Cæsar arenæ lege jubet agi, nec dirimi certamen fert, nisi altero victo. Spectantem interea populum donis & missilibus moratur. utrique tandem simul ictu pari læso palmas misit & rudes.

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus,
Esset & æqualis Mars utriusque diu;
Missio sæpe viris magno clamore petita est:
Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.
Lex erat, ad digitum posita concurrere palma:
Quod licuit, lances, donaque sæpe dedit.
Inventus tamen est finis discriminis æqui;
Pugnavere pares, succubuere pares.
Misit utrique rudes, & palmas Cæsar utrique:
Hoc

* Desiderantur quæ sequuntur epigramm. in MS. Bodl.

3. *Missio sæpe.*] Missio erat quoties læsus aut victus victori eripiebatur à principe vel munerario ex faventia populi, quam significabat presso pollice. quod accipio, pollicem intra palmam conditum, digitis fuisse pressum. *Viris.*] Gladiatoribus.

5. *Lex erat ad digitum, &c.*] Ad digitum pugnare dicebant, pro digitis pugnare, quod uno verbo *micare*. Quintilian. lib. VIII. cap. v. *Contrà eandem sororem gladiatoris, cujus modò feci mentionem, ad digitum pugnavi. ad digitum concurrere* dixit incertus auctor veteris Epigrammatis: *Lex erat ad digitum posita concurrere palma.* Igitur *ad digitum pugnare*, & *digitis pugnare* idem; ut & *ad manum saltare* & *manibus saltare.* quod est χειρονομεῖν. quid enim aliud tam proprium pantomimi, quam τὰ λεγόμενα χερσὶ δεικνύειν, hoc est, *verba manibus expedire.* Salmas. *Ad digitum, &c.*] Concursu digitorum à dimicatione palmam inter se sortiti. Petr. Scriverius, quem vide. *Alii* sublato digito se victum agnoscere. Sensus ergo poëtæ est. Lex erat Cæsaris, uti & duobus gladiatoribus Priscus aut Verus, non prius palma donaretur, quam alteruter sublato digito se victum agnosceret; ita ut palma & victoria concurrerent, simulque jungerentur.

6. *Lances, &c.*] Obsonia in lancibus & dona, ut reficeret animumque adderet gladiatoribus; vel populo, quo patientius ferret longæ pugnæ moram.

9. *Rudes.*] Scipiones; quibus veterani gladiatores donati in signum magisterii, liberi ab arena in reliquam vitam pronunciabantur. Rudis itaque distinguitur à missione: *Missio* enim liberabat gladiatorem in eum diem, vel in id munus: *Rudis* in omnem vitam gladiatorem ab arena liberum pronuntiabat, nisi volens ipse, vel pecunia pugnaret. Tum Missio dabatur læso & victor

Hoc pretium virtus ingeniosa tulit.
Contigit hoc, nullo nisi te sub principe, Cæsar,
Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

victo: Rudis victori. unde & pro magisterio ac præfectura per Metaph. unde *rude donatus*, liberatus à schola aut scribendi labore. *Palmas*, *&c.*] Præsentis certaminis præmia.

10. *Hoc pretium, &c.*] Missionem, palmam, & rudem. *Contigit hoc, &c.*] Ἐπιφώνημα cum tecta palpatione, qua miraculum hoc divinitati cuidam Cæsaris adsignet.

Ad Cæsarem. XXX.

DA veniam subitis: non displicuisse meretur,
Festinat, Cæsar, qui placuisse tibi.

1. *Da veniam, &c.*] Hæc disticha, vel mutila sunt & corrupta, vel Martialis non sunt, ex fragmentis illi adscribuntur.

Alterum. XXXI.

CEdere majori, virtutis fama secunda est.
Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.

1. *Cedere majori.*] Ut Æneas de Lauso Æneid. lib. 10.

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem;
Æneæ magni dextra cadis.

2. *Minor hostis.*] Cum vincit majorem maxima laus est, & in ludo Gladiatores inter se componi solebant. Ignominiam enim judicaret gladiator cum inferiore componi & scit eum sine gloria vinci, qui sine periculo vincitur. Minori autem, si vincat, major laus est.

De dama & canibus. XXXII.

COncita veloces fugeret cum dama molossos,
Et varia obliquas necteret arte moras;
Cæsaris ante pedes supplex, similisque roganti
Constitit; & prædam non tetigere canes.

Aliud, apud antiquum Juvenalis Scholiasten.

FLavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres!
Pæne fuit tanti, non habuisse duos.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER I.

Epistola ad Lectorem.

SPero me secutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non possit, [1] quisquis de se bene senserit, cum [2] salva infimarum quoque personarum reverentia ludant; quæ adeo [3] antiquis auctoribus defuit, ut nominibus non tantum [4] veris abusi sint, sed etiam [5] magnis. At mihi fama [6] vilius constet, & [7] probetur in me novissimum ingenium. Absit à [8] jocorum nostrorum simplicitate [9] malignus interpres, nec Epigrammata mea [10] scribat. Improbe fa-

1. *Quisquis, &c.*] Quisquis sibi bene conscius, nihil ad se pertinere suspicabitur; quæ ego sub nominibus fictis reprehendo.

2. *Salva infimarum.*] Cum nullius famam, nec postremissimi quidem nominatim lædam. Epigr. 33. lib. 10. *vs.* 9.

3. *Antiquis.*] Lucilio, qui Metellum, Lupum, Mutium nominatim secuit: Catullo, qui Mamurram: Metrodoro Sceptio; Ortacilio & aliis.

4. *Veris abusi.*] Propriis, ego autem fictis & suppositiis.

5. *Magnis.*] Magnatum.

6. *Vilis, &c.*] Quam ut innotescere velim, famamque aucupari ex aliorum infamia, quod fecerunt veteres illi.

7. *Probetur.*] Famæ alieni nominis, ingenii mei famam postpono. Aliis parco, alios revereor, alios laudo, minimum laudis quæro ex ingenio meo, huic, si qua debetur, omnium novissime detur laus. *vel* probetur in me simplicis candidique ingenii novum hoc commentum, quo vitia carpens, personas taceam. *Novissimum.*] Vel, malo enim abjicere famam ingenii, quam malè ingeniosus videri: vel sim postremus ingeniosorum: & malim non argutus, sed hebes & stupidus videri, quam cum aliorum infamia acutus dici & argutus haberi. *Rad.*

8. *Jocorum simpl.*] Jocorum simplicitatem appellat Martialis, ingenuam quandam & innocentem in jocis libertatem. Simplici opponitur malignus. *Herald.*

9. *Malignus interpres.*] Omnia in pejorem partem vertens, & autoris mentem aliò traducens.

10. *Scribat, &c.*] Nova interpretatione sua faciat. aliter atque ego qui scripsi intelligat. *Persium non curo legere, Lælium, Decianum volo. Nasutum volo non polyposum.* Nannio lib. 9. cap. 4. *Accuset.* nam γράφειν Græcis etiam est, *accusare*, præsertim in publicis judicius. Terentius:

Dicam tibi scribam grandem.

I. Licen-

be facit, qui in alieno libro ingeniosus est. Lascivam verborum [1] veritatem, id est, [2] Epigrammaton linguam excusarem, [3] si meum esset exemplum: sic [4] scribit [5] Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunque [6] perlegitur. Si quis tamen [7] tam ambitiose tristis est, ut apud illum in nulla pagina [8] Latine loqui fas sit, potest Epistola, vel potius [9] Titulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur, qui solent spectare [10] Florales. Non intret Cato theatrum nostrum; aut si intraverit, spectet. Videor mihi meo jure facturus, si Epistolam [11] versibus clausero.

Ad

1. *Licentiam, &c.*] Locutionem apertam, quæ ligonem ligonis nomine designat. Plin. 14. epist. 4. l. nuda verba. qua lingua non magis abstinendi Epigrammatario quam medico, hic enim corpus, ille animum sanare vult. morbi itaque & vitia, propriis nominibus designanda. *Veritatem.*] Sic Gruterus è MSS. non *licentiam.* Et multo est elegantius: etsi res eodem recidat. Sic vocat non dissimulatam, nec obscuram verborum lasciviam: nam *veritas* dissimulationi contraria, locutione aperta, &c. *Gronov.*

2. *Epigrammaton.*] Gen. plur. Græcus.

3. *Si meum, &c.*] Si ego jam primus hoc facerem, nec alii ante me fecissent.

4. *Scribit.*] Bodleianus MS. *scripsit.*

5. *Catullus, &c.*] Epigrammatographus. Sidon. 9. carm. Gyrald. vit. Poët. & noster sæpe infra.

6. *Perlegitur.*] Emendat Lipsius, *prælegitur*, in scholis nempe; ut Virgilius, Catullus, alii.

7. *Tam ambitiose, &c.*] Supra modum & affectate tristis.

8. *Latine, &c.*] Simpliciter, aperte, sine ambage aut fuco, ita Cic. 6. Ver. *Latine me scitote non accusatorie loquor.* vide & epigramm. 21. lib. 11. Porro Latini simplices & ingenui habebantur. Vide Turneb. lib. 24. cap. 5.

9. *Titulo.*] Lib. Epigrammaton. quorum linguam lascivam & licentiosam esse oportet, ut supra lin. 1.

10. *Florales.*] Floralia fuere spectacula ad cultum Floræ Deæ; dignæ illis sacris, instituta fæda, penitusque castis oculis, imò auribus & cogitationibus excludenda, contrà quæ majores nostri certatim declamarunt. Lactant. 1. Instit. Augustin. de Civit. Dei lib. 4. cap. 8. Jure optimo & judicio max. Tetrastichon hoc quod in aliis ed. tertiam usurpavit sedem, loco suo redonavit. Pet. Scriverius ex consilio MS. Bodleiani: in quo Epistolæ pedissequa est inscriptio, *Idem ad Catonem Epigram. &c.*

11. *Versibus clausero.*] Epigramma ad Catonem intelligit, quod in Juniana editione tertium est, primo tamen loco reponendum.

1. *Joco-*

Ad Catonem. I.

NOſſes jocoſæ dulce cum ſacrum Floræ,
Feſtoſque luſus, & licentiam vulgi,
Cur in Theatrum Cato ſevere veniſti?
An ideo tantum veneras, ut exires?

1. *Jocoſæ ſacrum Floræ.*] Floralia in honorem Floræ, è meretrice deæ factæ: agebantur à meretricibus veſte exutis omni cum verborum licentia, motuumque obſcænitate, quorum ſpectandi gratia Theatrum ingreſſo Catone, populus ut mimæ nudarentur poſtulare erubuit, cujus rei cauſam cum ex Favonio latus ſuum tegente cognoviſſet, deceſſit è theatro. Val. Max. lib. 2. c. 10. Seneca Epiſt. 97. *Jocoſæ Floræ.*] Propter jocos & vulgi licentiam in iis ludis.

Ad Lectorem. II.

HIc eſt quem legis, ille quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
Argutis Epigrammatôn libellis:
Cui, Lector ſtudioſe, quod dediſti
Viventi decus, atque ſentienti,
Rari poſt cineres habent poëtæ.

1. *Hic eſt, &c.*] Se calamo digitoque commonſtrat Poëta Ep. 99. lib. 9. & lib. 5. ep. 13. & lib. 10. ep. 9. *Hic eſt.*] Superſtiti ſibi propagatam famæ nominiſque æternitatem gloriatur.

3. *Argutis, &c.*] Epigrammatis (quod eſt poëma breve, cum ſimplici cujuſpiam rei, perſonæ, vel facti indicatione, aut ex propoſitis aliquid deducens. Jul. Scal lib. 3. Poët. c. 125.) virtutes duæ ſunt, Brevitas & Argutia, quibus venuſtatem addas. lib. 7. ep. 24. & Epig. 62. lib. 12. ℣ſ. 1. *Lector ſtudioſe.*] Lectoris ſtudinm & pronum gratumque judicium, Poëtæ ſtimulus eſt ad ſcribendum. Sic Ovid. 4. de Ponto El. 2.

Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus
Creſcit & immenſum gloria calcar habet.

4. *Quod dediſti.*] *Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.* Epigr. 13. lib. 5, & epigramm. 95. lib. 3. ℣ſ. 8. *Rari poſt cineres.*] Nomen Poëtarum ut plurimum à morte reviviſcit; quod vivos premat invidia, quæ timet contendi cum præſentibus, multo magis ſuperari. Sic Ovid. de Ponto:

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit,
Tum ſuus ex merito quemque tuetur honor.

Ad Lectorem, ubi Libri venales. III.

QUi tecum cupis eſſe meos ubicumque libellos,
Et comites longæ quæris habere viæ;

Hos

2. *Comites, &c.*] Comites ſcilicet facundos, qui pro vehiculo ſunt in via, *ut habet Mimus.* Et quis jucundior comes, quam ſcriptor eruditus.

4. *Scri-*

Hos eme, quos arctat brevibus membrana tabellis:
Scrinia da magnis, me manus una capit.
5 *Ne tamen ignores ubi sim venalis, & erres*
Urbe vagus tota: me duce certus eris.
Libertum docti Lucensis quære Secundum,
Limina post Pacis, Palladiumque forum.

4. *Scrinia da, &c.*] Ingentia librorum volumina scriniis reponantur, meus hic libellus ἐγχειρίδιον est. Scrinia ergo sunt capsæ cistæve, receptacula librorum, tabularum, &c.

7. *Libertum docti, &c.*] Docti viri mancipia, quorum operam & fidem in studiis librisve exscribendis probassent, manumiserunt; ut sui aliquando juris essent. *Quære secundum.*] Seriverius contra omnes libros *Secundi:* Putat enim patriam patroni, non patronum ipsum nominari, absurdum esse & contra morem non modo hujus poëtæ, sed cujusvis Romani. Ego quidem Lucensem video nominari patronum: sed sic nominari à patria, hoc sibi fingit sine auctore Seriverius. *Secundo Lucensi* nomen fuit patrono: quod nisi etiam ex lib. 5. ep. ad Severum constaret, ex liberti nomine intelligebatur. Solebant namque servi eum manumittebantur, dominorum adsciscere nomina. Ille rem ridiculam dicit *Lucensim* putari nomen proprium viri, non gentile. At multa ἐθνικὰ abierunt in nomina hominum & familiarum, quæ tamen ex illis populis oriundi non essent: & si forte caput primusque familiæ Romæ civis inde profectus fuerat, saltem in posteris id non potuit patriæ nomen esse. Sic Servilii Fidenates, Claudii Regillenses, Atilii Colatini, Clœlii Siculi, Pomponii Attici. Fingamus patronum vocitatum *M. Secundum Lucensim:* ab eo libertus pariter *M. Secundus:* cognomen si quod tribuit, id pristinum fuit nomen: ut M. Tullii Ciceronis libertus dictus est M. Tullius Tiro. *Gronovius. Secundi.*] Ita Seriverius. vide Turneb. l. 18. c. 3.

8. *Limina post pacis, &c.*] Ad Pacis templum, & Palladium seu Transitorium forum in quarta urbis regione.

Ad Librum suum. IV.

ARgiletanas mavis habitare tabernas,
Cum tibi, parve liber, scrinia nostra vacent.
Nescis, heu, nescis dominæ fastidia Romæ:
Crede mihi, nimium Martia turba sapit.

Majo-

1. *Argiletanas, &c.*] Bibliopolarum tabernas in Argileto imo, in II. Regione urbis. *Mavis habitare.*] Quia affectas famam & plausum populi. *Scrinia nostra vacent.*] Quasi dicat, tutius lateres adhuc in scriniis nostris, memor illius edicti Horatiani:

—— Nonumque prematur in annum:
Membranis intus positis delere licebit
Quod non edideris, &c.

Librum è scriniis exire foras gestientem timidè emittit, quod vereatur, ne pro fama infamiam, pro gloria dedecus auctori suo domum referat.

3. *Dominæ*] *Romanorum rerum dominorum*, ut Epigr. 124. lib. 14. *Fastidia, &c.*] Censuræ judiciique notas ex oculis, vultu, nutu, supercilio, cæterisque motibus perspectas ipsum fastidium.

4. *Martia turba sapit.*] Romani Marte oriundi.

5. *Majo-*

Majores nusquam ronchi: juvenesque senesque
Et pueri nasum Rhinocerotis habent.
Audieris cum grande sophos, dum basia captas,
Ibis ab excusso missus in astra sago.
Sed tu, ne toties domini patiare lituras,
Neve notet lusus tristis arundo tuos;
Ætherias, lascive, cupis volitare per auras:
I, fuge; sed poteras tutior esse domi.

Ad

5. *Majores, &c.*] Sonantiores sannæ & irrisiones nusquam sunt quam Romæ. Est ergò *ronchus*, stertentis sonus: & per Metaph. pro derisore & superbo censore accipe.

6. *Nasum.*] Ut dextra fidei, genua misericordiæ, supercilium gravitati & fastui, &c. ita nasus irrisioni dicatus, censuræ & acri judicio. Epigr. 2. l. 13. & passim apud autores. Dicit ergo pueros sibi etiam jus censendi, damnandi, irridendi Romæ sumere: nec mirum: *Nam facilis cuivis rigidi censura cachinni.* ut Juvenal. Satyr. x. Et *nasus Rhinocerotis*, nimiam ridendi carpendique libidinem & licentiam significat. *Rhinocerotis, &c.*] Cui ingens, cornumunitus, validus nasus, spectac. lib. epig. 9.

7. *Sophos.*] Ab auditoribus acclamatum recitanti, *σοφῶς, θείως, μεγάλως, Pulchre, bene, recte! Euge, belle! Facete, laute, lepide, nihil supra!* Sidonius Apollin. lib. 1. *Ad sophos meum, &c. Ob hoc illi maximum sophos, &c.* Vel *vir hic doctus est*, ut Brodæus vult. *Dum basia jactas.*] Scriverii *basia jacta* valde verisimile est: nam qui liber recitatus audierat euge *σοφῶς τε*, non amplius basia captabat: jam habebat: solebant enim ista conjungi, plausus, acclamatio, basiorum jactus. Præterea optimi libri *jactas* non *captas*. Vide ipsum & Gruterum. Ista tibi forte contingent, inquit, ubi recitaberis: sed cogitare debes fieri posse, ut aliqui lascivi & male feriati, quia nihil aliud in promptu, aut tu proximus, te lusum faciant & sago impositum in sublime excutiant. *Gron. Dum basia, &c.*] Dum captas approbationes, quas veteres amplexu & basiis attestabantur. Sunt qui legant, *basia jactas*: hoc est, promittis tibi & polliceris gratiam lectoris & basia. Quando audis, libelle, *σοφῶς*, putas sincere acclamatum, & jam speras, imo captas & jactas basia; sed non intelligis *εἴρωνας* & nasos Romanos. Scriverius mallet, *basia jacta*. Raderus.

8. *Ibis ab excusso, &c.*] Excipient te quidem gremio, sed ut te sago in sublime jactent per ludibrium & procacitatem, ut solent canes excipere. quod ab Othone factitatum refert Sueton. c. 2. Gall. *Berner.* Angl. *tosse in à Blancket.* quod Græcis *παλμὸς* dicitur, Latinis *Sagatio.* exprobratque illi famæ cupiditatem, qui ad astra tolli velit. vel ad Rhinocerotis nasum respicit, quo ursum seu urum in astra tulit. lib. spect. ep. 22.

9. *Domini, &c.*] Emendantis & ad limam revocantis.

10. *Tristis.*] Severa, censoria. *Arundo, &c.*] Calamus scriptorius. ep. 38. lib. 14.

11. *Ætherias, &c.*] Prodite in vulgus gestis versarique in hominum manu, imo jactaberis in astra, ut supra ℣. 8.

12. *I, fuge; sed, &c.*] *Epitrope Sarcastica.*

1. Con-

Ad Cæsarem. V.

Contigeris nostros, Cæsar, si forte libellos,
Terrarum dominum pone supercilium.
Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi;
Materiam dictis nec pudet esse ducem.
5 *Qua Thymelen spectas, derisoremque Latinum;*
Illa fronte precor carmina nostra legas.
Innocuos censura potest permittere lusus:
Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

1. *Contigeris.*] Excusat jocos & lasciviam Epigrammatum ab exemplo licentiæ militaris & mimicis gestibus.

2. *Terrarum supercilium.*] Sepone Cæsaream majestatem, Imperatoriam gravitatem, severitatem Censoriam, vide ✝ſ. 6. supra epigr. 4. Sic χαλᾶν τὰς ὀφρῦς eleganter Græci dicunt: *Supercilia* enim animi signa sunt, & indices fastus, superbiæ, majestatis, aut etiam voluntatis. *Terrarum Dominum* dixit pro potestate imperatoria, qua orbem terræ administrat. *Rad.*

3. *Consuevere, &c.*] Namque & vos imperatores in triumphis patienter ferre soletis dicteria & scommata militum vobis alternis carminibus conviciantium. vide epigr. 7. libro 7. & Sueton. Jul. cap. 40. & Dionem libro 43.

5. *Thymelem, &c.*] Mimam saltatricem, ab Orchestræ pulpito quod θυμέλη vocatur, nominatam, Latini uxorem. Juven. Sat. 1. ✝ſ. 36. *Derisoremque, &c.*] Mimum Domitiano charum. Suet. Domit. cap. 15. & ep. 29. lib. 9. ✝ſ. 2. Ang. Politiani lib. 7. epist. ad Guarinum.

6. *Illa fronte, &c.*] Hilari, serena, facili.

7. *Censura potest, &c.*] Susceperat enim Domitianus censuram perpetuam, etiam in carmina famosa asper. Epigrammata ergò, quæ ad nullius infamiam pertinent, quamvis lasciva, inquit Martial. non sunt reprehendenda nec prohibenda, quum sint tantum jocus ac lusus, quos etiam Imperatores spectant, audiunt, permittunt. *Rad.* Sueton. cap. 8. Domit.

8. *Lasciva, &c.*] *Musa verecunda est, vita jocosa mea est.* Ovid. 3. Trist. Cum interrogatione legit Gruterus: *Lasciva est nobis pagina?* lepidus enim videtur, ut nec neget de se, nec fateatur. *Vita proba est.*] Interrogatio ista Grutero & Pontano haud quaquam placet: sed posterius *Est* delendum. *Gronov.*

Ad Marcum. VI.

Do tibi naumachiam, tu das Epigrammata nobis:
Vis puto cum libro, Marce, natare tuo.

* De

Ex persona Domitiani, offensi intempestiva poëtæ (Epigrammata sua Cæsari dum naumachiam pararet offerentis) interpellatione: & exitium poëtæ carminibusque in aquas abjectis minati. vide epigr. 99. l. 3. & epig. 54. l. 5. Codex Palatinus, *naumachias.* placet Grutero.

* MS.

* De Leone Cæsaris. VII.

ÆTherias aquila puerum portante per auras
Illæsum timidis unguibus hæsit onus:
Nunc sua Cæsareos exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.
Quæ majora putas miracula? summus utrisque
Auctor adest: hæc sunt Cæsaris, illa Jovis.

* MS. Bodleianum, De aquila & pueto.

1. *Ætherias, &c.*] Domitiani leones lepori parcentes anteponit Jovis aquilæ Ganymeden rapienti. vide epigramm. 15. infra & 23. 45. 49. 52. 61. & 105. *Ætherias.*] Blanditur Cæsari occasione mansueti leonis, quem aquilæ Jovis comparat, ut Domitianum ipsi Jovi. *Puerum, &c.*] Ganymedem Troisfilium, vide epigr. 56. lib. 5.

2. *Timidis, &c.*] Solicitis ne puer excideret vel læderetur, sic ep. 104. *timidos tenere dentes.*

3. *Nunc sua.*] Ut aquilæ Jovis; ita leones nutum observant Cæsaris, & prædæ jam captæ parcunt, leporesque prensos jussi dimittunt. *Sua præda.*] Ipse lepus. *Cæsareos.*] A Cæsare exhibitos. *Exorat, &c.*] Ne lædatur lepus, impetrat. *Scriv.* mansuescit.

5. *Quæ majora, &c.*] Certe hæc sunt majora, quod leoni magis propria præda sit lepus, quam aquilæ puer, & consequenter Domitiani hoc miraculum majus quam illud Jovis. *Adulatorie.* *Utrique.*] Vulgo, sed meliores libri *utrisque*, & ad miracula referendum.

Ad Maximum, de columba Stellæ. VIII.

STellæ delicium mei columba,
Verona licet audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.
Tanto Stella meus tuo Catullo,
Quanto passere major est columba.

1. *Stellæ.*] Carmen, quo Aruntius Stella Patavinus, elegiographus Hiantidis suæ (epigr. 21. lib. 6. ℣. 1. & epigr. 13. lib. 7.) columbam deflevit, tanto superat carmen 2. & 3. Val. Catulli Veronensis de nequitia morteque passeris suæ Lesbiæ, quanto passere major est columba. vide epigr. 13. l. 7. ℣. 3. & 4. *Delicium, &c.*] Imit. Catulliana: *Passer deliciæ meæ puellæ.* ut mox, *Tanto pessimus om. poëta: Quanto, &c.*

2. *Verona, &c.*] Ipsa Catulli patria. *Emph.* Ipsa ergò Verona audiat Stellam Patavinum, meliorem Catullo poëtam. Verona civitas Italiæ, in Venetorum ditione.

3. *Vicit Maxime, &c.*] Hiantidis lacrymæ deplorantis columbam, vicerunt lacrymas Lesbiæ plorantis passerem. Indignantur certè docti viri hoc judicium Martialis. Verum ego judico Martialem aliter sensisse, aliter scripsisse. *Raderus.*

4. *Tuo Catullo.*] Concivi forte, vel quem admirari solebat hic Mart.

Deciani

Deciani dogma laudat. IX.

QUod magni Thraseæ, consummatique Catonis
Dogmata sic sequeris, salvus ut esse velis:
Pectore nec nudo strictos incurris in enses;
Quod fecisse velim te, Deciane, facis.
Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

1. *Magni Thraseæ.*] Thras. Pœti constantis viri, imo virtutis ipsius, inquit Tacit. 16. Annal. Suet. Ner. Arrian. Epict. lib. 1. cap. 1. &c. qui à Nerone jussus mori, alacriter venas incidi jussit, sanguinem libans Jovi liberatori. *Consummatique.*] Omnibus numeris absoluti viri, Stoici perfectissimi. *Catonis.*] Qui ne Cæsarem victorem videret, se Uticæ interfecit. cui hinc cognomen Uticensis. infra epig. 79. ℣s. 9.

2. *Dogmata, &c.*] Placita & decreta Stoica. *Mortem esse ad manum, portum & libertatem à miseriis, &c.* *Salvus ut, &c.*] Ut tamen nolis tibi mortem consciscere, quod fecerunt illi. Alii leg. *talis ut esse velis*, id est eorum similis.

5. *Nolo virum, &c.*] Nolo virum qui molliter & desperanter ad mortem quasi remedium confugiat, hunc volo qui mala fortiter toleret perferatque. τὸ δ' ἀποθνήσκειν, φεύγοντα πενίαν, &c. Arist. Nicom. 3. 7. vide ep. 80. lib. 2. & epigr. 57. lib. 11. & Eurip. Herc. Fu. act. 5. Ἐσκεψάμην δὲ, καίπερ ἐν κακοῖσιν ὢν, &c. *Facili sanguine.*] Facilis sanguis ejus, qui singulos artus suos fortunæ prodigendos dat, quæstu atque compendio gloriarum. Vide Gellium lib. 2. cap. 27.

In Cottam. X.

BEllus homo & magnus vis idem, Cotta, videri;
Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

2. *Sed qui, &c.*] Est enim *Bellus* diminut. à bonus. *pretty*. epigr. 7. lib. 2. & lib. 3. epigr. 62. quod de bono magnoque non dicitur. Bellus item dicitur, qui placenter & ad voluntatem loquitur, quod pusilli animi est. epigr. 46. libro 10. vide & epigr. 39. libro 12. Forte & hic Cotta πτωχαλαζὼν, qui pauper cum esset, dives haberi voluit.

De Gemello, & Maronilla. XI.

PEtit Gemellus nuptias Maronillæ,
Et cupit, & instat, & precatur, & donat.
Adeone pulchra est? immo fœdius nil est.
Quid ergo in illa petitur & placet? tussit.

Ad

1. *Petit Gemellus.*] Notat avaritiam vulturis seu hæredipetæ Gemelli, qui Maronillam opulentam, sed jam tabescentem ambibat, ut hæres illius institueretur.

4. *Quid ergo, &c.*] MS. B. *Quid igitur in illa appetitur & placet? tussis.* *Tussit.*] Hinc Phthisicam esse conjicit, speratque se brevi elaturum. vide lib. 2. epigr. 26. legitur & *tussis*.

1. Cum

Ad Sextilianum potorem. XII.

CUm data sint equiti bis quina numismata, quare
Bis decies solus, Sextiliane, bibis?
Jam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares, Sextiliane, merum.

1. *Cum data sint.*] In ficta Sextiliani persona, bibones inclytos perstringit. *Cum data sint equiti, &c.*] Omnes divisiones & ἐπιδόσεις populo fiebant per gradus amphitheatri vel theatri, ubi vero data sint illa nomismata, alio epigrammate in eundem Sextilianum ostendit. lib. 1. Epigr. 27.

Nec concessorum vicina nomismata tantum,
Æra sed à cuneis ulteriora rapis.

Non contentus enim hic eques, nummos in suo gradu recipere, ex gradibus raptum ibat. hinc illæ locutiones *de gradibus*, *in gradibus*, & *gradibus* panem distribuere, pro hominibus qui sunt in gradibus. In quibus ergo gradibus id factum? in iisdem, in quibus olim congiaria populo dabantur, æra dividebantur, & missilia omne genus spargebantur, & tesseræ mittebantur: in iis ipsis panes etiam erogabantur; nempe in amphitheatri gradibus. *Salmas.* Vide & Turneb. libro 18. capite 30. *Data sint, &c.*] Ad vinum & bellaria singulis Equitibus in spectaculis desidentibus data sunt 10 nummi, Sestertii scilicet. Sestertius autem continet Asses *duos cum medio*, unde Figura H S. nostræ monetæ valet 1. d. *ob. q.* a. *q.* quem geminat victoriatus. 3. d. *ob. q.* ut & hunc den. 7. d. *ob.* omnes argentei. *Data sint, &c.*] Quid juvat appingere notam Farnabii de sestertio quam nemo intelligit? Sed & falsum est Martialis ævo sestertium constitisse duobus assibus & dimidiato: tum quatuor asses, valebat, quod hic potuit discere à Scriverio, qui tribuit ei sedecim quadrantes: & recte: nam as quatuor quadrantum. Præterea quare adjecit ad bellaria? unde hoc ei constat? At illud, *decies nummum*, qua sunt 2000. sestertia, barbarum & insanum. Deleantur itaque omnia. Sed ad *Data sint*, sic potest notari: Ad sitim levandam in spectaculo longius producto distributa scribit viritim per quatuordecim ordines decem nomismata. Quæ fuerint illa, quis audeat adfirmare? Sed non magni pretii fuisse apparet partim ex epigr. 27. ubi appellantur *æra* partim ex opposito, *Bis decies bibis*; quasi alterum tantum hauriat illa, & singuli haustus constituunt nomismate. *Gron.*

2. *Bis decies, &c.*] Vicies, bis denis vicibus.

3. *Calda ministros.*] Aqua calida ad vinum temperandum. Lips. Elect. 1. cap. 4. Vide & H. Salmuth ad Pancirolum. cap. Decibi capiendi modo veterum. p. 538.

4. *Merum.*] Vinum non dilutum. vide epigr. 27. infra.

De Regulo. XIII.

ITur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces,
Canaque sulphureis Albula fumat aquis;
Rura,

1. *Herculei, &c.*] Herculem deum tutelarem colentis. de Hercul. Tiburtini bibliotheca A. Gel. 19. 5. *Tiburis arces.*] Oppid. ad 17. lapidem ab urbe Roma.

2. *Canaque, &c.*] Ad planiciem Tiburi subjectam scaturiunt aquæ gelidæ, quæ à colore lacteo, quem à venis habent sulphureis, Albulæ dicuntur. Vitruvius l. 8. c. 2. Plin. l. 3. c. 5. & l. 31.

Rura, nemuſque ſacrum, dilectaque jugera Muſis
Signat vicinâ quartus ab urbe Lapis:
Hic rudis æſtivas præſtabat porticus umbras,
Heu quam pæne novum porticus auſa nefas!
Nam ſubito collapſa ruit, cum mole ſub illa
Geſtatus bijugis Regulus eſſet equis.
Nimirum timuit noſtras Fortuna querelas,
Quæ par tam magnæ non erat invidiæ.
Nunc & damna juvant: ſunt ipſa pericula tanti:
Stantia non poterant tecta probare deos.

3. *Rura, &c.*] Villam Reguli. *Dilectaque, &c.*] Reguli ſcilicet oratoris, docti itaque Muſarum clientis.

4. *Quartus Lapis.*] Σημεῖς miliarium totidem. videtur autem ex ep. 30. lib. 7. fuiſſe inter 3. & 4. lap. *Lapis*, itinerum index & ſignator, mille paſſus notabat, ſeu miliare, Gr. σημεῖον.

5. *Rudis æſtivas, &c.*] Inculta, immorata. *Pathos.* Eademque ruinoſa. *Æſtivas præſtabat porticus umbras.*] Arondelianus, *auras.* Plinius libro 2. ep. 17. *Ipſa vero cryptoporticus tunc maxime caret ſole, quum ardentiſſimus culmini ejus inſiſtit: ad hoc patentibus feneſtris Favonios accipit transmittitq;.* Idem lib. 5. ep. 6. *Subeſt cryptoporticus ſubterraneo ſimilis: æſtate incluſo frigore riget: contentaque aëre ſuo nec deſiderat auras nec admittit.* Gronovius.

8. *Geſtatus, &c.*] In gelidis hiſce porticibus geſtari veteres ſoliti eſſedo junctis mulis. Juven. Sat. 4. vſ. 5. & Sat. 7. vſ. 108. vel animi vel valetudinis cauſa. *Regulus.*] Hic fuit Reg. ille quem Plin. epiſt. 5. lib. 2. Regem improborum & bipedum nequiſſimum appellavit, quem tamen poëta palpat. *Eſſet equis.*] Jamque exceſſiſſet.

9. *Nimirum.*] Querelis ergo Deos onerabant & maledictis impiè vexabant ſi quos ex charis amiſerant, aut ſi quid ſecus contigerat. Hinc illud frequens, *Incuſare Deos.* Sed & eorum aras ac templa lapidabant, ſtatuas dejiciebant, & quid non? *Herald.* *Nimirum timuit.*] Sunt qui legant *tenuit*, id eſt, impediit.

10. *Quæ par tam, &c.*] Ut quæ communem deſiderantium querentiumque ſi Regulum oppreſſiſſet, invidiam diram ferendo non eſſet.

11. *Nunc & damna, &c.*] Hæc quidem damna fructui nobis & voluptati ſunt & jucunditatis hujus fructum permutate nollem porticu ſtante & incolumi; hæc peticula vel magno precio ſubeunda, quæ argumento ſint nos diis curæ eſſe, ut in Regulo ſervato deorum providentiam agnoſcamus. *Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Solicitat.*

12. *Stantia non, &c.*] Sed ruentia mox ut Regulus geſtari deſiit, deorum providentiam & bonitatem arguunt. vide epigr. 83. infra, ἐπιςῶσαι, id eſt, eventu affirmare. *Probare Deos.*] Quid ſit *patrem probare*, docet Claudian. in Herculis laudatione:

Inclyte principiis, tardo vix editus ortu
Feciſti de patre fidem.

Id eſt, patrem probaſti, & Jovis eſſe te filium feciſti fidem. *Herald.*

De Arria & Pæto. XIV.

Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit;
Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

1. *Casta suo gladium, &c.*] Illustre & virile in fœmineo corpore contemptæ mortis exemplum, Arria inquam, illa heroina docuit Pætum virum suum mori. Cæcinæ Pæto, qui in partibus Scribonianis contra Claudium fuisset, ad mortem adacto, uxor Arria extractum è suo vulnere pugionem marito porrexit, cum voce: *Non dolet.* Tacit. An. 16. Dio lib. 60. Plin. l. 3. epist. 16. egregie.

4. *Sed quod, &c.*] Tu enim vita mea mihi charior: quo salvo perire nequeo; quo pereunte, salva esse non possum. *Dolet.*] Ποιητικῶς. nam vulnus non dolet, sed facit dolorem. *Rad.*

* Ad Cæsarem. XV.

Delicias, Cæsar, lususque jocosque leonum
Vidimus: hoc etiam præstat arena tibi;
Cum prensus blando toties à dente rediret,
Et per aperta vagus curreret ora lepus.
Unde potest avidus captæ leo parcere prædæ?
Sed tamen esse tuus dicitur; ergo potest.

* Domitianum se Dominum ac Deum nostrum appellari volentem, poëta palpans Jovi componit, imo præfert, sumpta occasione à leonibus qui lepori per rictus eorum discurrenti pepercissent. Quod Imperatori tribuit, cujus scilicet leones sunt, supra epigr. 7.

1. *Delicias.*] Quid *deliciæ*, dictum Epigramm. 2. Spectaculorum in fine.

3. *Toties à dente rediret.*] Sic infra Epigr. 49.
Per quos præda fugax itq; reditq; lepus.

6. *Sed tamen, &c.*] Palam adulatur Cæsari ut Deo, cui pareant etiam feræ. *Rad.*

Ad Julium. XVI.

O Mihi post nullos Juli memorande sodales;
Si quid longa fides, castaque jura valent:
Bis jam pæne tibi consul trigesimus instat,

Et

1. *O Mihi post, &c.*] Epicurea parænesis ad vitam genialiter agendam ab ipsius vitæ brevitate ducta, quæ deterrere Julium quam impellere magis poterat, aut certè debuerat. *Rad.* *O Mihi post, &c.*] Transcriptus hic versus ab Ovid. 4. eleg. 1. Trist. *O mihi post nullos unquam memorande sodales.*

2. *Longa fides, &c.*] Veteris & probatæ amicitiæ, per annos 34. fides. vide epigr. 34. lib. 12.

3. *Bis jam pæne tibi, &c.*] Pæne jam sexagenarius es. Romanos autem consularibus numerasse fastis notum est.

4. Pan-

Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non benè distuleris, videas quæ posse negari;
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.
Exspectant curæque catenatique labores,
Gaudia non remanent, sed fugitiva volant.
Hæc utraque manu complexuque assere toto:
Sæpe fluunt imo sic quoque lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam.
Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

4. *Paucos dies.*] Reliquæ vitæ, tibi jam sexagenario: vel, præteritæ, cum tibi ærumnis curisque distracto perpauci illuxerint dies felices & hilares. quippe ζῆν Epicuris sonet nitide & delicate vivere, τὸ δὲ ζῆν εἰπέ μοι, τί ἐστι, &c. Aristoph. *Paucos.*] Præteritos vel futuros. præteritos, quia non vixisti, nec genio indulsisti hactenus, nisi perrarò; sed curis & laboribus ævum prope totum exegesti, quod non est vivere. Futuros, cum annum jam sexagesimum attigeris, pauci jam tibi, annis senioque fracto, dies vitæ restant. *Rad.*

5. *Non bene, &c.*] Non prudenter feceris differendo voluptates in futurum tempus, quod incertum est.

7. *Catenatique, &c.*] Invicem connexi. Ubi *Finis alterius mali, gradus est futuri.*

8. *Remanent, &c.*] Alii *remeant.* Forte Horatianum illud ruminans, Epist. XVIII.

Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Sic gaudium semel omissum, non remeat, sed volat fugitivum.

9. *Complexuque, &c.*] Vindica, supinis manibus accipe, obviis ulnis amplectere. *Assere.*] Ad formulam asserendi alludit. Veteres enim in libertatem quempiam vindicaturi, manu prendebant asserebantque, adjecta hac voce: *hunc liberali causa manu adsero.* Rad.

10. *Sic quoque, &c.*] Etiam dum capessis & amplexaris.

12. *Vive hodie.*] Vivere poëtis est, genio, voluptatibus, commessationibus assiduè vacare & indulgere.

Ad Avitum. XVII.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura
Quæ legis hic: aliter non fit, Avite, liber.

Ad

1. *Bona, sunt, &c.*] Modeste & per jocum librum suum excusat, quasi ex bonis & malis epigrammatis compactum. *tamen æquus Judex compenses vitiis bona: pluribus hisce (Si modo plura illi bona sunt) inclines.* sic infra epigramm. 46. & libro 2. epigramm. 8. *Bona.*] Ea dicit bona, quæ virtutes omnes Epigrammatis complectuntur: mediocria, quæ mediocrem habent artem & ingenium: mala verò levicula & vulgaria, parum ingeniosa & arguta. *Raderus. Sunt mala plura.*] In libro edendo saltem servari debet temperamentum, quod in melle vendendo proposuit Apicius, doctus gulæ artifex, Epimelos 15. *Mel malum,* inquit, *bonum facies ad vendendum, si unam partem mali, & duas boni simul miscueris.* Rigalt.

1. *Cogit*

Ad Titum. XVIII.

COgit me Titus actitare causas,
Et dicit mihi sæpe, magna res est.
Res magna est, Tite, quam facit colonus.

1. *Cogit me Titus, &c.*] Monitus à Tito quopiam, uti se ab hedera ad thyrsum; hoc est, à poësi & umbra, ad Solem & forum conferret; quod magna res esset agere causas, hoc est fructuosa & utilis; poësis verò sterilis & inanis. Epigrammatis vita est in ambiguitate τοῦ *Magna res est* (inquit Titus) fructuosa scilicet tibi & reip. emolumento, si te à sterili poësi ad causas agendas transferas: & τοῦ *Magna res* (invertit poëta) utilis scilicet est agricultura, quia rem auget & amplificat; neque tamen circularis ille & improbus labor, ut fructuosus, mihi arridet, nedum hic forensis. Alii ultimum versum interrogatorie legunt, quasi dicat: Illane res magna est, quam quis ab aratro protractus exercere possit, è robusto colono strenuus rabula mox factus? *Tu quod es, è populo quilibet esse potest.* epigr. 13. lib. 5.

Ad Tuccam. XIX.

QUid te, Tucca, juvat vetulo miscere Falerno
In Vaticanis condita musta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali?
De nobis facile est: scelus est jugulare Falernum,
Et dare Campano toxica sæva mero.
Convivæ meruere tui fortasse perire:
Amphora non meruit tam pretiosa mori.

1. *Quid te, &c.*] Vinum Vaticanum reprehendit, Falernum laudat, Tuccam ut sordidum tangit, qui convivis malum vinum propinarit, ut minus biberent. *Vetulo miscere, &c.*] Quod annos ferat vivatque, laudato.

2. *In Vaticanis, &c.*] Vile & pessimæ notæ vinum, è colle Vaticano qui Janiculo conterminus.

5. *De nobis, &c.*] Nos jugulare, tibi forte pro levi est. *Jugulare Falernum.*] Infuso Vaticano Falernum occidere. *Metaph.* sublato vini calore animali (quam ab anima vitis habet) in acetum vertere, quod & bibentes jugulare videtur. ep. 45. lib. 10. & lib. 12 epig. 48.

6. *Campano.*] Falerno è Campania. *Toxica sæva, &c.*] Vaticana, quæ & epigr. 92. l. 6. venenum appellat. toxicum autem à taxo venenosa arbore, vel, παρὰ τὰ τόξα arcus, tela, quæ barbari veneno tingunt. Sunt qui legant, *toxica vina cado.*

Ad Æliam. XX.

SI memini, fuerant tibi quattuor, Ælia, dentes:
Exspuit una duos tussis, & una duos.
Jam secura potes totis tussire diebus;
Nil istic, quod agat, tertia tussis habet.

1. *Si memini, &c.*] Jocus in edentulam & tussientem aniculam. Vide epigramm. 41. lib. 2. & epigramm. 92. lib. 3.

2. *Exspuit, &c.*] MS. Bodl. *Expulit.*

4. *Nil istic.*] Nihil amplius est quod exspuas, præter animam. Sunt qui legant, *Nil tibi quod tollat.*

Ad Cæcilianum. XXI.

DIc mihi quis furor est? turba spectante vocata,
Solus boletos, Cæciliane voras.
Quid dignum tanto tibi ventre, gulaque precabor?
Boletum, qualem Claudius edit; edas.

1. *Dic mihi.*] Sub persona Cæciliani, barbarum & inhumanum hospitem insectatur; qui non tam vocarat amicos ad convivium ut essent, quam ut optima quæque vorantem, jejuni spectarent, ipsique vilissimis cibis vescerentur. Idem queritur Juvenalis Sat. 5. & Martial. lib. 2. 43. lib. 3. 59. &c. *Vocata.*] Convivis invitatis.

2. *Boletos, &c.*] Fungorum genus nobilissimum, novissimum gulæ irritamentum, & ut jocatus est Nero, *cibum Deorum.* Namque venenato boleto Agrippina Claudium Cæs. extinxit, qui deinde Imperatorum Rom. more consecratus est, & in Divorum numerum relatus. *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino: sed qualem Claudius edit, &c.* Juven. Sat. 5. Tacit. 12. An. Sueton. Claud. cap. 44. Dio. l. 7. hinc & Senecæ ἀποκολοκύνθωσις.

3. *Quid dignum, &c.*] Gruterus, & Scriverius: *Quid dignum tanto ventrique gulæque precabor?* Ita & MS. Bodl. nisi quod librarius prave scripserat, *veneri.*

4. *Boletum qualem.*] Imprecatur Cæciliano fatalem cænam & exitialem.

* De Porsena & Mucio Scævola. XXII.

CUm peteret regem decepta satellite dextra,
Ingessit sacris se peritura focis.

Sed

* Mutius Scævola heroum sanguis, regum terror, columen patriæ, cujus dextera labantem urbem sustentavit, Hetruriam vincentem superavit, quæque plus errando potuit, quam aliorum feriendo. Patratum est hoc decus A. U. C. CCXLVI. P. Valerio iterum & T. Lucretio Tricipitino Coss.

1. *Peteret.*] Ὁρμῆσαι. *assaulted, assassinated. Regem decepta.*] Porsenam. historia nota ex Livio 2. Halicarnass. 5. Val. Max. lib. 3. cap. 2. Senec. epist. 66. *Satellite.*] Scriba, quem, pari eum rege ornatu sedentem, regem credidit. *Dextra.*] Mucii Scævolæ.

2. *Ingessit.*] Quasi per vim, etiam ipso igne repugnante se ingessit. Alii, *injecit. Sacris focis.*] Accenso ad sacrificium foculo.

3. *Sæva*

Sed tam sæva pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis jussit abire virum.
Urere quam potuit contempto Mucius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Major deceptæ fama est & gloria dextræ.
Si non errasset, fecerat illa minus.

3. *Sæva pius.*] Epitheta *sæva* & *pius* per Hypallagen transposita vult Ramiresius. signata potius & ad rem accommodata arbitror, ut Porsena tanta viri constantia attonitus, ex sævo hoste pietatem indueret, Mucio ad suos remisso.

7. *Major deceptæ, &c.*] Acclamatio epigrammatis encomiasticis solennis. Majorem scilicet laudem meretur constantia ultrix manus errantis, quam tanti facinoris fiducialis inceptio. Quanto rarius est, inquit, Seneca, hostem amissa manu vicisse, quam armata. Vide epigr. 30 l. 8. & epigr. 25. l. 10.

8. *Si non errasset.*] Si regem Porsenam interemisset.

De leone & lepore. XXIII.

QUid nunc sæva fugis placidi lepus ora leonis?
Frangere tam parvas non didicere feras.
Servantur magnis isti cervicibus ungues,
Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus:
Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

1. *Quid nunc sæva.*] Verum censeo, *non sæva*, quicquid Gruterus & Scriverius repugnent. *Gronov. Quid nunc sæva, &c.*] Vide ep. 7. & 15. supra. Hic autem Domitiano adulatus magnanimitatem & generosum pectus tribuit, quali in minores prædas supplices & jacentes utuntur leones. *Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni, &c. At lupus, & turpes instant morientibus ursi.* Ovidius 2. Trist. 5. eleg. Non male etiam sentit, qui legit, *non sæva*, propter *placidi*, quod sequitur: utraque tamen lectio probari potest.

3. *Servantur, &c.*] Respicit ad naturam leonum, qui unguium mucrone in pedum quasi vaginas recondito incedunt, ne hebetent refringantve. Plin. 15. 8. Solinus cap. 30. *Magnis cervicibus.*] Ut tauris, cervis, apris.

4. *Nec gaudet, &c.*] Spernit aquila muscas, leo leporem, Domitianus Dacos, qui hac tempestate à Domitiano cœperant deficere.

5. *Vastos, &c.*] Leonis.

6. *Dacus puer.*] Hostis puer. Quasi dicat, in hostes debiles Cæsar non sævit.

Ad Cottam. XXIV.

INvitas nullum, nisi cum quo, Cotta, lavaris,
Et dant convivam balnea sola tibi.
Mira-

1. *Invitas nullum.*] Sub persona Cottæ, molles & effæminatos sui temporis homines taxat, qui bene vasatos è balneis ad convivia, è conviviis ad lectum educebant, fiebatque strenuorum hujuscemodi militum in balneis dele-

Mirabar, quare nunquam me, Cotta, vocasses:
Jam scio me nudum displicuisse tibi.

delectus. *Ramiref.* *Cum quo, &c.*] Quem in balneis mutoniatum conspexeris.

4. *Nudum, &c.*] Non bene vasatum. lib. 3. epigr. 50. & 73. & lib. 7. epigr. 54.

Ad Decianum. XXV.

ADspicis incomptis illum, Deciane, capillis?
Cujus & ipse times triste supercilium;
Qui loquitur Curios, assertoresque Camillos.
Nolito fronti credere, nupsit heri.

1. *Aspicis, &c.*] Notat hoc epigrammate Martialis nunnullos sui temporis ἀλαζόνας, quales erant plurimi, qui sordibus, incomptis capillis, vultus ac frondis severitate & tristitia ac verborum asperitate, non modo philosophi, sed philosophorum sanctissimi videri volebant, cum eorum vita interior, omni flagitiorum ac nequitiæ genere esset sæpius contaminatissima. Hoc genus hominum traduxit Juvenalis Sat. 11. *Incomptis, &c.*] Illum hirsutum, *cujus Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ Promittunt severum animum.* pro *illum* sunt qui legant *Ilum.*

2. *Cujus, &c.*] Cujus gravitatem, quæ in superciliis apparet, & tu ipse, ô Deciane, qui Stoïcus es, reverearis. *Triste supercilium.*] Σκυθρωπὸν ὄντα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἔχοντα ἐπάνω τῆς κορυφῆς.

3. *Curios, &c.*] Continentiam Curii & rigidam F. Camilli fortitudinem, id est, qui laudat priscam continentiam & austeritatem. *Curios.*] Pulmannus legit *Varos*, sed recepta lectio magis placet.

4. *Nolito fronti, &c.*] *Fronti nulla fides.* *Nupsit heri.*] Muliebria passus est. *Inter Socraticos notissima fossa cinædos.* Vel etiam nupsit, ut Nero Pythagoræ cuidam. *Sulpic.* 2. *histor. sacræ* ipsi Sporus. *Sueton. cap.* 28. *Ner.* Gracchus Cornicini, *Juven. Sat.* 2.

Ad Faustinum. XXVI.

EDe tuos tandem populo, Faustine, libellos,
Et cultum docto pectore profer opus:
Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec sileant nostri, prætereantque senes.

Ante

1. *Ede tuos, &c.*] Quod probent Græci ac Latini. *Ede tuos.*] Hortatur Faustinum, ad quem multa sunt infra epigrammata, ut sua scripta publici tandem juris faciat, præmiumque laborum, nominis celebritatem exspectet.

4. *Nostri.*] Latini. Cecrops autem Athenarum conditor: Pandion instaurator, arces in tutela Palladis Athenarum præsidis. *Prætereantque.*] Non prætereant, id est omne laudis punctum illi tribuant. Metaphora à suffragiis quæ in tabulas cereas referebantur per puncta: è quibus plurimorum censu magistratus *creari*; pauciorum, à populo *agitari*: nullorum, *præteriri* candidatus dicebatur. Horat. ad Pisones; *Centuriæ seniorum agitant, &c.* *Senes.*] Qui maturioris judicii: vel alludit ad Centurias seniorum, *ut modo.*

Ante fores stantem dubitas ne admittere famam?
Teque piget curæ præmia ferre tuæ?
Post te victuræ, per te quoque vivere, chartæ
Incipiant. cineri gloria sera venit.

6. *Teque piget, &c.*] Noli te dulcissimo studiorum fructu defraudare, nominis scilicet immortalitate, & famæ in vivis dulcedine.

7. *Post te victura, &c.*] Ingenii tui fœtus, te potius in vivis, & ipse vivus ingrediatur, quam posthumus edatur.

8. *Cineri, &c.*] Vivus itaque fruere famæ dulcedine. supra epigramm. 2. & epigr. 13. lib. 5. *Gloria sera.*] Alii legunt, *rara*, tarda, nulla, sed totum acumen est in dictione *sera*. Nam quæ optamus alicui post mortem optima & præstantissima, ea tamen ut sero contingant precamur. Sic immortalitatem seram Augusto exoptabat Horatius:

Serus in cælum redeas, diuque
Lætus intersis populo Quirini, &c.

Herald.

* Ad Sextilianum. XXVII.

SExtiliane, bibis quantum subsellia quinque
Solus, aqua toties ebrius esse potes.
Nec consessorum vicina numismata tantum,
Æra sed à cuneis ulteriora petis.
Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis,
Uva nec in Tuscis nascitur ista jugis.
Testa sed antiqui felix siccatur Opimi,

Ege-

* Vide epigr. 12. supra.

1. *Quantum, &c.*] *Synecdoche.* quantum quini equites qui in subselliis 14. ordinum.

2. *Aqua toties, &c.*] Sextilianus ille, ne rubori ei tam frequens in spectaculis potatio esset, videri volebat aquam bibere. Interrogat poëta ἐλεγκτικῶς, *aqua toties ebrius esse potes?* ut si diceret, quotidie in spectaculis bibis quantum quinque subsellia, identidem ebrius es, & tamen videri vis ὑδροπότης. Esse non potest, quin vinum bibis generosissimum. *Musambert.* Vel: Potes, quoties sitis, aquæ potu sitim tuam sedare. sic exponit Scriverius. Ego Hyperbolice dictum arbitror.

3. *Nec consessorum, &c.*] Nec ad vinum nummos solum corrogas ab assidentibus tibi in eodem gradu vel cuneo, sed & petis æra ulteriora à cuneis, id est ab iis qui à fronte infra, vel à tergo supra sedent in eodem cuneo, seu ulteriore cunei gradu, vel in aliis utrinque cuneis. Sunt qui de missilibus intelligunt, quæ ille bibo undequaque rapiebat. de cuneis vide Lips. de Amphith. 13. & Buling. de Circo, cap. 34. Pro *petis*, sunt qui legant *bibis*.

5. *Non hæc, &c.*] Neque vilia bibit vina Peligna aut Tuscana, sed generosissima Opimiana & Massica: cum tot calicum trahoni magis competeret vapidum turbidumque Laletanum. *Prælis.*] Præla vocat torcularia, quibus vinum exprimitur.

7. *Testa.*] Est vas vinarium. Fictilibus olim vasis vina servabant ad multos annos, ne dicam sæcula: quibus etiam nota annorum & generis vini adscri-

Egerit & nigros Massica cella cados.
A caupone tibi fæx Laletana petatur,
Si plus quam decies, Sextiliane, bibis.

scribebatur. unde loquendi modi profluxere, de meliore, de inferiore nota, de eo quod præstantissimum est. *Rad.* *Antiqui Opimi.*] L. Opimio Cos. A. U.C. DC XXXIII. ea cæli erat temperies, ut vini optimi summa proveniret copia, quod in annos CC. duraret. Plin. lib. 14. c. 4. *Siccatur.*] Exhauritur.

9. *Fæx Laletana, &c.*] Fæculentum & turbidum vinum ex Laletania in Hispania. Legitur & *Lacetana.*

10. *Si plus, &c.*] Si excedis numerum cyathorum qui in cœna sumuntur decem ratium, cum lautissimæ cœnæ modus sit sextarius, qui duodecim continet cyathos.

Ad Procillum. XXVIII.

HEsterna tibi nocte dixeramus,
Quincunces, puto, post decem peractos,
Cœnares hodie, Procille, mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti,
Et non sobria verba subnotasti;
Exemplo nimium periculoso.
Μισῶ μνήμονα συμπότην, *Procille.*

De

1. *Hesterna.*] Jocatur cum Procillo, quem inter pocula per jocum pridie invitarat. *Hesterna tibi, &c.*] Ego post quinquagenos cyathos (inter scyphos autem dicta, indicta; facta, infecta oportuit, tanquam in vino inscripta) bene potus te invitaram: tu serio & sobrie accepisti. idque citra bonos mores & satis cum periculo.

2. *Quincunces, &c.*] Quinque cyathos continet quincunx, dividitur enim sextarius (ut As in 12. uncias) in cyathos 12. 1. uncia. 2. Sextans. 3. Quadrans. 4. Triens. 5. Quincunx. 6. Semis. 7. Septunx. 8. Bes. 9. Dodrans. 10. Dextans. 11. Deunx. 12. Sextarius. *Peractos.*] Exhaustos.

3. *Mecum.*] In ædibus meis: non *mecum* apud alium.

4. *Tu factam tibi rem.*] Certam, indubitatam & absolutam rem, non promissam tantum significat. Tum cui confectum negotium & voti compos est. *Rad. Mus.*

5. *Et non sobria.*] Ebria pro seriis ac sobriis accepisti. Sic *Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quos perspexisse laborent.* Tyrannicum autem excipere ebriorum simplicitatem, & advertere quæ bene potis excidant.

6. *Exemplo.*] Esset enim nimis periculosum exemplum, si quæ ab ebrio excidunt, essent notanda: & si per jocum dicta vel inter pocula, serio accipias, & sic convivæ periculum crees. Hic tamen de promissionibus tantum vocarionum in cæna factis loqui videtur. *Raderus.*

7. *Μισῶ, &c.*] Odi, O Procille, memorem compotorem. citat hunc versum Lucianus in *συμποσίῳ*, & Plutarchus initio lib. 1. quæst. Sympos.

De Acerra. XXIX.

HEsterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.

1. *Hesterno fœtere, &c.*] Negando magis affirmat, cum subjicit *in lucem bibit*, hoc est, diem noctemque potando continuat: excusando Acerram acrius incusat. *Hesterno mero.*] Jocus ex homonymia. Hesternum merum & hesternam crapulàm appellabant, quam ne nox quidem concoquere potuerat; quod erat valde probrosum. Virg. in Sileno: *Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.* Sic χθιζὸν μέθυ, Græci dicunt. Poëta ergo dicit eos falli, qui mane quum Acerræ occurrerent hesterno fætere meo eum existimarent. quare? quia compotationem in lucem protraxerat. Claudian. libro II. in Eutropium: *Inter quæ tumidus leno producere cœnas In lucem; fœtere mero, &c.* Herald.

2. *In lucem, &c.*] Compotationes in lucem protrahit, adeoque noctis non diei hesternæ merum olet.

Ad Fidentium. XXX.

FAma refert nostros te, Fidentine, libellos
Non aliter populo, quam recitare tuos.
Si mea vis dici; gratis tibi carmina mittam.
Si dici tua vis; hæc eme, ne mea sint.

1. *Fidentine, &c.*] Ludit in dialogia vocum, *mea, tua*; perstringitque plagiarium Fidentinum, carminum inquam alienorum furem. Plagiarium hunc poseit, infra epigrammatum 39. 54. 73.

4. *Si dici tua, &c.*] *Nam quod emis, possis dicere jure tuum.* lib. 2. epigr. 20.

De Diaulo medico. XXXI.

CHirurgus fuerat, nunc est, vespillo Diaulus:
Cœpit, quo poterat, clinicus esse modo.

De

1. *Chirurgus, &c.*] Adspirabat chirurgus Diaulus ad nobilissimam medicinæ partem, ut Clinicus tandem Imperatores lecto affixos viseret curaretque: desperans tandem, nescio qua de causa, se ad Libitinam contulit, è chirurgo vespillo factus, nec minus interea Clinicus. Est enim argutia epigrammatis in voce κλίνη, quæ & *lectum* & *feretrum* significat. Clinicus item medicum & sandapilarium seu vespillonem. vide infra epigr. 48. & epigr. 74. lib. 8. Notus est jocus Diogenis in quendam, qui ex malo athleta, factus est æque bonus medicus. *Vespillo.*] Est ille, qui effert corpora ad sepulturam, & qui quasi veste spoliet mortuum: vel à vespere dictus, quoniam majores ea hora sepeliebantur.

2. *Quo, &c.*] Sunt qui legant *quod*. Lipsius quæstionum libro I. epistola 5.

1. *Hos*

De Encolpo. XXXII.*

HOs tibi, Phœbe, vovet totos à vertice crines
Encolpus, domini centurionis amor:
Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili,
Quam primum longas, Phœbe, recide comas.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
Dumque decent fusæ lactea colla jubæ:
Utque tuis longum, dominusque, puerque fruatur
Muneribus, tonsum fac cito, sero virum.

1. *Hos tibi.*] Voverat Encolpus, Auli Pudentis centurionis amasius, crines suos Phœbo, ut primum dominus suus ad primipilatum (quæ proxima erat dignitas) eveheretur. Rogat Deum poëta ut puerum quam citissime voti compotem reddat, quod utrique eorum gratum sit futurum. vide epigr. 49. l. 5. *Phœbe vovet, &c.*] Excedentes ex ephebis comæ (quam pueri aluerant) detonsæ primitias Phœbo consecrabant, plurimi Delphos profecti. Æsculapio alii, alii fluviis patriis, aquæ hunc honorem tribuentes, ut alimoniæ parenti, vitæque conservatrici. Lucian. περὶ τῆς συρίης θεῦ. *Totos.*] Dorleans leg. *tortos*, quia calamistrati illi capilli & retorti.

6. *Fusæ lactea, &c.*] Hic enim habitus delicatorum & perditorum puerorum. Horat.

Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

Sunt qui hoc loco legant, *fusca lactea colla comæ.* Et sequenti versu pro *fruatur*, *fruantur*. *Jubæ.*] *Metaph.* comæ.

8. *Tonsum, &c*] Compotem voti, a secuto scilicet Pudente primipili dignitatem, ut tondeatur. *Sero virum.*] Quo diutius amore ejus fruatur Dominus.

Ad Sabidium. XXXIII.

NOn amo te Sabidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere; non amo te.

1. *Non amo te Sabidi, &c.*] Odi te Sab. gratis, neque enim odii mei rationem reddere valeo, an ab animi pravitate, morum dissimilitudine, & syderum contrapositione, antipathia, genio infesto, seu malo omine. Ita Senecæ Thyestes: *rapior & nescio quo, sed rapior.* &, *Nihil timendum video, sed timeo tamen.* vel argutius, merito te odi, neque tamen per modestiam licet effari odii mei causam. vel propter oris tui impuri graveolentiam non sustineo apud te longiore uti sermone, hoc tantum dico, *Non amo te.* & ad hanc expositionem facit epigramma 17. libri 3. *Amo.*] De omni amicitiæ genere dici potest. Nam ut aliquem seriò amemus, animi propensio accedat necesse est: hæc si abest, frustra amari desideramus. Sed quandoque non solum non amamus, sed etiam odio habemus sine caussa. Aliud est non amare, aliud odisse. Sunt igitur quædam odia gratuita, quæ à cæco animorum impetu. *Herald.* Et pro *Sabidi* sunt qui legant *Savidi.*

* De Gellia. XXXIV.

AMiſſum non flet, cum ſola eſt Gellia, patrem.
Si quis adeſt, juſſæ proſiliunt lacrymæ.
Non dolet hic, quiſquis laudari, Gellia, quærit,
Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet.

* Sæpius mordet hanc Gelliam poëta, lib. 3. 5. 8.

2. *Juſſæ lacrymæ.*] Fletum juxta ac riſum in promptu habet fœmina, ſæpiuſque more, quam amore plorat. Hinc Juvenal. Sat. 6.

Uberibus ſemper lacrymis ſemperq; paratis
In ſtatione ſua, atq; exſpectantibus illam
Quo jubeat manare modo.

3. *Non dolet hic.*] Scriv. *Non luget.* MS. Bodl. *Sic luget, quiſquis. Quiſquis laudari, &c.*] Quiſquis è lacrymis laudem captat, quæ turpius nunquam fluunt quam ubi finguntur. Tum ſtultius nihil eſt, quam famam captare triſtitiæ, & lacrymas approbare. vide epigramm. Græca libro 2. tit. 15.

Ad Leſbiam. XXXV.

INcuſtoditis, & apertis, Leſbia, ſemper
Liminibus peccas, nec tua furta tegis:
Et plus ſpectator, quam te delectat adulter:
Nec ſunt grata tibi gaudia, ſi qua latent.
At meretrix abigit teſtem veloque ſeraque:
Raraque Summœni fornice rima patet.
A Chione ſaltem, vel ab Helide diſce pudorem;
Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas.

Nun-

1. *Incuſtoditis, &c.*] Janitorum enim miniſterio uſæ iſtæ Dominæ. Ovidius 1. Amorum. 6. eleg. *Et apertis.*] Poterant enim fores non cuſtodiri, & tamen eſſe clauſæ: ſed utroque furorem Leſbiæ expreſſit magis. *Ramireſ.*

2. *Furta tegis.*] Furtiva Veneris gaudia, adulteria. *celari vult ſua furta Venus.* Tibul. Pulmannus legendum cenſet *facta*, ſed minus appoſitè.

5. *Meretrix abigit, &c.*] *Ignoto meretrix corpus junctura Quiriti Oppoſita populum ſubmovet ante ſera, &c.* Ovid. 13. eleg. leg. 3. Amorum, cui conſonat, ſi non ortum debet hoc epigramma. *Veloque ſeraque.*] Velo ex centonibus januæ appenſo, ne per forium rimas introſpici poſſit.

6. *Summœni, &c.*] *Summœnii*, id eſt lupanarium in Summœnio, namque hic habitabant meretrices. unde *Summœnianæ uxores* dictæ, ut & *Suburanæ.* Subura namque Varroni lib. 4. de lingua Lat. dicta quod ſub muro terreo Carinarum, ut & Summœnium quod ſub antiquis mœnibus. hic autem contrahitur ex Summœnii. aliis placet ut ſit Ablativus Adjective, mihi non ita. Antehac legebant *ſi memini.* ſed inepte.

7. *Chione, Helide, &c.*] Proſtibulo illius temporis, vel nomine forte fictitio. *Ab Helide.*] Sunt qui legant ab *Iade*, alii *Laïde.* minus probe, nam tangit proſtibula ſui ſæculi.

8. *Abſcondunt, &c.*] Atqui hæc

Sum-

Nunquid dura tibi nimium censura videtur?
Deprendi vero te, Lesbia, non futui.

Summœnia veterum murorum monumenta tegunt vulgata illa prostibula. vel intellige diobolaria illa scortilla servis & infimis hominibus prostantia inter sepulchra & monumenta, quas epigr.93. lib.3. *bustuarias* appellat *mæchas.* vide Turneb. lib. 13. cap. 19. Et pro *hac*, quidam *&*, legendum censent.

9. *Censura.*] Pro quacunque reprehensione sumitur.

10. *Deprendi.*] Deprehendendi verbum solenne est de iis qui in aliquo crimine & re turpi deprehenduntur. Hinc Juvenal. Sat. VI.

Nil est audacius illis
Deprensis: iram atque animos à crimine sumunt.

Ad Cornelium. XXXVI.

VErsus scribere me parum severos,
Nec quos prælegat in schola magister,
Corneli, quereris: sed hi libelli,
Tanquam conjugibus suis mariti,
Non possunt sine mentula placere.
Quid si me jubeas Thalassionem
Verbis dicere non Thalassionis?
Quis Floralia vestit, & stolatum

Per-

2. *Nec quos, &c.*] Excusat epigrammatōn linguam, id est verborum lascivam licentiam, quam præteritione excusavit in Epistola, exemplo multorum, qui ante se epigrammata scripsere. *Ramiresf.* Nec graves epopœias & tragœdias, quas *prælegat tumidus rauca voce magister*, ut hortatur Musa. ep.3.l.8.

5. *Non possunt, &c.*] Ita nec epigrammata sine lascivia & aculeo.

6. *Quid si, &c.*] Quemadmodum inepte faceret ille, qui Thalassionem (carmen omni verborum obscœnitate & conviciorum licentia refertum, ut novæ nuptæ aures returaret) pudicis verbis nec Fescennino convenientibus conderet: non minus absurde ego, si epigrammata scriberem lingua non epigrammaton, quæ verba amar lasciva, aperta & dominantia. *Thalassionem.*] Carmen nuptiis solenne apud Romanos, ut Hymenæus apud Græcos. cujus nomen & inventionem nonnulli tribuunt militi cuidam Hersiliam ad Romulum ferenti in raptu Sabinarum. alii παρὰ τὸ ταλάσιον quod puellæ ad nubilem ætatem lanificio exercitæ, nupturæ jam primo ad limen mariti venientes, postes laneis ornabant vittis. alii dicatum tradunt nescio cui Thalasso deo boni in nuptiis ominis. alii Veneri θαλασσίᾳ pontigenæ, quæ dea γαμήλια & γενετυλλὶς, propter humotis salsi vim animalem & fœcundam. Turneb. lib XI. cap. 17.

8. *Quis Floralia, &c.*] Si quis poscat ut in Floralibus (de quibus supra epigr.3.) non nudæ agant meretriculæ; si quis in togatis meretricibus requirat pudorem matronarum, quarum propria est stola: aut si quis stola mattonali tegi velit meretrices: desideret idem in epigrammatis verecundiam, quod utique absurdum æque erit. *Stolatum pudo-*

Permittit meretricibus pudorem?
Lex hæc carminibus data est jocosis,
Ne possint, nisi pruriant, juvare.
Quare deposita severitate,
Parcas lusibus, & jocis, rogamus:
Nec castrare velis meos libellos.
Gallo turpius est nihil Priapo.

pudorem.] Perinde est ac si matronalem verecundiam diceret. Sed & Cajus Cæsar Caligula, *Liviam aviam suam Ulyssem stolatum* appellabat per jocum, tanquam mulierem occultè astutissimam. *Torrent.*

11. *Ne possint.*] Uterque Palat. *Nec possunt nisi. Ne possint, &c.*] *Quæ tum denique habent salem ac leporem, Si sint mollicula ac parum pudica. Et, quod pruriat, incitare possint.* Catul. eleg. 16.

14. *Castrare, &c.*] Petulantiam, verba lasciva & libidinosa tollere.

15. *Gallo turpius, &c.*] Galli sacerdotes matris Deûm erant omnes castrati. Priapus hortorum præses prægrandi pene (ut Veneris filium decet) conspiciendus. ut itaque minime deceret Priapum (cujus sola admiratio in hac parte) castrari, ita nec epigrammata (quæ lascivia & aculeo maxime placent) pruritu orbari.

Ad Lucanum, & Tullum. XXXVII.

SI, Lucane, tibi, vel si tibi, Tulle, darentur,
Qualia Ledæi fata Lacones habent:
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet uterque prior:
Diceret infernas & qui prior isset ad umbras;
Vive tuo frater tempore, vive meo.

Ad

1. *Lucane, vel si Tulle, &c.*] Nobile par fratrum, quorum pium amorem celebrat confertque cum Castore & Polluce, & utrique utrumque præfert. Laudat eosdem Plinius Sec. epist. 18. lib. 8. vide & epigr. 52. lib. 9. & Tacit. 3. Hist.

3. *Nobilis hæc, &c.*] Si possetis per mortem alternam vobis invicem indulgere vitam, quod de Castore & Polluce Lacedæmoniis, Ledæ filiis ferunt poëtæ. *Nobilis.*] Certamen nobile de morte alterius pro altero subeunda: ut apud Ovid. 3. de Pont. Eleg. 2.

Ire jubet Pylades carum periturus Orestem,
Hic negat, inque vicem pugnat uterque mori.

5. *Diceret infernas, &c.*] Pro &, quidam legendum censent *si*.

6. *Vive tuo frater, &c.*] Ego in æterna mortis conditione manebo, ut tu in æternum vivas: itaque vive meum atque tuum ævum.

Ad Bassam. XXXVIII.

VEntris onus misero, nec te pudet, excipis auro,
Bassa: bibis vitro. carius ergo cacas.

1. *Misero, &c.*] Præposteram fœminarum luxuriam hoc epigrammate taxat sub nomine ficto Bassæ, quam nominat etiam multis in locis. De eadem luxuria conqueritur Plin. lib. 33. cap. 12. In tam vilem usum formato. vide epigr. 12. lib. 11. Clem. Alexan. Pæd. lib. 2. cap. 3.

Ad Fidentinum. XXXIX.

QUem recitas, meus est, ô Fidentine, libellus:
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.

1. *Recitas, &c.*] Pro more poëtarum, qui carmina sua recitabant publice in æde Apollinis Palatini, theatris, templis, hortis, &c. vel privatè & coram paucis. *Meus est.*] Jocus ab accidente. Imitatus autem hoc epigramma Ausonius, epistol. ad Theonem:

Hæc quoque ne nostrum possint urgere pudorem,
Tu recita, & vere poterunt tua dicta videri.

Fidentine, &c.] Hunc exagitat supra epigr. 30. infra epigr. 54.

Ad Decianum. XL.

SI quis erit, raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaque novit anus:
Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ
Artibus, & vera simplicitate bonus:

Si

1. *Si quis.*] Χαρακτηρισμὸς heic Martialis hominem singularis & raræ probitatis. Talem describit Septitium Plin. Epist. 9. lib. 2. *Habet avunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil simplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi.*

2. *Avos.*] Priscos illos propter amicitiam sincere cultam decantatos. Herculem & Theseum, Damona & Pythiam, Pyladen & Orestem, &c. *Fama anus.* id est, fama vetusta, diuturna, multis retro seculis celebrata. Ita Catullus, *& facit hæc charta loquatur anus:* & noster epigr. 4. lib. 12. *Famaloquax, chartaque dicet anus.* Alii, *avos.*

3. *Cecropiæ, &c.*] Græca Romanaque scientia & artibus imbutus. ut supra epigr. 26. ꝟſ. 3. *Vera simplicitate.*] Hæc est summa ac pænè omnium, quas in Deciano commendat, virtutum κορωνίς. Mores certè hominum eo reciderunt, ut quæ natura suâ laudem merebantur, ea sæpius vitio, aut probro vertantur. Simplicitas ac bonitas summa olim hominis probi ac pæne sola commendatio erat. Postquam vero hæ virtutes aliorum malitiæ, calliditati & fraudi expositæ esse ceperunt, *bonos, simplices, minime malos,* εὐήθεις, χρηστοὺς, appellarunt homines parum cautos, & sæpe stolidos. *Herald.*

5. *Recti*

5 *Si quis erit recti custos, mirator honesti,*
Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ subnixus robore mentis,
Dispeream, si non hic Decianus erit.

5. *Recti custos, &c.*] Stoicæ disciplinæ satelles & sectator. *Recti custos.*] Hæc virtus ab eadem simplicitate, sive potius virtutis illius effectus. Nam viri verè simplices, & ab calliditate alieni, id tantum spectant, quod verum, rectum, justum existimant, de eventu securi. *Herald. Imitator honesti.*] Immo *mirator*, ut optimi quique codices. Est *mirari*, eleganter, magni facere, & qua fas, imitari. Sic Ovidius in epist. Phyllidis ad Demoph. *Quod solum excusat, solum miraris in illo.* Statius ad Crispinum: *æquævo cedere fratri, Mirarique patrem, miseræque ignoscere matri.* Sic Græcis & θαυμάζειν. *Gronovius. Imitator honesti.*] Qui honestum utili præferat, atque eo tantum consilia sua referat. Lucanus de Catone:
Justitiæ cultor; rigidi servator honesti.
Sunt qui legant, *mirator.*

6. *Et nihil, &c.*] *Et qui eo pervenit, ut nihil roget Deum, nisi quod rogare possit palam.* Seneca epist. 10. *qui aperto vivit voto*, nec *Labra movet metuens audiri.* Cujus vota aperta sint, & ad Pythagoræ præceptum formata, μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι: quod est hominis simplicis, & qui sic cum Diis loquatur quasi homines audiant: sic cum hominibus, tanquam Dii audiant. Sane hæc est nota hominis ad unguem probi. *Heraldus.*

7. *Si quis erit magnæ, &c.*] Uno verbo, si quis est verè μεγαλόφρων & μεγαλόψυχος, hic est quem depinximus: nam animi magnitudinem omnes hæ dotes consequuntur, & omnia ista animi magnitudo complectitur & ornat. *Herald. Magnæ subnixus, &c.*] Fortis & constans, supra hoc nomine collaudatus, epigr. 9.

8. *Dispeream, &c.*] Execrationis formula.

Ad Lividum. XLI.

QUi ducis vultus, & non legis ista libenter,
Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

1. *Qui ducis, &c.*] Imprecatur Zoilo invidenti, ut id quod facit, solus faciat. hoc est solus aliis invideat, nemo illi. Nam eruditis & excellentibus tantum invidetur à minus eruditis. Indoctis enim & fatuis nemo invidet, uti nec infelicibus. *Invidia Siculi non invenere tyranni Majus tormentum.* Qui vultum adducis ad tristitiam, qui contracta fronte hæc improbas.

2. *Omnibus, &c.*] Infimus omnium sis precor, qui habeas cur omnibus invideas: cur tibi, nemo.

In Cæcilium. XLII.

URbanus tibi, Cæcili, videris.
Non es, crede mihi: quid ergo? verna es.

Hoc

1. *Urbanus, &c.*] Epigramma hoc Satyricum est, & simul ἠθικόν. Docet enim poëta in persona Cæcilii, quid urbanitas à scurrilitate & stolida procacitate differat; & quam sæpe contingat, ut qui urbani & faceti videri volunt,

Hoc quod Transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulfurata fractis
Permutat vitreis: quod otiosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ:
Quod custos, dominusque viperarum:
Quod viles pueri salariorum:
Quod fumantia qui tomacla raucus

Circum-

sunt, in scurrilitatem incidant. Urbani ergo Gr. ἀστεῖοι, vel εὐτράπελοι, homines erant elegantis ac faceti ingenii, qui dictis & salibus suis risum non tam captarent quam exprimerent, idque cum moderatione quadam; & habita non personarum modo, sed temporis etiam & verborum ipsorum ratione: ita ut tristibus & parum politis hominibus, quales rure sæpius aut nascuntur aut fiunt, opponerentur, quos ideo Græci ἀγρείους καὶ σκληροὺς appellant. Et profectò plebecula sæpe in urbibus procax potius est quam urbana, nec humanitate illa, quæ hominum politiorum propria est, tincta. *Herald.*

2. *Verna es.*] Scurra impudens & procax. vernæ autem qui in villis vere nati, &c. Festus. horum vero propria dicacitas, servilis assentatio & maledicentia epigr. 3. lib. 10. ỳs. 1. Quorundam γελωτοποιῶν joci erant innocentes; aliorum contra procaciores & petulantiores, quales vernarum, quorum dicacitate delectabantur, atque eos quidam *in hoc mercabantur procaces, & eorum impudentiam acuebant & sub magistro habebant, qui probra meditate effunderent*, inquit Seneca lib. de Tranquil. vitæ 11. Hinc *vernile dictum* apud Tacit. lib. 111. *Herald.*

3. *Hoc quod Transtib rinus.*] Sequuntur exempla hominum stolidè procacium & petulantium, quales sunt tenues pæne omnes & abjectæ conditionis homunciones; atque in iis maximè, qui vili mercimonio vitam tolerant: ut *Transtiberini ambulatores*, qui trans Tiberim ambulant ac perertant, quisquilias suas venditantes. *Herald.* Vel ut Turneb. vult, eam partem urbis inhabitantes. lib. Advers. 24. cap. 43. & lib. 19. cap. 6. *Transtiberinus.*] In ea urbis parte, quæ trans Tiberim, ibi habitabant Judæi, & cætera plebecula quæ sordidissimis victitabat serviciis. vide ỳs. 4. epigr. 93. lib. 6. *Ambulator.*] Peripateticus vagus, qui obambulans promercalia clamitabat, *brunstone matches for broken glasses.* Diphilus, κατὰ τὴν ὁδὸν πωλεῖν βούλομαι Ῥόδια, ῥαφανίδας, θερμοκυάμους, σύμφυλα. *Rupto qui possit sulphura vitro.* Juven. 5. sat. nostr. epigr. 3. lib. 10. ỳs. 4.

4. *Pallentia sulphurata.*] Ligna exilia sulphure ab utraque parte intincta. Plin. lib. 36. cap. 19.

5. *Otiosæ.*] Qui plebeculæ feriatæ, Circo scenæque vacanti & duas res anxie optanti, Panem & Circenses, cicer maceratum venditat.

6. *Madidum.*] Coctum.

7. *Custos, &c.*] Agyrta, circulator, medicus circumforaneus, *Montibanco. à Quacksalver.* qui collo & brachiis implicitas circumferebat viperas, quas velut innoxiæ essent, incantaverat; vel adversus noxiarum morsus se medicamentis munierat sanaratve, quo theriacis & alexipharmacis quæ venalia gestabat, fidem faceret.

8. *Pueri salariorum.*] Cetariorum seu ταριχοπώλων servi & filii, vilissimum genus hominum. ταριχοπωλεῖον locus ubi τάριχοι seu salsamenta venduntur: cibus tenuiorum & rusticorum. *Raderus.*

9. *Fumantia.*] Coqui viles circumbant

Circumfert tepidis cocus popinis:
Quod non optimus Urbicus poëta:
Quod de Gadibus improbus magister:
Quod bucca est vetuli loquax cinædi.
Quare desine jam tibi videri,
Quod soli tibi, Cæcili, videris:
Qui Galbam salibus tuis, & ipsum
Possis vincere Sextium Caballum.
Non cuicunque datum est habere nasum.
Ludit qui stolida procacitate:

Non

bant popinas, carnes & alia edulia vendentes, & tomacula, quæ farcimina quædam erant ex carnibus minutè concisis. Hæc ferebant in ollis coopertis, quò calida essent: ideoque dixit *fumantia*, id est vaporem ex se emittentia. *Raucus.*] Clamore, dum promercalia clamitat tomacla.

10. *Tepidis cocus, &c.*] Coopertis ollis, vel calefactorio subjecto ne intepescant.

11. *Non optimus, &c.*] Exodiorum & Atellanarum autor, neque ille optimus. de exodiis & Atellanis vide quæ ad Juven. 3. Satyr. ℣. 175. & Sat. 6. ℣. 71. Turneb. lib. 3. cap. 17.

12. *De Gadibus, &c.*] Qui puellas saltarriculas è Gadibus insula, levitate & lascivia famosas circumducebat ad quæstum. alii legunt *improbis*. ut lib. 5. epigr. 79. Juven. 11. sat. ℣. 162. Atque hic improbus Magister est πορνοβοσκός. Apud Comicos sæpe *Impurus leno* iis est proprie βδελυρός. Improbus, ἀναιδὴς, ἀπονενοημένος.

13. *Vetuli loquax, &c.*] Perfrictæ per se cinædi fronti, indies adauget impudentiam & loquacitatem ætas vitiis indurata: sed & intelligi potest de irrumatione. vide epigr. 28. l. 2. & l. 11. epigramm. 62. pro *loquax*, alii *dicax* leg.

14. *Quare desine, &c.*] Quare desine tibi videri urbanus & facetus, qui spurcissima hæc animalia, atque ipsa urbis καθάρματα καὶ περιψήματα improba scurrilitate longe superes.

16. *Galbam salibus, &c.*] Cæcilium. Galbam Cæsaris Augusti illum morionem, qui in Mœcenatis gratism, doctus erat vigilanti stertere naso. Juv. Sat. 5. ℣. 4. *Galbam.*] Dorleans leg. *Gabam.*

17. *Possis vincere.*] Te posse putes. *Sextium Caballum.*] Scurram dicacem, quem Raderus Sestium Gallum vere dici putat, de quo Suetonius cap. 42. Tiberii.

18. *Nasum.*] Acumen & argutiam joci & derisiônis, cui dicatur nasus, supra epigr. 4. ℣. 6.

19. *Ludit qui stolida, &c.*] Singula verba advertenda sunt & expendenda. Quod Græci εὐτραπελίαν dixerunt, id ipsum Latini *urbanitatem* appellarunt: ut & *dicacitatem* & *cavillationem*: quæ quomodo inter se differant docet Tullius lib. 11. de Oratore. *Etenim cum duo genera sint facetiarum; alterum æquabiliter in omni sermone fusum; alterum peracutum & breve: illa à veteribus superior cavillatio; hæc altera dicacitas appellata est.* Non autem temerarium est quod additur epithetum: nam *stolidam procacitatem* appellat Martialis, importunam & insulsam dicacitatem, qualis esse potest hominis stolidi & insulsi, καὶ δυσχεροῦς. *Herald.*

 20. Non

Non est Sextius ille, sed caballus.

20. *Non est, &c.*] Non est Sextius Gaballus, sed caballus, quadrupes bellua. epigr. 9. lib. 10. Dividit ergo quæ conjuncta videbantur; atque jocus est ex eo, quod ex parte tribuitur, ex parte negatur. Ait igitur hominem tam proterve stolidum non esse Sestium, sed Caballum, id est quadrupedem & bestiam insulsam. *Herald.* Sunt qui legant *Sestius*, vel *Cestius*.

De Porcia uxore Bruti. XLIII.

Conjugis audisset fatum cum Porcia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor:
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas:
I nunc, & ferrum, turba molesta, nega.

1. *Conjugis audisset, &c.*] Historia nota ex Plutarchi Bruto. Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. & lib. 4. cap. 6. Dione 47. Appiano civil. bell. 4. &c.

3. *Non posse negari.*] Non posse impediri: idque probat exemplo patris sui. Sunt qui legant conjunctim: *mortem non posse negari Credideram satis hoc docuisse patrem*: quasi dicat invitis etiam fatis mortem impediri non posse in *homine mori certo*.

4. *Satis hoc, &c.*] Alii *fatis hoc docuisse patrem*. id est morte non vulgari, τὸ τραῦμα καὶ τὴν γαστέρα ἀμύσσων ὄνυξι καὶ δακτύλοις, ἐρευνῶν, καὶ τὰ σπλάγχνα διαρρίπτων. Appian. c. 2. civ. bel. *Patrem.*] Catonem, cujus morituri illa vox: *An nescis paulisper spiritu represso, aut capite ad parietem illiso emori licere?* vide supra epigr. 9. ℣. 1.

5. *Bibit ore, &c.*] Haustus sane calidus, sed gloriæ plenus & plus quam fœmineus.

6. *I nunc, & ferrum.*] Insultantis & irridentis Porciæ victricis vox.

In Mancinum. XLIV.

Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati,
Et positum est nobis nil here præter aprum,
Non quæ de tardis servantur vitibus uvæ,
Dulcibus aut certant quæ melimela favis,

Non

1. *Bis tibi triceni.*] Sexageni convivæ à Mancino vocati, inter quos Martialis, aprum appositum spectantes non gustavere. Ludificatus poëta & iratus imprecatur Mancino aprum, non quem ipse absumat, sed à quo ipse absumatur. *Raderus.*

2. *Here, &c.*] Antique pro *heri*. *Aprum.*] *Aprum ad convivia natum.* Quem integrum mensis inferebant Romani. Plin. lib. 8. cap. 51.

3. *Non quæ, &c.*] Non nobis apponebantur uvæ duracinæ, non, &c. vide lib. 13. epigr. 22. *Melimela.*] Poma quædam mustea dicebantur, quod celeriter mitescerent, eadem novissimis temporibus dicta sunt *melimela*, à mellis sapore. *Calderin.*

Non pyra quæ lenta pendent religata genista,
Aut imitata breves punica mala rosas.
Rustica lactantes nec misit fiscina metas,
Nec de Picenis venit oliva cadis.
Nudus aper; sed & hic minimus, qualisque necari
A non armato pumilione potest.
Et nihil inde datum est; tantum spectavimus omnes.
Ponere aprum nobis sic & arena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta:
Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.

5. *Non pyra, &c.*] Non pyra serotina, quæ ad maturitatem pendent ab arbore vel in cella, vinculo religata è genista lenta. *Genista.*] Virgultum est, unde pendent suspensi fructus: fractu contumax & in alligandis vitibus vinculi usum præstat. Sunt qui pro *lenta* legant *longa*.

6. *Imitata breves, &c.*] Quæ βαλαυςίυ, id est floris colore imitantur rosas, flores brevis ævi. *aliis*, quod ipsa arbor brevis ævi sit, testante Plinio, lib. 16. cap. 44. Raderus arbitratur malum granatum esse, & non aliam ob causam dictum imitari breves rosas, quam quod malus punica sit brevis ævi in genere arborum, ut rosa florum. Gronovius ex membran. Thuan. legit: *Punica grana rosas*. Quod videtur verius, & alterum ab explicatione. Nam Punicum malum granatum.

7. *Rustica, &c.*] Nec calatho rustico allato apponebatur nobis meta lactis, id est, lac coagulatum in formam metæ Circensis, id est, inversi turbinis ceu pyramidis coactum. Angl. *curdo or fresh cheese*. *Lactantes.*] Non *lactentes*, ut alii legunt. Lactens enim est, qui sugit lac; lactans qui continet in se lacteum humorem: matres lactantes, pueros lactentes dicas. *Rad.* *Fiscina.*] A ferendo sic dicta, qua fructus ac necessariæ res feruntur. *Meta lactis*, est caseus seu coagulum lactis in formam metæ coactum, cujusmodi & hodie mensis inferuntur.

8. *Nec de Picenis.*] Olivæ in Piceno agro laudatissimæ.

9. *Nudus aper.*] Non inconditus (ut volunt quidam) sed absque aliis cibis & obsoniis illatus. *Qualisque, &c.*] *Nec dignus ferro Meleagri*, sed qualis ab inermi nano confici possit.

11. *Et nihil, &c.*] Neque eum carptor scindens præministrabat, sed tanquam in Amphitheatro nobis pro spectaculo exhibitus est.

14. *Sed tu ponaris, &c.*] Sed tu objiciaris apro discerpendus, ut Charidemus à Domitiano.

Ad Stellam. XLV.

LAscivos leporum cursus, lususque leonum,
Quod major nobis charta minorque gerit:

Et

2. *Major nobis.*] Elegans jocus Martialis. Stella si tibi molestum est bis à me celebrari ludum leporum ac leonum: tu me ultum eas, & bis in cœna sæpiusve appone leporem: illa mihi pœna magna voluptas. *Rad.* *Major charta.*] Musambertius interpretatur chartam majorem; Augustanam seu

Mirabar, quare nunquam me, Cotta, vocasses:
Jam scio me nudum displicuisse tibi.

delectus. *Ramires.* *Cum quo, &c.*] Quem in balneis mutoniatum conspexeris.

4. *Nudum, &c.*] Non bene vasatum. lib. 3. epigr. 50. & 73. & lib. 7. epigr. 54.

Ad Decianum. XXV.

ADspicis incomptis illum, Deciane, capillis?
Cujus & ipse times triste supercilium;
Qui loquitur Curios, assertoresque Camillos.
Nolito fronti credere, nupsit heri.

1. *Aspicis, &c.*] Notat hoc epigrammate Martialis nunnullos sui temporis ἀλαζόνας, quales erant plurimi, qui sordibus, incomptis capillis, vultus ac frondis severitate & tristitia ac verborum asperitate, non modo philosophi, sed philosophorum sanctissimi videri volebant, cum eorum vita interior, omni flagitiorum ac nequitiæ genere esset sæpius contaminatissima. Hoc genus hominum traduxit Juvenalis Sat. 11. *Incomptis, &c.*] Illum hirsutum, *cujus Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ Promittunt siverum animum.* pro *illum* sunt qui legant *Ilum.*

2. *Cujus, &c.*] Cujus gravitatem, quæ in superciliis apparet, & tu ipse, ô Deciane, qui Stoïcus es, verearis. *Triste supercilium.*] Σκύθρωπον ὄν[illegible], καὶ τὰς ὀφρὺς ἔχον[illegible] ἐπάνω τῆς κορυφῆς.

3. *Curios, &c.*] Continentiam Curii & rigidam F. Camilli fortitudinem, id est, qui laudat priscam continentiam & austeritatem. *Curios.*] Pulmannus legit *Varos*, sed recepta lectio magis placet.

4. *Nolito fronti, &c.*] *Fronti nulla fides.* *Nupsit heri.*] Muliebria passus est. *Inter Socraticos notissima fossa cinædos.* Vel etiam nupsit, ut Nero Pythagoræ cuidam. *Sulpic. 2. histor. sacræ* ipsi Sporus. *Sueton. cap. 28. Ner.* Gracchus Cornicini, *Juven. Sat. 2.*

Ad Faustinum. XXVI.

EDe tuos tandem populo, Faustine, libellos,
Et cultum docto pectore profer opus:
Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,
Nec sileant nostri, prætereantque senes.

Ante

1. *Ede tuos, &c.*]Quod probent Græci ac Latini. *Ede tuos.*] Hortatur Faustinum, ad quem multa sunt infra epigrammata, ut sua scripta publici tandem juris faciat, præmiumque laborum, nominis celebritatem exspectet.

4. *Nostri.*] Latini. Cecrops autem Athenarum conditor: Pandion instaurator, arces in tutela Palladis Athenarum præsidis. *Prætereantque.*] Non prætereant, id est omne laudis punctum illi tribuant. Metaphora à suffragiis quæ in tabulas cereas referebantur per puncta: è quibus plurimorum censu magistratus *creari*; pauciorum, à populo *agitari*: nullorum, *præteriri* candidatus dicebatur. Horat. ad Pisones; *Centuriæ seniorum agitant, &c.* *Senes.*] Qui maturioris judicii: vel alludit ad Centurias seniorum, *ut modo.*

6. *Teque*

Ante fores stantem dubitas ne admittere famam?
Teque piget curæ præmia ferre tuæ?
Post te victuræ, per te quoque vivere, chartæ
Incipiant. cineri gloria sera venit.

6. *Teque piget, &c.*] Noli te dulcissimo studiorum fructu defraudare, nominis scilicet immortalitate, & famæ in vivis dulcedine.

7. *Post te victuræ, &c.*] Ingenii tui fœtus, te potius in vivis, & ipse vivus ingrediatur, quam posthumus edatur.

8. *Cineri, &c.*] Vivus itaque fruere famæ dulcedine. supra epigramm. 2. & epigr. 13. lib. 5, *Gloria sera.*] Alii legunt, *rara*, tarda, nulla, sed totum acumen est in dictione *sera*. Nam quæ optamus alicui post mortem optima & præstantissima, ea tamen ut sero contingant precamur. Sic immortalitatem seram Augusto exoptabat Horatius:
Serus in cælum redeas, diuque
Lætus intersis populo Quirini, &c.
Herald.

* Ad Sextilianum. XXVII.

SExtiliane, bibis quantum subsellia quinque
Solus, aqua toties ebrius esse potes.
Nec consessorum vicina numismata tantum,
Æra sed à cuneis ulteriora petis.
Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis,
Uva nec in Tuscis nascitur ista jugis.
Testa sed antiqui felix siccatur Opimî,

Ege-

* Vide epigr. 12. supra.

1. *Quantum, &c.*] *Synecdoche*. quantum quini equites qui in subselliis 14. ordinum.

2. *Aqua toties, &c.*] Sextilianus ille, ne rubori ei tam frequens in spectaculis potatio esset, videri volebat aquam bibere. Interrogat poëta ἐλεγκτικῶς, *aqua toties ebrius esse potes?* ut si diceret, quotidie in spectaculis bibis quantum quinque subsellia, identidem ebrius es, & tamen videri vis ὑδροπότης. Esse non potest, quin vinum bibis generosissimum. *Musambert.* Vel: Potes, quoties sitis, aquæ potu sitim tuam sedare. sic exponit Scriverius. Ego Hyperbolice dictum arbitror.

3. *Nec consessorum, &c.*] Nec ad vinum nummos solum corrogas ab assidentibus tibi in eodem gradu vel cuneo, sed & petis æra ulteriora à cuneis, id est ab iis qui à fronte infra, vel à tergo supra sedent in eodem cuneo, seu ulteriore cunei gradu, vel in aliis utrinque cuneis. Sunt qui de missilibus intelligunt, quæ ille bibo undequaque rapiebat. de cuneis vide Lips. de Amphith. 13. & Buling. de Circo, cap. 34. Pro *petis*, sunt qui legant *bibis*.

5. *Non hæc, &c.*] Neque vilia bibit vina Peligna aut Tuscana, sed generosissima Opimiana & Massica: cum tot calicum trahoni magis competeret vapidum turbidumque Laletanum. *Prælis.*] Præla vocat torcularia, quibus vinum exprimitur.

7. *Testa.*] Est vas vinarium. Fictilibus olim vasis vina servabant ad multos annos, ne dicam sæcula: quibus etiam nota annorum & generis vini adscri-

Egerit & nigros Maſſica cella cados.
A caupone tibi fæx Laletana petatur,
Si plus quam decies, Sextiliane, bibis.

ſcribebatur. unde loquendi modi profluxere, de meliore, de interiore nota, de eo quod præſtantiſſimum eſt. *Rad.* *Antiqui Opimi.*] L. Opimio Coſ. A. U.C. DCXXXIII. ea cæli erat temperies, ut vini optimi ſumma proveniret copia, quod in annos CC. duraret. Plin. lib.14.c.4. *Siccatur.*] Exhauritur.

9. *Fæx Laletana, &c.*] Fæculentum & turbidum vinum ex Laletania in Hiſpania. Legitur & *Lacetana.*

10. *Si plus, &c.*] Si excedis numerum cyathorum qui in cœna ſumuntur decem tantum, cum lautiſſimæ cœnæ modus ſit ſextarius, qui duodecim continet cyathos.

Ad Procillum. XXVIII.

HEſterna tibi nocte dixeramus,
Quincunces, puto, poſt decem peractos,
Cœnares hodie, Procille, mecum.
Tu factam tibi rem ſtatim putaſti,
Et non ſobria verba ſubnotaſti;
Exemplo nimium periculoſo.
Μισῶ μνήμονα συμπότην, *Procille.*

1. *Heſterna.*] Jocatur cum Procillo, quem inter poecula per jocum pridie invitarat. *Heſterna tibi, &c.*] Ego poſt quinquagenos cyathos (inter ſcyphos autem dicta, indicta; facta, infecta oportuit, tanquam in vino inſcripta) bene potus te invitaram: tu ſerio & ſobrie accepiſti. idque citra bonos mores & ſatis cum periculo.

2. *Quincunces, &c.*] Quinque cyathos continet quincunx, dividitur enim ſextarius (ut As in 12. uncias) in cyathos 12. 1. uncia. 2. Sextans. 3. Quadrans. 4. Triens. 5. Quincunx. 6. Semis. 7. Septunx. 8. Bes. 9. Dodrans. 10. Dextans. 11. Deunx. 12. Sextarius. *Peractos.*] Exhauſtos.

3. *Mecum.*] In ædibus meis: non *mecum* apud alium.

4. *Tu factam tibi rem.*] Certam, indubitatam & abſolutam rem, non promiſſam tantum ſignificat. Tum cui confectum negotium & voti compos eſt. *Rad. Muſ.*

5. *Et non ſobria.*] Ebria pro ſeriis ac ſobriis accepiſti. Sic *Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quos perſpexiſſe laborent.* Tyrannicum autem excipere ebriorum ſimplicitatem, & advertere quæ bene potis excidant.

6. *Exemplo.*] Eſſet enim nimis periculoſum exemplum, ſi quæ ab ebrio excidunt, eſſent notanda: & ſi per jocum dicta vel inter pocula, ſerio accipias, & ſic convivæ periculum crees. Hic tamen de promiſſionibus tantum vocationum in cæna factis loqui videtur. *Raderus.*

7. *Μισῶ, &c.*] Odi, O Procille, memorem compotorem. citat hunc verſum Lucianus in συμποσίῳ, & Plutarchus initio lib. 1. quæſt. Sympoſ.

De Acerra. XXIX.

HEsterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.

1. *Hesterno fœtere, &c.*] Negando magis affirmat, cum subjicit *in lucem bibit*, hoc est, diem noctemque potando continuat: excusando Acerram acrius incusat. *Hesterno mero.*] Jocus ex homonymia. Hesternum merum & hesternam crapulam appellabant, quam ne nox quidem concoquere potuerat; quod erat valde probrosum. Virg. in Sileno:
Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.
Sic χθιζὴν μέθην, Græci dicunt. Poëta ergo dicit eos falli, qui mane quum Acerræ occurrerent hesterno fœtere meo eum existimarent. quare? quia compotationem in lucem protraxerat. Claudian. libro II. in Eutropium:
Inter quæ tumidus leno producere cœnas
In lucem; fœtere mero, &c.
Herald.
2. *In lucem, &c.*] Compotationes in lucem protrahit, adeoque noctis non diei hesternæ merum olet.

Ad Fidentium. XXX.

FAma refert nostros te, Fidentine, libellos
Non aliter populo, quam recitare tuos.
Si mea vis dici; gratis tibi carmina mittam.
Si dici tua vis; hæc eme, ne mea sint.

1. *Fidentine, &c.*] Ludit in dialogia vocum, *mea, tua*; perstringitque plagiarium Fidentinum, carminum inquam alienorum furem. Plagiarium hunc poscit, infra epigrammatum 39. 54. 73.
4. *Si dici tua, &c.*] *Nam quod emis, possis dicere jure tuum.* lib. 2. epigr. 20.

De Diaulo medico. XXXI.

CHirurgus fuerat, nunc est, vespillo Diaulus:
Cœpit, quo poterat, clinicus esse modo.

1. *Chirurgus, &c.*] Adspirabat chirurgus Diaulus ad nobilissimam medicinæ partem, ut Clinicus tandem Imperatores lecto affixos viseret curaretque: desperans tandem, nescio qua de causa, se ad Libitinam contulit, è chirurgo vespillo factus, nec minus interea Clinicus. Est enim argutia epigrammatis in voce κλίνη, quæ & *lectum* & *feretrum* significat. Clinicus item medicum & sandapilarium seu vespillonem. vide infra epigr. 48. & epigr. 74. lib. 8. Notus est jocus Diogenis in quendam, qui ex malo athleta, factus est æque bonus medicus. *Vespillo.*] Est ille, qui effert corpora ad sepulturam, & qui quasi veste spoliet mortuum: vel à vespere dictus, quoniam majores ea hora sepeliebantur.
2. *Quo, &c.*] Sunt qui legant *quod*. Lipsius quæstionum libro I. epistola 5.

De Encolpo. XXXII.

HOs tibi, Phœbe, vovet totos à vertice crines
Encolpus, domini centurionis amor:
Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili,
Quam primum longas, Phœbe, recide comas.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
Dumque decent fusæ lactea colla jubæ:
Utque tuis longum, dominusque, puerque fruatur
Muneribus, tonsum fac cito, sero virum.

1. *Hos tibi.*] Voverat Encolpus, Auli Pudentis centurionis amasius, crines suos Phœbo, ut primum dominus suus ad primipilatum (quæ proxima erat dignitas) eveheretur. Rogat Deum poëta ut puerum quam citissime voti compotem reddat, quod utrique eorum gratum sit futurum. vide epigr. 49. l. 5. *Phœbe vovet, &c.*] Excedentes ex ephebis comæ (quam pueri aluerant) detonsæ primitias Phœbo consecrabant, plurimi Delphos profecti. Æsculapio alii, alii fluviis patriis, aquæ hunc honorem tribuentes, ut alimoniæ parenti, vitæque conservatrici. Lucian. περὶ τῆς συρίης θεῦ. *Totos.*] Dorleans leg. *tortos*, quia calamistrati illi capilli & retorti.

6. *Fusæ lactea, &c.*] Hic enim habitus delicatorum & perditorum puerorum. Horat.

Et quæ nunc humeris involitant, deciderint comæ.

Sunt qui hoc loco legant, *fusca lactea colla comæ*. Et sequenti versu pro *fruatur*, *fruantur*. *Jubæ.*] *Metaph.* comæ.

8. *Tonsum, &c*] Compotem voti, assecuto scilicet Pudente primipili dignitatem, ut tondeatur. *Sero virum.*] Quo diutius amore ejus fruatur Dominus.

Ad Sabidium. XXXIII.

NOn amo te Sabidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere; non amo te.

* De

1. *Non amo te Sabidi, &c.*] Odi te Sab. gratis, neque enim odii mei rationem reddere valeo, an ab animi pravitate, morum dissimilitudine, & syderum contrapositione, antipathia, genio infesto, seu malo omine. Ita Senecæ Thyestes: *rapior & nescio quo, sed rapior.* &, *Nihil timendum video, sed timeo tamen.* vel argutius, merito te odi, neque tamen per modestiam licet effari odii mei causam. vel propter oris tui impuri graveolentiam non sustineo apud te longiore uti sermone, hoc tantum dico, *Non amo te.* & ad hanc expositionem facit epigramma 17. libri 3. *Amo.*] De omni amicitiæ genere dici potest. Nam ut aliquem seriò amemus, animi propensio accedat necesse est: hæc si abest, frustra amari desideramus. Sed quandoque non solum non amamus, sed etiam odio habemus sine caussa. Aliud est non amare, aliud odisse. Sunt igitur quædam odia gratuita, quæ à cæco animorum impetu. *Herald.* Et pro *Sabidi* sunt qui legant *Savidi*.

* Sæpius

* De Gellia. XXXIV.

Amissum non flet, cum sola est Gellia, patrem.
Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrymæ.
Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, quærit,
Ille dolet vere, qui sine teste dolet.

* Sæpius mordet hanc Gelliam poëta, lib. 3. 5. 8.

2. *Jussæ lacrymæ.*] Fletum juxta ac risum in promptu habet fœmina, sæpiusque more, quam amore plorat. Hinc Juvenal. Sat. 6.

Uberibus semper lacrymis semperq; paratis
In statione sua, atq; exspectantibus illam
Quo jubeat manare modo.

3. *Non dolet hic.*] Scriv. *Non luget.* MS. Bodl. *Sic luget, quisquis. Quisquis laudari, &c.*] Quisquis è lacrymis laudem captat, quæ turpius nunquam fluunt quam ubi finguntur. Tum stultius nihil est, quam famam captare tristitiæ, & lacrymas approbare. vide epigramm. Græca libro 2. tit. 15.

Ad Lesbiam. XXXV.

INcustoditis, & apertis, Lesbia, semper
Liminibus peccas, nec tua furta tegis:
Et plus spectator, quam te delectat adulter:
Nec sunt grata tibi gaudia, si qua latent.
At meretrix abigit testem veloque seraque:
Raraque Summœni fornice rima patet.
A Chione saltem, vel ab Helide disce pudorem;
Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.

Nun-

1. *Incustoditis, &c.*] Janitorum enim ministerio usæ istæ Dominæ. Ovidius 1. Amorum. 6. eleg. *Et apertis.*] Poterant enim fores non custodiri, & tamen esse clausæ: sed utroque furorem Lesbiæ expressit magis. *Ramires.*

2. *Furta tegis.*] Furtiva Veneris gaudia, adulteria. *celari vult sua furta Venus.* Tibul. Pulmannus legendum censet *facta*, sed minus apposité.

5. *Meretrix abigit, &c.*] *Ignoto meretrix corpus junctura Quiriti Opposita populum submovet ante sera, &c.* Ovid. 13. eleg. leg. 3. Amorum, cui consonat, si non ortum debet hoc epigramma. *Veloque seraque.*] Velo ex centonibus januæ appenso, ne per forium rimas introspici possit.

6. *Summœni, &c.*] *Summœnii*, id est lupanarium in Summœnio, namque hic habitabant meretrices. unde *Summœnianæ uxores* dictæ, ut & *Suburanæ*. Subura namque Varroni lib. 4. de lingua Lat. dicta quod sub muro terreo Carinarum, ut & Summœnium quod sub antiquis mœnibus. hic autem contrahitur ex Summœnii. aliis placet ut sit Ablativus Adjective, mihi non ita. Antehac legebant *si memini.* sed inepte.

7. *Chione, Helide, &c.*] Prostibulo illius temporis, vel nomine forte fictitio. *Ab Helide.*] Sunt qui legant ab *Iade*, alii *Laïde.* minus probe, nam tangit prostibula sui sæculi.

8. *Abscondunt, &c.*] Atqui hæc

Sum-

Nunquid dura tibi nimium censura videtur?
Deprendi vero te, Lesbia, non futui.

Sum mœnia veterum murorum monumenta tegunt vulgata illa prostibula. vel intellige diobolaria illa scortilla servis & infimis hominibus prostantia inter sepulchra & monumenta, quas epigr. 93. lib. 3. *bustuarias* appellat *mœchas*. vide Turneb. lib. 13. cap. 19. Et pro *hæc*, quidam *&c*, legendum censent.

9. *Censura.*] Pro quacunque reprehensione sumitur.

10. *Deprendi.*] Deprehendendi verbum solenne est de iis qui in aliquo crimine & re turpi deprehenduntur. Hinc Juvenal. Sat. VI.

Nil est audacius illis
Deprensis: iram atque animos à crimine sumunt.

Ad Cornelium. XXXVI.

VErsus scribere me parum severos,
Nec quos prælegat in schola magister,
Corneli, quereris: sed hi libelli,
Tanquam conjugibus suis mariti,
Non possunt sine mentula placere.
Quid si me jubeas Thalassionem
Verbis dicere non Thalassionis?
Quis Floralia vestit, & stolatum

Per-

2. *Nec quos, &c.*] Excusat epigrammatῶn linguam, id est verborum lascivam licentiam, quam præteritione excusavit in Epistola, exemplo multorum, qui ante se epigrammata scripsere. *Ramiref.* Nec graves epopœias & tragœdias, quas *prælegat tumidus rauca voce magister*, ut hortatur Musa. ep. 3. l. 8.

5. *Non possunt, &c.*] Ita nec epigrammata sine lascivia & aculeo.

6. *Quid si, &c.*] Quemadmodum inepte faceret ille, qui Thalassionem (carmen omni verborum obscœnitate & conviciorum licentia refertum, ut novæ nuptæ aures returaret) pudicis verbis nec Fescennino convenientibus conderet: non minus absurde ego, si epigrammata scriberem lingua non epigrammaton, quæ verba amat lasciva, aperta & dominantia. *Thalassionem.*] Carmen nuptiis solenne apud Romanos, ut Hymenæus apud Græcos. cujus nomen & inventionem nonnulli tribuunt militi cuidam Hersiliam ad Romulum ferenti in raptu Sabinarum. alii παρὰ τὸ ταλάσιον quod puellæ ad nubilem ætatem lanificio exercitæ, nupturæ jam primo ad limen mariti venienres, postes laneis ornabant vittis. alii dicarum tradunt nescio cui Thalasso deo boni in nuptiis ominis. alii Veneri θαλασσίᾳ pontigenæ, quæ dea γαμήλια & γενετυλλὶς, propter humoris salsi vim animalem & fœcundam. Turneb. lib. XI. cap. 17.

8. *Quis Floralia, &c.*] Si quis poscat ut in Floralibus (de quibus supra epigr. 3.) non nudæ agant meretriculæ; si quis in togatis meretricibus requirat pudorem matronarum, quarum propria est stola: aut si quis stola matronali tegi velit meretrices: desideret idem in epigrammatis verecundiam, quod utique absurdum æque erit. *Stolatum pudo-*

Permittit meretricibus pudorem?
Lex hæc carminibus data est jocosis,
Ne possint, nisi pruriant, juvare.
Quare deposita severitate,
Parcas lusibus, & jocis, rogamus:
Nec castrare velis meos libellos.
Gallo turpius est nihil Priapo.

pudorem.] Perinde est ac si matronalem verecundiam diceret. Sed & Cajus Cæsar Caligula, *Liviam aviam suam Ulyssem stolatum* appellabat per jocum, tanquam mulierem occultè astutissimam. *Torrent.*

11. *Ne possint.*] Uterque Palat. *Nec possunt nisi.* *Ne possint, &c.*] *Quæ tum denique habent salem ac leporem, Si sint mollicula ac parum pudica. Et, quod pruriat, incitare possint.* Catul. eleg. 16.

14. *Castrare, &c.*] Petulantiam, verba lasciva & libidinosa tollere.

15. *Gallo turpius, &c.*] Galli sacerdotes matris Deûm erant omnes castrati. Priapus hortorum præses prægrandi pene (ut Veneris filium decet) conspiciendus. ut itaque minime deceret Priapum (cujus sola admiratio in hac parte) castrari, ita nec epigrammata (quæ lascivia & aculeo maxime placent) pruritu orbari.

Ad Lucanum, & Tullum. XXXVII.

SI, Lucane, tibi, vel si tibi, Tulle, darentur,
Qualia Ledæi fata Lacones habent:
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet uterque prior:
Diceret infernas & qui prior isset ad umbras;
Vive tuo frater tempore, vive meo.

Ad

1. *Lucane, vel si Tulle, &c.*] Nobile par fratrum, quorum pium amorem celebrat confertque cum Castore & Polluce, & utrique utrumque præfert. Laudat eosdem Plinius Sec. epist. 18. lib. 8. vide & epigr. 52. lib. 9. & Tacit. 3. Hist.

3. *Nobilis hæc, &c.*] Si possetis per mortem alternam vobis invicem indulgere vitam, quod de Castore & Polluce Lacedæmoniis, Ledæ filiis ferunt poëtæ. *Nobilis.*] Certamen nobile de morte alterius pro altero subeunda: ut apud Ovid. 3. de Pont. Eleg. 2.

Ire jubet Pylades carum periturus Orestem,
Hic negat, inque vicem pugnat uterque mori.

5. *Diceret infernas, &c.*] Pro &, quidam legendum censent *si.*

6. *Vive tuo frater, &c.*] Ego in æterna mortis conditione manebo, ut tu in æternum vivas: itaque vive meum atque tuum ævum.

D 1. Mise

Ad Baſſam. XXXVIII.

VEntris onus miſero, nec te pudet, excipis auro,
Baſſa: bibis vitro. carius ergo cacas.

1. *Miſero, &c.*] Præpoſteram fæminarum luxuriam hoc epigrammate taxat ſub nomine ficto Baſſæ, quam nominat etiam multis in locis. De eadem luxuria conqueritur Plin. lib. 33. cap. 12. In tam vilem uſum formato. vide epigr. 12. lib. 11. Clem. Alexan. Pæd. lib. 2. cap. 3.

Ad Fidentinum. XXXIX.

QUem recitas, meus eſt, ô Fidentine, libellus:
Sed male cum recitas, incipit eſſe tuus.

1. *Recitas, &c.*] Pro more poëtarum, qui carmina ſua recitabant publice in æde Apollinis Palatini, theatris, templis, hortis, &c. vel privatè & coram paucis. *Meus eſt.*] Jocus ab accidente. Imitatus autem hoc epigramma Auſonius, epiſtol. ad Theonem:

Hæc quoque ne noſtrum poßint urgere pudorem,
Tu recita, & vere poterunt tua dicta videri.

Fidentine, &c.] Hunc exagitat ſupra epigr. 30. infra epigr. 54.

Ad Decianum. XL.

SI quis erit, raros inter numerandus amicos,
Quales priſca fides, famaque novit anus:
Si quis Cecropiæ madidus Latiæque Minervæ
Artibus, & vera ſimplicitate bonus:

Si

1. *Si quis.*] Χαρακτηρίζει heic Martialis hominem ſingularis & raræ probitatis. Talem deſcribit Septitium Plin. Epiſt. 9. lib. 2. *Habet avunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi.*

2. *Avos.*] Priſcos illos propter amicitiam ſincere cultam decantatos. Herculem & Theſeum, Damona & Pythiam, Pyladen & Oreſtem, &c. *Fama anus.* id eſt, fama vetuſta, diuturna, multis retro ſeculis celebrata. Ita Catullus, *& facit hæc charta loquatur anus:* & noſter epigr. 4. lib. 12. *Fama loquax, chartaque dicet anus.* Alii, *avos.*

3. *Cecropiæ, &c.*] Græca Romanaque ſcientia & artibus imbutus. ut ſupra epigr. 26. ✝ſ. 3. *Vera ſimplicitate.*] Hæc eſt ſumma ac pænè omnium, quas in Deciano commendat, virtutum περιοχή. Mores certè hominum eo reciderunt, ut quæ natura ſuâ laudem merebantur, ea ſæpius vitio, aut probro vertantur. Simplicitas ac bonitas ſumma olim hominis probi ac pæne ſola commendatio erat. Poſtquam vero hæ virtutes aliorum malitiæ, calliditati & fraudi expoſitæ eſſe ceperunt, *bonos, ſimplices, minime malos,* εὐήθεις, χρηστούς, appellarunt homines parum cautos, & ſæpe ſtolidos. *Herald.*

5. *Recti*

Si quis erit recti custos, mirator honesti,
Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ subnixus robore mentis,
Dispeream, si non hic Decianus erit.

5. *Recti custos, &c.*] Stoicæ disciplinæ satelles & sectator. *Recti custos.*] Hæc virtus ab eadem simplicitate, sive potius virtutis illius effectus. Nam viri verè simplices, & ab calliditate alieni, id tantum spectant, quod verum, rectum, justum existimant, de eventu securi. *Herald. Imitator honesti.*] Immo *mirator*, ut optimi quique codices. Est *mirari*, eleganter, magni facere, & qua fas, imitari. Sic Ovidius in epist. Phyllidis ad Demoph. *Quod solum excusat, solum miraris in illo.* Statius ad Crispinum: *æquævo cedere fratri, Mirarique patrem, miseræque ignoscere matri.* Sic Græcis & θαυμάζειν. *Gronovius. Imitator honesti.*] Qui honestum utili præferat, atque eo tantum consilia sua referat. Lucanus de Catone:

Justitiæ cultor; rigidi servator honesti.

Sunt qui legant, *mirator.*

6. *Et nihil, &c.*] *Et qui eo pervenit, ut nihil roget Deum, nisi quod rogare possit palam.* Seneca epist. 10. *qui aperto vivit voto*, nec *Labra movet metuens audiri.* Cujus vota aperta sint, & ad Pythagoræ præceptum formata, μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι: quod est hominis simplicis, & qui sic cum Diis loquatur quasi homines audiant: sic cum hominibus, tanquam Dii audiant. Sane hæc est nota hominis ad unguem probi. *Heraldus.*

7. *Si quis erit magnæ, &c.*] Uno verbo, si quis est verè μεγαλόφρων & μεγαλόψυχος, hic est quem depinximus: nam animi magnitudinem omnes hæ dotes consequuntur, & omnia ista animi magnitudo complectitur & ornat. *Herald. Magnæ subnixus, &c.*] Fortis & constans, supra hoc nomine collaudatus, epigr. 9.

8. *Dispeream, &c.*] Execrationis formula.

Ad Lividum. XLI.

QUi ducis vultus, & non legis ista libenter,
Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

1. *Qui ducis, &c.*] Imprecatur Zoilo invidenti, ut id quod facit, solus faciat. hoc est solus aliis invideat, nemo illi. Nam eruditis & excellentibus tantum invidetur à minus eruditis. Indoctis enim & fatuis nemo invidet, uti nec infelicibus. *Invidia Siculi non invenere tyranni Majus tormentum.* Qui vultum adducis ad tristitiam, qui contracta fronte hæc improbas.

2. *Omnibus, &c.*] Infimus omnium sis precor, qui habeas cur omnibus invideas: cur tibi, nemo.

In Cæcilium. XLII.

URbanus tibi, Cæcili, videris.
Non es, crede mihi: quid ergo? verna es.
Hoc

1. *Urbanus, &c.*] Epigramma hoc Satyricum est, & simul ἠθικόν. Docet enim poëta in persona Cæcilii, quid urbanitas à scurrilitate & stolida procacitate differat; & quam sæpè contingat, ut qui urbani & faceti videri volunt,

Hoc quod Transtiberinus ambulator,
Qui pallentia sulfurata fractis
Permutat vitreis: quod otiosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ:
Quod custos, dominusque viperarum:
Quod viles pueri salariorum:
Quod fumantia qui tomacla raucus

Circum-

funt, in scurrilitatem incidant. Urbani ergo Gr. ἀστεῖοι, vel εὐτράπελοι, homines erant elegantis ac faceti ingenii, qui dictis & salibus suis risum non tam captarent quam exprimerent, idque cum moderatione quadam; & habita non personarum modo, sed temporis etiam & verborum ipsorum ratione: ita ut tristibus & parum politis hominibus, quales rure sæpius aut nascuntur aut fiunt, opponerentur, quos ideo Græci ἀγροίκους καὶ σκληροὺς appellant. Et profectò plebecula sæpe in urbibus procax potius est quam urbana, nec humanitate illa, quæ hominum politiorum propria est, tincta. *Herald.*

2. *Verna es.*] Scurra impudens & procax. vernæ autem qui in villis vere nati, &c. Festus. horum vero propria dicacitas, servilis assentatio & maledicentia epigr. 3. lib. 10. ℣. 1. Quorundam γελωτοποιῶν joci erant innocentes; aliorum contra procaciores & petulantiores, quales vernarum, quorum dicacitate delectabantur, atque eos *quidam in hoc mercabantur procaces, & eorum impudentiam acuebant & sub magistro habebant, qui probra meditate effunderent*, inquit Seneca lib. de Tranquil. vitæ 11. Hinc *vernile dictum* apud Tacit. lib. 111. *Herald.*

3. *Hoc quod Transtib. rinus.*] Sequuntur exempla hominum stolidè procacium & petulantium, quales sunt tenues pæne omnes & abjectæ conditionis homunciones; atque in iis maximè, qui vili mercimonio vitam tolerant: ut *Transtiberini ambulatores*, qui trans Tiberim ambulant ac pererrant, quisquilias suas venditantes. *Herald.* Vel ut Turneb. vult, eam partem urbis inhabitantes. lib. Advers. 24. cap. 43. & lib. 19. cap. 6. *Transtiberinus.*] In ea urbis parte, quæ trans Tiberim, ibi habitabant Judæi, & cætera plebecula quæ sordidissimis victitabat serviciis. vide ℣. 4. epigr. 93. lib. 6. *Ambulator.*] Peripateticus vagus, qui obambulans promercalia clamitabat, *brunstone matches for broken glasses.* Diphilus, κατὰ τὴν ὁδὸν πωλεῖν βούλομαι Ῥόδος, ῥαφανίδας, θερμοκυάμους, στέμφυλα. *Rupto qui possit sulphura vitro.* Juven. 5. sat. nostr. epigr. 3. lib. 10. ℣. 4.

4. *Pallentia sulphurata.*] Ligna exilia sulphure ab utraque parte intincta. Plin. lib. 36. cap. 19.

5. *Otiosæ.*] Qui plebeculæ feriatæ, Circo scenæque vacanti & duas res anxie optanti, Panem & Circenses, cicer maceratum venditat.

6. *Madidum.*] Coctum.

7. *Custos, &c.*] Agyrta, circulator, medicus circumforaneus, *Montibanco. à Quacksalver.* qui collo & brachiis implicitas circumferebat viperas, quas velut innoxiæ essent, incantaverat; vel adversus noxiarum morsus se medicamentis munierat sanaratve, quo theriacis & alexipharmacis quæ venalia gestabat, fidem faceret.

8. *Pueri salariorum.*] Cetariorum seu ταριχοπωλῶν servi & filii, vilissimum genus hominum. ταριχοπωλεῖον locus ubi τάριχοι seu salsamenta venduntur: cibus tenuiorum & rusticorum. *Raderus.*

9. *Fumantia.*] Coqui viles circuibant

Circumfert tepidis cocus popinis:
Quod non optimus Urbicus poëta:
Quod de Gadibus improbus magister:
Quod bucca est veteli loquax cinædi.
Quare desine jam tibi videri,
Quod soli tibi, Cæcili, videris:
Qui Galbam salibus tuis, & ipsum
Possis vincere Sextium Caballum.
Non cuicunque datum est habere nasum.
Ludit qui stolida procacitate:

Non

bant popinas, carnes & alia edulia vendentes, & tomacula, quæ farcimina quædam erant ex carnibus minutè concisis. Hæc ferebant in ollis coopertis, quò calida essent: ideoque dixit *fumantia*, id est vaporem ex se emittentia. *Raucus.*] Clamore, dum promercalia clamitat tomacla.

10. *Tepidis cocus, &c.*] Coopertis ollis, vel calefactorio subjecto ne intepescant.

11. *Non optimus, &c.*] Exodiorum & Atellanarum autor, neque ille optimus. de exodiis & Atellanis vide quæ ad Juven. 3. Satyr. ✠ſ. 175. & Sat. 6. ✠ſ. 71. Turneb. lib. 3. cap. 17.

12. *De Gadibus, &c.*] Qui puellas saltatriculas è Gadibus insula, levitate & lascivia famosas circumducebat ad quæstum. alii legunt *improbis*. ut lib. 5. epigr. 79. Juven. 11. sat. ✠ſ. 162. Atque hic improbus Magister est πορνοβοσκός. Apud Comicos sæpe *Impurus leno* iis est proprie βδελυρός. Improbus, ἀναιδὴς, ἀπονενοημένος.

13. *Vetuli loquax, &c.*] Perfrictæ per se cinædi fronti, indies adauget impudentiam & loquacitatem ætas vitiis indurata: sed & intelligi potest de irrumatione. vide epigr. 28. l. 2. & l. 11. epigramm. 62. pro *loquax*, alii *dicax* leg.

14. *Quare desine, &c.*] Quare desine tibi videri urbanus & facetus, qui spurcissima hæc animalia, atque ipsa urbis καθάρματα καὶ περιψήματα improba scurrilitate longe superes.

16. *Galbam salibus, &c.*] Cæcilium. Galbam Cæsaris Augusti illum morionem, qui in Mœcenatis gratiam, doctus erat vigilanti stertere naso. Juv. Sat. 5. ✠ſ. 4. *Galbam.*] Dorleans leg. *Gabam.*

17. *Possis vincere.*] Te posse putes. *Sextium Caballum.*] Scurram dicacem, quem Raderus Sestium Gallum vere dici putat, de quo Suetonius cap. 42. Tiberii.

18. *Nasum.*] Acumen & argutiam joci & derisionis, cui dicatur nasus, supra epigr. 4. ✠ſ. 6.

19. *Ludit qui stolida, &c.*] Singula verba advertenda sunt & expendenda. Quod Græci εὐτραπελίαν dixerunt, id ipsum Latini *urbanitatem* appellarunt: ut & *dicacitatem* & *cavillationem*: quæ quomodo inter se differant docet Tullius lib. 11. de Oratore. *Etenim cum duo genera sint facetiarum; alterum æquabiliter in omni sermone fusum; alterum peracutum & breve: illa à veteribus superior cavillatio; hæc altera dicacitas appellata est.* Non autem temerarium est quod additur epithetum: nam *stolidam procacitatem* appellat Martialis, importunam & insulsam dicacitatem, qualis esse potest hominis stolidi & insulsi, καὶ δυσχεροῦς. *Herald.*

 20. Non

Non est Sextius ille, sed caballus.

20. *Non est, &c.*] Non est Sextius Gaballus, sed caballus, quadrupes bellua. epigr. 9. lib. 10. Dividit ergo quæ conjuncta videbantur; atque jocus est ex eo, quod ex parte tribuitur, ex parte negatur. Ait igitur hominem tam proterve stolidum non esse Sestium, sed Caballum, id est quadrupedem & bestiam insulsam. *Herald.* Sunt qui legant *Sestius*, vel *Cestius*.

De Porcia uxore Bruti. XLIII.

Conjugis audisset fatum cum Porcia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor:
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas:
I nunc, & ferrum, turba molesta, nega.

1. *Conjugis audisset, &c.*] Historia nota ex Plutarchi Bruto. Valerius Maximus lib. 3. cap. 2. & lib. 4. cap. 6. Dione 47. Appiano civil. bell. 4. &c.

3. *Non posse negari.*] Non posse impediri: idque probat exemplo patris sui. Sunt qui legant conjunctim: *mortem non posse negari Credideram satis hoc docuisse patrem:* quasi dicat invitis etiam fatis mortem impediri non posse in *homine mori certo.*

4. *Satis hoc, &c.*] Alii *fatis hoc docuisse patrem.* id est morte non vulgari, τὸ τραῦμα καὶ τὴν γαστέρα ἀμφοῖν ὄνυξι καὶ δακτύλοις, ἐρευνῶν, καὶ τὰ σπλάγχνα διαῤῥίπτων. Appian. c. 2. civ. bel. *Patrem.*] Catonem, cujus morituri illa vox: *An nescis paulisper spiritu represso, aut capite ad parietem illiso emori licere?* vide supra epigr. 9. vs. 1.

5. *Bibit ore, &c.*] Haustus sane calidus, sed gloriæ plenus & plus quam fœmineus.

6. *I nunc, & ferrum.*] Insultantis & irridentis Porciæ victricis vox.

In Mancinum. XLIV.

Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati,
Et positum est nobis nil here præter aprum,
Non quæ de tardis servantur vitibus uvæ,
Dulcibus aut certant quæ melimela favis,

Non

1. *Bis tibi triceni.*] Sexageni convivæ à Mancino vocati, inter quos Martialis, aprum appositum spectantes non gustavere. Ludificatus poëta & iratus imprecatur Mancino aprum, non quem ipse absumat, sed à quo ipse absumatur. *Raderus.*

2. *Here, &c.*] Antique pro *heri.* *Aprum.*] *Aprum ad convivia natum.* Quem integrum mensis inferebant Romani. Plin. lib. 8. cap. 51.

3. *Non quæ, &c.*] Non nobis apponebantur uvæ dutacinæ, non, &c. vide lib. 13. epigr. 22. *Melimela.*] Poma quædam mustea dicebantur, quod celeriter mitescerent, eadem novissimis temporibus dicta sunt *melimela*, à mellis sapore. *Calderin.*

5. Non

Non pyra quæ lenta pendent religata genista,
Aut imitata breves punica mala rosas.
Rustica lactantes nec misit fiscina metas,
Nec de Picenis venit oliva cadis.
Nudus aper; sed & hic minimus, qualisque necari
A non armato pumilione potest.
Et nihil inde datum est; tantum spectavimus omnes.
Ponere aprum nobis sic & arena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta:
Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.

5. *Non pyra, &c.*] Non pyra serotina, quæ ad maturitatem pendent ab arbore vel in cella, vinculo religata è genista lenta. *Genista.*] Virgultum est, unde pendent suspensi fructus: fractu contumax & in alligandis vitibus vinculi usum præstat. Sunt qui pro *lenta* legant *longa*.

6. *Imitata breves, &c.*] Quæ βαλαυςὶν, id est floris colore imitantur rosas, flores brevis ævi. *alii*, quod ipsa arbor brevis ævi sit, testante Plinio, lib. 16. cap. 44. Radetus arbitratur malum granatum esse, & non aliam ob causam dictum imitari breves rosas, quam quod malus punica sit brevis ævi in genere arborum, ut rosa florum. Gronovius ex membran. Thuan. legit: *Punica grana rosas.* Quod videtur verius, & alterum ab explicatione. Nam Punicum malum granatum.

7. *Rustica, &c.*] Nec calatho rustico allato apponebatur nobis meta lactis, id est, lac coagulatum in formam metæ Circensis, id est, inversi turbinis seu pyramidis coactum. Angl. *curdo or fresh cheese. Lactantes.*] Non lactentes, ut alii legunt. Lactens enim est, qui sugit lac; lactans qui continet in se lacteum humorem: mattes lactantes, pueros lactentes dicas. *Rad. Fiscina.*] A ferendo sic dicta, qua fructus ac necessariæ res feruntur. *Meta lactis*, est caseus seu coagulum lactis in formam metæ coactum, cujusmodi & hodie mensis inferuntur.

8. *Nec de Picenis.*] Olivæ in Piceno agro laudatissimæ.

9. *Nudus aper.*] Non inconditus (ut volunt quidam) sed absque aliis cibis & obsoniis illatus. *Qualisque, &c.*] *Nec dignus ferro Meleagri*, sed qualis ab inermi nano confici possit.

11. *Et nihil, &c.*] Neque eum carptor scindens præministrabat, sed tanquam in Amphitheatro nobis pro spectaculo exhibitus est.

14. *Sed tu ponaris, &c.*] Sed tu objiciaris apro discerpendus, ut Charidemus à Domitiano.

Ad Stellam. XLV.

Lascivos leporum cursus, lususque leonum,
Quod major nobis charta minorque gerit:

Et

2. *Major nobis.*] Elegans jocus Martialis. Stella si tibi molestum est bis à me celebrati ludum leporum ac leonum: tu me ultum eas, & bis in cæna sæpiusve appone lepotem: illa mihi pæna magna voluptas. *Rad. Major charta.*] Musambertius interpretatur chartam majorem; Augustanam seu

Et bis idem facimus: nimium si, Stella, videtur
Hoc tibi; bis leporem tu quoque pone mihi.

Liviam, qua forte ad Domitianum scripsit epigr. de Lep. minorem; Hieraticam, qua hoc ad Stellam, &c. Raderus intelligi vult libellum de spectaculis pro minori, hunc primum pro majori. Ramiresius *majorem & minorem* pro quacunque charta, vel innui longum illud epig. 105. infra & aliquod ex his brevioribus. dispiciat lector.

4. *Mihi.*] Mihi ad cœnam vocato.

De libro suo. XLVI.

EDita ne brevibus pereat mihi charta libellis,
Dicatur potius τὸ δ' ἀπαμειβόμενος.

1. *Edita ne brevibus, &c.*] Ne hæ chartæ meæ pereant per libellorum brevitatem; faciam quod Homerus, qui sæpius idem hemistichium & inter alia hoc τὸ δ' ἀπαμειβόμενος, nonnunquam integros versus repetit. ita ego sæpius recurro ad leonem & leporem.

Ad Hedylum. XLVII.

CUm dicis propero, fac si facis, Hedyle languet
Protinus, & cessat debilitata Venus.
Exspectare jube: velocius ibo retentus
Hedyle, si properas, dic mihi ne properem.

1. *Cum dicis propero, &c.*] Omninò autem Hedyle, Hedylam fecerunt haud dubie, qui flagitium imminuere voluerunt. Sic (quod in aurem tibi dictum sit) in Cod. Thuan. ubicumque Martialis scripserat *Cunnus*, pudicus librarius fecerat *Monstrum*. Nec explicatione opus: hoc enim tantum dicit, ista non imperari, nec venire ad interdictum. Mei si arbitrii res sit, in talibus epigrammatis, quorum res vel materia non potest tangi, nisi violetur pudor, tantum notari velim, quæ ad Latinitatem & eruditionem pertinent. Veluti hic. *Fac si facis.*] Formula elegans, & vox impatientiæ adversus lentos in opere quocumque. Seneca lib. 2. de benef. cap. 5. *Inde illæ voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac si quid facis: &, Nihil est tanti: Male mihi jam urges: ubi in tædium adductus animus incipit beneficium odisse, dum exspectat.* Gron. *Hedyle.*] Ita scribendum bene docuerunt Gruterus & Scriverius. Est enim ἡδύλος quo nomine poëta epigrammatum scriptor bis laudatur ab Athenæo. Apud Martialem est mollis ac Pathici nomen fictum, ut hic & lib 9. ep. 57. *Idem. Hedyle languet Protinus, &c.*] *Hedyle* vel *Ædile*, legendum vult P. S. non esse se stupidum, qui ad Veneris metam blandis verbis instigetur; verum equum satis sua sponte currentem, nisi intempestive interpelletur. Gruterus, hic Metamorphosin quandam se gloriatur effecisse, non consulto Mercurio aut Venere, & ex fæmina virum exhibuisse nobis, sed cinædum. nam *Ædilus* pro cinædo taxatur lib. 4. epigr. 52.

3. *Velocius ibo retentus.*] Ovidius 3. Metam. *Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti, Lenius & modico strepitu decurrere vidi: At quacumque trabes obstructaque saxa tenebant, Spumeus & fervens & ab objice sævior ibat.* Gronov.

De

1. Nuper

De Diaulo medico. XLVIII.

NUper erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus:
Quod veſpillo facit, fecerat & medicus.

1. *Nuper erat, &c.*] Effert uſque modo ægros quos per imperitiam occiderat, efferendos à libitinariis; nunc mortuos ipſe, Clinicus utique. ſupra epigram. 31. Vel cum eſſet Clinicus ſeu medicus imperitus, multos ægros occidebat efferebatque, factus veſpillo, idem facit, quod fecerat ante: hoc eſt, effert mortuos quos occidit, quod eſt Veſpillonis. *Raderus.* Vel medicus *efferebat*, pro faciebat ut efferentur.

* De leone & lepore. XLIX.

RIctibus his tauros non eripuere magiſtri,
Per quos præda fugax itque reditque lepus,
Quodque magis mirum, velocior exit ab hoſte,
Nec nihil à tanta nobilitate refert.
Tutior in ſola non eſt cum currit arena,
Nec caveæ tanta conditur ille fide:
Si vitare canum morſus, lepus improbe, quæris,
Ad quæ confugias, ora leonis habes.

* Supra epigr. 7. &c.

1. *Magiſtri, &c.*] Cuſtodes leonum, manſuetarii.

4. *Nec nihil, &c.*] Robur ſcilicet animoſque ſumit à leonis magnanimitate. tum ut tutius in rictu leonis, quam vel in arena eſſe videatur. *Mobilitate* legendum autumat Sctiverius. Sunt qui legant, *Cum nil à tanta, &c.*

7. *Lepus improbe.*] Id eſt, laſcive, ludibunde. *Savrey.* Supra: *Laſcivos leporum curſus.* Sic epigr. xx. lib. 3. *An æmulatur improbi jocos Phædri?* Sic uſurpata ſæpe ea vox apud ſcriptores illius ævi. *Herald.* Infra epigramm. 105. vſ. 3.

Ad Licinianum, de Hiſpaniæ locis. L.

VIr Celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræque laus Hiſpaniæ;
Videbis altam Liciane Bilbilim,

Equis

1. *Vir Celtiberis, &c.*] Ramiteſius cenſet ſic lemma emendandum eſſe: *Ad Licinianum de vita ruſtica.* illud enim de locis Hiſpaniæ ab aliquo ſciolo additum. Nam ad Licinianum ad Celtiberos ſuos proficiſcentem mittit hoc epigramma, & depingit ea omnia loca, quæ viſurus eſt, ut eum invitet eorum amænitate propoſita ad vitam ruſticam & genialem. Vide in hoc lemma Turnebum libro 23. Adverſar. capite 25. *Non tacende.*] Clariſſime Liciniane, qui decus & columen es Hiſpaniæ.

3. *Altam.*] In monte ſitam. *Liciniane.*] De quo Plinius lib. 4. epiſt. 11. Sunt qui *Liciane* legant. *Bilbilim.*] De Bilbili oppido Hiſpaniæ & patria Martialis

Equis & armis nobilem,
Sterilemque Calvum nivibus, & fractis sacrum
Vadaveronem montibus:
Et delicati dulce Botrodi nemus,
Pomona quod felix amat.
Tepidi natabis lene Congedi vadum,
Mollesque nympharum lacus;
Quibus remissum corpus adstringas brevi
Salone, qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas prope
Vobisca prandenti feras.

Æstus

tialis scribit Plin. lib. 39. cap. 14. Bilbilis Trogo etiam lib. 44. fluvius est ferrum durans.

4. *Equis, &c.*] Alii *Aquis*, & intelligit Salonem, infra ✝ſ. 11.

5. *Sterilemque, &c.*] Alii *Senemque Catum.* alii *Senemque Caunum, nivibus.* Caunum enim montem non procul à Bilbili tradit Mariana lib. 1. cap. 3. alii *canum*, alii *calvum* legunt & intelligunt de Vadaverone monte. *Et fractis, &c.*] Alii *effractis.* montem enim Vadaveronem, sacrum (ut scribit Plin. lib. 4. cap. 24.) promontorium, fractum & in insulam positum tradit Hieron. Paul. de Hispania.

6. *Vadaveronem.*] Sunt qui divisim legant *Vada Veronem.*

7. *Botrodi.*] Gruterus ex Palat. legit *Boterdi.* Turnebus & vetustus quidam codex *boleti:* cum tamen Botrodi oppidi infra meminerit in Celtiberis siti, quod à Tiberio Graccho dirutum refert Polybius. retinendum *Botrodi.* de quo epigr. 18. lib. 12.

8. *Pomona, &c.*] Hortorum dea.

9. *Tepidi, &c.*] Qui retinent *Tepidum*, exponant *Lene*, leniter. Vel tu Liciniane natationibus operam dabis in fluvio Congedo leniter fluente, & solibus æstivis calente. Turnebus legit, *Tepide natabis leve*, vel *lene.* Alii *tepidi innatabis:* alioquin otiosum alterum fuerit epithetum, & fini prioris vocis initium sequentis accrevisse verisimile est. Heraldus tamen legit *Tepidum*, & nihil dicit obstare quo minus *lene* ἐπιθέτως tribuatur *vado*, quamvis tepidum præponatur. Neque enim novum est, duo epitheta eidem dictioni adjungi, quod Græcis usitatissimum est. *Lene* etiam adverbialiter accipere potes. Ut autem pro navi accipiatur, quod volunt viri doctissimi; & ut aliquando accipitur, heic mihi persuaderi nequit. Nam natantibus quid *lene* seu navi, aut cymba opus est?

10. *Mollesque nympharum, &c.*] Lacus enim Nymphis sacri: & Nympha quasi lympha. *Molles.*] Non rapidi, sed leviter stagnantes: & omnis aqua mollis.

11. *Remissum corpus.*] Æstu longo solutum. *Adstringas.*] Refrigeres: meatus enim corporis claudit frigida aqua. *Brevi.*] Non alto.

12. *Salone, &c.*] Fl. juxta Bilbilim, quo temperatum est optimum ferrum, cujus ibi secturæ plurimæ.

13. *Præstabit Vobisca.*] Alii *Vobercum:* alii *Voberca*, quæ circumsepta silvis, præstabit copiam ferarum figendarum.

14. *Prandenti, &c.*] Tibi etiam in prandio accubanti. Alii & non ineptè legunt *prendenti*, prensanti & captanti feras. Et pro *Voberca* legunt *Vobisca*, Gruter.

15. *Æstus,*

Æstus serenos aureo franges Tago,
Obscurus umbris arborum.
Avidam rigens Dircenna placabis sitim,
Et Nemea, quæ vincit nives.
At cum December canus, & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet;
Aprica repetes Tarraconis littora,
Tuamque Laletaniam:
Ibi illigatas mollibus damas plagis
Mactabis, & vernos apros,
Leporemque forti callidum rumpes equo:
Cervos relinques villico.
Vicina in ipsum sylva descendet focum
Infante cinctum sordido.
Vocabitur venator, & veniet tibi
Conviva clamatus prope.
Lunata nusquam pellis, & nusquam toga,

Olidæ-

15. *Æstus, &c.*] Calores æstivos fugies, mersus auriferis undis Tagi, vel delitescens umbrosis sylvis quæ ad Tagi ripas.

17. *Rigens, &c.*] Alii *recens Derceta*; alii *Dercelia, &c. Rigens.*] Alii legunt *recens*, frigens. & Dircenna nomen fontis. Sed duo Palatin. legunt *Dercenna*, non *Dircenna.*

18. *Nemea, &c.*] Fons, gelidissimus. Sed Palat. legit *Nutha.*

19. *December.*] Pro ipsa hyeme. *Impotens, &c.*] Meton. efficientis: sæva.

20. *Rauco mugiet.*] Fremente, & sæviente.

21. *Aprica.*] Calida, soli exposita. *Tarraconis littora.*] Sub hyemem sc. secedes Tarraconem, cælo temperato & clementi subjectam.

22. *Laletania.*] De Laletanis Plin. lib. 3. cap. 3. *Laletaniam.*] Palat. leg. *Lacetaniam.*

23. *Ibi illigatas.*] Vide Turneb. libro ult. cap. ult.

24. *Vernos apros.*] Mallem *vernas apros*, quod & probat Turnebus & Gruterus. *Vernæ* autem *apri*, sunt indigenæ & in vivariis nati.

25. *Rumpes equo.*] Franges, ut supra ep. 23. vel venatu delassabis & occides. ep. 14. lib. 12. Alii *rumpens.*

26. *Cervos, &c.*] Quibus capiendis studium cursus & voluptas minor quam in lepore: Non tamen cervos villico comedendos vult, sed captandos tantum.

27. *Vicina in ipsum.*] Villam intelligit in silvis mediis sitam.

28. *Infante, &c.*] Villici infantum turba rustica. ep. 66. lib 4. ỷs.10. Sic Horat. lib. 2. Carm. od. 18. *In sinu ferens Deos, Et uxor & vir sordidosque natos.*

29. *Vocabitur, &c.*] Invitabitur venationis socius ad convivium ut vicinus, nec erit opus vocatore servo. alii *Venabitur vocatus*, id est conviva quem voles è vicinis, ep. 57. lib. 3.

31. *Lunata nusquam pellis.*] Plinius lib. 7. ep. 3. *quousque calcei nusquam? toga*

Olidæque vestes murice:
Procul horridus Liburnus, & querulus cliens;
Imperia viduarum procul.
Non rumpet altum pallidus somnum reus,
Sed mane totum dormies.
Mercetur alius grande, & insanum sophos:
Miserere tu felicium;
Vero-

toga feriati? Suet. Octav. 73. *Et forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinosq; casus parata.* Gron. *Lunata, &c.*] Non aderunt nobiles tum, quibus in calceis lunulæ formam gestare moris erat; literam scilicet C. notam centenarii numeri patriciorum à Romulo institutorum. vide & conjecturas Plutarch. probl. 76. Colerus legit, *lanata nusquam pellis.* Sed non video quo jure hæc lectio sollicitari queat. Quod profert de pellitis vestibus, οὐ πρὸς τοῦτον τὸν Διόνυσον: neque enim hic de Gothorum vestibus, de quibus intelligendus Sidonii locus, quem adfert ille. De lunatis autem calceis nobilium, passim statuit, Juvenalis, alii: & vide Junii Adag. *in astragalis nobilitas.* *Nusquam toga.*] Non togati ante ambulones, clientes & cæteri sportularum salutationumque asseclæ. epigramm. 47. ꝟſ. 4. & epigr. 51. lib. 10. Martialis ergò innuit, illam turbam togamque molestam non occurrere in Hispania ut Romæ; ibique se opimo otio & quiete frui posse.

32. *Olidæque, &c.*] Et purpurati, muricis infectionem olentes. Vel *olidas* dixit à lotio fortasse quo temperabatur purpura. vide epigr. 4. lib. 4. ꝟſ. 6.

33. *Horridus Liburnus.*] Præco publicus è Liburnia oriundus, cujus in concilium vocantis, reos citantis, actiones proclamantis vox, non paucis horrorem incutit. *Querulus, &c.*] Frequentibus querelis patrono molestus.

34. *Viduarum procul.*] Improlium, Quæ importunæ & satis cum imperio defunctorum virorum res administrant, patronorum usque operam exigentes. Viro ergo mortuo, tuoque olim patrono, viduæ ejus jam imperanti omniaque administranti parêre cogeris. Imperiosius & arrogantius imperant fœminæ quam viri, propter innatam superbiam: unde Juvenal.

Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.

Raderus.

35. *Rumpet altum.*] Qui tua sub Galli cantum ostia pulsat. *Pallidus, &c.*] Anxius, causæque metuens.

37. *Mercetur, &c.*] Alius irrequieto labore aucupetur insani populi auram, sibi tanquam deserto patrono acclamantis, σοφῶς. vide supra epigr. 4. ꝟſ. 7. *Insanum sophos*, contradictio implicita, vel Hypallage, *plebis insanæ.* Nonnulli enim ex Romanis poëtis solebant mercede conducere auditores, & laudatores carminum, atque ita mercari acclamationes illas. Quod Martial. lib. 6. testatur:

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata;
Non tu Pomponi, cæna diserta tua est.

Ut & Horat.

Non ego ventosæ plebis suffragia venor,
Impensis cænarum, & tritæ munere vestis.

38. *Felicium.*] Horum qui plebis laudibus tumidi & forensibus negotiis occupati se felices credunt, digni sane misericordia.

39. *Vero-*

Veroque fruere non superbus gaudio,
Dum Sura laudatur tuus.
Non impudenter vita, quod reliquum est, petit;
Cum fama, quod satis est, habet.

39. *Veroque gaudio.*] Gaudio tranquillæ vitæ, curis & molestiis liberæ, non solicitæ. *Non superbus.*] Non ambitiosus, non levis populi aura inflatus.

40. *Sura, &c.*] Palphurius Sura, cæterique laudis avidi causidici foro vacent. Tu ô Liciniane laudum satis amplum titulum cumulumque consecutus in posterum, citra gloriæ jacturam aut infamiæ notam, otio & quieti indulge.

41. *Petit.*] Alii *perit*.

Jocus ex Homero in Cocum. LI.

SI tibi Mistyllus cocus, Æmiliane, vocatur:
Dicetur quare non Taratalla mihi?

1. *Si tibi Mistyllus, &c.*] Ex Homeri Il. α ℣s.465. & alibi Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν, Æmilianus coquum suum *Mistyllum* appellaverat. Jocatus Poëta quærit cur non itidem sibi liceat suum cocum appellare *Taratallam*, quod in versu Homeri sequitur.

Ad Leporem. LII.

NOn facit ad sævos cervix, nisi prima, leones,
Quid fugis hos dentes, ambitiose lepus?
Scilicet à magnis ad te descendere tauris,
Et quæ non cernunt, frangere colla velint.
Desperanda tibi est ingentis gloria fati:
Non potes hoc tenuis præda sub hoste mori.

1. *Prima, &c.*] Maxima, pinguis, vasta, taurorum scilicet & cervorum. Sic suprà dixit,

Servantur magnis isti cervicibus ungues.

2. *Ambitiose, &c.*] Fati gloriam à leone captans.

4. *Velint.*] *Velint?* Interrogatorie.

5. *Ingentis, &c.*] Gloriosæ mortis tibi à Leone datæ: Vinci enim à fortibus aliqua laus est. Sic Ovid. lib. 5. Metamorph.

Magna feres tacitus solatia mortis ad umbras,
A tanto cecidisse viro.

Quinctianum facit assertorem. LIII.

COmmendó tibi, Quinctiane, nostros,
(Nostros dicere si tamen libellos
Possim, quos recitat tuus Poëta.)

1. *Commendo tibi.*] Fidentinum, de quo supra & infra, furem carminum perstringit, rogatque Quinctianum, ut testis contra & assertor veniat.

3. *Quos recitat.*] Quos male dum recitat incipiunt esse illius. Supra epigramm. 39. *Tuus.*] Poëta Fidentinus, in quem sequens est epigramma.

Si de ſervitio gravi queruntur,
Aſſertor venias, ſatiſque præſtes,
Et, cum ſe Dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuque miſſos.
Hoc ſi terque quaterque clamitaris;
Impones plagiario pudorem.

5. *Aſſertor venias.*] Libertatis vindex, injecta manu aſſere eos in libertatem. *Metaph.* De aſſertoribus plura jam eruditiſſimi homines, Briſſouius, Cujacius, Turneb. lib. 27. cap. 15. Hæc autem omnia petita è Græcorum fontibus. Si quis in ſervitutem abducebatur aut petebatur, poterat quilibet eum in libertatem aſſerere, liberali aſſerere cauſſa manu, id eſt, manum ei injicere & ad judicem ire: quod ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν Græci dicunt: quemadmodum contrà ἄγειν εἰς δουλείαν, cum quis eum quem ſervum ſuum autumabat, injecta manu in ſervitutem aſſerebat. *Herald.* *Satiſque præſtes.*] Satiſdes, prædem te des.

6. *Et, cum ſe, &c.*] Manet in Allegoria. Atque ubi carminum meorum ille plagiarius, verſus quos ego edidi, manumiſi & ſui juris eſſe pronunciavi, in ſervitutem ſuam redigere dolo malo conatur, & ſe auctorem illorum jactaverit, tu aſſertor illorum, ſi bis terve cum illo lege agas plagiaria, perfrictæ frontis poëtaſtrum in ruborem coges. de lege plagiaria conſule Ulpianum & Biſciolam, lib. 8. cap. 13.

7. *Dicas eſſe meos.*] Formulam judicii vindiciarum inſinuat. Sic Ovid. lib. 2. Amorum:

Et dicam mea ſunt; injiciamque manus.

Ex manuum enim injectione ſuum eſſe deſignabant mancipium aut ſervum.

9. *Impones plagiario pudorem.*] Affectum pudore, coërcebis furem. *Plagiarius* vero is dicitur, qui plagii crimen commiſit, id eſt, qui liberos ſeu mancipia, emit aut vendit pro ſuis, aut ſupprimit, furatur.

* Ad Fidentinum. LIV.

UNa eſt in noſtris tua, Fidentine, libellis
Pagina, ſed certa domini ſignata figura;
Quæ tua traducit manifeſto carmina furto.
Sic interpoſitus vitio contaminat uncto

Urbica

* Fidentinum plagiarium illum, ait tam malum poëtam, ut ſecerni ejus carmina à ſuis, à quovis poſſint, non ſecus ac corvi à cygnis.

2. *Signata.*] Illa ipſa & ſola illa pagina inepta & inficeta declarat, quis ejus dominus & auctor ſit.

3. *Traducit.*] Prodit, arguit manifeſti furti: & quæ pagina aperte docet te furem eſſe. Vide yſ. 2. in 4. epigr. libri de ſpectaculis. *Carmina.*] Turneb. l. 13. Adverſ. c. 24. legend. eſſe cenſet *crimina.*

4. *Interpoſitus vitio uncto, &c.*] Tua pagina meis libellis inſerta non minus ſordere apparet, quam bardocucullus vitio (alii legunt *villo*, alii *filo*, alii *vilis*) uncto, id eſt oleum olente, & craſſi fili, utpote Gallicus, inter urbanas veſtes purpura violacea tinctas: aut teſtæ fictiles ex luto Aretino inter vaſa cryſtallina: aut corvus inter olores: aut pica inter luſcinias. Qui *filo uncto* legunt, id eſt, filo craſſo aut villo: ſic exponunt: ut Bardocucullus inter Tyrian-

Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus:
Sic Aretinæ violant cryſtallina teſtæ:
Sic niger, in ripis errat cum forte Cayſtri,
Inter Ledæos ridetur corvus olores:
Sic ubi multiſona fervet ſacer Attide lucus,
Improba Cecropias offendit pica querelas.
Indice non opus eſt noſtris, nec vindice libris:
Stat contra, dicitque tibi tua pagina, fur es.

Ad

rianthinas ſordet, ita tuum carmen in meo libello. Vel *villo uncto*: nam Lingonicus bardocucullus craſſiſſimus erat longis villis, & ſordidus oleo & interpoſitus purpureis & hianthinis veſtibus pexatis & delicatiſſimi coloris, poterat ſuis ſordibus eas inficere & commaculare. Qui verò *vilis* legit, hoc ſenſu; Intelligi enim vult, ſic lænas Tyrianthinas *uncto* ſuo ſeu pingui, ut æſypo, vilis bardocucullus Lingonicus contaminat, ſi interponatur ſive miſceatur. *Ramireſ. Muſambert. &c.* Sed Scriverius & Salmaſius ex MSS. ita formant hunc verſum:

Sic interpoſito vilis contaminat unco:

Bardocucullus, inquit, &c. acutus & faſtigiatus erat in metam, quales erant cuculli vetuſtiſſimorum monachorum; hodieque ſunt Carthuſianorum & Capucinorum. Sed quia erant longiores non recti ſtabant, ſed inflectebantur retro; hinc ergò flexum illum *uncum* poëta appellaſſe videtur. Revera enim uncantur, quum ita inflectuntur. Sic igitur, inquit, homo tectus bardocucullo purpuratis immixtus deridetur, quando ſcilicet uncus ille aut flexus riſum ſpectantibus movet.

5. *Urbica.*] Urbana, Romana. *Lingonicus.*] Gallicus. Nam Lingones Galli, qui utuntur bardocucullo. *Tyrianthina.*] Veſtis violacea. color è purpura & viola factus. ab *ἴον, viola*, & *Tyrius*, pro purpureus. Splendidiſſimæ ergò veſtes erant. Quo ergò vilior bardocucullus, hoc magnificentior Tyrianthina.

6. *Aretinâ.*] Aretium Italiæ urbs, ubi terra teſtis apta. *Violant, &c.*] Contaminant cryſtal. comparata cum cryſtallinis vaſis, ipſa ſordent.

7. *Cayſtri.*] Aſiæ fl. cygnis frequentis.

8. *Ledæos, &c.*] Jupiter ſub imagine cygni Ledam compreſſit, matrem Caſtoris ac Pollucis.

9. *Sic ubi multiſona.*] Sic offendit dulces cantus Philomelæ, garritus picæ. Ordo verborum eſt: *Sic Cecropias querelas offendit improba pica, ubi ſacer lucus multiſona Attide* ſeu Luſcinia *fervet*, reſonat. Pro *offendit*, ſunt qui legant *effundit*. *Attide, &c.*] Philomela, Pandionis regis Athenienſis filia.

10. *Offendit, &c.*] Ita optime reſtituit Scriverius, quamvis ſint qui legant, *effundit*: ſed Gruterus mallet, *offundit*.

11. *Indice, &c.*] Non opus eſt alio delatore aut aſſertore quam tua pagina, quæ te furti accuſet damnetque. de aſſertore ſuperiore epigram. Vel *Indice*, inſcriptione quæ libri auctorem ac dominum habet, ac ſic eum vero domino vindicat. Sunt qui legant *Judice*. *Vindex* ſeu aſſertor eſt, qui alterius cauſſam ſuſcipiebat vindicandam, quem nunc procuratorem dicimus.

12. *Stat contra.*] Scripta tua diſſimillima meis, te furem etiam, me tacente clamant. *Stare* ergò *contrà* eſt ſurrexiſſe, vel accuſatorem vel defenſorem ad dicendum. Abſoluta autem, vel accuſatione, vel defenſione, jus erat oratori ſedere. *Rad. Ramireſ.*

I. Si

Ad Fuscum. LV.

SI quid, Fusce, vacas adhuc amari;
(Nam sunt hinc tibi, sunt & hinc amici:)
Unum, si superest, locum rogamus:
Nec me: quod tibi sum novus, recuses:
Omnes hoc veteres tui fuerunt.
Tu tantum inspice, qui novus paratur,
An possit fieri vetus sodalis.

1. *Si quid, &c.*] Inscriptio nova fuit, de *Amicorum judicio*. Novos amicos non prorsus rejiciendos docet; sed videndum an possint fieri veteres, nam & veteres aliquando novi fuere. Ergo & se posse cooptari in numerum amicorum Fusci, & hoc optare. Si quid loci apud te reliquum sit novo amico.

2. *Nam sunt tibi.*] Ut mihi vix locus relictus videri possit: sed cogito illud Salustianum, *Amicorum nunquam cuiquam hominum satis fuit.*

5. *Hoc veteres, &c.*] Novi scilicet.

* Ad Frontonem. LVI.

VOta tui breviter si vis cognoscere Marci,
Clarum militiæ, Fronto, togæque decus:
Hoc petit; esse sui nec magni ruris arator,
Sordidaque in parvis otia rebus amat.
Quisquam picta colit Spartani frigora saxi,

Et

* Communem locum de vita rustica, id est, beata ac quieta, continet hoc epigramma.

1. *Tui breviter, &c.*] Amici tui Marci Valerii Martialis, id est mei.

2. *Clarum, &c.*] Fuit enim tribunus vigiliarum, & consul. vir clarus juxta ac doctus.

4. *Sordidaque, &c.*] Sine cultu & splendore, in re modica & tenui. Barthius legit, *Sobriaque*.

5. *Quisquam.*] Nemo adeo cui obtigit modicus contiguo cum lare fundus, modo mens sana sit, velit superbos aditus regum durasque fores colere, ut summo mane salutet patronum. Perstringit obiter quorundam ἐθελοδουλείαν, qui ut ambitioni suæ, aut aliis cupiditatibus satisfacerent, humillima quæque & liberis hominibus indigna patiebantur, qualia in potentiorum cultura, concoquenda erant. Atque inter alia, clientulorum matutinas salutationes numerat. *Herald.* *Picta, &c.*] Atria divitum ad frigiditatem incrustata marmore Laconico, natura quidem variegato, sed & arte insuper picto, teste Plin. lib. 35. cap. 1. Marmora enim frigidiora communi saxo: hinc Sidonius, alpes glaciales vocat, *Alpes marmoreas*. Deinde ideo forte *picta* dixit, quod Laconicum marmor instar herbarum virebat, ut clarum è Papinii locis aliquot. *Picta* ergò *frigora* dixit, pro *frigora saxi picti*. Et eleganter *colit frigora*, irrisorie de adulatoribus & matutinis salutatoribus. *Colere* enim hic est, θεραπεύειν, quomodo αὐλὰς θεραπεύειν dixerunt Menander & Diphilus.

6. *Matu-*

Et matutinum portat ineptus ave;
Cui licet exuviis nemoris rurisque beato
Ante focum plenas explicuisse plagas?
Et piscem tremula salientem ducere seta,
Flavaque de rubro promere mella cado?
Pinguis inæquales onerat cui villica mensas,
Et sua non emptus præparat ova cinis?
Non amet hanc vitam, quisquis me non amet, opto:
Vivat & urbanis albus in officiis.

* Ad

. *Matutinum ave, &c.*] Salutationis utinæ vocem solennem. καὶ ἡσπά- , ὅτιγε τοῦ ἑωθινοῦ προσρήματος Χαῖρε, ἀλλὰ τοῦ ἑσπερινοῦ τοῦ αιν χρησάμενος. Dio in Adria- Communis amicus divitibus di- ,quotidie salutatum patronos ven- at, unicuique verbum Ave prolo- s, transibat ad alium atque alium. *us* dicitur, quod intempestiva sa- ione & osculis vexabant potentes. l enim crebrius apud istius ævi tores, quam quod de importunis epiis salutationibus istis inculcant sine justa indignatione. Rectè igi- ic *ineptus*. Quid etiam ineptius ex- tati potest, quam quod de saluta- um istarum dispositione scriptores rvant. Vide Turneb. libro 28. ca- 15.

. *Cui licet.*] Ex Palat. sic restituit terus. Vulgo: *Cui licet exigui nemo- urisque beati. Beati.*] Fertilis. *vel onymice*, quod dominum beatum lat.

. *Ante focum, &c.*] Evacuare ante m casses & retia prædis onusta. t qui hic legant, *exposuisse*.

. *Et piscem tremula.*] Et cui pisca cet in suo alveolo, tremula seta, dine seu virga, à qua tremente pen- seta.

10. *Rubro cado.*] Seu rubra testa. Sic Horat.

Aut pressa puris mella condit amphoris.

11. *Inæquales, &c.*] *Mensæ sed erat pes tertius impar, Testa parem fecit.* Ovidius Metamorph. 8. sic epigramm. 41. lib. 2.

12. *Et sua non emptus.*] Et cui focus ministrat epulas inemptas. sic enim malo, quam *non emptum cinerem*, ligna interpretari non empta. Sic Horat. *dapes inemptas apparet.* Raderus. Meus, *Vicinus. namque in ipsum sylva descendit focum.* supra epig. 50.

13. *Non amet, &c.*] Conclusio voti. Vitam hanc quietam & privatam oderit is, qui me odit: nihil enim deterius illi imprecari possum, quam curas æternas, vigilias, inimicitias, turbas, quibus urbana vita cumulata est.

14. *Albus, &c.*] Nonnulli exponunt *pallidus*, anxius scilicet & solicitus: alii, *pulcher*, non fuscatus scilicet sole rustico. vide epigr. 12. lib. 10. Lipsius 1. Elect. cap. 13. Alba toga indutus inter anteambulonum & niveorum Quiritum officia; seu cretatus & candidatus in comitiis. Quo respexit Juvenalis, *niveosque ad frena Quirites*, hoc est, in candidis togis officium facientes, ut Vetus ejus interpres hoc sic exponit.

 * Argu-

* Ad Cauponem. LVII.

Continuis vexata madet vindemia nimbis.
Non potes, ut cupias, vendere caupo merum.

* Argutissima argutia in Cauponem, cujus ait, tantam esse improbitatem, ut volens etiam non possit esse bonus. Nam boni viri tingunt aqua merum; tingit & caupo; illi ne noceant; iste tantum ut sibi prosit.

2. *Ut cupias, &c.*] Quamvis cupias, quod tamen tibi neque pro more, neque voto est. malles enim minime esse aquosum, ut in lucrum tuum, aquæ plus ferre posset. vide epigramm. 100. lib. 9. unde fides vet. lectioni, *ut cuperes.* Palat. optimus, pro *Caupo*, semper legit *Copo.*

Ad Flaccum. LVIII.

Qualem Flacce velim quæris, nolimve puellam?
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud quod medium est, atque inter utrumque probamus.
Nec volo quod cruciat; nec volo, quod satiat.

4. *Quod cruciat, &c.*] Difficilis enim morositas parit odium. *Quod satiat.*] Facilis copia contemptum parit.

De pueri precio. LIX.

Millia pro puero centum me mango poposcit:
Risi ego: sed Phœbus protinus illa dedit.
Hoc dolet, & queritur de me mea mentula mecum,
Laudaturque meam Phœbus in invidiam.
5 *Sed sestertiolûm donavit mentula Phœbo*
Bis decies; hoc da tu mihi, pluris emam.

Ad

1. *Millia, &c.*] 100000. H. S. nostræ monetæ 781. l. 1. ß. *Mango poposcit.*] Mangones prius κλωσεργόφοι & ἱπποκόμοι: postea longius tractum, & puerorum altores & negotiatores dicti, qui formosos pueros exsecabant, frangebantque in Venerem.

2. *Phœbus, &c.*] Draucus.

3. *Hoc dolet, &c.*] Quod tantum precium ipse dare non possum.

4. *Laudaturque meam, &c.*] Usque adeo ut ego illi invideam.

5. *Sed.*] Sed illi deunciarius muto, turpi in vetulis viduis & pathicis ministerio, lucratus est bis decies sestertium, nostræ monetæ, l. 15625. hoc tu pusille, mihi facito & puerum pluris emam. *Sestertiolûm, &c.*] Diminutivum, pro sestertiûm, syncopate pro sestertiorum, quod cum Adverbio numerali positum, designat totidem centena millia.

1. *Baja-*

Ad Flaccum de ſportula. LX.

DAt Bajana mihi quadrantes ſportula centum,
Inter delicias quid facit iſta fames?
Redde Lupi nobis, tenebroſaque balnea Grylli:
Tam male cum cœnem, cur bene Flacce lavor?

1. *Bajana, &c.*] Poëta Flaccum erat comitatus Baias, ſpe non parvæ alicujus & quotidianæ ſportulæ. Itaque petacta ibi lotione, cum ſportellam minutam accepiſſet, fruſtrationem illam ulciſci voluit hoc epigrammate, quaſi dicat, Bajis quidem, ubi optimæ erant aquæ, lavi; ſed peſſime cænavi. *Bajana mihi quadrantes ſportula.*] Sportula mihi, quod una lavarem, data à potentiori amico quocum ſeceſſeram in Bajas. epigr. 7. lib. 3. ℣ſ. 3. *Sportula,*] Sportula ergò propriè, ciborum vel pecuniarum receptaculum. unde *μισθωμικῶς* pro ipſa pecunia & cibo frequentiſſime apud ſcriptores ponitur. Turnebus, ſportellas, vitiles ait eſſe, quibus bellaria ferebantur. Tum Sportulam accipiebant quidem ex more, tenuiores tantum; ſed Juvenalis queritur à potentioribus eandem expeti ſolitam, & Martial. lib. 10. epigr. 10. Tum à Martiale pluries *ſportula* opponitur *cœnæ rectæ*, quæ dicitur, cum accumbentibus juſta cœna datur. *Quadrantes centum.*] Valent 25. aſſibus. dictus *quadrans*, quod ſit quarta pars aſſis. *τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον* Græcorum, à Romanorum ſportulis longè differebat. vidè Heraldum in hunc locum.

2. *Delicias, &c.*] Balnei Bajani, in tanto ſcilicet luxu, & in iſtis delitiis, quibus Baiæ celebres ſunt. *Iſta fames.*] Sportulæ c. quadrantum, quæ eſurientem non ſatiet.

3. *Redde, &c.*] Redde mihi vulgata Romæ balnea, Grylli tenebras Æoliamque Lupi (lib. 2. epigr. 14.) male enim conveniunt delicata Bajana balnea, cum cœna famelica. *Lupi, Grylli.*] Nomina ſunt balneatorum, qui mercenaria balnea habebant. *Tenebroſaque, &c.*] Epigrammatum xiv. lib. II. *Et Grylli tenebras Æoliamque Lupi.* Balnea antiquis obſcuriora: poſtea apertiora & clariora. Seneca epiſt. 87.

De Lepore & Leone. LXI.

INtres ampla licet torvi lepus ora leonis,
Eſſe tamen vacuo ſe leo dente putat.
Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos,
Alta juvencorum vulnera figet ubi?
Quid fruſtra nemorum dominum regemque fatigas?
Non niſi delecta paſcitur ille fera.

3. *Quod ruet in tergum.*] Juvenci vel tauri, vel grandioris animalis. *Ruet* autem ſignificat impetum feræ, quo fertur in prædam. *Armos.*] Armi ſunt in pecudibus, qui in hominibus humeri. Et pro *procumbet* ſunt qui legant *prorumpet*.

4. *Juvencorum, &c.*] Qualia juvencis ſolet infigere.

5. *Quid fruſtra, &c.*] Concluſio à præſtantia & nobilitate leonis. *Dominum, &c.*] Leonem. de his ſupra ſæpius.

6. *Delecta.*] Barthius legit, *dejecta*, & quidem aptè.

* Ad Licinianum, ſcriptores unde. LXII.

Verona docti ſyllabas amat vatis;
*Marone * felix Mantua eſt:*
Cenſetur Apona Livio ſuo tellus,
Stellaque nec Flacco minus:
*Apollodoro * plaudit imbrifer Nilus;*
*Naſone Peligni * ſonant.*
Duoſque Senecas, unicumque Lucanum
* * Facunda loquitur Corduba.*
** Gaudent jocoſæ Canio ſuo Gades;*
Emerita Deciano meo.
*Te, Liciniane, * gloriabitur noſtra*
* * Nec me tacebit Bilbilis.*

* Licinianum Bilbilitanum poëtam civem ſuum ad poſteritatis & gloriæ ſpem erigit hoc epigrammate, adductis multis poëtis & aliis ſcriptoribus, qui patriam ſuam item glorioſam reddiderunt. *Ramireſ.*

1. *Syllabas.*] Verſus è quibus plerique Hendeca*ſyllabi* Phalæcii. *Amat.*] Cum ipſe ſcripſerit amatoria. adverte ſignata & ad argumentum cujuſque autoris vel loci appoſita verba, *Amat; felix; cenſetur; plaudit; ſonant; facunda loquitur; gaudent jocoſæ; gloriabitur;* & modeſtum illud, *non tacebit. Vatis.*] Catulli.

2. *Mantua eſt.*] Virgilius natus eſt in pago qui Andes dicebatur, non procul à Mantua.

3. *Cenſetur.*] Magni fit. in cenſu & æſtimatione eſt. Ergo *Cenſeri* hic non vulgata, ſed elegantiori ſignificatione acceptum. Cenſebantur Romani ope ſua, ut ait ille, quibus facultates ſuppetebant: quibus contra nihil præter paupertatem inerat, capite cenſebantur. Unde nata honeſta locutio, *Cenſeri armis, virtute, &c.* Pauperculos ergò, & qui capita ſolum Reipublicæ offerebant, alio nomine *proletarios* appellabant, quod ad prolem tantum generandam utiles viderentur. *Apona, &c.*] Patavinus ager, Patavium, ab Apono Fonte. *Antenoreæ vitam qui porrigit urbi, &c.* Claudiano celebrato epigr. 3.

4. *Stellaque; nec.*] Vide ſupra epigramm. 8. & lib. 7. epigr. 13. *Flacco minus.*] Valerio Flacco.

5. *Apollodoro.*] Poëtæ Alexandrino, Mænandri æmulo. *Plaudit.*] Sunt qui legant, *gaudet. Imbrifer, &c.*] Qui inundatione ſua, vice imbrium (qui in Ægypto rari) fungitur in terra irriganda.

7. *Duoſque, &c.*] Patrem Rhetorem & declamatorem; filium Philoſophum & tragicum. vide epigr. 40. lib. 4.

9. *Jocoſæ, &c.*] Saltatricularum laſcivia & petulantia. ſupra epigr. 42. vſ. 9. de Canio, infra epigr. 10.

10. *Emerita, &c.*] Emerita, Auguſta civitas Hiſpaniæ ad Luſitaniam ſpectans.

12. *Bilbilis.*] Vide ſupra epigr. 50.

De Lævina. LXIII.

CAsta, nec antiquis cedens Lævina Sabinis,
Et quamvis tetrico tristior ipsa viro;
Dum modo Lucrino, modo se permittit Averno;
Et dum Bajanis sæpe fovetur aquis:
Incidit in flammas, juvenemque secuta, relicto
Conjuge, Penelope venit, abit Helene.

1. *Casta, &c.*] Balnea publica castis ...auda, docet exemplo Lævinæ. Lævi... ficta vox: balneorum enim calido ...n nimium usum sæpius impudicitia ...nsequitur, quum eorum fomentis ...is interior excitatur. Sane veteres ...υσὰ λϐτρὰ virtuti ac fortitudini ...ntraria existimabant, atque his vires ...rvari, & corpora reddi ἀσθενῆ καὶ ...ἐκλυτὰ. Tum etiam quia nuditatem ...n sui, quam alieni corporis castitati ... pudicitiæ non parum officere sibi ...rsuadebant patres sancti. *Sabinis.*] ...binæ castæ audiebant, quarum patrii ...otes incorrupti & sancti: *intactior ...ni Crinibus effusis bellum dirimente Sa...na.* Juv. Sat 6. & Lucan. 1.

2. *Tetrico.*] Quasi alienus ab inho... ... stis voluptatibus, studiis ac jocis.

3. *Lucrino, Averno, &c.*] Balneis publicis in lacu Lucrino Averno que & Bajis.

4. *Bajanis.*] Præter commune balneorum omnium vitium, Bajis insuper pluta luxuriæ incentiva; ut Seneca non dubitarit Bajas *diversorium* vitiorum appellare, epist. 51. Et in quibuslibet balneis oblata sæpe & arrepta delinquendi occasio. Ovid. lib. 3. ἐρωτο-παιγνίας:

Cum custode foris tunicam servante puellæ,
Celent furtivos balnea multa jocos.

5. *Incidit, &c.*] *Elegans Antithesis.* dum se lavat aquis, incidit in flammas, amoris scilicet inhonesti.

6. *Penelope venit.*] Casta. *Abit.*] Extenditur ultima syllaba propter contractionem, pro *abiit. Helene.*] Adultera.

Ad Celerem. LXIV.

UT recitem tibi nostra rogas epigrammata. nolo.
Non audire, Celer, sed recitare cupis.

1. *Ut recitem, &c.*] An quia audire ...iena præ se ferens Celer, sua recitan... occasionem captaret, adeoque Mar... ...alem evocaret? An verebatur Poëta ne epigrammata sua nondum edita, si apud Celerem recitasset, memoriæ mandata illa pro suis venditaret?

2. *Audire.*] Sc. nostra. *Recitare* sc. tua.

Ad Fabullam ambitiosam. LXV.

BElla es; novimus: & puella; verum est:
Et dives; quis enim potest negare?

Sed

1. *Bella es, &c.*] Φιλαυτίαν Fabul... ...e taxat, docetque Virgines commen... ...ari modestia & verecundia. Sane non ...am ambitiosam puellam, quam va... ...am, φίλαυτον, atque ideo stolide ostentatricem notat Martialis; atque in ejus persona ostentationis ac vanitatis stultitiam ostendit.

2. *Quis enim, &c.*] Videtur Rutgersio scribendum: *Quis & id potest negare?*

 4. Nec

Sed dum te nimium, Fabulla, laudas;
Nec dives, neque bella, nec puella es.

* 4. *Nec dives, &c.*] Res enim vel summa laude dignas sordescere facit arrogans φιλαυτία. Egregie Plinius epist. 8. lib. 1. *Quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserat recensente, vanescit, &c.*

Ad Cæcilianum, de * genere & declinatione ficus. LXVI.

CUm dixi, ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici, ficos, Cæciliane, jubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci:
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

* Emendandum lemma. neque enim necesse fuit, ut de genere τῦ *ficus* doceret quicquam, cum de declinatione tantum incideret quæstio, negante Cæciliano dici *ficus* de fructu, & dici *ficos* jubente. Respondet Poëta, *ficum* etiam quartæ declinationis dici pro fructu, ficum vero pro morbo ordinis esse tantum secundi. Cum itaque nihil hic de genere moveatur, neque apud probæ notæ autorem quempiam reperiatur ficus pro morbo in alio quam fœmineo genere, ut & σύκωσις Græca, exponunt *Tuos*, scilicet *filios*. Raderus dicit, nihil hic Grammaticos docere, cum ex hoc loco conantur ostendere, nomen *ficus* pro morbo esse generis virilis, quum *tuos* non referatur ut adjectivum ad *ficos*; sed ut substantivum ἀπολύτως, tuos inquam filios, servos *ficos* dico, quod ficosi sint. Qua turpitudine notavit aliam familiam, lib. 7. epigr. 70. *Ficosa est uxor, &c.* Sed *ficum* appellari ficosum hominem probat epigr. 52. lib. 4.

3. *Dicemus ficus, &c.*] Et primo & tertio versu lego *ficos*. Miratur Martialis ineptam reprehensionem literatoris, qui se *ficos*, ut passim optimi quique veterum pro fructu dicentem, supercilio grammatico *ficus* dicere jusserat. Ille securus sermonis sui, audi, inquit, aliud discrimen in hac voce, quod ad te pertinet. *Fici* dicuntur, quæ nascuntur in arbore; sed alio genere *fici*, quos tu habes in parte parum honesta. De filiis & servis, nugæ. *Gronovius.*

4. *Tuos.*] Liberos, famulos, pueros delicatos. ut epigrammatum 52. lib. 4. & lib. 12. epigrammatum 33. Alii tamen *tuos* adjective referunt ad *ficos*, & ex epigrammate hoc probatum eunt *ficum*, pro morbo, utriusque esse generis. Sed & aliam vide lectionem, aliamque expositionem Laur. Vallæ eleg. 4. lib. 1.

Ad furem, de libro suo. LXVII.

ERras meorum fur avare librorum,
Fieri Poëtam posse qui putas tanti,

Scri-

1. *Erras meorum, &c.*] Invehitur in plagiarium suorum librorum, qui existimabat poëtam fieri posse, recitandis pro suis carminibus, Martialis: monetque ut quæ nondum ipse vulgaverat, emat, quamvis majori pretio, si velit sua furta non deprehendi. *Ramir.*

2. *Fieri Poëtam, &c.*] Qui ambitiose nomen Poëtæ aucuparis. *Posse qui putas tanti.*] Fieri tanti est tantam existi-

Scriptura quanti constet, & tomus vilis.
Non sex paratur aut decem sophos nummis.
Secreta quaere carmina, & rudes curas,
Quas novit unus, scrinioque signatas
Custodit ipse virginis pater chartae;
Quae trita duro non inhorruit mento.
Mutare dominum non potest liber notus.
Sed pumicata fronte si quis est nondum,

existimationem habere: qui sensus hinc alienus. Sed scripsit Martialis: *Fieri Poëtam posse qui putas tanto, Scriptura quanti constat.* hoc est, tantillo aere expenso, quanti est labor describendi & charta. *Gronovius.*

3. *Scriptura, &c.*] Librarii transcribentis opella, & non ita magni precii charta, scapus.

4. *Non sex, &c.*] Ipsa sapientia aut sapientiae laus non paratur, quo liber, pretio.

5. *Secreta, &c.*] Nondum vulgata. *Rudes curas, &c.*] Versus nondum in publicum emissos. vide lib.6.epigr.42.

6. *Unus, scrinioque.*] Autor solus. *Signatas, &c.*] Clausas, necdum editas.

7. *Virginis.*] Quae nondum lectorem experta est; quam nullius viri manus contrectavit, nullius lectoris oculus foris vagantem vidit. Junius vult Virginis chartam esse, ex qua nullum transcriptum est exemplar: quasi tunc peperit charta, ubi ex ea desumptum sit exemplum jam invulgatum. *Pater chartae.*] Autor.

8. *Quae trita, &c.*] Quae nondum lectoris manu versata, lanugine inhorrescit, pilosaque facta est *aliis* quae nondum recitata atque edita horrescit, ab auditorum basiantium mento. ut epigramm. 4. supra 93. libro 10. ℣s. 6. Salmasius verò sic exponit hunc locum: In evolvendis chartarum voluminibus, partem adhuc involutam mento subjiciebant: primorem verò partem subinde explicantes, ambabus tenebant manibus simulque legebant; eam interim quae nondum erat explicita, sub mento convolutam tenentes. Hinc de charta Virgine, & quae adhuc intacta erat, dicebant eam mento tritam non esse. Horridior quippe fiebat manibus, & mento trita, excitatis inarum filamentis & fibris. Graecum Epigramma *ἀνέκδοτον* Stratonis:

Εὐτυχὲς ὐ φθονέω, βιβλίδιον, ἦρά σ' ἀναγνοὺς,
Παῖς τις ἀναθλίβει πρὸς τὰ γένεια τιθείς.

Vides chartam dum legitur & evolvitur, mento subjici terique. Sed *durum mentum* perperam pro ipsa chartae barba accipiunt, quum de lectoris mento intelligendum sit, quo charta trita inhorrescit, eo quo diximus modo.

9. *Mutare, &c.*] Frustra & sero plagiarius sibi adscribit opus, cujus innotuerit autor.

10. *Pumicata fronte.*] Libri pellibus, ut nunc fit, olim obtegebantur, eaque pumice poliri ac levigari solebant. Si quis vero liber novus sit, cujus frontes (eae sunt, extremitates membranae in orbem complicatae, in medio quarum apparebant cornua) pumice jam primum poliuntur; & cujus umbilicus (is est, bacillus cedrinus, buxeus, cupressinus, &c. extremae paginae, absoluto jam opere, affutus) vel umbilici extremitates (quae, complicatis in volumen membranis, utrinque apparent, cornuaque appellantur) ebore, argento vel auro ornantur: & quem novissime obducit pellis, hunc eme, simulque autoris silentium.

Nec umbilicis cultus atque membrana:
Mercare tales ab eo, nec sciet quisquam.
Aliena quisquis recitat, & petit famam;
Non emere librum, sed silentium debet.

11. *Umbilicis.*] Bullæ in utraque libri extima facie mediæ. In fine libri ex ligno aut osse umbilici solent apponi. Pieri. lib 34. *Per umbilicum*, inquit, *intelligendus est, voluminis terminus, qui, cum volumen explicatur in fine est: cum verò idem obvolvitur in spiram collectam, medium tenet locum.*

12. *Mercare, &c.*] P. Scriverius *Mercare. tales habeo, nec scilicet.* Heraldus sic scribendum censet: *Mercare tales, habeo; nec sciet quisquam.* Si vis, inquit, libros ejusmodi emere, præsto est qui tibi vendat. Habeo enim quos nemo unquam vidit: nec cuiquam quid inter nos actum sit dicam: quod unum præstare debet is qui merces ejusmodi vendit homini ἀλαζόνι & ex alienis laboribus famam & gloriam quærenti.

Ad Chœrilum. LXVIII.

Liber homo es nimium, dicis mihi, Chœrile, semper:
In te qui dicit, Chœrile, liber homo est.

1. *Chœrile liber homo est.*] In MS. hic erat explicatio: *quia tu nemini parcis.* Sed magis placet per interrogationem legi, in risum Musambertio sive Theodoro Marcilio. *Gron. Liber homo, &c.*] Παῤῥησιαστὴς, libertatem nimiam in jocis usurpans.

2. *Liber homo.*] Negotiis liber, nihilque aliud quod agat habens, si in vile tuum caput diceret vacet. estque jocus in ambiguitate τοῦ *liber. Est.*] Alii: *est?* Erotetice. Dixerat enim cum in alios plerosque malos poëtas Martialis, tum in Chœrilum quoque. Hinc Chœrilus ei dicere solitus nimis libera lingua eum esse seu παῤῥησιαστὴν. Martialis indignans, tua fide, inquit, Chœrile, in te qui dicit, liber est sive παῤῥησιαστής. & intelligi vult dignum qui omnibus omnium dicteriis, tanquam scopus, telis propositus sit. *Musambert.* Vel ita interpretandum: Tu me Chœrile hominem procacioris & liberioris linguæ reum facis: Ego mihi conscius sum, nullum à me læsum sciente volente. nisi forte in te nescius liber sum, qui tibi conscius es, & de te putas omnia dici. *Rad.*

De Rufo. LXIX.

Quidquid agit Rufus, nihil est nisi Nævia Rufo.
Si gaudet, si flet, si tacet, hanc loquitur.
Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit; una est Nævia;

1. *Quidquid, &c.*] Rufi cujusdam, ob Næviæ uxoris amorem furentis, describit ineptias; qui nihil aliud quam Næviam nocte dieque sonabat.

2. *Si tacet, &c.*] Vel tacitus insanum suum Næviæ amorem gestu fatetur.

3. *Propinat.*] Quod etiam Parasitus ab heri sui amica stipulabatur, in ea quam scribebat syngrapha, apud Plautum in Asinaria:

Tecum una postea pocula potitet;
Abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas.

Innuit.]

Nævia; si non sit Nævia, mutus erit.
Scriberet hesterna patri cum luce salutem;
Nævia lux, inquit, Nævia! lumen, ave.
Hæc legit, & ridet demisso Nævia vultu.
Nævia non una est: quid vir inepte furis?

Innuit.] Eadem syngrapha:
Neque ulla ulli homini nutet, nictet, annuat.

Una est, &c.] Nihil aliud loquitur, aut spirat quam Næviam. Sola ei in ore, & in animo est. Sic amor vesanus significatur, πάντα ἐστιν. Eleganter quoque is dicitur πάντα εἶναι, cujus opera & auctoritas præcipue in re aliqua enitescit, & qui unus est instar omnium. Lucanus lib. 3. *Omnia Cæsar erat.*

6. *Nævia lux, inquit, Nævia! lumen.*] Sic melius quam *numen.* nam etsi amicæ amantium suorum verè deæ; nihilominus quia *lucem* antea Næviam dixit, *lumen* quoque videtur adjicere. Tales igitur amatorum assentatiunculæ, frequentes in Comœdiis. *Herald. Lumen.*] Sunt qui legant, *numen.*

8. *Non una est, &c.*] Non tibi, non uni soli vacat, *prius oculo contenta erit uno.* imo publicum est prostibulum. lusus est in ambiguitate τοῦ *una.*

Ad Maximum. LXX.

Coepit, Maxime, Pana quæ solebat,
Nunc ostendere Canium Terentos.

1. *Cœpit.*] Canium continuo risu distentum comparat hoc epigrammate cum Pane Deo, qui ridentis imagine visebatur apud Terentum in Campo Martio. Panis fabulam exponit Natal. Comes Mythol. libro 5. capite 6.

2. *Ostendere.*] Heic *ostendere* est veluti portentum, aut rem sane novam & parum cognitam exhibere. Sic δεῖξαι Græcis. *Herald. Terentos.*] Terentos (qui locus erat in campo Martio, templo Ditis insignis) spectabilis simulachro Panis habitu semper ridentis ficti, ne forte vacet, ostendit jam Canium poëtam Gaditanum σκαιρόντα æque & ridentem. vide lib. 3. epigr 20. & supra epigr. 92. ℣. 10. Canius autem forte in campo Martio tum sedem locarat.

Ad Librum. LXXI.

Vade salutatum; pro me liber ire juberis
Ad Proculi nitidos officiose lares.

Quæ-

2. *Proculi, &c.*] C. Julii Proculi. C. Julio Proculo salutationis loco librum mittit, cujus scriptio & labor poëtam detinuit, quo minus ipse coram, Proculum salutaret. Domus ergò Martialis erat ad pilam Tiburtinam, ut ipse testatur, in septima regione urbis:
Sed Tiburtinæ sum proximus accola pilæ, &c.
Proculi verò domus erat in palatio, regione x. ad lævam templi Deûm matris. Mediam viam hic describit Martialis. *Officiose.*] Quia hæc togata salutatio inter officiorum genera, de quibus antea.

 3. *Casto-*

Quæris iter? dicam: vicinum Castora canæ
Transibis Vestæ, virgineamque domum.
Inde sacro veneranda petes Pallatia clivo,
Plurima qua summi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata Colossi,
Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.
Flecte vias hac, qua madidi sunt tecta Lyæi,
Et Cybeles picto stat Corybante tholus.
Protinus à læva clari sub fronte Penates,
Atriaque excelsæ sunt adeunda domus.
Hanc pete, ne metuas fastus, limenque superbum:
Nulla magis toto janua poste patet;
Nec propior quam Phœbus amat, doctæque sorores.
Si dicet; quare non tamen ipse venit?
Sic licet excuses: quia qualiacumque leguntur
Ista, salutator scribere non potuit.

3. *Castora.*] Castoris templum, in foro. *Canæ, &c.*] Antiquæ Deûm matris Virginumque Vestalium templum.

5. *Clivo.*] Colle Palatino.

6. *Plurima, &c.*] Ea parte qua statua equestris Imp. Domitiani posita est, id est, in foro.

7. *Colossi.*] Supta epigr. 2. ℣. 2. vide Turneb. lib. 7. cap. 2.

8. *Rhodium, &c.*] Colossum Rhodium, qui inter 7. orbis miracula censetur, 60. cubitorum.

9. *Madidi, &c.*] Templum Bacchi, vino uvidi. *Madidus* pro approbè poto, frequens & elegans est apud Plautum, Juvenalem. Sic & *Uvidus* Horat. Od 5. l. IV. Atque eodem modo Græci βρίχειν: unde βεβρεγμένος. *Herald.*

10. *Et Cybeles, &c.*] Et tholus in Cybeles templo, supra quem Galli, deæ evirati sacerdotis, effigies stabat. *Corybantes* erant evirati sacerdotes Cybeles. est autem *tholus*, camera ædificii in fastigiatum acumen desinens, in qua trabes coëunt, ibidemque scutum affixum, à quo dona suspenduntur.

11. *Protinus, &c.*] Ad lævam Ideæ matris, sitæ sunt Proculi ædes. *Clari sub fronte.*] Et ego in duobus scriptis reperi: *clari tibi fronte*: idque verum est. Protinus, inquit, à læva adeundi tibi Penates fronte clari, hic est, illustria antepagmenta lubentes. *Gronovius.* *Sub fronte, &c.*] Alii *tibi.*

14. *Nulla magis toto, &c.*] Antiquis temporibus portæ etiam privatorum rarò patebant: Proculi ergò humanitatem heic commendat, cujus fores amicis & salutatoribus apertæ erant, neque iis difficultatibus obseptæ. Veteres etiam Græci quum aliquem φιλόξενον, & ergà hospites humanum describere vellent, ejus januas toto poste semper apertas dicebant, οὐδὲ πώποτ' ἴσχε ἡ θύρα.

15. *Nec propior, &c.*] Nec Apollini Musisque ulla domus gratior.

17. *Sic licet.*] Sunt qui legant *scilicet.* *Quia qualiacumque, &c.*] Quia non fuisset illi ocium scribendi hæc qualiacunque epigrammata, si salutandi officiis vacasset.

Ad Somnum. LXXII.

NÆvia sex cyathis; septem Justina bibatur;
Quinque Lycas; Lyde quatuor; Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica Falerno;
Et quia nulla venit, tu mihi, Somne, veni.

Nævia sex.] Pro *Nævia*, quidam ...*ia* leg. Priscis moris fuit in com...tionibus in honorem & gratiam ...ntis amicæ, amici vel Imperatoris, ...tire tot cyathos quot essent in ami... amicæve nomine literæ, quod vel ...te profitebantur, vel sodalibus ...landa & conjectanda reliquerunt, vel totidem poscerent cyathos, vel ...ulum quod tot cyathos caperet. ...que sex cyathis bibebatur Nævia, ... est, unico poculo, quod capiebat ... cyathos, qui *Semis* dicebatur. Sic ...*unx*, septem cyathos; *Quincunx*, ...nque: *Triens*, quatuor, capiebat. ... etiam poculi octo cyathorum men..., nomine *bessis*. epigr. 37. lib. XI. ...e epigr. 51. lib. 8. epigr. 95. lib. 9. ...gr. 37. & 39. lib. II. *Cyathis, &c.*] Ex MSS. quibusdam sunt, qui *calathis* ponunt, ut & Virgilius dixit, *Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.* Verum præfero τῷ *cyathis* nostro usitatius, locis modo citatis.

4. *Et quia, &c.*] Et quoniam nihil valent numeri & invocatio ut adsint amicæ, tu Somne veni. Verum ideo poculum istud & Somnum videtur exoptare, quia nox longa quibus mentitur amica aut speratur. Et vel *eos* deridet qui potando, scortando, dormiendo inertem traducunt vitam. vel alludit ad poculum quod Mercurii nomine conceptum sumebatur in conviviis ultimum ad conciliandum somnum, cum tria essent apud Græcos sacra pocula; 1. Jovis Servatoris; 2. Boni Dæmonis; 3. Mercurii, qui somni præses.

Ad Fidentinum. LXXIII.

NOstris versibus esse te Poëtam
Fidentine, putas, cupisque credi?
Sic dentata sibi videtur Ægle,
Emptis ossibus, Indicoque cornu:
Sic, quæ nigrior est cadente moro,
Cerussata sibi placet Lycoris.

Hac

1. *Nostris versibus.*] Fidentinum pla...arium, quem jam sæpius traduxit, ...ngit iterum hoc Epigrammate, ac ...ucis verbis φυρακιςὴν eum esse con...udit, qui alienis versibus Poëtam se ...cere velit; quomodo calvus assumta ...ηνέκη & aliena coma facit se coma...um. *Herald.*

3. *Sic dentata, &c.*] Emendo & ad...ciscendo aliena pro suis.

4. *Ossibus.*] Dentibus ex osse vel ebore factitiis. *Indicoque, &c.*] Elephantis belluæ Indicæ cornu, ut volunt Varro, Pausanias, Oppianus, &c. vel dente juxta Aristot. Plinium, Philostratum. supra epigr. 9. lib. spect. vs. 2.

5. *Cadente moro.*] Præmaturo, qui niger.

6. *Cerussata, &c.*] Candida & lita cerussa. ψιμυθίῳ.

7. *Hæc*

Hac & tu ratione, qua poëta es,
Calvus cum fueris, eris comatus.

7. *Hac & tu, &c.*] Φενάκην. id est, comam additititiam sumendo Notum Adag. *Calvus comatus*, ad eos irridendos, qui, quæ ex se non habent, fuco & imposturis habere, videri volunt.

Ad Cæcilianum. LXXIV.

NUllus in urbe fuit tota, qui tangere vellet
Uxorem gratis, Cæciliane, tuam;
Dum licuit: sed nunc positis custodibus, ingens
Turba fututorum est. ingeniosus homo es.

1. *Nullus in urbe.*] Argutissimum epigramma est, quo perstringit Cæcilianum, qui cum deformem haberet uxorem, zelotypia tactus, repente eam custodibus sepsit: quam autem deceptus fuerit hac cautione, ironicôs declarat.

2. *Gratis.*] Vult Poëta Cæciliani uxorem deformem à nemine tactam esse gratis, hoc est, sine pretio liceret, sive etsi ultro daret: posita vero custodia cœptam esse ambiri, & mœchos venisse pretium offerentes. Itaque ingeniosum esse ait hominem Cæcilianum, qui artem illam quæstum faciendi excogitavit. *Musambert.*

4. *Ingeniosus, &c.*] *Vel Ironice.* id est, fatuus, qui custodia arcta & zelotypia tua dentes exacuetis amatoribus, qui prius quidem incustoditam negligebant, jam vero *Nescio quid, quod te ceperit esse, putant*, quia *Nitimur in vetitum, &c.* ut habet Ovidius 4. eleg. lib. 3. Amorum, unde sumptum est hoc epigramma. *vel Ingeniosus*, qui hoc artificio uxoris pretium & desiderium excitasti, quam nemo prius gratis, id est, sine pretio tangere vellet.

Ad Paullam. LXXV.

MOechus erat. poteras tamen hoc tu, Paulla, negare:
Ecce, vir est. numquid, Paulla, negare potes?

1. *Mœchus, &c.*] Increbuit suspicio consuetudinis tuæ cum mœcho dum viveret prior maritus, postquam vero illo elato nupsisti suspecto illi mœcho, fecisti suspicioni fidem, rem propemodum fassa. vide idem epigr. 22. l. 6.

De Lino. LXXVI.

DImidium donare Lino, quam credere totum,
Qui mavult: mavult perdere dimidium.

1. *Dimidium, &c.*] Lino, quod nil reddat, nil credendum. *Donare* & dare quasi perdere est. *Quam credere, &c.*] Mutuum dare.

2. *Mavult, &c.*] Æque enim utrunque non solvit, mutuum ac donatum; totum ac dimidium.

Ad Flaccum. LXXVII.

O Mihi curarum pretium non vile mearum,
Flacce Antenorei spes & alumne Laris:
Pierios differ cantusque chorosque sororum:
Æs dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid petis à Phœbo? nummos habet arca Minervæ:
Hæc sapit, hæc omneis fœnerat una deos.

Quid

1. *Curarum, &c.*] Hic est Valerius Flaccus Setinus seu Patavinus, auctor octo librorum Argonauticorum. Hoc epigrammate Martialis, Flaccum poëtam magnum, sed tenui censu, hortatur, ut desinat poëtari, ac forum adeat, ac quæstuosam eloquentiam sectetur; quando nullus aut exiguus honos sit præmiumque Musis. vide Sat. 7. Juvenal. ℣. 202. Curarum mearum levamen unicum & solatium. *vel* studii poëtici quod mihi tecum est commune, grande decus.

2. *Antenorei, &c.*] Urbis Patavii quam condidit Antenor. fuit enim Val. Flacc. Argonauticôn autor civis Patavinus.

3. *Pierios, &c.*] Desine & desere poëticam, cum Musæ nullo sint in pretio. vel differ in aliud tempus, cum præsens postulet ut rem facias. Juvenal. 7. Sat. Tit. Calpurn. 4. Eclog. Ovid. passim. & Quintil. dialog.

4. *Istis nulla, &c.*] Novem. Mus. Pierid.

5. *Quid petis à Phœbo? nummos, &c.*] *Fænerare Deos* dixit, ut *fænerare pecuniam* dicimus, quam in fænore ponimus, cum damus mutuo, ut reddatur usura. Dehortatur Valerium Flaccum celebrem Argonauticorum Poëtam à Poëseos studio, tanquam inutili, & quod plus nominis quam divitiarum promittat: monetque Juridicinæ & foro se potius det; quippe quo nullum aliud studium quæstuosius sit. Studium autem Poëseos per *Phœbum*: Juridicinam per *Minervam* designat. Ait ergò; quid à Phœbo petis nummos sive divitias? Ille nihil tale præstiterit. Adi Minervam potius: hæc divitias tibi non tantum, sed & cæteros Deos omnes, hoc est, quicquid à cæteris Diis optari potest, conferre, & velut in fœnus ponere, sive fœnerare potest. Sane in pecunia omnia posita sunt. Hinc Petronius: — *quidvis nummis præsentibus opta Eveniet: clausum possidet arca Iovem.* *Quid petis à Phœbo, &c.*] Sic legendum censet Gronovius:

Hæc sapit, hæc omnes fœnerat una Deos. Interpretantur, posse illam in fœnus dare omnibus diis. At *fœnerare Deos* dicitur; ut *fœnerare pecuniam, beneficium*, Ciceroni; *lumen* Plinio. *Deos* intellige nota figura deorum dona, sapientiam, pulchritudinem, potentiam. Sic Juvenalis, *nullum numen abest, si sit prudentia.* qui prudens est, inquit, habet omnes deos, hoc est, quicquid à diis peti, sperari, dari potest. Sic etiam *arca Minervæ fœnerat*, confert, tribuit *omnes deos*, quæcunque scilicet alii dii dare dicuntur. *Gronovius. Phœbo, &c.*] Cui laurus & laus nuda curæ. Si ipse Deus pauper est, quid poëtæ, ejus alumni clientesque haberent? *Arca Minervæ.*] Arcæ patronorum, quibus leges & causæ, quas dedit, quas docuit Minerva, numorum affatim dederunt.

6. *Hæc sapit.*] Lucri enim bonum odorem sapere, vera est hodie sapientia alludit autem ad Avieni apologum l. 3 fab in quo Palladem collaudat Jupiter, quod cæteris diis, steriles ad gloriæ speciem eligentibus arbores, illa olivam propter fructum elegisset. ut mox ℣. 11. *Hæc omneis, &c.*] Adeo

dire

Quid possent hederæ Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat varias pondere nigra comas.
Præter aquas Helicon, & serta, lyrasque Dearum
Nil habet, & magnum sed perinane sophos.
Quid tibi cum Cirrha? quid cum Permesside nuda?
Romanum propius, divitiusque forum est.
Illic æra sonant: at circum pulpita nostra,
Et steriles cathedras, basia sola crepant.

dives est, ut cæteris diis mutuum det. Scriverio videtur pro *defœnerat* sumi; id est, fœnore exhaurit, trucidatque.

7. *Quid possent, &c.*] Quis enim usus corymborum & hederæ? *Palladis, &c.*] Oliva, cujus rami ubertate incurvantur.

8. *Inclinat.*] Incurvat. *Varias.*] Quia bacca varia: primum viridis, tum flava; tandem nigricans. *Varias, &c.*] Frondes varii coloris baccis onustas.

9. *Præter, &c.*] Studia hæc & opera poëtarum, quæ Helicone, Cirrha, Permesside lympha, sacris Phœbo, Bromio & Musis atque hujusmodi bullatis sonant nugis, adferunt tantum voluptatem, inanem laudem, plausum & basia ab auditoribus; quin te potius conferas ad forenses causas agendas unde rem augeas ac ditescas, supra epigr. 18.

10. *Sophos.*] Supra epigr. 4. ℣. 8. Magnum quidem *sophos* habent, sed tamen *perinane*, id est, magna quidem & elata acclamatione excipiuntur, sed præter quam nihil omnino est. Alii *semper inane*.

11. *Cirrha.*] Oppidum Phocidis juxta Parnassum: alii verticem Parnassi esse volunt. *Permesside nuda?*] Sic ex optimis libris Gruterus & Scriverius. Vulgo *Permessidos unda*. *Permesside lympha*, legit Ianus Guilielm. ex M.S. Permessus, fluvius Bœotiæ ex Helicone monte defluens, Musis sacratus, in Copaidem paludem prope Haliartum sese exonerans.

12. *Romanum propius.*] Quam Helico aut Parnassus. Vel propius ad opes comparandas. *Rad.*

13. *Illic æra, &c.*] In foro numeratur patronis. *At circum.*] Janus Guilielm. lib. 3. Verisim. cap. 19. ex M. S. legit: *ad Circum & pulpita nostra*. Recenset enim loca poëtis veluti consecrata, Circum, in quo ludi fiebant & spectabantur fabulæ; pulpita, è quibus recitabantur poëmata; cathedras Grammaticorum, è quibus explicabantur. *Pulpita, &c.*] Editiora loca ante scenam, è quibus recitabantur poëmata.

14. *Steriles.*] Nullum fructum afferentes. *Cathedras.*] Auditorii subsellia. Lipsius interpretatur *sellas*. vel Metaphora est à cathedris qua Rhetores sedebant. Juven. 7. Sat. *Pœnituit multos vanæ sterilisque cathedræ. Basia, &c.*] Supra epigr. 4. ℣. 1. *Basia.*] Id est, laudes & commendationes. basium enim signum erat libri probati & laudati.

De Charino. LXXVIII.

Pulchre valet Charinus, & tamen pallet.
Parce bibit Charinus, & tamen pallet.
Bene

1. *Pulchre, &c.*] Nil non facere Charinum quo coloretur: pallere tamen. *Vel*, cum rite omnia experiatur quæ ad colorem inducendum faciant, cum

Bene concoquit Charinus, & tamen pallet.
Sole utitur Charinus, & tamen pallet.
Tingit cutem Charinus, & tamen pallet.
Cunnum Charinus lingit, & tamen pallet.

cum tamen λείχων sit, non mirum esse, si palleat.

4. *Sole utitur, &c.*] Insolatione utitur, quæ veteribus in usu, ut ad solem uncti cutim redderent nitidiorem. Pers. 4. Sat. *Si unctus cesses & figas in cute solem.* Id ἡλιάζεσθαι Græci dicebant; & ἡλίωσιν, insolationem.

5. *Tingit, &c.*] Fuco, purpurissa. Causam ergo palloris tam pertinacis explicar postremo versu.

De Festo. LXXIX.

INdignas premeret pestis cum tabida fauces,
Inque suos vultus serperet atra lues:
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos
Decrevit Stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno:
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sanctam Romana vitam sed morte peregit,
Dimisitque animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis

Fama

1. *Indignas, &c.*] Laudatur Festus, quod mentagra, fœdissimo morbi genere correptus, non veneno, non fame, sed ferro sibi mortem consciverit. *Indignas prem.*] Festus immedicabili mentagra correptus.

2. *Suos.*] Dorl. *ipsos.*

3. *Siccis, &c.*] Oculis non lacrymantibus: quod firmi pectoris argumentum.

4. *Decrevit, &c.*] Relinquendæ vitæ certus.

5. *Nec tamen, &c*] Non polluit veneno, quo sublati efferuntur nigri. Pro *polluit*, sunt qui legant *palluit*. Jan. Guilielm. lib. 3. Verisimil. cap. 19.

6. *Aut torsit, &c.*] Non torsit inedia voluntaria.

7. *Sanctam, &c.*] Sed vulnere facto emisit animam, pulchro mortis genere & Romanis solenni, Lucretiæ, Scipioni, Catoni, Bruto, &c.

8. *Nobiliore via.*] Honesta & ampla porta, non qua fœda illa fœtidaque pestis fauces obstruxerat. Lectio genuina & emphatica è MSS. variis restituta, loco τῦ *rogo*, sic Lucanus lib. 3. *nullius vita perempti Est tanta demissa via:* & Græcum illud πολλαὶ πρὸς θάνατον ὁδοί. Et Cato, *Altius inseruit digitos, quà spiritus ingens Exiret, magnum dextera fecit iter.* & epigr. 92. l. 11. *Debuerant alia fata venire via. Dimittere* autem *animam* hac aliave via mortis, pari & elegantia dictum est, & proprietate. Nam moriendi viæ plurimæ sunt. Festus hic nobilissimam delegit, qui ferro animam suam dimisit, mortis genere scilicet Romano, & quasi militari.

9. *Hanc mortem, &c.*] Hic itaque

non

Fama potest: hujus Cæsar amicus erat.

non fugit è vita, Cæsaris odio, quod fecit Cato ille Uticensis, ne subire vultum tyranni cogeretur, ut ipse dicebat. supra epigr. 9. ỹs. 3.

Ad Attalum. LXXX.

SEmper agis caussas, & res agis, Attale, semper:
Est, non est quod agas, Attale, semper agis.
Si res, & caussæ desunt, agis Attale, mulas.
Attale, ne quod agas desit, agas animam.

1. *Semper.*] Attalus πολυπράγμων ut semper occupatus aliquid agere videretur, apta inepta agebat: ita ut si quod ageret, deesset, asinas ageret. Precatur huic poëta salse, ut si nihil habeat quod agat, agat animam. *Agis, Agis, &c.*] Epigrammatis hujus, quo Attalum πολυπράγμονα deridet, lusus est in varia significatione τȣ̃ *ago*. vide Antholog. lib. 2. epigr. εἰς πολυτεχνεῖς.

4. *Agas animam.*] Moriaris. Similiter lusit quoque L. Seneca ep. 26. *Quid egeris tunc apparebit, cum animam ages.*

Ad Canum. LXXXI.

SPortula, Cane, tibi suprema nocte petita est.
Occidit, puto, te Cane, quod una fuit.

1. *Sportula, &c.*] Impudentem avaritiam eorum qui sportulis inhiant plurimis, notat, sub nomine Cani qui in tantum sportularum helluo & larus erat, ut etiam gravi & mortifero laborans morbo, sportulis vacaret, dolore que concepto quod unicam tantum acceperat, mortuus esset.

Ad Sosibianum. LXXXII.

E Servo scis te genitum, blandeque fateris;

Cum

1. *E servo.*] Sic omnes libri. Quod cum difficile videretur, fecerunt, *E serva:* quasi velit intelligi Sosibianum, ancillæ filium esse, & tamen pro libero se gerere, fateri tamen, ut vis veritatis magna est, se filium esse ancillæ, seu genitum è serva, quum patrem suum *dominum* salutat. Ejusmodi nempe paterfamilias qualis epigrammate 85. sequente, *Quirinalis*, ancillas quasi gallinas, non patendi, sed pariendi causa possidens. *Musambert.* Cum patrem appellas dominum (quod ingenui faciebant honoris causa) tu natalium vitii tibi conscius, per blanditias illas fateris te esse hybridam, natum scilicet è serva & libero. Scriverius hic grandius secretum latere existimat: vivente enim patre Sosibiani, servus ejus suspectus erat de consuetudine stupri cum hera sua, adeo ut populus crederet Sosibianum nostrum ex servo ipso conceptum. Non est inquit Martialis, quod in dubium revocemus id, quod omnes hactenus suspicati sunt, te è servo tuo domestico genitum: id enim blande fateris, quum ipsum servum illum, vocas *Dominum*, qui reverà pater tuus est.

Nam

Cum dicis dominum (Sosibiane) patrem.

Nam Domini per irrisionem sæpe servos suos vocabant *Dominos*, vide epigramm. 58. lib. v. Gronovius hoc accipit, quod fingit Scriverius, Sosibiani matrem, patris ejusdem uxorem, clanculum cum verna suo consuevisse cubilibus. At non accipit, τὰ *Cum dicis dominum*, explicanda esse, quum ipsum illum servum voces *dominum*, qui revera pater tuus est. Immo quem *dominum* vocabat, non servus (id enim non nisi per ludibrium fiebat) sed creditus ac professus illius pater erat. Hæc autem sententia: Jure, Sosibiane, patrem tuum per blanditias, *dominum* vocas: est enim dominus tuus revera, non pater: neque enim ex illo, sed ex servo vestro, familiari, ex mancipio ejus quem falso patrem vocas, conceptus & genitus es. Nec objici debet Jurisconsultorum exceptio, *partum ventrem sequi*. Nam illam dissimulans Martialis, acumen captavit ex generali regula, servorum res, adquisita, partus, vicarios, non ipsorum, sed dominorum juris & potestatis esse. Hactenus *Gronov.*

De Regulo. LXXXIII.

HÆc, quæ pulvere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto jacet absoluta casu!
Tectis nam modo Regulus sub illis
Gestatus fuerat, recesseratque;
Victa est pondere cum suo repente;
Et postquam domino nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno.
Tantæ, Regule, post metum querelæ,
Quis curam neget esse te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

De

1. *Hæc, &c.*] Ejusdem argumenti & artificii cum epig. 13. supra, quod vide.

2. *Longas, &c.*] Nam porticus erat longa, & soluta magis extendebatur.

3. *Absoluta.*] Hen ferre possum: *vitiato* non fero. Nec tamen *absoluta* est dissoluta seu in varias partes divulsa; aut crimine absoluta: sed tantummodo suæ significationis, absoluta casu grandi tanquam crimine. Id enim ipsum quod loco criminis est, apparet in contextu verborum, & *quanto casu absoluta* est, quam gravis casus crimine infamiaque liberata. Est autem casus ille mors Reguli. Quam dirum detestandumque casum ei remiserunt dii, qui minimum aberat, quin contigisset. *Gronovius.*

9. *Tantæ Regule, &c.*] Vide ℣s. 12. epigr. 13. Janus Rutgersius *Tuta* scribendum putat, postquam evasisset Regulus var. lect. lib. 6. cap. 11.

ℓ 1. 6i

De Manneja. LXXXIV.

OS & labra tibi lingit, Manneja, catellus:
Non miror, merdas si libet esse cani.

1. *Os & labra.*] Oris & labiorum Manneja spurcitiam notat hoc epigrammate, quod lingeret catella, quippe hoc animal lambendis immunditiis delectatur.
2. *Merdas si libet esse.*] Phædrus Fab. 27. *O canis, merito jaces, Qui concupisti subito regales opes, Trivio conceptus & educatus stercore.* Gronovius. *Merdas, &c.*] Quæ tetro odore non superant *artificis tui oris halitum.* Juven. Sat. 10. ỽ. 238. *Licet*, alii pro *libet*, leg.

De Quirinali. LXXXV.

UXorem habendam non putat Quirinalis,
Cum vult habere filios: & invenit
Quo possit istud more, futuit ancillas,
Domumque, & agros implet equitibus vernis.
5 *Paterfamilias verus est Quirinalis.*

1. *Uxorem, &c.*] Salsè notat Quirinalem equitem Romanum, qui cœlebs quum esset se omnibus ancillis suis miscebat, ex quibus permultos suscipiebat liberos.
4. *Domumque, & agros implet.*] Urbanis se miscens & villicis suis ancillis. *Equitibus vernis.*] Hybridis, à patre, ingenuis: à matre, servis. supra epigrammatum 42. ỽ. 1. *Antith.* sic Juven. 9. Sat. *agebas Vernam equitem.*
5. *Paterfamilias, &c.*] Vere enim auget familiam; quæ servorum est. Facetè Quirinalis, quod domum vernis impleret, *Paterfamilias* dicitur: nam familia propriè servorum; quare & servi olim familiares dicti. *Heraldus.*

* De Mario. LXXXVI.

VEnderet excultos colles cum præco facetus,
Atque suburbani jugera pulcra soli:
Errat, ait, si quis Mario putat esse necesse
Vendere: nil debet: fænerat imo magis.
5 *Quæ ratio est igitur? servos ubi perdidit omnes,*

Et

* MS Bodl. de præcone.
1. *Venderet.*] Inducitur hic præco à poëta, non ut dicax, sed ut hebes & bardus, qui ut velificaretur gloriæ domini, cujus ea res venalis, & ut omnem ab eo suspicionem angustiarum rei familiaris & æris alieni amoliretur, fundi venalis vitium aperit imprudens. *Musambert. Facetus.*] Qui dum voluit officiosus & facetus videri in excusatione Marii fundum vendentis, simpliciter, ne dicam stupide, agros vituperavit, quos laudasse, sui fuerat muneris.
5. *Servos, &c.*] Pestilens est locus, in quo perdidit servos. MS. quidam, *servos ibi perdidit omnes.*

6. *Non*

Et pecus & fructus: non amat inde locum.
Quis faceret pretium, nisi qui sua perdere vellet
Omnia? sic Mario noxius hæret ager.

6. *Non amat, &c.*] Phædrus libro 1. Fab. 8. *Nemo libenter recolit, qui læsit locum.* Et pro *amat*, alii *amet*.

7. *Quis faceret, &c.*] Quis licitaretur, aut emeret?

8. *Noxius, &c.*] Pestilens, vel in damnum Marii, qui vendere cupiebat.

* De Novio * micropsycho. LXXXVII.

VIcinus meus est, manuque tangi
De nostris Novius potest fenestris.
Quis non invideat mihi, putetque
Horis omnibus esse me beatum,
Juncto cui liceat frui sodale?
Tam longe est mihi, quam Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.
Non convivere, nec videre saltem,
Non audire licet: nec urbe tota
Quisquam est tam prope, tam proculque nobis:
Migrandum est mihi longius, vel illi.
Vicinus Novio, vel inquilinus
Sit, si quis Novium videre non vult.

* MS. Bodl. *De Novio Vicino.* Nugantur qui vocem hybridam ex μικρὸς & *specio* volunt, ut & qui legunt *Micropsopo*. Recte *Micropsycho*, id est, parvi & abjecti animi avaro. Microspicum esse scriptum pro Micropsychum docuit pridem summus Scaliger. sed idem *Micropsychum* malè accipit, pro homine teneræ frontis & subrustici pudoris. Imo *Micropsychus* est homo sordidè parcus, qui neminem invitat, nec convivia agitat: de cujus vicinitate queritur Martial. quod cum sibi vicinus esset, non magis eum vicinum sentiret, quam qui longè habitabat. nunquam enim ab eo ad cœnam vocati. Divites enim tunc temporis, vicinos ad cœnam vocabant frequenter: quod qui non faceret, Micropsychus audiebat. *Salmas.*

6. *Terentianus.*] Præfectus Ægypti, in qua, Æthiopiam versus, urbs Syene *umbras nusquam flectens* solstitio æstivo.

11. *Migrandum est.*] Ut vel ille me videat, vel ego illum: præsentem enim nunquam video; forte & absentes mutuo vel occurremus, vel videbimus. *Longius, &c.*] Neque enim tam prope videre fas est.

12. *Vicinus.*] In ipsis Novii ædibus habitet oportet. *Inquilinus*, ἔνοικος, qui in conducta habitat domo. Concludit ergo ex absurdo & paradoxo: ut mutuo videamus, ideo convenimus: ut Novium videas, recedas ab illo, non accedas oportet: præsentem videbis nunquam, absens sæpius. *Raderus.*

Ad Fescenniam. LXXXVIII.

NE gravis hesterno fragres, Fescennia, vino,
Pastillos Cosmi luxuriosa voras.
Ista linunt dentes jentacula: sed nibil obstat,
Extremo ructus cum venit à barathro.
Quid quod olet gravius mistum diapasmate virus,
Atque duplex animæ longius exit odor?
Notas ergo nimis fraudes, deprensaque furta
Jam tollas, & sis ebria simpliciter.

1. *Ne gravis.*] Vini usus Romanis fæminis tam severè interdictus, ut vinum bibisse periode esset, ac si in adulterio, aut gravi crimine deprehensa, capitali supplicio plectenda foret. Hinc *oscula* cognatorum, quibus viri mulierum abstinentiam explorabant. Hinc Fescennia ebria, quum vellet culpam velare, vinique odorem reprimere, voravit aromata, pastillos, &c. Sed Martialis non repressum fætorem, sed auctum affirmat. *Raderus.*

2. *Pastillos, &c.*] Trochiscos ex aromatibus & pulvisculis odoratis à Cosmo myropola confectos. *lozenges or trochiskes.* Sic Horat. Sat 2. *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:* molles enim & effæminati iis utuntur. *Luxuriosa.*] Prodiga. Sobrii enim & frugales ab hujusmodi delitiis abhorrebant.

3. *Ista linunt, &c.*] Isti pastilli tibi jejunæ sumpti. Non jentabant enim aut prandebant, nisi pueri, aut ægri & luxuriosi, *Rad. Obstat.*] Alii *obstant.* scilicet pastilli.

4. *Extremo, &c.*] Oris fœtorem forte emendant; ructum ex imo ventriculo nequaquam. *Barathrum* proprie locus tanta altitudine depressus, ut ægrè despicere possis. * hic pro imo stomacho.

5. *Diapasmate.*] Medicamento illo cui immiscentur odores, à διαπάσσω conspergo. E tusis autem & in pulverem redactis siccis aromatibus fiebant diapasmata, quibus etiam lecti geniales & discubitorii respergebantur, & qui ad cohibendos sudores in balneis corporibus Inspergebantur. *Virus.*] Gravis anima, halitus gravis.

6. *Duplex, &c.*] Hesterni vini & diapasmatis. *Animam* vocabant halitum: sic *fætere alicui animam* dicebant. Unde *bene*, vel *male animati*, pro iis, quibus halitus fætebat, vel benè olebat. Titinnius in Fullonibus: *Interea fætida anima nasum oppugnat.* & de inferiore gutture Plautus Aulular. Scen. Postquam obson. &c. *Ne quid animæ forte amittat dormiens.* Alludit ad gulam follis, qui in veteribus Glossis exponitur, θύλακος χαμίνυ, ἀσκός. *Follex.* Rigal.

7. *Notas ergo, &c.*] Quum ars tua & fraus deprehensa sit, frustra voras pastillos, quibus non modò non tegis vinum, sed magis prodis. Itaque ne dissimula in posterum vinum haustum, & minus eris nocens. Nota artificia & flagitia Romanarum matronarum in tegendis sceleribus. *Raderus.*

8. *Sis ebria simpliciter.*] Vinum potius oleas, quam fœtorem spiritus, medicamentis sumptis augeas. Vide epigrammatum 42. lib. 3. ✝ſ. 3. & epigrammatum 7. lib. 6. ✝ſ. 4.

* Ad Alcimum. LXXXIX.

Alcime, quem raptum domino crescentibus annis
Labicana levi cespite velat humus:
Accipe non Phario nutantia pondera saxo,
Quæ cineri vanus dat ruitura labor:
Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras,
Quæque virent lacrymis roscida prata meis.
Accipe, care puer, nostri monumenta laboris:

Hic

* MS. Bodl. Epitaphium Alcimi pueri. Epitaphium est ad sepulchrum Alcimi servi vel pueri Martialis, in ipso ætatis flore rapti, quem in agro Labicano sepelierat.

1. *Raptum domino.*] Puer hic videtur fuisse Martialis. *Crescentibus annis.*] Jam adolescentem.

2. *Labicana.*] In via Labicana, quæ à porta Esquilina ducit ad Labicum Italiæ pagum. De more hoc; nam sepulchra olim juxta vias publicas, ut prætereuntes monerent mortalitatis. *Levi cespite, &c.*] Non magnifico tumulo. vel respicit precationis & inscriptionis formulam. S. T. T. L. hoc est, *Sit tibi terra levis.* Cui enim male volebant, terram gravem & tumulum onerosum precabantur; quo anima, quam sepulchro, una cum corpore condi credebant, depressa ad beatorum sedes, tardè aut ægrè devolaret; atque ægrè ultrò citròque ad sepulchra commearet in solennibus funereis: ut contrà, cui benè volebant, tenuem & sine pondere terram precabantur *Farn.*

3. *Non Phario, &c.*] Ægyptio. Non obeliscos & pyramidas, non statuas quæ columnis è saxo Ægyptio innixæ pendere & nutare videantur. vide epigramm. 1. Spect. ℣. 11. Sunt qui legant, *Pario. Nutantia.*] Ob immensam altitudinem.

4. *Quæ cineri, &c.*] *Consumet ferrum lapidemque vetustas, &c.* Ovid. 4. de Ponto. & Juven. Sat. 10. *data sunt ipsis quoque fata sepulchris.*

5. *Buxos, &c.*] Buxetum, hypampelon, viridarium: flores pratenses. tumulis namque moris erat virentes inserere arbores, *Spirantesque crocos & florum perpetuum Ver.* Ramiresius, non intelligit coronas ex foliis buxi & vitis, ut Raderus sentire videtur. Sepulchra enim designabantur in agris, & in fronte ponebatur scriptio, quæ contineret latitudinem & longitudinem soli sepulchro destinari, quod spatium soli sacrum erat. Et in hoc spatio erigebantur tumuli, obelisci, pyramides, &c. Alii arbores ponebant, quæ crescentes locum monumenti opacarent. Tum quia felicibus manibus perpetuas & virentes arbores convenire existimabant; ideo eligebant buxos, cupressos, laurus, quæ nunquam amittunt folia; quod idem observabatur in floribus, quos etiam serebant juxta sepulchra.

6. *Roscida, &c.*] Sic Gruterus & Scriverius è MSS. quibus accedunt Bodlej. & Arondell. Vulgo, *humida.*

7. *Monumenta laboris.*] Quid tantopere laborant pro illo *laboris*? Audent etiam ineptos dicere, qui legunt *doloris*: & perire omnem gratiam epigrammatis, nisi retineatur *laboris*. At illud plane legitur in Arondelliano, & Martialis tertio versu præcedente improbat, quæ vanus labor dat cineri. *Monumenta doloris* sunt luctus mnemosynon & admonitio. At inter ipsos nondum convenit, *laborem* opus an amorem interpretentur. Sed, ajunt, neque

F 3 hypam-

Hic tibi perpetuo tempore vivet honor.
Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos:
Non aliter cineres mando jacere meos.

hypampelus neque buxetum possunt esse monumentum doloris, quia pridem erant exculta, antequam mortuus ibi humaretur. Unde autem hoc colligunt? Annon loquitur Poëta ex persona domini jam sic instruentis locum? Fuerit autem olim hypampelo & buxeto consitus: cur necesse est id domini potius quam villici manu esse factum? Denique ne sic quidem ineptum *doloris*: omnis enim locus, qui mortuo illato religiosus fit, efficitur *monumentum doloris*. Itaforet: Accipe hunc locum viridibus exornatum, sitque positus ille mihi monumentum doloris. Respicit & opposita: nam ista Phario nutanria pondere saxa & similia potius sunt monumentum ambitionis quam doloris. *Gronovius*. *Laboris.*] In cippo excolendo, & hoc carmine. Non *labores* operis vult, ut Scalig. sed amoris. Poetis enim amor est *labor*, ut Atticis πόνος, & *laborare* amare. ut Atticis πονεῖν, μοχθεῖν. Vide sis Marcilium ad Horat. Od. 17. lib. 1. Sunt qui legant hic, *doloris*.

8. *Perpetuus honor.*] De perpetuo virore buxi & prati accipe.

9. *Lachesis, &c.*] E Parcis una, id est, ubi fata absolverint pensum vitæ meæ. Pro *perneverit*, sunt qui legant *pervenerit*, sed minus apte.

Ad Cinnam. XC.

Garris in aurem semper omnibus, Cinna;
Garris & illud, teste quod licet turba.
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras:
Cantas in aurem, judicas, taces, clamas.
Adeone penitus sedit hic tibi morbus,
Ut sæpe in aurem, Cinna, Cæsarem laudes?

1. *Garris in aurem.*] Cinnam carpit, cui is sederat morbus, ut semper in aurem proximo garriret & immurmuraret.

2. *Teste quod, &c.*] Quod audiente vulgo profari licet.

3. *Rides, quereris, &c.*] Studia populi in theatro vel circo videtur significare. Ibi enim modo ridebatur, modo plorabatur, clamabatur, damnabatur, &c. pro cujusque affectu & sensu. Hæc omnia quæ populus faciebat palam, Cinna clam, atque si haberet arcana, factitabat. *Raderus*.

5. *Adeone penitus.*] Nullam vim video in interrogatione. Itaque magis probo, quod est in Arondell. *Adeoque penitus*. Gronov. *Sedit.*] Adeone fixum est & inveteratum stolidum hoc vitium. Sane *morbum*, quandoque Latini dicunt, pravam quandam & pertinacem alicujus rei affectationem, cujus rationem nullam reperire queas aliam, quam propensionem ἄλογον. *Herald. Morbus.*] Vitium affectatæ taciturnitatis. Natum autem videtur hoc epigr. è joco Scauri, quo Junium Othonem Rhetorem recto & suspicioso dicendi genere usum taxavit, inquiens, acta illum in aurem alterius legere, quæ publica quidem sunt, vulgoque legi oportet. Raderus clancularie obtrectationis vitium innui vult.

6. *Cæsarem laudes?*] Cujus quidem laudibus nihil magis publicari debet.

Ad Bassam tribadem. XCI.

QUod nunquam maribus junctam te, Bassa, videbam,
Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat:
Omne sed officium circa te semper obibat
Turba tui sexus, non adeunte viro:
Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis:
At tu (pro facinus!) Bassa, fututor eras.
Inter se geminos audes committere cunnos,
Mentiturque virum prodigiosa Venus.
Commenta es dignum Thebano ænigmate monstrum:
Hic, ubi vir non est, ut sit adulterium.

1. *Quod nunquam, &c.*] Bassam tribadem facetè carpit confessione erroris sui, quod existimâsset castissimam esse fœminam, quia nunquam ad eam vir adiret; sed semper cum fœminis esset: postea verò compertum est, tribadem esse. *Junctam.*] Alii *cinctam.*

2. *Fabula.*] Propriè fabula. Senec. Controvers. VII. lib. II. *Duxi uxorem mature; semper dilexi; ad omnem me tutum fabulam præstiti.*

3. *Omnè sed officium.*] Quod Gruterus ait in plerisque remanere exemplaribus, *Omnis & officium*, constabat & in Arondelliano. Et forte spernendum non est, *Turba omnis tui sexus* est mera muliebris. *Gronovius.*

5. *Lucretia nobis.*] Casta, ut Lucretia absente viro.

6. *Fututor eras.*] Τριβάς, ὀλίσβῳ opera usa. *Fututor.*] Est auxesis in nomine *fututor* adjuncto fœminæ, quam fututricem par erat appellare; sed data hoc opera factum, ut turpitudinem ejus magis notaret. Estque hoc tribadibus peculiariter tributum à Martiale, ut de iis, *futuere* dici possit. *Ramiresi.*

9. *Dignum, &c.*] Ænigma dignum Thebano monstro, id est Sphinge. *Vel*, Ænigma, cui solvendo opus est Oedipo Thebano.

Ad Lælium. XCII.

CUm tua non edas, carpis mea carmina Læli:
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

2. *Vel ede tua.*] Ut sint quæ ego vicissim carpam. videbis ῥᾴδιον esse μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι, & quam sit *facilis, rigidi censura cachinni.*

Ad Mamurianum. XCIII.

SÆpe mihi queritur non siccis Cestus ocellis,
Tangi, se digito, Mamuriane, tuo.

Non

1. *Cestus ocellis.*] Acerbè invehitur in Mamurianum pauperem, qui puerum Cestum de stupro appellabat subinde. *Cestus.*] Puer Poëtæ.

2. *Digito tuo.*] Digito obscœno per obscœna ipsum ad stuprum pelliciente, & se paratum pædiconem ostentante.

Non opus est digito: totum tibi Ceston habeto,
Si deest nil aliud, Mamuriane, tibi.
Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati,
Nec curtus Chiones, Antiopesve calix:
Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna,
Dimidiasque nates Gallica palla tegit.
Pasceris & nigræ solo nidore culinæ,
Et bibis immundam cum cane pronus aquam:
Non culum (neque enim est culus, qui non cacat olim;)
Sed fodiam digito, qui superest, oculum.
Nec me zelotypum, nec dixeris esse malignum.
Denique pædica, Mamuriane, satur.

3. *Totum Ceston.*] Id est, non solum concedo, quod digito sollicitas; sed totum & integrum puerum.

5. *Sed si nec focus est.*] Est parasçeue ad epiphonema contentum ultimo versu epigrammatis, & describit summam Mamuriani egestatem. Tum *focus* signum erat locupletis domus, ut epigrammatum 47. lib. x. inter beatæ vitæ adjuncta, focum perennem enumerat.

6. *Nec curtus, &c.*] Si nec ad bibendum tibi sit ruptus calix, vel quali utuntur Chione, Antiope, cæteræque meretrices etiam ad obscœnas lotiones. lib. 2. epigr. 50.

7. *Cerea, &c.*] Decolor, non candida, à tritura flavescens: *vel*, sebo & sudore quasi incerata. *Trita lacerna.*] Grut. *scripta lacerna.* J. Rutgers. *scruta lacerna.* propius MS. Bodlejan. *stricta lacerna.* Sed retineamus quæ edita est, probam & nostro familiarem.

8. *Dimidiasque, &c.*] Οἱ γὰρ Κίλται ἀντὶ χιτώνων σχιστοὺς χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν. Strabo.

11. *Neque, &c.*] Supra ℣. 2. huic lectioni consentiunt MS. Bodlejanus, & P. Scriverii editio.

12. *Sed, &c.*] Consueta res olim, in ira, in rixa, digito oculum eruere. *Qui superest, &c.*] Luscum innuit Mamurianum & πυρρονομάζει. vide lib. 3. epigr. 92. quæ minandi formula, *Oculos ego tibi effodiam*, Plauto solennis.

14. *Denique, &c.*] Non ægre ferrem, *Atqui si id faceres satur tantum.* Catull. epigr. 21. unde desumptum videtur hoc epigr.

De Aquino. XCIV.

FAbricio junctus fido requiescit Aquinus,
Qui prior Elysias gaudet adîsse domos.

Ara

1. *Fabricio Aquinus.*] Poëta laudat formam & æternam Aquini & Fabricii amicitiam, quæ non vivos tantum, sed mortuos etiam conjunxit. Tum quod ratum exemplum est, eundem ambos ordinem duxisse, inter quos tamen facillime existit simultas. *Rad.* De his Polybius.

2. *Qui prior, &c.*] Qui Aquinus lætior mortem obiit quod sibi superstes foret amicus. vide supra ep. 37. *Adîsse domos.*] Scriverius, *Abîsse.*

3. *Ara*

Ara duplex primi testatur munera pili :
Plus tamen est, titulo quod breviore legis.
Functus uterque sacro laudatæ fœdere vitæ,
, Famaque quod raro novit, amicus erat.

3. *Ara duplex, &c.*] Simul vel prope sepulcris gemina excitata ara & inscripta, testatur fuisse eos *primipilares*.

4. *Plus, &c.*] Hoc tamen (quem docet inscriptio) honore & ille major qui paucioribus inscribitur literis, fuisse & *amicos*. MSS. aliquot. *Inscriptum est titulo, quod breviore leges.* Bodl. *Inscriptum titulo quod breviore legis. Titulo breviore.*] Ramiresius vult esse ultima epigrammatis verba.

5. *Functus.*] Sunt qui legant *junctus*. *Sacro laudatæ fœdere vitæ.*] In Arondel. erat *pondere vitæ*. Nec parum placet. Sacrum pondus vitæ est perpetua & divina quædam gravitas, severitas, sanctitas. Sic sæpe Manilius lib. 1. *qui strictas pondere mentes Prudentes habuere viri.* Lib. 2. *Nec non & fidei tutelam vindicat ipsam, [illegible]oris & pondus.* Lib. 5. *facit ora severa : Frontes ac vultus componit pondere mentis.* Cicero 2. de Orat. *Habet enim & voluntatem nocendi in iracundia, & vim in ingenio, & pondus in vita.* Deinde idem Arond. *raros*. Scribe : *Famaque qua raros novit, amicus erat.* Erant amici, *qua*, id est, quousque, quam ad summam, fidem, affectionem, raros amicos fuisse novit fama. *Gronovius.*

6. *Amicus erat.*] Sed Valerio hæc duo sunt quasi epitaphia, longiusculum videlicet unum hexastichum; alterum breviusculum, quod longiore illo continetur, nempe postremum distichum, idque plus esse ait poëta, quanto plus laudis habet amicitiæ, quam primi pili titulus. *Musambert.*

Ad Æglen fellatricem. XCV.

CAntasti male, dum fututa es, Ægle.
Jam cantas bene; basianda non es.

1. *Cantasti male, &c.*] Quæ olim male cantasti, dum, &c. jam diceris bene cantare ab iis qui te sub vocis specie ad fellandum vocant. Quia impuri oris μύζεις.

Ad * Helium. XCVI.

QUod clamas semper, quod agentibus obstrepis Heli;
Non facis hoc gratis : accipis, ut taceas.

Ad

* Pessimum rabulam obstrepero clamore se aliorum actionibus ingerentem, ut quem propter imperitiam nemo adscivisset, propter importunitatem aliquis placaret, objecta trifauci huic Cerbero pretii offa ut taceret. potest & intelligi de prævaricatore ad tacendum corrupto, ex noto illo joco in Demosthenis argentanginam. vide Gellium l.9. c.x1. & epigr. v11. l. v111.

Ad Scazontem, de fellatore. XCVII.

SI non molestum est, teque non piget, Scazon,
Nostro, rogamus, pauca verba Materno
Dicas in aurem, sic, ut audiat solus.
Amator ille tristium lacernarum,
Et bæticatus, atque leucophæatus,
Qui coccinatos non putat viros esse,
Amethystinasque mulierum vocat vestes;
Nativa laudat; habeat & licet semper
Fuscos colores; Galbanos habet mores,
Rogabit, unde suspicer virum mollem.
Una lavamur: adspicit nihil sursum;

Sed

1. *Molestum est, &c.*] Tibi claudicanti. *Scazon.*] Alloquitur versum suum, qui cætera jambicus, nisi quod in quinta sede habet jambum, & in ultima jambum mutat Spondæo. Claudicare itaque videtur, unde & nomen à *σκάζειν.*

2. *Materno.*] Amico, cui mittit hoc ep. vide lib. 10. epigr. 37. vel ipsi forte cinædo, cujus etsi hic eum nominasset, argutissime mox fingit sibi excidisse nomen. infra ✝ſ. 14.

3. *Dicas in aurem.*] Clam, velut mysterium Cereris: & lepide poëta jubet, ut in aurem dicat, quum ipse publico versu vulget per orbem.

4. *Amator ille, &c.*] Tristes lacernas appellat poëta, nativi ac subfusci coloris; quales à viris severis gestabantur, quos puderet induere colores improbos & fœminarum proprios. *Leucophæatum* colorem ex λευκῷ albo, & φαιῷ subnigro mixtum rectè interpretatur Merula. *Ferrar. Amator, &c.*] Qui gestat laudatque pullas vestes. Reprehendit hic, tristium ille lacernarum amator, coccynas & amethystinas vestes, tanquam parum viriles; & galbinos mores, ut molles & effæminatos notat hic Martialis. Lacernis ergò utebantur in bello, postea etiam domi; atque eæ quandoque togæ superinjectæ, quandoque separatim sumptæ.

5. *Et bæticatus, &c.*] Ipse Hispano indutus colore, quem, juxta Bœtim, rutilum & fuscum oves habent nativum lib. 14. ep. 133. *Leucophæatus.*] Veste indutus, coloris è λευκῷ albo & φαιῷ subnigro misti. *gray.*

6. *Qui coccinatos, &c.*] Qui vestibus usus cocco tinctis (Angl. *scarlet.*) putat esse molles & parum viros.

7. *Amethystinasque, &c.*] Dicitque purpureas seu violaceas, à colore lapidis Amethysti. epigr. 154. lib. 14. mulierum esse vestes, non virorum.

8. *Nativa laudat.*] Quæ non sunt artificio tincta, quales sunt vestes Bæticæ, de quibus supra, ✝ſ. 4. Id Græcis *αὐτοφυὲς* dicunt. Lipsius legit, *laudet. Habeat, &c.*] Etsi viriles gestet vestes, muliebres habet mores & molles.

9. *Galbanos, &c.*] Subalbos seu herbacei colores, χλωροὺς, à flore galbani ferulæ è Syria. vel molles instar Galbæ Imp. effœminati. Vide Turneb. lib. 17. cap. 8. Alii leg. *Galbinos.*

10. *Rogabit.*] Alii leg. *Rogabis.*

11. *Adspicit, &c.*] Despectat inguina. ep. 64. lib. 11.

12. *Devo-*

Sed spectat oculis devorantibus draucos:
Nec otiosis mentulas videt labris.
Quæris quis hic sit? excidit mihi nomen.

12. *Devorantibus draucos.*] Pascentibus se & delectantibus. epigr. 60. l.9. ✠f. 4. Vel hyperbolice dictum, id est, nimiam aviditatem præ seferentibus.

13. *Nec otiosis, &c.*] Labris undantibus & præ desiderio saliva fluentibus. Juv. Sat. 9. ✠f. 31. *spumante labello.*

14. *Excidit, &c.*] Argute fingit, vel se esse oblitum ejus nominis, quem tamen supra nominarit. *vel*, sibi imprudenti excidisse in hoc epigr. nomen ipsius, sive ille Maternus fuerit, sive Fuscus, Galba, aut Cinna, quod innimabar in vocibus *Fuscinos*, *Galbanos*, seu *Coccinatos*. vide Lipf. l. 1. epist. quæst. 5. luditque in ambiguitate τῦ *Excidit*.

Ad Nævolum Caussidicum. XCVIII.

CUm clamant omnes, loqueris tu, Nævole, tantum,
Et te patronum, caussidicumque putas.
Hac ratione potest nemo non esse disertus.
Ecce, tacent omnes: Nævole, dic aliquid.

1. *Cum clamant, &c.*] Alia lect. *Dum clamant v. l. tu Næ. tantum.* vide ep. 38. lib. 6. *Jam clamor centumque Viri.*

4. *Dic aliquid.*] Qui te ostentare soles, cæteris interstrependo, ac si haberes quod diceres: ecce, jam silentio facto, ostende quam disertus sis patronus. At nunc piscis & rana Seriphia es, nec gru quidem habes quod dicas.

Ad Flaccum. XCIX.

LItigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat;
Sed nil patrono porrigit; hæc chiragra est.

1. *Litigat, &c.*] Facetus lusus per correctionem, quod Diodorus quidam prodagra laboraret, & litigans nil persolveret patrono: hunc non esse pedum morbum dicit poëta, sed manuum, quæ chiragra dicitur. Podagra detenti ut plurimum litigiosi, queruli, loquaces sunt, & quia pedibus uti non licet, lingua strenui sunt, mala multa animo versantes.

2. *Chiragra est.*] Alii *cheragra*, ut constet versus, quod & fieri potest extrita alterutra diphthongi vocali. Jocatur autem avaritiam Diodori à Chiragra, quæ manus contrahit, profectam, licet *illi nec justa chiragra Contudit articulos*, Horatius 2. libro Sermonum.

Ad Calenum avarum. C.

NOn plenum modo vicies habebas:
Sed tam prodigus, atque liberalis,

Et

1. *Non plenum, &c.*] Calenus cum mediocres opes haberet, minime sordidus in amicos extitit; postquam ejus opes auctæ, nihil amplius amicis largiebatur, & ipse parcius vixit. optat illi poëta immensas opes, ut fame pereat, atque

Et tam lautus eras, Calene, ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit vota Deus, precesque nostras;
Atque intra, puto, septimas Calendas
Mortes hoc tibi quattuor dederunt.
At tu sic quasi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abisti
In tantam miser esuritionem;
Ut convivia sumptuosiora,
Toto quæ semel apparas in anno,
Nigræ sordibus explices monetæ;
Et septem veteres tui sodales
Constemus tibi plumbeâ selibrâ.

Quid

atque ita irridendo castigat avaritiam: *Crescit* enim *amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.* Et, *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Non omnino vicies sesterriûm. vel vicies cenrena millia nummum sestertium, nostræ monetæ 50000 coronatorum, vel 150000 florenorum possidebas.

4. *Centies amici.*] Centies sestertium vel centies cenrena millia nummûm sestertiûm, nostræ monetæ 250000 coronarorum, 750000 florenorum. *Gronovius.*

6. *Intra, &c.*] Intra septem menses.

7. *Mortes quatuor, &c.*] Hereditates ex 4. amicis mortuis.

8. *Quasi, &c.*] Quasi tibi ablatæ porius & amissæ fuissent 78125. lib. quam relictæ & legatæ. Ramiresf. legit, *Sed partum.* ut lib. 10. epig 47. *non parta labore, sed relicta.* nec persuadet.

10. *In tantam, &c.*] In avaritiam tam sordidam & famelicam.

12. *Semel, &c.*] Solis natalibus.

13. *Nigræ sordibus, &c.*] Ærea moneta seu plumbea, cujus contrectarione sordent manus. simul & sordes Caleni taxat, qui ad 7. veteres amicos excipiendos non excedebat sumptum ejus summulæ quæ nigra vænit moneta, quod & vilissimarum rerum pretium est, ut apparet ex adjecta *selibra plumbea.* Nolebat enim aurum aut argentum in amicorum conviviis profundere.

14. *Et septem veteres, &c.*] Est Emphasis in numero, quod non ausus fuisset Musarum numerum implere, quemadmodum lautiores, qui etiam illum convivarum numerum superabant. Est etiam emphasis in verbo *tui*; non enim erant sodales tantum inter se, sed omnes hujus avari. Est & in verbo *veteres*, quibus major habenda est reverentia. *Ramiresf.*

15. *Plumbea selibra.*] Farnabius, æneæ monetæ duobus terunciis, inquit. Ineptè. nam teruncius Romanis fuit nummus argenteus. Immo, *Plumbea selibra*, id est, duodecim assibus. Nam as Martialis tempore constabat semuncia æris, ita ut ex libra æris fuerint quatuor & viginri asses. Quoties autem plumbeam monetam vocat Martialis, vilia, instar plumbi, ærea nomismata intelligit. *Gron.* *Plumbeâ selibrâ.*] Pessimæ notæ, id est, æneæ monetæ duobus terunciis, vel etiam plumbeæ; namque & quadrantes plumbei Romanis quondam in usu.

17. *Mil-*

Quid dignum meritis precemur istis?
Optamus tibi millies, Calene:
Hoc si contigerit, fame peribis.

17. *Millies.*] Millies sestertium sive millies centena millia sestertiûm, vicies quinquies centena millia scutatorum vel coronatorum vel Philippeum, 7500000. florenorum. *Gronovius. Millies, &c.*] Millies centena millia H. S. id est, 781250. lib.

De Afra vetula. CI.

MAmmas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma potest.

1 *Mammas, &c.*] Puella sibi visa, quod viverent pater & mater cum nutriciis, quos etiam patres & matres (pro more) appellabat. vel quo junior videri possit, seniores se, interdum coævas, imo & juniores salutavit appellavitque mammarum & tatarum, patrum scilicet matrumque prænomine, cum ipsa jam vetula esset, ipsorumque abavia videri posset.

De Demetrio. CII.

ILla manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix domino, notaque Cæsaribus,
Destituit primos virides Demetrius annos:
Quarta tribus lustris addita messis erat.
Ne tamen ad Stygias famulus descenderet umbras,
Ureret implicitum cum scelerata lues,
Cavimus; & domini jus omne remisimus ægro:
Munere dignus erat convaluisse meo.

Sen-

1. *Illa manus, &c.*] Deflet immaturam Demetrii famuli amanuensis mortem, & simul ætatem ejus, & narratiunculam de data libertate apponit. *Manus* hic ponitur pro servo amanuensi, cujus characteres, quibus depingebat Martialis epigrammata, placebant Cæsaribus, ad quos illa mittebantur. *Ramiresi.*

2. *Domino, notaque.*] Mihi domino ejus. *vel*, ipsi Demetrio felix, ut quæ exscribendo mea carmina sibi laudem & notitiam apud Cæs. consecuta sit. *Cæsaribus.*] Tito & Domitiano.

3. *Destituit, &c.*] Obiit florenti jam ætate & viridi. *Virides.*] Gruterus legit, *viridis.* nam dicit, si *virides* retinuerimus, concurrent duo epitheta.

4. *Quarta tribus.*] Novemdecim natus annos. *Lustris.*] Lustrum, quinquennium est. & *messis quarta*, est quartus annus.

5. *Ne tamen, &c.*] Ne tamen non liber moreretur, cavimus *we provided.*

6. *Ureret lues.*] Febris quæ πυρετὸς, sive illa fuerit mentagra, quæ supra epigr. 79.

7. *Cavimus.*] Providimus, cautionem de libertate dedimus.

9. *Sen-*

Sensit deficiens sua præmia, meque patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

9. *Sensit, &c.*] Moriens agnovit beneficium meum, quo eum ex merito suo liberum esse pronunciaveram. *Patronum, &c.*] Sic enim liberti eum, à quo manumissi sunt, appellare soliti. 10. *Liber.*] Maluisset opinor servire apud superos, quam liber ire ad inferos. *Rad.*

Ad Lycorim. CIII.

Qui pinxit Venerem tuam, Lycori,
Blanditus, puto; pictor est Minervæ.

1. *Qui pinxit, &c.*] Pictor qui pinxit Venerem tuam Lycori, blanditus est Minervæ, Veneris quondam de pulchritudine æmulæ, adeo deformem pinxit. Tum sciendum Lycorim lupam fuisse: luparum antistitem Venerem, nemo ignorat. *vel*, puto, id est, ut videtur; pictor est Minervæ, cui similior imago tua Lycori quam Veneri. Pictores insuper in Minervæ clientela sunt. hinc acumen epigrammatum 41. lib. 5.

Ad Scævolam. CIV.

Si dederint superi decies mihi millia centum;
Dicebas nondum, Scævola, justus eques:
Qualiter ô vivam, quam large, quamque beate!
Riserunt faciles & tribuere dei.
Sordidior multo post hoc toga; penula pejor:
Calceus est sarta terque quaterque cute:
Deque decem plures semper servantur olivæ;

Expli-

1. *Si dederint, &c.*] Ejusdem argumenti est hoc cum epigr. C. quod vide.

2. *Factus eques.*] Alii, *nondum justus*, id est, non plenum & justum assequutus censum equitis, qui quadringenta sestert. id est, nostræ monetæ 3125. lib. Quare cui aliquid ex ea summa deerat, non erat justus eques, quia omnibus equitum privilegiis uti non poterat, quorum non erat sedere in quatuordecim ordinibus, lege Roscia. vide lib. IV. epigr. 67.

4. *Faciles, &c.*] *O faciles dare prava deos!* Risus etiam in Diis benignitatis & concessionis signum. Sic lib. II. epigr. VII. de Roma: *Risisti; licet ergò, nec vetamur.* Risu enim quis videtur annuere. ut & lib. 6. epigr. 82. *Rameires.*

5. *Sordidior multo.*] Primum argumentum ἀνελευθερίας à vestium sordibus, & vilitate: ut ergò μικρολόγων vestes sordidæ & ῥυπαραί: laurorum contrà, nitidæ & puræ, Græcis καθαραί. *Herald.*

7. *Deque Explicat, &c.*] E 10. olivis major pars reservatur in proximam cœnam. Quod ergò est hominis fœdissimè σμικρολόγου, qualem describit etiam Juvenal. Sat. XIV. ℣s. 129.

Hesternum solitus medio servare minutal
Septembri.

Spartianus in Div. Juliano: *Nam Julianus*

Explicat & cœnas unica mensa duas:
Et Vejentani bibitur fæx crassa rubelli;
Asse cicer tepidum constat, & asse Venus.
In jus, ô fallax atque inficiator, eamus:
Aut vive, aut decies, Scævola, redde Deis.

lianus tantæ parsimoniæ fuisse perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret, &c. Id est, ut unica mensa tres pene cænas explicaret, ut loquitur Martialis.

9. *Vejentani, &c.*] Fæculentum & turbidum vinum à Vejentibus in Italia.

10. *Asse Venus.*] Illi plebeja contento. lib. 2. epigr. 53. *Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse.*

11. *In jus.*] E formula vocandi in jus. *Fallax atque.*] Qui vovisti te laute victurum si, &c. *Inficiator, eamus.*] Qui sordide vivendo non agnoscit se ex voto accepisse quod accepit. *Inficiator* ergo dicitur, qui reapse & opere negat, se quid consecutum esse.

12. *Vive, &c.*] Laute, genialiter. vide epigr. 16. supra ✱ 4. *Redde Deis.*] Quando iis non uteris. *vel*, ut liberius vivas, quod prius fecisti.

De spectaculo. CV.

Picto quod juga delicata collo
Pardus sustinet, improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello:

Mor-

1. *Picto, &c.*] Pardi enim & pantheræ variegati & maculosi. *Delicata, &c.*] Mollia, purpurea, serica, ut mox vers. 8. *Delicata.*] Heins. leg. *deligata.* rectè.

2. *Improbæque.*] Feroces, rabidæ. *vel*, quod nemini probabile erat passuras tigres. Quicquid ergò nimium est, & modum normamque excedit, *Improbum*, Latinis dicitur. sic *improbus labor* Virgilio, nimis magnus & immodicus. Suetonius *improbius natum* hominem dixit, qui proceræ staturæ fuit & justam excedentis. sic *improbiora labra*, Velio Grammatico, sunt enormia & ultra justum modum protensa. sic *improbus color*, pro purpureo, utpote qui excellit & eminet, & super cæteros omnes colores vividus & fulgens, & quasi superbus & cæteros colores infra se positos prægravans: sic *improba tegmina pedum*, Valerio Flacco, de calceis purpureis. Hinc conjice quid per *improbas tigres* intelligat, feritate sc. & sævitia excellentes. *Salmasius. Improbæque.*] Verum quidem est, improbum pro immodico, & magno dici: tamen *improbi coloris lacernas* apud Senecam accipio, non purpurei modo, sed inter purpuras eximii saturi, multumque diversi à plebeia purpura. Sed quum Val. Flacc. lib. VI. dicit: *Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.* nihil aliud videtur dicere, quam modum pedum longè excedentia. Sic alibi dicit, *improba arva*, invidendæ fertilitatis & cæli. Sic apud Sueton. *Improbius natus*, est homo *improbæ naturæ*. ut tamen naturam accipias non pro statura, sed ut in Priapeio: *Natura est quoniam semper aperta mihi:* ut apud Minut. Felic. *parentis sui adorare naturam.* Hoc est illud δολιχόσκιον ἔγχ☉. *Gronov. Tigres.*] Vide ep. 18. lib. spect.

3. *Indulgent, &c.*] Patiuntur flagra. Ramitesius sic huuc locum accipit: *Indulgere*, dicit, est dare vel facere aliquid tua voluntate, quod alias poteras negare

Mordent aurea quod lupata cervi,
Quod frænis Libyci domantur ursi,
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris:
Turpes esseda quod trahunt bisontes,
Et molles dare jussa quod choreas
Nigro bellua nil negat magistro;
Quis spectacula non putet deorum?

Hæc

negare si velles. sic hæ tigres quum possent in flagellatores insurgere & flagella non pati; sua voluntate & reverentia Cæsariani Numinis, eam patientiam indulgebant flagello, quod postea dicit Poëta:

Quis spectacula non putet Deorum?

Et paulo post:

Hæc clementia non paratur arte:
Sed norunt cui serviant leones.

4. *Lupata.*] Lupata sunt asperrimi freni genus, à lupinis dentibus dicta, qui inæquales sunt, & eo morsus eorum acerrimus. *Rad.*

5. *Quod frænis Libyci domantur ursi.*] Hunc versum Lipsius de leonibus curtui junctis interpretari debere pertendit, quia nullum esset miraculum de ursis, qui mites & dociles ad magis miranda. aliter sensisset, si totum epigramma legisset aut saltem attendisset. Non magnum aut mirandum spectaculum esse, ait poëta, pardos videre jugo subditos & currum trahentes, tigres pariter, &c. hæc omnia inquam, minora & protritiora esse, quam ut spectatorem morari possint, aut stupore defigere:

Hæc transit tamen ut minora quisquis
Venatus humiles videt leonum, &c.

Ut in sequentibus videre est: quis jam ex istis dicere possit Libycos ursos, leones esse; imo quis non contrarium asserat? hoc spectaculum leonum lepores venantium, & illæsos dimittentium, adeo magnam mirandamque rem videri vult, ut in comparatione nihil sint ceterarum omnium ferarum mansuefactarum miracula. *Salmasius.* Vide Lipsium Elect. 2. cap. 4. contendentem leones à Romanis tum rudibus, obvia notaque voce dictos fuisse *Libycos Ursos*: ut & elephantem, *bovem Lucam*; Struthionem, *passerem marinum.* contra quem ex Plinii autoritate, lib. 8. cap. 36. & 58. docte differentem, cum alii plurimi autores, tum hic facit locus, ubi inductione cæterarum ferarum, inter quos & ursorum, ascenditur distincte ad leones.

6. *Quantum Calydon, &c.*] *Calydon* urbs Ætoliæ, quæ aluit aprum illum vastatorem à Meleagro & Atalanta cæsum. Vide ep. 15. lib. spect. ℣. 1.

7. *Purpureis aper.*] Supra ℣. 2. *Capistris.*] Capistrum, vinculum est, quod mulis, bobus, aliisque jumentis adhibetur, ne fugiant, & quod circa os involvitur, ne gramen carpant.

8. *Esseda, &c.*] Currus Britannicos. *Bison*, fera, cervi figura.

9. *Molles, &c.*] Quod Elephantus saltans, patet rectori suo ex Æthiopia. epigr. 77. lib. 6. & vide Ælian. lib. 2. cap. 11. Plin. lib. 8. cap. 2.

10. *Nigro bellua nil negat.*] In Arondell. inveni, *non negat.* Quod Martialis esse puto, & mutatum ab illis, qui nesciebant *negare*, simpliciter ac sine casu esse non parere, non cedere. Sic *equum stimulis negantem* Lucanus, sic *saxa ferro negantia* Statius dixit, ut ad hunc in Diatriba observavimus primi. nam adeo placuit summis viris, ut suum esse mallent. *Gronovius.*

11. *Deorum.*] Cæsarum, quibus feræ non

Hæc transit tamen; ut minora, quisquis
Venatus humiles videt leonum,
Quos velox leporum timor fatigat:
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et securior est in ore præda;
Laxos cui dare, perviosque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes;
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modo venerint juvencis.
Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui serviant leones.

æ non minus parent, quam ipsis Diis. sic Mart. l. Spect. ep. 17. de Elephante: *Crede mihi numen, sentit & ille tuum.*

12. *Hæc transit, &c.*] Hæc tamen omnia superat leporum lusus per rictus leonum.

14. *Quos velox, &c.*] Supra epigr. 7. 15. 23. 45. 49. 52. 61.

21. *Hæc clementia.*] Totius epigrammatis cum epiphonemate conclusio, qua leonum in lepores clementiam divinitati Cæsaris adscribit, cujus numen sentiant leones, eique ad nutum serviant. *Rader.* Vide argumentum hujus epigr. supra ep. 15. hujus lib. & ep. 17. lib. spect.

Ad Ovidium. CVI.

IN *Nomentanis, Ovidi, quod nascitur agris,*
Accepit quoties tempora longa merum,
Exuit annosa mores nomenque senecta:
Et, quidquid voluit, testa vocatur anus.

1. *Ovidi.*] Vinum hic Nomentanum, cujus esset ingenii & naturæ docet. Recens ingratum; vetustate tamen ad perfectam cocturam adduci, & certare posse cum generosissimis. Quincte Ovidi. ad quem alibi sæpe. *Quod nascitur, &c.*] Vinum ex agro meo Nomentano, ubi vetustate decoctum maturuerit, videri potest exuisse nomen patrium (recens enim vinum Nomentanum audiebat durum & insuave) atque naturam austeram, cum vinis vel optimis contendere, & Opimianum diei, vel Falernum vel aliud quodcunque addito amphoræ titulo, commendatur.

3. *Mores.*] Asperitatem & ingratum saporem. *Nomen.*] Nempe cujusvis generosissimi vini nomine, vinum illud indigitari posse, ut vel Falernum voces, vel Calenum, vel Massicum, &c. Nullo enim deterius esse. *Musamb.*

4. *Anus.*] Metonym. cadus seu amphora vetusta. vide supra epig. 40. ỳ f. 1.

Ad Rufum. CVII.

INterponis aquam ſubinde, Rufe,
Et ſi cogeris à ſodale, raram
Diluti bibis unciam Falerni.
Numquid pollicita eſt tibi beatam
Noctem Nævia, ſobriaſque mavis
Certæ nequitias fututionis?
Suſpiras, retices, gemis: negavit.
Crebro ergo bibas licet trientes,
Et durum jugules mero pudorem.
Quid parcis tibi, Rufe? dormiendum eſt.

1. *Interponis, &c.*] Deridet Rufum, fruſtrà exſpectantem Næviam. *Interponis aquam.*] Sic ille nequam paralyricus apud Petronium: *Hauſi*, inquit, *parcius merum, &c.* Ebrii ſc. in Venerem ſegniores. Parce bibebat Rufus idque dilutum. unde conjiciens Poëta expectaſſe illum amicam, atque adeo veritum ne immodico Lyæi vento, extingueretur Veneris ignis; quærit an Nævia (quæ illi ſemper in ore, ſupra epigrammatum 69.) noctem promiſiſſet; ex ſuſpiriis illius & ſilentio negaſſe autumans, ad largiorem potationem invitat: utpote majora pocula & merum quæ curas diſſipet repulſæque moleſtiam obruat. ex præcepto Ovidii 2. Remed. *plurima ſumas, Ut ſtupeant multo corda ſoluta mero.*

3. *Unciam, &c.*] Duodecimam partem ſextarii, ſupra 28. ꝟſ. 2.

5. *Sobriaſque, &c.*] *Lenis alit flammas.*

7. *Negavit.*] Alii leg. *negabit*, minus apte.

8. *Trientes.*] Triens eſt tertia ſextarii pars, quatuor cyathos ſeu uncias continens.

9. *Pudorem.*] Alii *dolorem.* vincas ſcilicet deſiderium, moleſtiam & triſtitiam contractam ex repulſa, vino.

10. *Dormiendum eſt.*] Tibi ſoli cubandum in vacuo toro. ſume itaque ſomni poculum, poſtquam amica non veniet. ſupra epigr. 72.

Ad Lucium Julium. CVIII.

SÆpe mihi dicis, Luci clariſſime Juli,
Scribe aliquid magnum: deſidioſus homo es.
Ocia da nobis: ſed qualia fecerat olim

Mæce-

1. *Clariſſime Juli.*] Mſſ. omnes leg. *cariſſime.*

2. *Magnum, &c.*] Reſpondet L. Julio amico ſuadenti, ut aliquod magnum opus ſcriberet, epopeiam ſcilicet, vel Lyrica & Dithyrambica, ut Virgil. & Horatius ſcripſerunt. Reſpondet ſe otia deſiderare, & liberalitatem Mæcenatis. *Magnum.*] Epicum & perpetuum carmen.

3. *Ocia qualia, &c.*] Ad Virgilium reſpicit Eclog. 1. *O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit.* Per *otium* ergò & intelligit agros & pecunias, quo Muſis vacet. *non de lodice paranda Sollicitus.*

4. *Mæce-*

Mæcenas Flacco, Virgilioque suo:
Condere victuras tentem per secula curas,
Et nomen flammis eripuisse meum.
In steriles campos nolunt juga ferre juvenci:
Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor.

4. *Mæcenas, &c.*] Locupletavit Clinius Mæcenas Virgilium, Horatium, &c.

5. *Curas.*] Carmina. Alii leg. *Chartas.*

6. *Flammis, &c.*] Ut ultra rogos & cineres superfit.

7. *In steriles, &c.*] Musæ non libenter arant litus, non amant studia, *Præmia si tollas.*

8. *Pingue, &c.*] Opimum quidem solum versare fatigat agricolam, sed amplissimæ segetis spes alit. non minus magni operis Poëtam, fructus & præmii spes.

Ad Gallum. CIX.

Est tibi, sitque precor, multos crescatque per annos
Pulchra quidem, verum Transtiberina domus.
At mea Vipsanas spectant cœnacula laurus;
Factus in hac ego sum jam regione senex.
Migrandum est, ut mane domi te, Galle, salutem:
Es tanti, vel si longius illa foret.
Sed tibi non multum est, unum si præsto togatum:
Multum est, hunc unum si mihi, Galle, nego.
Ipse salutabo decima vel serius hora:

Mane

1. *Est tibi.*] Excusat se Gallo, quod non mane ad eum salutandum eat; & dicit librum quem mittit, vicariam operam præstaturum, seque venturum ad cœnam: caussatur autem domuum distantiam. *Ramires.* Geminum huic erat 72. epigr. supra. *Sitque precor.*] Alludit ad priscam formulam: *Quod felix faustumque sit.*

2. *Transtiberina.*] Regio parum amœna, ubi fæx populi Judæique ferè stabulabant, & quasi separata à corpore civitatis. *Rad.*

3. *Mea Vipsanas, &c.*] Scalis habito tribus, in cœnaculo prope porticum M. Vipsani Agrippæ lauris opacam. Tota ergò superior pars ubi cœnabatur, cœnaculum usque ad scandulas appellabatur, quæ plerunque pauperibus locabatur inquilinis. Tum nisi alta fuissent, Martialis inde Vipsanam porticum spectare non potuisset. *Rader.* Turn. lib. 4. cap. xi.

6. *Es tanti, &c.*] Et ejus quidem pretii ac meriti es, ut tibi hoc officium præstem, etiamsi ulterius sit migrandum.

7. *Tibi non, &c.*] Non multum tibi erit honoris ex me unico cliente, multis qui te comitantur addito: multum mihi hæc qualiacunq; scribenti detereretur ocii, si salutandi officio vacarem. supra epigr. 71. l. 11. & epigr. 25. l. 11.

8. *Nego.*] Te prosequendo me ipsum negligo, otium scribendi amitto.

9. *Ipse salutabo.*] Ipse te veniam salutatum inter cœnandum, vel à cœna; interim pro me salutatorem matutinum

Mane tibi pro me dicat AVERE *liber.*

num capias hunc libellum. *Decima.*] Quæ tertia est ante noctem, hora cœnæ.

10. *Avere.*] Vox solennis matutinæ salutationis.

* De Catella Publii. CX.

ISsa est passere nequior Catulli.
Issa est purior osculo columbæ.
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est carior Indicis lapillis.
Issa est deliciæ catella Publi.
Hanc tu, si queritur, loqui putabis.
Sentit tristitiamque gaudiumque.
Collo nixa cubat, capitque somnos,
Ut suspiria nulla sentiantur.
Et desiderio coacta ventris,
Gutta pallia non fefellit ulla:
Sed blando pede suscitat, toroque
Deponi rogat, & monet levari.
Castæ tantus inest pudor catellæ:
Ignorat Venerem: nec invenimus
Dignum tam tenera virum puella.

Hanc

* *Et pictura ejusdem.*

1. *Issa est.*] Laudat Catellam Publii, tamque artificiose depingit Musæ penicillo; ut hanc catellam, veta Publii, pictaque veriorem pulchrioremque judicem; & cum Catulli passere, & Stellæ columba, hoc epigramma, qua argutia, qua suavitate & venustate contendi potest. *Rad.* Nomen catellæ Publii. *Passere Catulli.*] Lesbiæ pass. cujus nequitiam & mortem canit Catullus. *Nequior.*] Lascivior.

2. *Purior osculo.*] Ramiresius artificium Poëtæ in hoc subolet, quod voluerit insinuare, purius esse hoc Epigramma, Stellæ poëmatio, quæ puellam depingebat.

7. *Sentit, &c.*] Sentit hos affectus in Domino, atque illi tristi condolet, hilari lasciva congratulatur.

8. *Collo nixa, &c.*] Collo Domini seu gremio innixa dormit. Fr. Modius legit ex codice Weidneri *nexa*. epist. 33.

9. *Suspiria, &c.*] Respirationes, quæ si crassiores sint & vehementiores, ronchi appellantur.

10. *Ventris.*] Ejiciendi.

11. *Gutta.*] Præstitit munditiem lecto, neque ejus contaminavit stragulæ. *Pallia.*] Pallium hoc loco, tori & lecti operimentum esse contendit. *Raderus.* Sed Brodæus dicit, quod Romani hæc in lecto induebant.

13. *Levari.*] Alvi seu vesicæ onere lev. Alii legunt, *Deponi monet & rogat lavari.*

16. *Virum puella.*] *Catachresis.*

17. *Hanc*

Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimit tabella,
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Ut ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Iſſam denique pone cum tabella:
Aut utramque putabis eſſe veram,
Aut utramque putabis eſſe pictam.

17. *Hanc ne lux, &c.*] Ut mortuæ ſuperſit memoria, curavit Publius illam pingi.

20. *Ipſa*] Fr. Modius ex ejuſdem Weidneri libro reponit, *Iſſa*. Ja. Rutgerſius, lib. 6. var. lect. cap. 11.

Ad Velocem. CXI.

SCribere me quereris, Velox, epigrammata longa.
Ipſe nihil ſcribis: tu breviora facis.

1. *Scribere, &c.*] E virtutibus epigrammatum altera eſt Brevitas. hanc in Martiale eum eſſent qui carperent, reſpondet neſcio cui Veloci Poëtæ, brevia ſua epigrammata eſſe potiora illius nullis.

2. *Breviora.*] Quæ enim breviora ſcribi poſſunt, quam nulla.

Ad Regulum. CXII.

CUm tibi ſit ſophiæ par fama, & cura Deorum,
Ingenio pietas nec minor ipſa tuo:
Igno-

1. *Cum tibi, &c.*] Mittebat Martialis Epigrammatῶν librum ad Regulum & ſimul thuris forte libellam. poſſet quis dona mirari tam humilia, tam opulento viro. Excuſat Martialis munerum tenuitatem, eorundem ſignificatione: liber namque ſapientiæ ſtudioſo mitti debet, thus verè pio & Deos colenti, quibus ſæpe thure faciendum eſt. Cum ergò Regulus ſapientiæ fama & pietatis opinione clarus eſſet, conveniens fuit hæc munera ea mitti. *Ramir.* Ne ergò munera mittas ſupervacanea, ut fœminæ arma, ruſtico libros, &c. præcepit Seneca. Hic Poëta (miſſis ad Regul. epigrammaton libro & thuris forte libra) muneribus pompam addit convenientia munerum cum ejus cui dantur eruditione & pietate. ſed de hoc Regulo vide Plin. epiſt. ultima lib. 2. & lib. 6. epiſt. 2. *Par fama & cura Deorum.*] Velim ſcire, ubi Scriverius, *par cura & fama laborum.* Neque enim in ordine Notarum ad hunc locum inveni. Sed ſi auctores habet ſcriptos codices ea lectio, haud dubie probanda eſt. Nam Regulus iſte & ſcribebat multa & faventem eloquentiæ ſuæ famam habebat. Juſtum eſt autem ut *cura* præcedat, *fama* ſequatur. *Sophiæ labores* ſunt monumenta ingenii. *Gron.*

2. *Nec minor ipſa tuo.*] Gruterus è duobus ſcriptis notat, *ſuo*, & merito probat. Sed explicandum eſt. Refertur ad pietatem, non ad Regulum. *Ingenio ſuo*, quod ipſa occupavit, obtinetque. Sic in libro Spectaculorum: *Nunc ſua Cæſareos exorat præda leones.* Et hoc libro Epigr. 79. *Inque ſuos vultus ſerperet atra lues.* id eſt, ejus hominis, cujus

 corpus

Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,
Et qui miratur, Regule, thura dari.

corpus invaserat. Frustra ille, *Inque ipsos*. Sic apud Ovidium: *Et crimen vox est inficiata suum*. Et Statium: *mentem sua non capit ætas*. Idem. *Tuo*.] Pro *tuo*, præstat legere *suo*, quod in Palat. & Britan.

In Priscum. CXIII.

Cum te non nossem, dominum regemque vocabam:
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

1. *Cum te non, &c.*] Urbana cujusdam Prisci reprehensio est, & correctio Poëtæ, qui errore & ignorantia sordium hujus hominis, quum eum non novisset, dominum honoris caussa regemque vocabat. At verò postquam bene novit, suo nomine vocabat. Scribit enim Seneca solitos fuisse priscos, quoties homini ignoto occurrerent, eum dominum aut regem appellare. *Ramir. Merula.* Te prius mihi non notum pro munifico patrono & claro viro honorifice salutabam: postquam vero mihi innotueris, familiarius te appello & mero nomine saluto. epigr. 68. l. 2.

2. *Jam mihi Priscus eris.*] Innuens sc. honorabilius nomen eum amisisse, posteaquam cognitus fuit.

Ad Lectorem. CXIV.

Quæcunque lusi juvenis & puer quondam,
Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi;
Male collocare si bonas voles horas,
Et invidebis ocio tuo lector:
5 *A Valeriano Pollio petes Quincto,*
Per quem perire non licet meis nugis.

1. *Quæcunque, &c.*] Juvenilia sua, ubi venalia sint, docet. Epigrammata quæ mihi olim puero exciderunt, venalia sunt apud Q. Poll. Valer.

2. *Apinasque, &c.*] Nugamenta carminum. Apinas autem ut & Tricas Apuliæ oppidula fuisse vilia, scribit Plinius lib. 3. cap. 11. à Diomede tantam per ignominiam eversa, ut in proverbii ludibrium abierint. Cum vero Græce dicantur ἀφάνεαι. unde & *Affaniæ*, cur non ab ἀφάνης ducamus, ut & Tricas à τρίχες?

3. *Male collocare, &c.*] Modesta extenuatio. Occupato enim & gravi lectore indignas fatetur. nec tamen abjicit adeo ut legi nolit, dum Bibliopolam exprimit.

4. *Et invidebis, &c.*] Nec fines ocium abire sine malo.

6. *Perire, &c.*] Exscribi enim facit, venditque.

Ad Faustinum. CXV.

Hos tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos
Fænius, & breve rus, udaque prata tenet.

Con-

1. *Hos tibi, &c.*] Epitaphium Antullæ puellæ, immaturo fato raptæ. Faustine, Telesphorus Fœnius vicinus tuus (forte in agro Tiburtino. vide epigr. 57.

Condidit hic natæ cineres, nomenque ſacravit,
Quod legis, Antullæ, dignior ipſe legi.
Et Stygias æquum fuerat patrem iſſe ſub umbras:
Sed quia non licuit; vivit, ut oſſa colat.

epigr. 57. lib. 4.) Diis manibus filiæ ſuæ Antullæ, immatura morte præreptæ, conſecravit hunc agellum in quo cineres & oſſa filiæ condidit.

3. *Nomenque ſacravit.*] Quia ſepulchra ſacra erant. Tum indicem ac titulum ſepulchro addebant D. M. S. *Diis Manibus ſacrum.* Addebant etiam nomen ſepulti.

4. *Dignior ipſe legi.*] Illud *dignior* mihi non placet: primo quia ambiguum eſt: dein, ſi in optimum ſenſum accipiatur, nihil hic dicitur aliud quam verſu ſequente. Vellem in ſcripto aliquo exſtaret: *voverat ipſe legi.* Nam parentum ſumma vota, efferri à liberis. Dein, ut fere Heraldus: *Et, Stygias, æquum fuerat, prior iret ad umbras.* Ipſe optaverat: & juſtum erat non turbato ordine mortalitatis, priorem mori. *Gronov.* *Dignior ipſe legi.*] Turbato mortalitatis ordine & fatis male judicantibus titulum filiæ pater tumulo inſcripſit, quod officium ex naturæ ordine patri præſtitiſſe filiam æquius fuerat.

5. *Umbras.*] In Anglicano eſſe teſtatur Junius, *pater iret ut umbras.* Quid ſi, *iret ad umbras.* Ja. Rutgerſius, *Ad Stygias æquum fuerat pater iſſet ut umbras.* P. Scriv. Scaligerum ſecutus, *Et Stygias æquus fuerat pater ire ſub umbras.* ut ſit Hellenismus, *πατὴρ δίκαιος ἦν ἰέναι.* & ita diſertè optimus Palat. hoc eſt, ferens nomen patris filiâ adhuc ſuperſtite. Et pro *vivit*, Palat. *vivat.* imprecatur enim vitam longam, ut agrum colens, ſubinde impingat in oſſa filiæ. *Gruter.*

In Procillum. CXVI.

QUædam me cupit, invide Procille,
Toto candidior puella cygno,
Argento, nive, lilio, liguſtro:
Jam ſuſpendia ſæva cogitabis:
Sed quandam volo nocte nigriorem,
Formica, pice, graculo, cicada,
Si novi bene te, Procille, vives.

* De

1. *Quædam, &c.*] Irridet Procillum quemdam invidum, quum dicat ſe cupi à puella candidiſſima, ſed amare aliam nigerrimam. Audito illo priori, ſummam capiebat Procillus moleſtiam; ita ut præ mærore ſe eſſet ſuſpenſurus; audito verò poſteriori reſpiravit. Procilli invidiam ludificatus, candido eum lætoque nuncio uſque ad ſuſpendium contriſtat; nigro mox triſtique reficit & à ſuſpendio revocat.

2. *Toto.*] Alii *loto.*

3. *Liguſtro.*] Liguſtri flotibus.

4. *Jam ſuſpendia ſæva.*] Tranſpoſitus hic verſus. qui in vulgatis lib. ſextus eſt, in locum quarti, concinnior eſt. *Cogitabis.*] Alii *cogitabas.* Hinc colligere licet; *ſuſpendia* eſſe invidorum.

7. *Vives.*] Alii *viris.*

* De Antulla. CXVII.

Hoc nemus æterno cinerum ſacravit honore
Fœnius, & culti jugera pauca ſoli.
Hoc tegitur cito rapta ſuis Antulla ſepulchro:
Hoc erit Antullæ miſtus uterque parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne ſperet agellum:
Perpetuo dominis ſerviet iſte ſuis.

* MS. Bodl. *Epitaphium Antullæ.*

1. *Hoc,*] Ejuſdem argumenti cum epigr. CXV. Eſt enim Antullæ Epitaphium, unaque parentum, quem morem & hodie familiæ ſervant, ut commune conditorium curent. *Nemus æterno cinerum.*] Agellum cum luco qui religionis cauſa ſepulchris additus. *Sacravit, &c.*] Palat. *honori.* In uſum & honorem ſepulchri in æternum ſacri.

3. *Cito rapta.*] Decedunt ævi maturi, rapiuntur immaturi.

4. *Hoc erit, &c.*] Eodem monimento condebantur è more, ſanguine propinqui, conjuges, amici, &c.

5. *Si cupit, &c.*] Ne alienetur hic agellus. H. EXT. N. S. *hæredes externos ne ſequatur.* Factus enim eſt religioſus, & ideo extrà hominum commercium.

6. *Perpetuo, &c.*] In æternum ſacrabitur in uſum familiaris ſepulchri.

In Lupercum. CXVIII.

Occurris quoties, Luperce, nobis:
Vis mittam puerum, ſubinde dicis,
Cui tradas epigrammaton libellum,
Lectum quem tibi protinus remittam?
Non eſt, quod puerum, Luperce, vexes:
Longum eſt, ſi velit ad Pyrum venire,
Et ſcalis habito tribus, ſed altis.
Quod quæris, propius petas licebit:
Argi nempe ſoles ſubire letum.

Contra

1. *Occurris, &c.*] Lupercus quidam avarus & ſordidus, ſubinde Martialem interrogabat, An vellet mitti ad ſe puerum, cui traderet libellum Epigrammatων mutuo, quem lectum remitteret ſtatim. Excuſat Martialis longum intervallum à Luperci ad ſuam domum, & indicat ubi hi libelli ſint venales.

3. *Tradas, &c.*] Mutuo.

6. *Pyrum venire.*] Alii regionem urbis eſſe volunt, alii inſigne ædium, alii leg. *ad pilam.* ut ep. 23. lib. 5.

7. *Scalis, &c.*] In cœnaculo ferè ultimo, vel tertio tabulato ſub tegulis: ut ſupra ep. 109. ℣ſ. 2.

9. *Argi nempe, &c.*] *Tmeſis*, Argiletum. ſupra ep. 4. ℣ſ. 1. ab argilla, vel Argi letho, qui ibi ab Euandro cæſus fertur.

10. *Can-*

Contra Cæsaris est forum taberna,
Scriptis postibus hinc & inde totis,
Omnes ut cito perlegas Poëtas.
Illinc me pete; ne roges Atrectum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ.
De primo dabit, alterove nido
Rasum pumice, purpuraque cultum
Denariis tibi quinque Martialem.
Tanti non es, ais? sapis Luperce.

10. *Contra Cæsaris, &c.*] E regione fori Julii est taberna bibliopolæ.

11. *Scriptis postibus.*] Postes, columnæ, pilæ bibliopolarum inscripta gerebant nomina librorum venalium.

13. *Ne roges Atrectum.*] Ne sit opus quærere quis meos libros habeat venales, Atrectus vocatur bibliopola. alii legi volunt, *me roges Atrectum.* id est, ab Atrecto. MSS. Gruteri, *nec roges.*

15. *De primo.*] De summo forulo, capsa, seu armario. in primis autem vel summis nidis optimi recondebantur libri: in imis seu ultimis, libri parvæ æstimationis.

16. *Rasum pumice.*] Ut poliverint frontes librorum, voluminaque ornarint purpura & umbilicis, supra epigramm. 67. vs. 12.

17. *Denariis, &c.*] Quibus fere æquivalent 40. è nostris Sed denarius erat duplex. vetus, qui 8. den. ob. c. novus, qui 7. den. ob.

18. *Sapis Luperce.*] Ironice collaudat hominis sordes, cui pro vili habetur, ingenium & labor Poëtæ.

Ad Cæcilianum. CXIX.

CUi legisse satis non est epigrammata centum,
Nil illi satis est, Cæciliane, mali.

1. *Cui legisse, &c.*] Concludit librum, & simul excusat ejus longitudinem ironicῶs, quasi postularet aliquis ab eo ut plura adderet epigrammata; dicit satis esse centum. *Ramires.* Itaque per modestiam extenuat sua epigrammata, tanquam mala sint, simulque excusat libri longitudinem: ex mente Callimachi apud Athenæum libro 3. cap. 1. *τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ*, numerum autem perfectum ponit 100: cum sint 119.

Et tam lautus eras, Calene, ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit vota Deus, precesque nostras;
Atque intra, puto, septimas Calendas
Mortes hoc tibi quattuor dederunt.
At tu sic quasi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abisti
In tantam miser esuritionem;
Ut convivia sumptuosiora,
Toto quæ semel apparas in anno,
Nigræ sordibus explices monetæ;
Et septem veteres tui sodales
Constemus tibi plumbeâ selibrâ.

Quid

atque ita irridendo castigat avaritiam: *Crescit* enim *amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.* Et, *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Non omnino vicies sesterriûm. vel vicies centena millia nummum sestertium, nostræ monetæ 50000 coronarorum, vel 150000 florenorum possidebas.

4. *Centies amici.*] Centies sestertium vel centies centena millia nummûm sestertiûm, nostræ monetæ 250000 coronarorum, 750000 florenorum. *Gronovius.*

6. *Intra, &c.*] Intra septem menses.

7. *Mortes quatuor, &c.*] Hereditates ex 4. amicis mortuis.

8. *Quasi, &c.*] Quasi tibi ablatæ potius & amissæ fuissent 78125. lib. quam relictæ & legatæ. Ramires. legit, *Sed partum.* ut lib. 10. epig 47. *non parta labore, sed relicta.* nec persuadet.

10. *In tantam, &c.*] In avaritiam tam sordidam & famelicam.

12. *Semel, &c.*] Solis natalibus.

13. *Nigræ sordibus, &c.*] Ærea moneta seu plumbea, cujus contrectatione sordent manus. simul & sordes Caleni tarat, qui ad 7. veteres amicos excipiendos non excedebat sumptum ejus summulæ quæ nigra vænit moneta, quod & vilissimarum rerum pretium est, ut apparet ex adjecta *selibra plumbea.* Nolebat enim aurum aut argentum in amicorum conviviis profundere.

14. *Et septem veteres, &c.*] Est Emphasis in numero, quod non ausus fuisset Musarum numerum implere, quemadmodum lautiores, qui etiam illum convivarum numerum superabant. Est etiam emphasis in verbo *tui*; non enim erant sodales tantum inter se, sed omnes hujus avari. Est & in verbo *veteres*, quibus major habenda est reverentia. *Ramires.*

15. *Plumbea selibra.*] Farnabius, æneæ monetæ duobus teruncijs, inquit. Ineptè. nam teruncius Romanis fuit nummus argenteus. Immo, *Plumbea selibra*, id est, duodecim assibus. Nam as Martialis tempore constabat semuncia æris, ita ut ex libra æris fuerint quatuor & viginti asses. Quoties autem plumbeam monetam vocat Martialis, vilia, instar plumbi, ærea nomismata intelligit. *Gron.* *Plumbeâ selibrâ.*] Pessimæ notæ, id est, æneæ monetæ duobus teruncіis, vel etiam plumbeæ; namque & quadrantes plumbei Romanis quondam in usu.

17. *Mil-*

Quid dignum meritis precemur istis?
Optamus tibi millies, Calene:
Hoc si contigerit, fame peribis.

17. *Millies.*] Millies sestertium sive millies centena millia sestertiûm, vicies quinquies centena millia scutatorum vel coronatorum vel Philippeum, 7500000. florenorum. *Gronovius. Millies, &c.*] Millies centena millia H. S. Id est, 781250. lib.

De Afra vetula. CI.

MAmmas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma potest.

1 *Mammas, &c.*] Puella sibi visa, quod viverent pater & mater cum nutriciis, quos etiam patres & matres (pro more) appellabat. vel quo junior videri possit, seniores se, interdum coævas, imo & juniores salutavit appellavitque mammarum & tatarum, patrum scilicet matrumque prænomine, cum ipsa jam vetula esset, ipsorumque abavia videri posset.

De Demetrio. CII.

ILla manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix domino, notaque Cæsaribus,
Destituit primos virides Demetrius annos:
Quarta tribus lustris addita messis erat.
5 *Ne tamen ad Stygias famulus descenderet umbras,*
Ureret implicitum cum scelerata lues,
Cavimus; & domini jus omne remisimus ægro:
Munere dignus erat convaluisse meo.

Sen-

1. *Illa manus, &c.*] Deflet immaturam Demetrii famuli amanuensis mortem, & simul ætatem ejus, & narratiunculam de data libertate apponit. *Manus* hic ponitur pro servo amanuensi, cujus characteres, quibus depingebat Martialis epigrammata, placebant Cæsaribus, ad quos illa mittebantur. *Ramires.*

2. *Domino, notaque.*] Mihi domino ejus. *vel*, ipsi Demetrio felix, ut quæ exscribendo mea carmina sibi laudem & notitiam apud Cæs. consecuta sit. *Cæsaribus.*] Tito & Domitiano.

3. *Destituit, &c.*] Obiit florenti jam ætate & viridi. *Virides.*] Gruterus legit, *viridis.* nam dicit, si *virides* retinuerimus, concurrent duo epitheta.

4. *Quarta tribus.*] Novemdecim natus annos. *Lustris.*] Lustrum; quinquennium est. & *messis quarta*, est quartus annus.

5. *Ne tamen, &c.*] Ne tamen non liber moreretur, cavimus *we provided.*

6. *Ureret lues.*] Febris quæ πυρετὸς, sive illa fuerit mentagra, quæ supra epigr. 79.

7. *Cavimus.*] Providimus, cautionem de libertate dedimus.

9. Sen-

Sensit deficiens sua præmia, meque patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

9. *Sensit, &c.*] Moriens agnovit beneficium meum, quo eum ex merito suo liberum esse pronunciaveram. *Patronum, &c.*] Sic enim liberti eum, à quo manumissi sunt, appellare soliti. 10. *Liber.*] Maluisset opinor servire apud superos, quam liber ire ad inferos. *Rad.*

Ad Lycorim. CIII.

QUi pinxit Venerem tuam, Lycori,
Blanditus, puto; pictor est Minervæ.

1. *Qui pinxit, &c.*] Pictor qui pinxit Venerem tuam Lycori, blanditus est Minervæ, Veneris quondam de pulchritudine æmulæ, adeo deformem pinxit. Tum sciendum Lycorim lupam fuisse: luparum antistitem Venerem, nemo ignorat. *vel*, puto, id est, ut videtur; pictor est Minervæ, cui similior imago tua Lycori quam Veneri. Pictores insuper in Minervæ clientela sunt. hinc acumen epigrammatum 41. lib. 5.

Ad Scævolam. CIV.

SI dederint superi decies mihi millia centum;
Dicebas nondum, Scævola, justus eques:
Qualiter ô vivam, quam large, quamque beate!
Riserunt faciles & tribuere dei.
Sordidior multo post hoc toga; penula pejor:
Calceus est sarta terque quaterque cute:
Deque decem plures semper servantur olivæ;

Expli-

1. *Si dederint, &c.*] Ejusdem argumenti est hoc cum epigr. C. quod vide.

2. *Factus eques.*] Alii, *nondum justus*, id est, non plenum & justum assequutus censum equitis, qui quadringenta sestert. id est, nostræ monetæ 3125. lib. Quare cui aliquid ex ea summa deerat, non erat justus eques, quia omnibus equitum privilegiis uti non poterat, quorum non erat sedere in quatuordecim ordinibus, lege Roscia. vide lib. IV. epigr. 67.

4. *Faciles, &c.*] *O faciles dare prava deos!* Risus etiam in Diis benignitatis & concessionis signum. Sic lib. 11. epigr. VII. de Roma: *Risisti; licet ergò, nec vetamur.* Risu enim quis videtur annuere. ut & lib. 6. epigr. 82. *Ramiresi.*

5. *Sordidior multo.*] Primum argumentum ἀνελευθερίας à vestium sordibus, & vilitate: ut ergò μικρολόγων vestes sordidæ & ῥυπαραί: lautorum contrà, nitidæ & puræ, Græcis καθαραί. *Herald.*

7. *Deque Explicat, &c.*] E 10. olivis major pars reservatur in proximam cœnam. Quod ergò est hominis fœdissimè σμικρολόγου, qualem describit etiam Juvenal. Sat. XIV. vs. 129.

Hesternum solitus medio servare minuta
Septembri.

Spartianus in Div. Juliano: *Nam Julianus*

Explicat & cœnas unica mensa duas:
Et Vejentani bibitur fæx crassa rubelli;
Asse cicer tepidum constat, & asse Venus.
In jus, ô fallax atque inficiator, eamus:
Aut vive, aut decies, Scævola, redde Deis.

lianus tantæ parsimoniæ fuisse perhibetur, ut per triduum porcellum, per triduum leporem divideret, &c. Id est, ut unica mensa tres pene cænas explicaret, ut loquitur Martialis.

9. *Vejentani, &c.*] Fæculentum & turbidum vinum à Vejentibus in Italia.

10. *Asse Venus.*] Illi plebeja contento. lib. 2. epigr. 53. *Si plebeia Venus gemino tibi vincitur asse.*

11. *In jus.*] E formula vocandi in jus. *Fallax atque.*] Qui vovisti te laute victurum si, &c. *Inficiator, eamus.*] Qui sordide vivendo non agnoscit se ex voto accepisse quod accepit. *Inficiator* ergo dicitur, qui reapse & opere negat, se quid consecutum esse.

12. *Vive, &c.*] Laute, genialiter. vide epigr. 16. supra ✝ s. 4. *Redde Deis.*] Quando iis non uteris. *vel*, ut liberius vivas, quod prius fecisti.

De spectaculo. CV.

PIcto quod juga delicata collo
Pardus sustinet, improbæque tigres
Indulgent patientiam flagello:

Mor-

1. *Picto, &c.*] Pardi enim & pantheræ variegati & maculosi. *Delicata, &c.*] Mollia, purpurea, serica, ut mox vers. 8. *Delicata.*] Heins. leg. *deligata.* rectè.

2. *Improbæque.*] Feroces, rabidæ. *vel*, quod nemini probabile erat passuras tigres. Quicquid ergò nimium est, & modum normamque excedit, *Improbum*, Latinis dicitur. sic *improbus labor* Virgilio, nimis magnus & immodicus. Suetonius *improbius natum* hominem dixit, qui proceræ staturæ fuit & justam excedentis. sic *improbiora labra*, Velio Grammatico, sunt enormia & ultra justum modum protensa. sic *improbus color*, pro purpureo, utpote qui excellit & eminet, & super cæteros omnes colores vividus & fulgens, & quasi superbus & cæteros colores infra se positos prægravans: sic *improba tegmina pedum*, Valerio Flacco, de calceis purpureis. Hinc conjice quid per *improbas tigres* intelligat, feritate sc. & sævitia excellentes. *Salmasius. Improbaque.*] Verum quidem est, improbum pro immodico, & magno dici: tamen *improbi coloris lacernas* apud Senecam accipio, non purpurei modo, sed inter purpuras eximii saturi, mulrumque diversi à plebeia purpura. Sed quum Val. Flacc. lib. VI. dicit: *Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ.* nihil aliud videtur dicere, quam modum pedum longè excedentia. Sic alibi dicit, *improba arva*, invidendæ fertilitatis & cæli. Sic apud Sueton. *Improbius natus*, est homo *improbæ naturæ*. ut tamen naturam accipias non pro statura, sed ut in Priapeio: *Natura est quoniam semper aperta mihi:* ut apud Minut. Felic. *parentis sui adorare naturam.* Hoc est illud δολιχόσκιον ἔγχος. *Gronov. Tigres.*] Vide ep. 18. lib. spect.

3. *Indulgent, &c.*] Patiuntur flagra. Ramiresius sic hunc locum accipit: *Indulgere*, dicit, est dare vel facere aliquid tua voluntate, quod alias poteras negare

Mordent aurea quod lupata cervi,
Quod frænis Libyci domantur ursi,
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris:
Turpes esseda quod trahunt bisontes,
Et molles dare jussa quod choreas
Nigro bellua nil negat magistro;
Quis spectacula non putet deorum?

Hæc

negare si velles. sic hæ tigres quum possent in flagellatores insurgere & flagella non pati; sua voluntate & reverentia Cæsariani Numinis, eam patientiam indulgebant flagello, quod postea dicit Poëta:

Quis spectacula non putet Deorum?

Et paulo post:

Hæc clementia non paratur arte:
Sed norunt cui serviant leones.

4. *Lupata.*] Lupata sunt asperrimi freni genus, à lupinis dentibus dicta, qui inæquales sunt, & eo morsus eorum acerrimus. *Rad.*

5. *Quod frænis Libyci domantur ursi.*] Hunc versum Lipsius de leonibus curtui junctis interpretari debere pertendit, quia nullum esset miraculum de ursis, qui mites & dociles ad magis miranda. aliter sensisset, si totum epigramma legisset aut saltem attendisset. Non magnum aut mirandum spectaculum esse, ait poëta, pardos videre jugo subditos & currum trahentes, tigres pariter, &c. hæc omnia inquam, minora & protritiora esse, quam ut spectatorem morari possint, aut stupore defigere:

Hæc transit tamen ut minora quisquis
Venatus humiles videt leonum, &c.

Ut in sequentibus videre est: quis jam ex istis dicere possit Libycos ursos, leones esse; imo quis non contrarium afferat? hoc spectaculum leonum lepores venantium, & illæsos dimittentium, adeo magnam miramque rem videri vult, ut in comparatione nihil sint ceterarum omnium ferarum mansuefactarum miracula. *Salmasius.* Vide Lipsium Elect. 2. cap. 4. contendentem leones à Romanis tum rudibus, obvia noraque voce dictos fuisse *Libycos Ursos*: ut & elephantem, *bovem Lucam*; Struthionem, *passerem marinum.* contra quem ex Plinii autoritate, lib. 8. cap. 36. & 58. docte differentem, cum alii plurimi autores, tum hic facit locus, ubi inductione cæterarum ferarum, inter quos & ursorum, ascenditur distincte ad leones.

6. *Quantum Calydon, &c.*] *Calydon* urbs Ætoliæ, quæ aluit aprum illum vastatorem à Meleagro & Atalanta cæsum. Vide ep. 15. lib. spect. ℣s. 1.

7. *Purpureis aper.*] Supra ℣s. 2. *Capistris.*] Capistrum, vinculum est, quod mulis, bobus, aliisque jumentis adhibetur, ne fugiant, & quod circa os involvitur, ne gramen carpant.

8. *Esseda, &c.*] Currus Britannicos. *Bison*, fera, cervi figura.

9. *Molles, &c.*] Quod Elephantus saltans, paret rectori suo ex Æthiopia. epigr. 77. lib. 6. & vide Ælian. lib. 2. cap. xi. Plini. lib. 8. cap. 2.

10. *Nigro bellua nil negat.*] In Arondell. inveni, *non negat.* Quod Martialis esse puto, & mutatum ab illis, qui nesciebant *negare*, simpliciter ac sine casu esse non parere, non cedere. Sic *equum stimulis negantem* Lucanus, sic *saxa ferro negantia* Statius dixit, ut ad hunc in Diatriba observavimus primi. nam adeo placuit summis viris, ut suum esse mallent. *Gronovius.*

11. *Deorum.*] Cæsarum, quibus feræ non

Hæc transit tamen; ut minora, quisquis
Venatus humiles videt leonum,
Quos velox leporum timor fatigat:
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et securior est in ore præda;
Laxos cui dare, perviosque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes;
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modo venerint juvencis.
Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui serviant leones.

ræ non minus parent, quam ipsis Diis. sic Mart. l. Spect. ep. 17. de Elephante: *Crede mihi numen, sentit & ille tuum.*

12. *Hæc transit, &c.*] Hæc tamen omnia superat leporum lusus per rictus leonum.

14. *Quos velox, &c.*] Supra epigr. 7. 15. 23. 45. 49. 52. 61.

21. *Hæc clementia.*] Totius epigrammatis cum epiphonemate conclusio, qua leonum in lepores clementiam divinitati Cæsaris adscribit, cujus numen sentiant leones, eique ad nutum serviant. *Rader.* Vide argumentum hujus epigr. supra ep. 15. hujus lib. & ep. 17. lib. spect.

Ad Ovidium. CVI.

IN *Nomentanis, Ovidi, quod nascitur agris,*
Accepit quoties tempora longa merum,
Exuit annosa mores nomenque senecta:
Et, quidquid voluit, testa vocatur anus.

* Ad

1. *Ovidi.*] Vinum hic Nomentanum, cujus esset ingenii & naturæ docet. Recens ingratum; vetustáte tamen ad perfectam cocturam adduci, & certare posse cum generosissimis. Quincte Ovidi. ad quem alibi sæpe. *Quod nascitur, &c.*] Vinum ex agro meo Nomentano, ubi vetustate decoctum maturuerit, videri potest exuisse nomen patrium (recens enim vinum Nomentanum audiebat durum & insuave) atque naturam austeram, cum vinis vel optimis contendere, & Opimianum dici, vel Falernum vel aliud quodcunque addito amphoræ titulo, commendatur.

3. *Mores.*] Asperitatem & ingratum saporem. *Nomen.*] Nempe cujusvis generosissimi vini nomine, vinum illud indigitari posse, ut vel Falernum voces, vel Calenum, vel Massicum, &c. Nullo enim deterius esse. *Musamb.*

4. *Anus.*] Metonym. cadus seu amphora vetusta. vide supra epig. 40. ℣. 1.

Ad Rufum. CVII.

INterponis aquam ſubinde, Rufe,
Et ſi cogeris à ſodale, raram
Diluti bibis unciam Falerni.
Numquid pollicita eſt tibi beatam
Noctem Nævia, ſobriaſque mavis
Certæ nequitias fututionis?
Suſpiras, retices, gemis: negavit.
Crebro ergo bibas licet trientes,
Et durum jugules mero pudorem.
Quid parcis tibi, Rufe? dormiendum eſt.

1. *Interponis, &c.*] Deridet Rufum, fruſtrà exſpectantem Næviam. *Interponis aquam.*] Sic ille nequam paralyticus apud Petronium: *Hauſi*, inquit, *parcius merum, &c.* Ebrii ſc. in Venerem ſegniores. Parce bibebat Rufus idque dilutum. unde conjiciens Poëta expectaſſe illum amicam, atque adeo veritum ne immodico Lyæi vento, extingueretur Veneris ignis; quærit an Nævia (quæ illi ſemper in ore, ſupra epigrammatum 69.) noctem promiſiſſet; ex ſuſpiriis illius & ſilentio negaſſe autumans, ad largiorem potationem invitat: utpote majora pocula & merum quæ curas diſſipet repulſæque moleſtiam obruat. ex præcepto Ovidii 2. Remed. *plurima fumas, Ut ſtupeant multo corda ſoluta mero.*

3. *Unciam, &c.*] Duodecimam partem ſextarii, ſupra 28. ℣ſ. 2.

5. *Sobriaſque, &c.*] *Lenis alit flammas.*

7. *Negavit.*] Alii leg. *negabit*, minus apte.

8. *Trientes.*] Triens eſt tertia ſextarii pars, quatuor cyathos ſeu uncias continens.

9. *Pudorem.*] Alii *dolorem.* vincas ſcilicet deſiderium, moleſtiam & triſtitiam contractam ex repulſa, vino.

10. *Dormiendum eſt.*] Tibi ſoli cubandum in vacuo toro. ſume itaque ſomni poculum, poſtquam amica non veniet. ſupra epigr. 72.

Ad Lucium Julium. CVIII.

SÆpe mihi dicis, Luci clariſſime Juli,
Scribe aliquid magnum: deſidioſus homo es.
Ocia da nobis: ſed qualia fecerat olim

Mæce-

1. *Clariſſime Juli.*] Mſſ. omnes leg. *cariſſime.*

2. *Magnum, &c.*] Reſpondet L. Julio amico ſuadenti, ut aliquod magnum opus ſcriberet, epopeiam ſcilicet, vel Lyrica & Dithyrambica, ut Virgil. & Horatius ſcripſerunt. Reſpondet ſe otia deſiderare, & liberalitatem Mæcenatis. *Magnum.*] Epicum & perpetuum carmen.

3. *Ocia qualia, &c.*] Ad Virgilium reſpicit Eclog. 1. *O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit.* Per *otium* ergò & intelligit agros & pecunias, quo Muſis vacet. *non de lodice paranda Sollicitus.*

4. Mæce-

Mæcenas Flacco, Virgilioque ſuo:
Condere victuras tentem per ſecula curas,
Et nomen flammis eripuiſſe meum.
In ſteriles campos nolunt juga ferre juvenci:
Pingue ſolum laſſat, ſed juvat ipſe labor.

4. *Mæcenas, &c.*] Locupletavit Clinius Mæcenas Virgilium, Horatium, &c.

5. *Curas.*] Carmina. Alii leg. *Chartas.*

6. *Flammis, &c.*] Ut ultra rogos & cineres ſuperſit.

7. *In ſteriles, &c.*] Muſæ non libenter arant litus, non amant ſtudia, *Præmia ſi tollas.*

8. *Pingue, &c.*] Opimum quidem ſolum verſare fatigat agricolam, ſed ampliſſimæ ſegetis ſpes alit. non minus magni operis Poëtam, fructus & præmii ſpes.

Ad Gallum. CIX.

Est tibi, ſitque precor, multos creſcatque per annos
Pulchra quidem, verum Tranſtiberina domus.
At mea Vipſanas ſpectant cœnacula laurus;
Factus in hac ego ſum jam regione ſenex.
Migrandum eſt, ut mane domi te, Galle, ſalutem:
Es tanti, vel ſi longius illa foret.
Sed tibi non multum eſt, unum ſi præſto togatum:
Multum eſt, hunc unum ſi mihi, Galle, nego.
Ipſe ſalutabo decima vel ſerius hora:

Mane

1. *Eſt tibi.*] Excuſat ſe Gallo, quod non mane ad eum ſalutandum eat; & dicit librum quem mittit, vicariam operam præſtaturum, ſeque venturum ad cænam: cauſſatur autem domuum diſtantiam. *Ramireſ.* Geminum huic erat 72. epigr. ſupra. *Sitque precor.*] Alludit ad priſcam formulam: *Quod felix fauſtumque ſit.*

2. *Tranſtiberina.*] Regio parum amæna, ubi fæx populi Judæique ferè ſtabulabant, & quaſi ſeparata à corpore civitatis. *Rad.*

3. *Mea Vipſanas, &c.*] Scalis habito tribus, in cœnaculo prope porticum M. Vipſani Agrippæ lauris opacam. Tota ergò ſuperior pars ubi cænabatur, cænaculum uſque ad ſcandulas appellabatur, quæ plerumque pauperibus locabatur inquilinis. Tum niſi alta fuiſſent, Martialis inde Vipſanam porticum ſpectare non potuiſſet. *Rader.* Turn. lib. 4. cap. x1.

6. *Es tanti, &c.*] Et ejus quidem pretii ac meriti es, ut tibi hoc officium præſtem, etiamſi ulterius ſit migrandum.

7. *Tibi non, &c.*] Non multum tibi erit honoris ex me unico cliente, multis qui te comitantur addito: multum mihi hæc qualiacunq; ſcribenti detereretur ocii, ſi ſalutandi officio vacarem. ſupra epigr. 71. ℣ſ. 11. & epigr. 25. l. 11.

8. *Nego.*] Te proſequendo me ipſum negligo, otium ſcribendi amitto.

9. *Ipſe ſalutabo.*] Ipſe te veniam ſalutatum inter cœnandum, vel à cœna; interim pro me ſalutatorem matutinum

Mane tibi pro me dicat AVERE *liber.*

num capias hunc libellum. *Decima.*] Quæ tertia est ante noctem, hora cœnæ.

10. *Avere.*] Vox solennis matutinæ salutationis.

* De Catella Publii. CX.

ISsa est passere nequior Catulli.
Issa est purior osculo columbæ.
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est carior Indicis lapillis.
Issa est deliciæ catella Publi.
Hanc tu, si queritur, loqui putabis.
Sentit tristitiamque gaudiumque.
Collo nixa cubat, capitque somnos,
Ut suspiria nulla sentiantur.
Et desiderio coacta ventris,
Gutta pallia non fefellit ulla:
Sed blando pede suscitat, toroque
Deponi rogat, & monet levari.
Castæ tantus inest pudor catellæ:
Ignorat Venerem: nec invenimus
Dignum tam tenera virum puella.

Hanc

* *Et pictura ejusdem.*

1. *Issa est.*] Laudat Catellam Publii, tamque artificiose depingit Musæ penicillo; ut hanc catellam, vera Publii, pictaque veriorem pulchrioremque judicem; & cum Catulli passere, & Stellæ columba, hoc epigramma, qua argutia, qua suavitate & venustate contendi potest. *Rad.* Nomen catellæ Publii. *Passere Catulli.*] Lesbiæ pass. cujus nequitiam & mortem canit Catullus. *Nequior.*] Lascivior.

2. *Purior osculo.*] Ramiresius artificium Poëtæ in hoc subolet, quod voluerit insinuare, purius esse hoc Epigramma, Stellæ poëmatio, quæ puellam depingebat.

7. *Sentit, &c.*] Sentit hos affectus in Domino, atque illi tristi condolet, hilari lascivia congratulatur.

8. *Collo nixa, &c.*] Collo Domini seu gremio innixa dormit. Fr. Modius legit ex codice Weidneri *nexa*. epist. 33.

9. *Suspiria, &c.*] Respirationes, quæ si crassiores sint & vehementiores, ronchi appellantur.

10. *Ventris.*] Ejiciendi.

11. *Gutta.*] Præstitit munditiem lecto, neque ejus contaminavit stragula. *Pallia.*] Pallium hoc loco, tori & lecti operimentum esse contendit. *Raderus.* Sed Brodæus dicit, quod Romani hæc in lecto induebant.

13. *Levari.*] Alvi seu vesicæ onere lev. Alii legunt, *Deponi monet & rogat lavari.*

16. *Virum puella.*] *Catachresis.*

17. *Hanc*

Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,
Picta Publius exprimit tabella,
In qua tam ſimilem videbis Iſſam,
Ut ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Iſſam denique pone cum tabella:
Aut utramque putabis eſſe veram,
Aut utramque putabis eſſe pictam.

17. *Hanc ne lux, &c.*] Ut mortuæ ſuperſit memoria, curavit Publius illam pingi.

20. *Ipſa*] Fr. Modius ex ejuſdem Weidneri libro reponit, *Iſſa.* Ja. Rutgerſius, lib. 6. var. lect. cap. 11.

Ad Velocem. CXI.

SCribere me quereris, Velox, epigrammata longa.
Ipſe nihil ſcribis: tu breviora facis.

1. *Scribere, &c.*] E virtutibus epigrammatum altera eſt Brevitas. hanc in Martiale cum eſſent qui carperent, reſpondet neſcio cui Veloci Poëtæ, brevia ſua epigrammata eſſe potiora illius nullis.

2. *Breviora.*] Quæ enim breviora ſcribi poſſunt, quam nulla.

Ad Regulum. CXII.

CUm tibi ſit ſophiæ par fama, & cura Deorum,
Ingenio pietas nec minor ipſa tuo:

Igno-

1. *Cum tibi, &c.*] Mittebat Martialis Epigrammatῶν librum ad Regulum & ſimul thuris forte libellam. poſſet quis dona mirari tam humilia, tam opulento viro. Excuſat Martialis munerum tenuitatem, eorundem ſignificatione: liber namque ſapientiæ ſtudioſo mitti debet, thus verè pio & Deos colenti, quibus ſæpe thure faciendum eſt. Cum ergò Regulus ſapientiæ fama & pietatis opinione clarus eſſet, conveniens fuit hæc munera ea mitti. *Ramir.* Ne ergò munera mittas ſupervacanea, ut fœminæ arma, ruſtico libros, &c. præcepit Seneca. Hic Poëta (miſſis ad Regul. epigrammaton libro & thuris forte libra) muneribus pompam addit convenientia munerum cum ejus cui dantur eruditione & pietate. ſed de hoc Regulo vide Plin. epiſt. ultima lib. 2. & lib. 6. epiſt. 2. *Par fama & cura Deorum.*] Velim ſcire, ubi Scriverius, *par cura & fama laborum.* Neque enim in ordine Notarum ad hunc locum inveni. Sed ſi auctores habet ſcriptos codices ea lectio, haud dubie probanda eſt. Nam Regulus iſte & ſcribebat multa & faventem eloquentiæ ſuæ famam habebat. Juſtum eſt autem ut *cura* præcedat, *fama* ſequatur. *Sophiæ labores* ſunt monumenta ingenii. *Gron.*

2. *Nec minor ipſa tuo.*] Gruterus è duobus ſcriptis notat, *ſuo*, & merito probat. Sed explicandum eſt. Refertur ad pietatem, non ad Regulum. *Ingenio ſuo*, quod ipſa occupavit, obtinetque. Sic in libro Spectaculorum: *Nunc ſua Cæſareos exorat præda leones.* Et hoc libro Epigr. 79. *Inque ſuos vultus ſerperet atra lues.* id eſt, ejus hominis, cujus

Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,
Et qui miratur, Regule, thura dari.

corpus invaserat. Frustra ille, *Inque ipsos.* Sic apud Ovidium: *Et crimen vox est infitiata suum.* Et Statium: *mentem sua non capit aetas.* Idem. *Tuo.*] Pro *tuo* praestat legere *suo*, quod in Palat. & Britan.

In Priscum. CXIII.

Cum te non nossem, dominum regemque vocabam:
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

1. *Cum te non, &c.*] Urbana cujusdam Prisci reprehensio est, & correctio Poëtae, qui errore & ignorantia sordium hujus hominis, quum eum non novisset, dominum honoris caussa regemque vocabat. At verò postquam bene novit, suo nomine vocabat. Scribit enim Seneca solitos fuisse priscos, quoties homini ignoto occurrerent, eum dominum aut regem appellare. *Ramir. Merula.* Te prius mihi non notum pro munifico patrono & claro viro honorifice salutabam: postquam vero mihi innotueris, familiarius te appello & mero nomine saluto. epigr. 68. l. 2.

2. *Jam mihi Priscus eris.*] Innuens sc. honorabilius nomen eum amisisse, posteaquam cognitus fuit.

Ad Lectorem. CXIV.

Quaecunque lusi juvenis & puer quondam,
Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi;
Male collocare si bonas voles horas,
Et invidebis ocio tuo lector:
A Valeriano Pollio petes Quincto,
Per quem perire non licet meis nugis.

1. *Quaecunque, &c.*] Juvenilia sua, ubi venalia sint, docet. Epigrammata quae mihi olim puero exciderunt, venalia sunt apud Q. Poll. Valer.

2. *Apinasque, &c.*] Nugamenta carminum. Apinas autem ut & Tricas Apuliae oppidula fuisse vilia, scribit Plinius lib. 3. cap. 11. à Diomede tantam per ignominiam eversa, ut in proverbii ludibrium abierint. Cum vero Graece dicantur ἀφάνναι. unde & *Affaniae*, cur non ab ἀφάνης ducamus, ut & Tricas à τρίχες?

3. *Male collocare, &c.*] Modesta extenuatio. Occupato enim & gravi lectore indignas fatetur. nec tamen abjicit adeo ut legi nolit, dum Bibliopolam exprimit.

4. *Et invidebis, &c.*] Nec sines ocium abire sine malo.

6. *Perire, &c.*] Exscribi enim facit, venditque.

Ad Faustinum. CXV.

Hos tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos
Faenius, & breve rus, udaque prata tenet.

Con-

1. *Hos tibi, &c.*] Epitaphium Antullae puellae, immaturo fato raptae. Faustine, Telesphorus Foenius vicinus tuus (forte in agro Tiburtino. vide epigr. 57.

Condidit hic natæ cineres, nomenque ſacravit,
Quod legis, Antullæ, dignior ipſe legi.
Et Stygias æquum fuerat patrem iſſe ſub umbras:
Sed quia non licuit; vivit, ut oſſa colat.

epigr. 57. lib. 4.) Diis manibus filiæ ſuæ Antullæ, immatura morte præreptæ, conſecravit hunc agellum in quo cineres & oſſa filiæ condidit.

3. *Nomenque ſacravit.*] Quia ſepulchra ſacra erant. Tum indicem ac titulum ſepulchro addebant D. M. S. *Diis Manibus ſacrum.* Addebant etiam nomen ſepulti.

4. *Dignior ipſe legi.*] Illud *dignior* mihi non placet: primo quia ambiguum eſt: dein, ſi in optimum ſenſum accipiatur, nihil hic dicitur aliud quam verſu ſequente. Vellem in ſcripto aliquo exſtaret: *voverat ipſe legi.* Nam parentum ſumma vota, efferri à liberis. Dein, ut fere Heraldus: *Et, Stygias, æquum fuerat, prior iret ad umbras.* Ipſe optaverat: & juſtum erat non turbato ordine mortalitatis, priorem mori. *Gronov.* *Dignior ipſe legi.*] Turbato mortalitatis ordine & fatis male judicantibus titulum filiæ pater tumulo inſcripſit, quod officium ex naturæ ordine patri præſtitiſſe filiam æquius fuerat.

5. *Umbras.*] In Anglicano eſſe teſtatur Junius, *pater iret ut umbras.* Quid ſi, *iret ad umbras.* Ja. Rutgerſius, *Ad Stygias æquum fuerat pater iſſet ut umbras.* P. Scriv. Scaligerum ſecutus, *Et Stygias æquus fuerat pater ire ſub umbras.* ut ſit Helleniſmus, πατὴρ δίκαιος ἦν ἰέναι. & ita diſertè optimus Palat. hoc eſt, ferens nomen patris filiâ adhuc ſuperſtite. Et pro *vivit*, Palat. *vivat.* imprecatur enim vitam longam, ut agrum colens, ſubinde impingat in oſſa filiæ. *Gruter.*

In Procillum. CXVI.

QUædam me cupit, invide Procille,
Toto candidior puella cygno,
Argento, nive, lilio, liguſtro:
Jam ſuſpendia ſæva cogitabis:
Sed quandam volo nocte nigriorem,
Formica, pice, graculo, cicada,
Si novi bene te, Procille, vives.

* De

1. *Quædam, &c.*] Irridet Procillum quemdam invidum, quùm dicat ſe cupi à puella candidiſſima, ſed amare aliam nigerrimam. Audito illo priori, ſummam capiebat Procillus moleſtiam; ita ut præ mærore ſe eſſet ſuſpenſurus; audito verò poſteriori reſpiravit. Procilli invidiam ludificatus, candido eum lætoque nuncio uſque ad ſuſpendium contriſtat; nigro mox triſtique reficit & à ſuſpendio revocat.

2. *Toto.*] Alii *loto.*

3. *Liguſtro.*] Liguſtri floribus.

4. *Jam ſuſpendia ſæva.*] Tranſpoſitus hic verſus. qui in vulgatis lib. ſextus eſt, in locum quarti, concinnior eſt. *Cogitabis.*] Alii *cogitabat.* Hinc colligere licet; *ſuſpendia* eſſe invidorum.

7. *Vives.*] Alii *vivis.*

 * MS.

* De Antulla. CXVII.

HOc nemus æterno cinerum ſacravit honore
Fænius, & culti jugera pauca ſoli.
Hoc tegitur cito rapta ſuis Antulla ſepulchro:
Hoc erit Antullæ miſtus uterque parens.
Si cupit hunc aliquis, moneo, ne ſperet agellum:
Perpetuo dominis ſerviet iſte ſuis.

* MS. Bodl. *Epitaphium Antullæ.*

1. *Hoc,*] Ejuſdem argumenti cum epigr. CXV. Eſt enim Antullæ Epitaphium, unaque parentum, quem morem & hodie familiæ ſervant, ut commune conditorium curent. *Nemus æterno cinerum.*] Agellum cum luco qui religionis cauſa ſepulchris additus. *Sacravit, &c.*] Palat. *honori.* In uſum & honorem ſepulchri in æternum ſacti.

3. *Cito rapta.*] Decedunt ævi maturi, rapiuntur immaturi.

4. *Hoc erit, &c.*] Eodem monimento condebantur è more, ſanguine propinqui, conjuges, amici, &c.

5. *Si cupit, &c.*] Ne alienetur hic agellus. H. EXT. N. S. *hæredes externos ne ſequatur.* Factus enim eſt religioſus, & ideo extrà hominum commercium.

6. *Perpetuo, &c.*] In æternum ſacrabitur in uſum familiaris ſepulchri.

In Lupercum. CXVIII.

OCcurris quoties, Luperce, nobis:
Vis mittam puerum, ſubinde dicis,
Cui tradas epigrammaton libellum,
Lectum quem tibi protinus remittam?
Non eſt, quod puerum, Luperce, vexes:
Longum eſt, ſi velit ad Pyrum venire,
Et ſcalis habito tribus, ſed altis.
Quod quæris, propius petas licebit:
Argi nempe ſoles ſubire letum.

Contra

1. *Occurris, &c.*] Lupercus quidam avarus & ſordidus, ſubinde Martialem intertogabat, An vellet mitti ad ſe puerum, cui traderet libellum Epigrammatῶν mutuo, quem lectum remitteret ſtatim. Excuſat Martialis longum intervallum à Luperci ad ſuam domum, & indicat ubi hi libelli ſint venales.

3. *Tradas, &c.*] Mutuo.

6. *Pyrum venire.*] Alii regionem urbis eſſe volunt, alii inſigne ædium, alii leg. *ad pilam.* ut ep. 23. lib. 5.

7. *Scalis, &c.*] In cœnaculo ferè ultimo, vel tertio tabulato ſubtegulis: ut ſupra ep. 109. ỳſ. 2.

9. *Argi nempe, &c.*] *Tmeſis,* Argiletum. ſupra ep. 4. ỳſ. 1. ab argilla, vel Argi letho, qui ibi ab Euandro cæſus fertur.

10. *Cum-*

Contra Cæsaris est forum taberna,
Scriptis postibus hinc & inde totis,
Omnes ut cito perlegas Poëtas.
Illinc me pete; ne roges Atrectum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ.
De primo dabit, alterove nido
Rasum pumice, purpuraque cultum
Denariis tibi quinque Martialem.
Tanti non es, ais? sapis Luperce.

10. *Contra Cæsaris, &c.*] E regione fori Julii est raberna bibliopolæ.

11. *Scriptis postibus.*] Postes, columnæ, pilæ bibliopolarum inscripra gerebant nomina librorum venalium.

13. *Ne roges Atrectum.*] Ne sit opus quærere quis meos libros habeat venales, Atrectus vocatur bibliopola. alii legi volunt, *me roges Atrectum.* id est, ab Atrecto. MSS. Gruteri, *nec roges.*

15. *De primo.*] De summo forulo, capsa, seu armario. in primis autem vel summis nidis optimi recondebantur libri: in imis seu ultimis, libri parvæ æstimarionis.

16. *Rasum pumice.*] Ut poliverint frontes librorum, voluminaque ornarint purpura & umbilicis, supra epigramm. 67. vs. 12.

17. *Denariis, &c.*] Quibus fere æquivalent 40. è nostris Sed denarius erat duplex. verus, qui 8. den. ob. c. novus, qui 7. den. ob.

18. *Sapis Luperce.*] Ironice collaudat hominis sordes, cui pro vili habetur, ingenium & labor Poëtæ.

Ad Cæcilianum. CXIX.

CUi legisse satis non est epigrammata centum,
Nil illi satis est, Cæciliane, mali.

1. *Cui legisse, &c.*] Concludit librum, & simul excusat ejus longitudinem ironicῶs, quasi postularet aliquis ab eo ut plura adderet epigrammata; dicit satis esse centum. *Ramires.* Itaque per modestiam extenuat sua epigrammata, tanquam mala sint, simulque excusat libri longitudinem: ex mente Callimachi apud Athenæum libro 3. cap. 1. τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ, numerum autem perfectum ponit 100: cum sint 119.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER II.

Martialis Deciano suo S.

[1] QUid nobis, inquis, cum epiſtola? parumne tibi præſtamus ſi legimus epigrammata? quid hîc porro [2] dicturus es, quod non poſſis verſibus dicere? [3] Video quare tragœdi epiſtolam accipiant, quibus pro ſe loqui non licet. epigrammata [4] Curione non egent, & contenta ſunt ſua, id eſt, [5] mala lingua. In quacunque pagina viſum eſt, Epiſtolam faciunt. [6] Noli ergò, ſi tibi videtur, rem facere ridiculam, & in [7] toga ſaltanti inducere perſonam. [1] Deni-

1. QUid nobis, &c.] Jocoſa & urbanitate plena hæc epiſtola eſt, ſcripta ad Decianum, poëtæ familiatem, & libro ſuperiore ſæpius laudatum: qua quaſi mitantem facit poëta Decianum, cui epiſtolam epigrammatis ipſe ſuis, cum ipſe epigrammata pro ſe loqui poſſint, & epiſtolæ vicem fungi, præſcribat. Poëta velut immemor ſui, admonitu Deciani, abrumpit epiſtolam, longius alioqui, ut jocatur, progreſſurus. *Rader.* Hæc omnia uſque ad *reclamant* ex perſona Deciani, quem facit Poëta mirantem & reprehendentem quod epiſtolam Epigrammatis ſuis præfigat.

2. *Dicturus.*] Palatin. *Daturus.*

3. *Video quare, &c.*] Tragœdi certe, ſi quid eſſet quod principem & populum vel monitos vel togatos vellent, epiſtolam exhibebant, quam vocaliſſimus aliquis Curio, qui theatralis quaſi præconis officio fungebatur, clara legebat voce. hoc fecerunt illi ex neceſſitate, quod iis in dramatico poëmate, quæ extra ſcenam & argumentum eſſent, loqui non liceret: hoc tibi ô Martialis in epigrammatis tuis non æque neceſſe eſt, quæ quaſi epiſtolia ſunt.

4. *Curione.*] Curionis officium erat, omnia quæ in theatro, vel principis mandato, vel magiſtratus juſſu edictove, vel alicujus poſtulato pronuncianda erant, proclamare; uti quaſi præconem ageret theatralem Curio. Turnebus lib. 25. cap. 8.

5. *Mala lingua.*] Libera & mordaci.

6. *Noli ergò, &c.*] Noli indecore & abſurde mimo inducere togam (qui gravitatis cultus eſt) id eſt, epigrammati epiſtolam, poëmati orationem ſolutam. legitur &, *in toga ſaltantem inducere perſonam.*

7. *Togam ſaltanti inducere perſona.*] Quærit Scriverius, quare hoc Grutero diſplicuerit. Haud ſcio, quid illi: mihi quidem vehementer diſplicet *inducere togam. Calceum inducere* legi apud veteres, & *ſcuta pellibus*, & *coria induci*: Lanas vix puto, multo minus veſtimentum

[1] Denique videris, an te delectet contra retiarium ferula. [2] Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant. [3] Puto me hercule, Deciane, verum dicis. [4] Quid, si scias, cum qua, & quam longa epistola negotium fueras habiturus? Itaque quod exigis fiat. Debebunt tibi, si qui in hunc librum inciderint, quod ad primam paginam non lassi pervenient.

mentum laxum. Potest autem dubitari, verius sit, quod Gruteri codices *saltanti*, an quod Scriverianus, *saltantem*. Prius est: novi eum, qui sic se prostituit, ut in toga saltet, inepte præferre pudorem, persona capiti inducta. Posterius foret, ut Ciceronis lib. 7. epistol. 11. *Mira enim persona induci potest Britanni jureconsulti.* Et Suetonii in Nerone: *Inducta est & Afranii togata, quæ incendium inscribitur.* Gronovius. *Togam.*] Per *togam* tropicè prosam sive solutam & liberam intelligit orationem: per *saltantem personam*, poëmata. Saltantur poëmata in vestibus scenicis: prosa oratio habetur aut recitatur in toga. Sed togæ illæ dictæ improprie, sive togæ illæ mimicæ, consuti ex panniculis versicoloriis centones. Sceniæ nempe vestes ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκομμένας, *ex vilibus admodum pannis concisæ.* Noluere enim Quirites togam suam quæ nota propria civitatis, actionibus scenicis dehonestari. *Musamb.*

1. *Denique videris, &c.*] Neque te putes epistola magis munitum adversus maledicos,. quam si quis myrmillo contra retiarium ferula pro ense pugnaret. *Videris*, ut alii *Viderit.* Vide Gronov. ad Senecam de Prov. cap. 1. Vulgo: *Denique videas.*

2. *Ego inter, &c.*] Ut enim spectatores illiusmodi myrmillonis inconsideratam audaciam aversati reclamarent, ita inter alios & ego tuam hanc temeritatem epistola nullatenus efficaci te defendere conantis. Ut parum in ferula adversus retiatium; sic parum in epistola adversus æmulos & obtrectatores præsidii est.

3. *Puto me, &c.*] *Respondet Martialis.* & sane perlongam scripturus eram epistolam: sed à te monitus, consilium muto, neque lectorem longa epistola fatigabo.

4. *Quid, si scias.*] Longiorem tibi volui epistolam facere, & quidem si scires quanta eam volui esse longitudine, tum etiam magis hæc taliaque diceres, sc. importunè misceri epistolas operi epigrammatum. *Musamb.*

Ad librum suum. I.

TErcentena quidem poteras epigrammata ferre:
Sed quis te ferret, perlegeretque, liber?
At nunc succincti quæ sint bona disce libelli:

Hoc

1. *Tercentena, &c.*] Excusat libri hujus brevitatem, qui nonaginta & tria habet Epigrammata, quum posset ipse plurima addere. Enumerat deinde commoda brevioris libelli: & ultimò conqueritur hunc vel ita brevem, aliquibus visum iri longum. *Ferre.*] Capere.

2. *Ferret, &c.*] Pateretur, toleraret. Palat. *Perlegeretve.*

3. *Succincti, &c.*] Brevis libri commoda. Metaphoricè eo significamus expe-

Hoc primum eſt, brevior quod mihi charta perit.
Deinde, quod hæc una peragit librarius hora,
Nec tantum nugis ſerviet iſte meis.
Tertia res hæc eſt, quod ſi cui forte legêris,
Sis licet uſque malus, non odioſus eris.
Te conviva leget miſto quincunce: ſed ante
Incipiat poſitus quam tepuiſſe calix.
Eſſe tibi tanta cautus brevitate videris?
Hei mihi, quam multis ſic quoque longus eris!

expeditum aliquem, ut de milite ad prælium parato. *Diſce.*] MS. Bodl. *noſce.*

4. *Brevior, &c.*] Minus inſumo & perdo chartæ. *modeſte.*

5. *Deinde, &c.*] Librarius citius tranſſcribet hæc, ut melioribus vacet exſcribendis.

6. *Nec tantum nugis, &c.*] Occupabitur melioribus libris deſcribendis.

9. *Te conviva, &c.*] Inter pocula legêris, vide ep. 19. lib. 10. & perlegêris minori ſpacio quam vinum aqua calida, in quincunce, quinque cyathorum capaci, dilutum frigeſcat. *Hyperb. Quincunx* pro quovis poculo. Sed gemina vis latet ſub hoc verbo *tepuiſſe*; vel enim ut verba jacent, intelligitur, id eſt, antequam frigeat vinum calida miſtum, vel antequam remittatur certamen potandi & hilaritas convivarum. De more bibendi & miſcendi calidam & frigidam lege lib. 1. cap. 4. Elector. Lipſii. *Rad.*

11. *Cautus.*] Cautus, is eſt, qui præmunitus ad quodvis damnum futurum, ne ſibi lædat, eſt.

12. *Hei mihi.*] Cum illud *mihi* abſit Palat. Gruterus cenſet reſcribendum *Eheu.* Quaſi diceret, non vitabis tamen omnium reprehenſionem & faſtidium: ſunt enim Romani proceres faſtidioſiſſimi, & mella juxta ac fella nauſeant. *Rad.*

Ad Cæſarem Domitianum. II.

Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen,
Scipio quod victor, quodque Metellus habet;
Nobilius domito tribuit Germania Rheno,

Et

1. *Creta dedit, &c.*] Celebrat Dacicam victoriam & triumphum quem egit Domitianus ſolus, cujus laurea tota ejus fuit, nec cum alio communicata: amplificat hoc argumentum à comparatis, enumeratis iis qui præcipua cognomenta ex provinciis devictis compararunt. *Ramireſ.* L. Metellus devicta Creta, Pub. Cornel. Scipio devicta Africa, nobilia aſſecuti ſunt cognomenta: Domitianus vero debellatis Cattis Daciſque, nobilius meruit cognomen, Dacici ſcilicet & Germanici. illi enim ſingula, hic bina. Illi Cretenſes pigros ventres & diſcinctos Afros, hic Germanos bellicoſos, ὄζυς Ἄρηος. Sic itaque creſcit collatio. Magnum & nobile Cretici cognomentum; majus ſive nobilius Africani; maximum ſive nobiliſſimum Germanici. Et tamen Cretici & Africani Metello & Scipionibus, jam viris contigere. Germanici cognomentum Domitiano contigit etiam puero. *Muſamb.*

4. *Et*

Et puer hoc dignus nomine, Cæsar, eras.
5 *Frater Idumæos meruit cum patre triumphos:*
Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

4. *Et puer, &c.*] Domitianus juvenis admodum expeditionem suscepit in Germanias. Sueton. lib. 8. cap. 2. sed neque necessariam neque utilem.

5. *Frater, &c.*] Pater tuus Vespasianus cum filio Tito de Hierosolymis triumphavit, tu de Cattis Dacisque solus. *Frater.*] Titus. *Idumæos.*] Judaïcos. Idume, pars Judææ, ab Occidente Jordanem spectans, quæ ἰδύμ appellatur.

6. *Dacis laurea, &c.*] Alii *Cattis.* Ut Lipsius lib. 1. epist. 5. benè judicat. Nam quia ex triumpho de Cattis non traxit Domitianus cognomentum triumphale proprium Cattici, sed commune Germanici: idcircò hunc triumphum argutè Martialis cum Judaïco triumpho componit; quia neque ex illo triumpho cognomentum Vespasiano patri aut filio Tito fuit, *Judaici.* Nam ut apud Dionem est, repudiavere cognomentum hoc ut infame: Domitianus autem cognomentum *Cattici* videtur accipere noluisse, ut ignobile aut ridiculum. *Musambert.* *Datur laurea.*] Vel Domitiano victori, vel potius Jovi Capitolino. Sueton. in Domitiano: *De Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit.* Sil. Italicus lib. XV. *Laurumque superbam In gremio Jovis excisis deponere Pœnis.* Plin. l. 15. cap. ult. *Fasces Imperatorum decoras. Ex his in gremio Jovis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit.* Parta enim victoria fasces ipsi lauro decorabantur. Atque huc pertinent, *fasces laureati*, & *lictores laureati*. Herald.

Ad Sextum. III.

Sexte, nihil debes; nil debes, Sexte, fatemur:
Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest.

1. *Sexte, &c.*] Sextus jactabat se nihil cuiquam debere. Martialis hominis jactantiam joco subsannat, atque se id credere ait, quoniam is tantum debet, qui potest solvere. *Domit.* Vere jactat se nihil debere qui non est solvendo. Debitoris enim inopia excludit actionem. Sic argutatur Plautus in Curculione, non malè credi iis qui nunquam reddunt, quia non creditur propriè nisi reddituris: quod igitur datur non reddituris, non creditur, sed prorsus perit. *Argentariis male credi qui ajunt, &c.* Si igitur is qui dat non reddituro, non credit propriè, nec propriè creditor est is, qui nunquam redditurus est, eadem ratione nihil debet, neque est debitor. *Herald.*

In Ammianum. IV.

O Quam blandus es, Ammiane, matri!
Quam blanda est tibi mater, Ammiane!
Fratrem te vocat, & soror vocatur.

Cur

1. *O quam blandus es.*] Ammianum incesti arguit, quod relictis nativis nominibus matrem hic sororem: filium illa fratrem appellet. quibus nominibus amatores & amicæ se mutuo vocent. vide Lips. Antiq. Lect. lib. 3. & epigr. 20. lib. 12. & epigr. 65. lib. 10.

3. *Fratrem te vocat.*] Fratris & sororis, naturâ honestissima nomina, turpicula tegendi criminis causa facta sunt.

Cur vos nomina nequiora tangunt?
Quare non juvat hoc, quod estis, esse?
Lusum creditis hoc, jocumque? non est.
Matrem, quæ cupit esse se sororem,
Nec matrem juvat esse, nec sororem.

sunt. Amicos fœminæ *fratres* vocabant; amicas viri *sorores*. sic lib. 12. epigr. 20.
Quare non habeat Fabulla quæris
Uxorem Themisen, habet sororem.
Ramiresf.

5. *Quod estis, esse?*] Mater & filius.

7. *Matrem, quæ cupit, &c.*] Elegans epiphonema, & conclusio totius sententiæ, ubi priori versu τὸ *sororem*, sumitur obscæna significatione; posteriori, propria. *Ramir.*

8. *Sororem.*] Sed amicam.

Ad Decianum. V.

NE valeam, si non totis, Deciane, diebus,
Et tecum totis noctibus esse velim.
Sed duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passûm;
Quattuor hæc fiunt, cum rediturus eam.
Sæpe domi non es: cum sis quoque, sæpe negaris:
Vel tantum caussis, vel tibi sæpe vacas.
Te tamen ut videam, duo millia non piget ire:
Ut te non videam, quattuor ire piget.

1. *Ne valeam, &c.*] Excusat se quod non sæpius videat Decianum; & simul eum accusat, quod sæpè negetur esse domi. causatur longam locorum intercapedinem; & tandem eleganti antitheto concludit epigramma. *Ramir.* Jurandi formula, ut, *ni vivam, dispeream.*

3. *Duo sunt, &c.*] Intercapedo & spacium 2. mille passuum, qui 4. mihi fiunt redeunti, nec te convenienti. ep. 23. lib. 5.

6. *Caussis, vel.*] Clientum causis. *Tibi sæpe vacas.*] Tuis studiis, vel balneis, cœnis, seu valetudini curandæ.

Ad Severum. VI.

I Nunc, edere me jube libellos.
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas ἐσχαλοκώλιον Severe,

Et

1. *I nunc, &c.*] Fastidiosum Severum quendam notat, quod præpropera festinatione vix degustato libello, ad finem quam primum pervenire cupiebat, quem etiam perstringit leviter lib. 5. epigr. 81. Indignantis & exultantis formula Ironica, qua Severi deludit fastidium: prius quidem singula epigrammata collaudantis atque ut ederentur suadentis, collecta vero jam & edita cum fastidio dejicientis.

3. *Spectas ἐσχατοκωλικόν.*] Scaliger correxit, ἐσχατοκώλιον: & interpretatur partem postremam adglutinatam.

Et longas trabis oscitationes.
Hæc sunt, quæ relegente me solebas
Rapta exscribere, sed Vitellianis.
Hæc sunt singula, quæ sinu ferebas
Per convivia cuncta, per theatra.
Hæc sunt, aut meliora si qua nescis.
Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior ut sit umbilico,
Si totus tibi triduo legatur?
Nunquam deliciæ supiniores.
Lassus tam cito deficit viator,
Et cum currere debeas Bovillas,
Interjungere quæris ad Camœnas.

I nunc,

tam. Sed hæc ipsa interpretatio ostendit verius esse Salmasii ἐσχατοκόλλιον: nam κόλλα gluten, non κῶλον. Quia ergò in membranis, *es cato collion* esse notavit Scriverius, legendum ἐσχατοκόλλιον vel ἐσχατόκολλον: cui opponitur πρωτόκολλον. Sic πρωτόκολλον in libris & in chartis nondum scriptis primam schedam dixerunt veteres, quæ prima adglutinata esset. πρωτόκολλον in chartis, nomen auctoris habebat scriptum à quo charta confecta erat, & loci ubi facta, & tempus quo facta. πρωτόκολλον in libris nomen quoque auctoris præferebat & operis titulum. Si πρωτόκολλον prima libri scheda, utique & ἐσχατόκολλον extrema scheda dicetur, ultimo nempe loco glutinata. *summam schedam* alibi dixit idem Martialis lib. IV. ep. 91.

Ohe jam satis est, ohe libelle.
Jam pervenimus usque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc & ire quæris,
Nec summa potes in scheda teneri.

Ultimam autem libri partem subinde spectare impatientis & nimium properantis est lectoris. *Salmas.*

4. *Oscitationes.*] Lassitudinis & fastidii indicium est repandiculans oscitatio.

6. *Rapta exscribere.*] Alii *Raptim scribere.* *Vitellianis.*] Pugillaribus luteis, vitello ut credo illitis, quibus res lascivæ & elegantiores scribebantur. Alii à Vitellio nescio quo, inventore dictos volunt. ep. 8. & 9. lib. 14.

7. *Hæc sunt, singula.*] Ex singulis epigrammatis junctis simul libellus fit. Est igitur absurdum, singula per se magni facere, simul autem omnia collecta fastidire & abjicere. *Sinu* autem *ferre* vel *gestare*, formula est usitatissima apud veteres, pro charum habere. *Ramiresius.*

10. *Quid prodest, &c.*] Quorsum studui brevitati? frustra curavi ut liber tenuis esset, nec umbilici (de quo ep. 67. lib. 1.) crassitudinem excederet, si tamen tu delicatus & supinus lector triduum illi legendo insumas.

12. *Si totus.*] Ramiresius contendit esse legend. *toto.*

13. *Nunquam, &c.*] Alii, *Nusquam.* ut ep. 4. lib. 1. *Nescis, heu nescis dominæ fastidia Romæ, &c.*

15. *Bovillas.*] Oppidum in via Aticina, non longe à Roma.

16. *Interjungere quæris.*] Male legitur *Iter jungere.* est enim *interjungere*, jugo solvere equos seu boves refectionis gratia. *est autem Allegoria.* brevem librum

I nunc, edere me jube libellos.

librum non uno decursu perlegis, verum in itinere hæres & pausam oscitans interponis. *Ad Camœnas.*] Ad lucum & templum Camœnarum extra portam Appiam. sed vide Ph. Cluverii Italiam, lib. 3. cap. 4.

17. *I nunc, &c.*] Epanalepsis Ironica, supra ℣. 1.

In Attalum. VII.

DEclamas belle; caussas agis, Attale, belle.
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis belle mimos; epigrammata belle;
Bellus grammaticus; bellus es astrologus.
Et belle cantas, & saltas, Attale, belle.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.
Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

1. *Declamas.*] Notum discrimen inter declamatorem & oratorem: Orator veras causas: declamator, fictas agebat. Tum bellè hic χαρακτηρίζει ardelio, qui cum nihil benè agat, agit omnia bellè, id est, in omnibus bellus sibi videtur; & nullas artes, nullas scientias ignotas habet, ac de omnibus loquitur, bellè potius, id est, tanquam homo qui politus videri vult ᾗ ἀσόμειλος, quam peritè. Tales igitur homines appellabant *ardeliones*, qui circà omnia volitarent, & nullibi pedem figerent. *Herald. Belle, &c.*] Ad hunc Attalum est epigramma lib. 1. 80. ubi illius πολυπραγμοσύνην carpit. Hic irridet arrogantiam & jactantiam ejusdem: qua omnia affectabat & jactabat, & tamen nihil agebat. *Rad.* vide ep. 10. lib. 1.

8. *Ardelio.*] Πολυπράγμων, *à bupe body.* ut lib. 1. epigr. 80. multa agendo nihil agens, qui ut videatur aliquid esse in omnibus, nihil est in singulis. *nusquàm enim est, qui ubique est.* Seneca epist. 2. Alii ab *ardore* & impetu multa tentantis, nihil prosequentis: Alii ab *ardeola* avi, quæ in volatu multum movet, parum promovet, diductum volunt. Sunt qui Ardeliones mimorum genus fuisse volunt. vide epigr. Græca κιφ. μϛ.

Ad Lectorem. VIII.

SI qua videbuntur chartis tibi, lector, in istis,
Sive obscura nimis, sive Latina parum:
Non meus est error; nocuit librarius illis,
Dum properat versus annumerare tibi.

Quod

1. *Si qua videbuntur, &c.*] Poëta per jocum & ut tentet lectoris cum ingenium, tum candorem, epigrammatum suorum vitia, quasi à se amovens in librariorum negligentiam & errorem confert.

5. *Quod*

Quod si non illum, sed me peccasse putabis;
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Ista tamen mala sunt. quasi nos manifesta negemus?
Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

5. *Quod si non illum, &c.*] Quod si meam hanc, quæ tamen vulgaris est authorum excusatio, non admiseris, neque ego te pro cordato & candido lectore habebo. *jam sumus ergo pares.*

6. *Tunc ego te credam, &c.*] Ramiresius sic legit hunc versum: *Num ne ego te credam cordis habere nihil.* Id est, si dixeris me peccasse, te cordatum & sapientem judicabo. sed ineptè.

7. *Ista tamen mala sunt.*] *Urget lector.* sed ipsa carmina mala sunt, quod non tam ab operarum errore, quam ab autoris vitio. *Quasi nos, &c.*] Aperit se Poëta, & fatetur mala quidem esse hæc, sed & illos provocat ut meliora, si possint, scribant; sin minus, his utantur. hæc animo æquiore accipiant. epigr. 92. lib. 1. quin & se minatur censorem non minus in illos rigidum, si scripserint. Quasiverò, inquit Martialis, ego diffitear esse illa peccata sive mala mea, & non joci caussa dixerim esse librarii. Sed utcunque res habet, sive mea illa, sive librarii sunt, tu meliora non facis. *Musamb.* Jo. Rutgersius legit: *quo si manifesta negemus?*

De Nævia. IX.

SCripsi, rescripsit nil Nævia, non dabit ergo.
Sed puto, quod scripsi, legerat. ergo dabit.

1. *Scripsi.*] Non desperandum quod non rescripserit Nævia; sperandum potius quod meas legerit tabellas. ex præcepto Ovidii 1. de arte, unde & hoc sumpsit Mart. *Legerit, & nolit rescribere: cogere noli: Tu modo blanditias fac legat ipsa tuas. Quas voluit legisse, volet rescribere lectis, &c.* unde & quidam habent, *Sed puto, quod scripsi, legerit. Rescripsit.*] Nam meretriculæ si rescribebant, annuere videbantur. Sic Juvenal. Sat. VI. *Libertas emitur: coram licet innuat, atque Rescribat, &c. Non dabit ergo.*] Quia non, rescripsit scilicet. *Dare* heic χαρίζεσθαι. χαρίζεσθαι Græcis. *Herald.*

In Posthumum. X.

BAsia dimidio quod das mihi, Posthume, labro,
Laudo: licet demas hinc quoque dimidium.
Vis dare majus adhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum, Posthume, dimidium.

Ad

1. *Basia dimidio, &c.*] Non ego te superbum censeo aut minus humanum, quod me altero labro (ut epigr. 22. infra) vel levi basio (qui salutandi mos Romanis) excipis, contentus ero vel quarta osculi parte, imo beatus nulla. notatque Posthumi (quisquis ille fuerit) impuram animam atque os impudicum ἐκ τοῦ τὰ αἰδοῖα λείχειν καὶ μύζειν. vide & epigr. XXI.

1. *Quod.*]

Ad Rufum de Selio. XI.

QUod fronte Selium nubila vides, Rufe,
Quod ambulator porticum terit ſerus:
Lugubre quiddam quod tacet piger vultus;
Quod pene terram tangit indecens naſus;
Quod dextra pectus pulſat; & comam vellit,
Non ille amici fata luget, aut fratris:
Uterque natus vivit, & precor vivat.
Salva eſt & uxor, ſarcinæque, ſervique:
Nihil colonus, villicuſque decoxit.
Mæroris igitur cauſſa quæ? domi cœnat.

1. *Quod.*] Selii cœnipetæ mœſtitiæ & luctus cauſam eſſe domicœnium. *Fronte nubila.*] Mœſta, triſti. contrarium *ſerena.* Metaph. à cœli tempeſtate.

2. *Ambulator, &c.*] Mox ep. 14. *Serus.*] Palat. *ſeram.*

3. *Lugubre, &c.*] Quod mœſto vultu tacitus præ ſe fert luctum. M S. Bodl. *languore quodam. Piger,* dixit, quia mœſtus, pigro ſimilis & lento.

4. *Quod pene, &c.*] Quod demiſſo ſit vultu capiteque dejecto.

5. *Quod dextra pectus pulſat, &c.*] Hoc frequens in funeribus: & pectus pulſabant in aliis calamitatibus atrocioribus. Cæterùm *Pectus pulſare,* id ipſum eſt quod *plangere* dicebant. Erant vero Præficæ, atque alii qui modum plangendi cæteris dabant. *Ut qui conducti plorant in funere, dicunt, Et faciunt propè plura dolentibus, &c.* Herald.

7. *Vivat.*] In avari Selii impendium.

8. *Sarcinæque, ſervique.*] Opus, nummi, *quæ majore domus gemitu, majore tumultu Planguntur quam funera.*

9. *Nihil colonus, &c.*] Nihil in agro, in prædiis & villis perditum aut amiſſum.

10. *Cauſſa quæ eſt?*] Minus ſincerè antea legebatur in Junianis, & qui eum ſecuti ſunt, *cauſſa, quod domi cœnat.*

In Poſthumum. XII.

ESſe quid hoc dicam, quod olent tua baſia myrrham,
Quodque tibi eſt nunquam non alienus odor?
Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles bene, Poſthume, ſemper:
Poſthume, non bene olet, qui bene ſemper olet.

1. *Eſſe quid hoc dicam, &c.*] Animæ fœtorem & oris ſpurcitiem diſſimulare voluit Poſthumus, diapaſmatum & unguentorum accito odore: ſub aſſiduo hujuſmodi odore ſuſpicatur Poëta latere ulcus, vomicam, aut teterius quippiam. ſupra epigr. 10.

4. *Non bene olet, &c.*] *Æcaſtor, mulier bene olet, ubi nihil olet.* Plautus Moſtell. vide epigramma 55. Libro 6. Luſus eſt in verbo *bene olere*: priori loco *bene olere* ex ſe ſignificat, poſteriori *bene olere*, ex acquiſitis odoribus.

Ad Sextum. XIII.

ET judex petit, & petit patronus.
Solvas censeo, Sexte, creditori.

1. *Et judex petit, &c.*] Præstat absque lite creditori solvere, ne unum subrerfugiens in tres incidas. namque munere palpandus judex, (atque obiter corrupta rasat judicia) munus aliud tibi extorquebit patronus, & creditori tandem ex lege & sententia solvendum est.

Ad Paulinum de Selio. XIV.

NIl intentatum Selius, nil linquit inausum,
Cœnandum quoties jam videt esse domi.
Currit ad Europen, & te, Paulline, tuosque
Laudat Achilleos, sed sine fine, pedes.
Si nihil Eŭrope fecit, tum Septa petuntur,
Si quid Phyllirides præstet, & Æsonides.
Hic quoque deceptus Memphitica templa frequentat,
Assidet & cathedris mœsta juvenca tuis.
Inde petit centum pendentia tecta columnis;
Illinc

1. *Nil intentatum, &c.*] Modo epigramm. 11. Describit Paulino, Selii cœniperæ summam in quærendis vocationibus diligentiam, & celebriora urbis loca nominat, ubi maximus civium concursus fieri solebat, ut inde convivatorem inveniret. *Ramiref.*

3. *Ad Europen.*] Ad Campum Martium, in quo porticus plurimæ variis picturis insignes, & in his Europæ, à Jove tauro vectæ. *Te, Paulline, tuosque.*] Frequentat exercitii loca in campo Martio, atque ibi te à pedum celeritate in cursu confert Achilli, qui πόδας ὠκύς.

4. *Sine fine.*] Sine modo, ut quivis animadvertat, cum cœnam captare.

5. *Si nihil, &c.*] Si in porticibus, quæ juxta exercitiorum loca, non reperiat invitatorem; transfert se ad loca tabulis vallata, in quibus P. R. suffragia laturus claudebatur, quæ loca à similitudine *septa* & *ovilia* appellabantur. vide quæ ad Juven. 6. Sat. ✠ſ. 528.

6. *Phyllirides præstet, &c.*] Juxta septa erat templum Neptuni cum porticu, in qua depicta fuit historia Argonautarum, & in his, Chironis filii Neptuni ac Phyllires; atque Jasonis Æsone nati.

7. *Memphitica, &c.*] Templum Isidis, cujus sacra ex Ægypto (in qua nobilissima civitas Memphis) Romam translata, in campo Martio prope septa. hoc templum Tiberius everterat, sed vel nomen loci manebat, vel ab alio Imp. instauratum erat.

8. *Cathedris.*] Subselliis. *Mœsta.*] Propter virum Osirim amissum & inventum tandem apud Phialam laceratum. *Juvenca tuis.*] Isis dea ex Io Inachi filia à Jove compressa & in vaccam mutata. Vel simulacrum Isidis erat juvenca.

9. *Centum, &c.*] Porticum hanc c. columnis innixam. alii Corinthiam Cn. Octavii; alii Vipsanam fuisse autumant.

Illinc Pompeii dona, nemusque duplex.
Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausti,
Nec Grylli tenebras, Æoliamque Lupi.
Nam thermis iterumque iterumque iterumque lavatur:
Omnia cum fecit, sed renuente Deo;
Lotus ad Europes tepidæ buxeta recurrit,
Si quis ibi serum carpat amicus iter.
Per te, perque tuam, vector lascive, puellam,
Ad cœnam Selium tu, rogo, Taure, voca.

10. *Pompeii dona, &c.*] Porticum Pompejam, prope quam lucus & duo horti.

11. *Nec Fortunati.*] Quatuor sunt nomina balnearum & balneatorum mercenariorum, hoc est, qui mercenaria balnea habent, Fortunati, Fausti, Grylli ac Lupi. Sed Lupus & Gryllus habebant plane contrarias; Gryllus in loco depresso & tenebricoso. Lupus in excelso & patente loco, veluti Regia Æoli, unde vocat Æoliam, ab Æolo ventorum Deo. *Rader.*

12. *Grylli tenebras, Æoliamque Lupi.*] Tenebrosa balnea Grylli, & excelso loco posita, vel frigida balnea Lupi. vide epigramma 60. lib. 1. & infra epigramma 78.

13. *Thermis, &c.*] In thermis propriè sudabatur, ut in balneis lavabatur.

14. *Renuente Deo.*] Nullo Campi Martii favente numine, quod Selium cœna beet.

15. *Ad Europes, &c.*] Ad porticum Europæ, supra ℣. 2. juxta quam erant tepentes post meridiem buxi. ep. 20. lib. 3.

17. *Per te, &c.*] O Jup. qui tauri induisti formam, rogo te per te & Europam tuam, interfice hunc Selium, ut apud te cœnet. alludit autem ad morem Græcorum, qui dicebant cœnaturos eos apud inferos, qui morituri essent. nota est Leonidæ vox animosa: *Pergite animo forti Lacedæmonii, hodie apud inferos fortasse cœnabimus.*

In Hermum. XV.

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humane facis, Herme, non superbe.

In

1. *Quod nulli, &c.*] Urbanè notat spurcum Hermum, quum videatur eum laudare, & suspicionem superbiæ removere, quod calicem suum nemini propinaret; poterat enim hoc superbum videri: humanè tamen dicit factum, ne scilicet compotores halitu fœtido & spurco offenderentur, quod acutè lectori relinquit inferendum. *Ramires.* Habebant veteres honoratiores maxime, in conviviis peculiares suos calices: quos aliis interdum propinare, humanitatis erat: contrarium, superbiæ. Invertit hoc Poëta collaudando Hermum, quasi hoc ab illo humane factum sit, ne calice à fœtore oris sui venenato, alios offendat. Franc. Luisinus in nominis ambiguitate, quod illi cum Deo Mercurio commune est, joci acumen latere putat. q. d. facis ut homo, &c. vide cap. 13. lib. 1. parergon.

1. Faciunt

In Zoilum. XVI.

Zoilus ægrotat, faciunt hanc ſtragula febrem:
Si fuerit ſanus, coccina quid facient?
Quid torus à Nilo? quid Sidone tinctus olenti?
Oſtendit ſtultas quid niſi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.
Vis fieri ſanus? ſtragula ſume mea.

1. *Faciunt hanc febrem.*] Ut viſentibus oſtentet ſtragula, morbum ſimulat. *Stragula.*] Lecti operimenta, Tapetia lecto ſtrata. non convenit Grammaticis de ſtragulis, veſteſne an lectorum ſtrata denotent. ego utrunque. namque leonis ſpolium Herculi pro lecto & ſtragulo, apud Senecam: *quonam abiit tegmen meum, Idemque ſomno mollis Herculeus torus?*

2. *Si fuerit, &c.*] Si valeret, non poſſent videri ſtragula.

3. *Torus à Nilo.*] Torus è lino Ægyptiaco, & Alexandrina pluma factus. Quid ergò torus ille idem cinctus ſindone olenti, id eſt, circumdatus torali ex ſindone Tyria? Id verò ſummarum delitiarum, ut Lampridii Gabalus ſive Avitus, *primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit, &c.* At vulgò lintea toralia ad cuſtodiam veſtis ſtragulæ purpureæ, ſive purpuræ qua torus inſtratus. Ægyptii autem ſeu Niliaci tori tunc in pretio, ut & lectuli Mileſii & Siculi. Vulgo imperitorum idem eſt *lectulus* & *torus*: ſed lectus eſt κλίνη, torus στρωμνή. in toro ſtragula veſtis, eaque cincta ſeu circumdata torali. *Sidone, &c.*] Torus Sidonio tinctus murice, purpureus. Sidone enim nobiliſſima urbs in Phœnice, purpura abundans. Hic autem à poëtâ pro ipſa purpura, velut contentum pro continente uſurpari vult Scriverius, & illum verſum Martialis lib. xi, epigr. 1. ita legendum cenſet:

Quo tu, quo liber otioſe tendis
Cultus Sidone non quotidiana?

Verum Raderus tam inſolentem caſtigationem non fert. quem vide. legitur &, *ſindone cinctus*, id eſt, plagis. Angl. *curtaines.* è ſindone tinctâ, olenti murice tinctus. Rutgerſius legendum autumat, *quid ſidone cinctus olenti.* lib. 6. var. lect. cap. 11. & Notis in Martialem ad Scriverium. *Quid ſidone, &c.*] Petitus, vir certè multæ lectionis, ſic hunc locum exponit: Zoilum ſcilicet voluiſſe oſtentare opes ſuas, non tantum in ſtragulis purpureis & toro Nilotico; ſed etiam in faſciis, quibus obligabatur è Medicorum imperio; eas appellans *ſindones*, & quidem *olentes*, è murifice ſcilicet. intelligitur etiam ſindonis nomine linteum illud, quo involvebantur qui tonſoribus operam dabant, ut etiamnum hodie fit.

5. *Quid tibi cum medicis.*] Nihil opus ad hunc morbum curandum Medicis, ab animo, non à corpore ægrotas Zoile. Tum Machaon apud Homerum à præſtantia medicinæ celebratur. *Rad. Machaonas omnes.*] Medicos, à Machaone filio Æſculapii, nobilitato ab Homero cum fratre Podalirio.

6. *Vis fieri ſanus.*] Eſt Amphibolia in voce *ſanus*, nam & ad mentem refertur, & corpus. Sapies & valebis, depoſito ſtragulorum luxu, ſumptiſque vilioribus, cujuſmodi mea ſunt.

Ad Ammianum. XVII.

TOnstrix, Suburæ faucibus sedet primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum,
Argique letum multus obsidet sutor.
Sed ista tonstrix, Ammiane, non tondet.
Non tondet, inquis? ergo quid facit? radit.

1. *Tonstrix.*] Notat avâram mœcham tonsoris cujusdam, quæ adolescentis pecunias corradebat: ludit autem in nominibus ejus artificii; tonsorum enim est, & tondere & radere. *Tonstrix.*] Tonsoris uxor. *Suburæ, &c.*] Habitat in aditu Suburæ, de qua l. 1. epigr. 35. ✝︎s. 5.

2. *Cruenta, &c.*] Hoc loco forte Apollo tortor cultus. Suet. 2. 70. namque hic suspensa flagella, ubi malefici de tergo pendebant pœnas.

3. *Argique, &c.*] Argiletum sutorum tabernis frequens. ep. 118. lib. 1. *Tmesis.*

5. *Non tondet, inquis, &c.*] Alii leg. *Non tondet, inquis, ergo quid facis? radit. Shee is a shaver.* radit pecunias, mœchorum, vel glubit. τρίβει τὰ σκευ-ία, *manetque in terminis tonsoriis.* sic ξυρεῖ ἐν χρῷ Sophocl. in μαστιγοφ. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων, inquit interpres.

In Maximum. XVIII.

CApto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cœnam:
Tu captas aliam. jam sumus ergo pares.
Mane salutatum venio: tu diceris isse
Ante salutatum. jam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis:
Tu comes alterius. jam sumus ergo pares.
Esse sat est servum: jam nolo vicarius esse.
Qui Rex est, regem, Maxime, non habeat.

Ad

1. *Capto tuam, &c.*] Festivè Maximo valedicit, cujus cliens fuerat; & causam reddit, quod Maximus ipse cliens esset alterius & cœnipeta etiam: quo nomine parem dicit utrumque esse; & tandem concludit non debere clientem alterius esse, qui vult habere clientes. *Ramires.* Ego te pro rege meo & patrono salutabam, comitabar, prosequebar, cœnam hinc promeriturus, neque negabo me hinc cœnam captare: sed & te video eadem obire officia (namque hoc faciebant potentiores. Juven. 1. Sat. ✝︎s. 117.) quocirca, cum tibi par sim, renuntio tuæ clientelæ, nolo esse cliens clientis, &c.

5. *Comes ipse tuus.*] Comes est, qui latus tegit, honoris gratia: dictus & *Exterior* seu *latero. Anteambulo regis.*] Anteambulo qui præcedit patronum divitem & potentiorem, Poëtis *Regem* dictum.

7. *Esse sat est servum.*] Renuntio officium salutandi, comitandi, &c. quandoquidem ipse illud subis; satis est me esse servum, nolo esse vicarius servi, hoc est, servus servi. *Raderus. Vicarius esse.*] *Sive vicarius est qui servo paret*, & in familia sub alterius servi potestate est, qui & *Ordinarius* vocatur.

8. *Qui Rex est, &c.*] Infra ep. 32.

1. Feli-

Ad Zoilum. XIX.

FElicem fieri credis me, Zoile, cœna:
Felicem cœna, Zoile? deinde tua?
Debet Aricino conviva recumbere clivo,
Quem tua felicem, Zoile, cœna facit.

1. *Felicem, &c.*] Beat quidem lauta cœna, tua nequaquam, quæ sordida, & digna mendicis qui ad Ariciam & clivum Virbii recumbunt: sic Juvenal. *Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.* Sed in dictione *recumbere*, ludit, ut *convivis* & *mendicis* communi.

2. *Felicem cœna, &c.*] Admisimus merito distinctionem Grotii & Scriv. Bodl. *Felicem? cœnam, Zoile, dando tuam.*

De Paullo. XX.

CArmina Paullus emit: recitat sua carmina Paullus.
Nam quod emas, possis dicere jure tuum.

1. *Carmina Paullus emit, &c.*] Plagiarium Paulum excusando carpit, qui, quum carmina emeret, ut sua recitabat: nam emptione res sunt emptoris. *Ramires.* Sic lib. 1. epigr. 30. & lib. 6. epigr. 12.

In Postumum. XXI.

BAsia das aliis; aliis das, Posthume, dextram:
Dicis, utrum mavis? elige: malo manum.

1. *Dextram.*] Exosculandam. malunt alii simpliciter, prehendendam tangendamque. quod illud nimis fastuosum sit, & Imperatorum proprium.

2. *Malo manum.*] Displicent enim basia spurci oris. supra epigr. 10. & 12.

De eodem. XXII.

QUid mihi vobiscum est, ô Phœbe, novemque sorores?
Ecce nocet vati Musa jocosa suo.
Dimidio nobis dare Posthumus ante solebat
Basia; nunc labro cœpit utroque dare.

1. *Phœbe, &c.*] *Numina cultori perniciosa suo.* Ovid. 2. Trist. namque me prius leviter notum dimidio basio salutabat, jam ex carminibus notiorem, me toto ore osculatur. quam gratum autem sit illud, docuit epigr. 10. supra.

De eodem. XXIII.

NOn dicam, licet usque me rogetis,
Quis sit Posthumus in meo libello,

Non

1. *Non dicam, &c.*] Epigr. lib. 1. ✝. 1.

 3. *Quid*

Non dicam. quid enim mihi necesse est
Has offendere basiationes,
Quæ se tam bene vindicare possunt?

3. *Quid enim, &c.*] Cur enim velim illum publicato nomine offendere, cui facile est me, fœdis osculis sub amicitiæ nomine datis, atque adeo mihi non abnuendis, vindicare? epigr. 94. l. 7. vs. 3. Ita Artemona illa apud Plautum in Asinaria: *Nam si domum redieris hodie, osculando ego ulciscar potissimum.* cum prius dixisset Demænetus, *malle se nauteam bibere, quam illam osculari.*

In Candidum. XXIV.

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiorque reo.
Si jubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per scopulos exsulis ibo comes.
Dat tibi divitias. ecquid sunt ista duorum?
Das partem? multum est; Candide, das aliquid.
Mecum eris ergo miser. quod si Deus ore sereno
Annuerit: felix, Candide, solus eris.

1. *Si det iniqua, &c.*] Lege quatuor primos versus ex persona Candidi, ut qui sæpe promiserat se comitem fore Martiali, si adversæ res incidissent. *& fateor me hic dissentire ab aliis omnibus interpretibus qui hæc tribuunt Poëtæ. sed judicet Lector.*

2. *Squallidus, &c.*] Reorum propinquis & amicis niveas togas sordidis mutare in judiciis, moris erat, in misericordiæ aucupium.

4. *Per freta, per scopulos.*] Ingens nempe amoris & amicitiæ firmæ certæque argumentum.

5. *Dat tibi divitias.*] Jam vero fortuna tibi dedit opes, nunquid his me participas? non æquam hatum posco partem, quanquam neque hæc iniqua esset postulatio, apud eum qui se mihi toties ingesserat adversarum rerum socium, & cui semper in ore, κοινὰ φίλων πάντα. infra epigr. 43. sed mihi tu ne teruncium quidem.

7. *Mecum eris ergo miser.*] Ita habeo te quidem amicum (ut ais) paratum in adversis. *Quod si, &c.*] Sed si dexter tibi affulserit Mercurius & benigne tecum luserit fortuna, tibi soli dives eris: & in secunda tua fortuna, me à te repellis.

Ad Gallam. XXV.

Das nunquam, semper promittis, Galla, roganti.
Si semper fallis, jam rogo, Galla, nega.

1. *Das nunquam, &c.*] Quoniam ita lubricæ seu præposteræ es fidei, ut contrarium semper facias iis quæ promiseris: te mihi verbis negare volo, ita ex usitato, dabis.

Ad Bithynicum. XXVI.

QUod querulum spirat, quod acerbum Nævia tussit,
Inque suos mittit sputa subinde sinus:
Jam te rem factam, Bithynice, credis habere?
Erras: blanditur Nævia, non moritur.

1. *Querulum acerbum Inque.*] Lib. 1. epigr. XI. de argumento hujus epigrammatis dictum est, de his sc. qui vetularum ægrotantium nuptias ambiebant, ubi & de tussi dictum. Irridet nunc Bithynicum, qui hæc signa in Nævia propinquæ mortis esse sibi persuaserit, quum tamen ipsa blandiretur ei, & falsa spe lactaret. *Ramiref. Querulum.*] Tanquam moribunda.

2. *Suos.*] Quasi præ imbecillitate & invaletudine longius rejicere non posset. Alii *tuos.* Optime. Ut ita summam hominis abjectionem significet, qui ejusmodi sputa patientissimè & amicissimè exciperet. *Herald.*

3. *Rem factam, Bithynice, credis.*] Hæredipeta Næviæ: vel marite. cujusmodi epigr. 11. lib. 1. *Habere.*] Illam statim morituram serio cogitas. epigramm. 28. lib. 1.

4. *Blanditur, &c.*] Te falsa spe lactat & morituræ speciem præ se fert, non mox moritura.

De Selio. XXVII.

LAudantem Selium, cœnæ cum retia tendit,
Accipe, sive legas, sive patronus agas.
Effecte! graviter! cito! nequiter! euge! beate!
Hoc volui! facta est jam tibi cœna. tace.

In

1. *Laudantem, &c.*] Satis agitatus Selius iste cœnipeta, suprà epigr. 11. & 14. Adverte Selium, quam cœnam captans laudet te, vel carmina seu libellos recitantem, vel causas agentem.

2. *Accipe, sive legas.*] Sive recites scripta tua; sive patronus caussas agas. Habebant enim & caussarum patroni laudatores suos & admiratores, quum caussas agerent: quos aliquando pecuniæ aut cœnæ pretio conducebant. *Heraldus.*

3. *Effecte.*] Acclamat tibi. vide epigramm. 4. lib. 1. vs. 8. Omnibus partibus absolute, plene, perfecte, ut nihil supra. Apuleius lib. 11. Florid. *Vel inde ante aram Bathylli statua à Polycrate tyranno dicata; qua nihil videor effectius cognovisse.* Amm. Marcellinus lib. XVI. *Sed tamen cum hæc effectè, plene que colligeret, &c.* Ramiresius legendum censet *effætè*, dicitque id ita dici, ut nihil amplius dicendum reliquerit in ea re: quasi diceret; ita benè & perfectè, ut nihil supra dici possit. Sunt qui *affectè*, quasi cum affectu. quod placet Radero. *Graviter.*] Cum dignitate. *Cito.*] Prompte, ex inopinato. *Nequiter.*] Versute, argute. Sic laudabatur aliquis *ingeniose nequam*, ut eleganter loquitur Velleius Paterculus. Alii leg. *naviter.*

4. *Hoc volui.*] Placet tua acclamatio, inquit recitator, cœnabis mecum. statim Selius voti compos tacet. Notatque Poëta cum impudentiam cœnipetæ, tum vanitatem recitatoris seu patroni. qua de Pers. 1. Sat. *Tace.*] Domitius & Ramiresius mallent legi *tacet*, quod verbum Poëtæ est notantis Selii aviditatem cœnæ; quique statim ac factam sibi cœnam audivit, tacuit.

In Sextillum. XXVIII.

Rideto multum, qui te, Sextille, cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium.
Sed nec pædico es, nec tu, Sextille, fututor:
Calda Vetustillæ nec tibi bucca placet.
Ex istis nihil es fateor, Sextille: quid ergo es?
Nescio: sed tu scis res superesse duas.

1. *Rideto, &c.*] Licet tibi contemnere eum qui te appellaverit cinœdum, & in illum ipsum retorquere id convitium, porrecto medio digito Infami & verpo, qui cæteris contractis curvatisque Priapum repræsentans in cinœdorum & mollium notam extendebatur. epigr. 93. lib. 1. adeoque ipsum pathicum indigita.

4. *Calda, &c.*] Nec tibi placet fellatricis bucca. epig. 62. l. 11. & artificis halitus oris. Juven. 10. Sat. ỳs. 238.

6. *Sed tu scis, &c.*] Potes tamen esse μασρωπὸς, vel irrum. uter, nescio.

Ad Rufum. XXIX.

Rufe, vides illum subsellia prima terentem,
Cujus & hinc lucet Sardonychata manus:
Quæque Tyron toties epotavere lacernæ,
Et toga non tactas vincere jussa nives:
Cujus olet toto pinguis coma Marceliano,

Et

1. *Subsellia.*] Describit fastum liberti cujusdam, qui ex servili conditione pervenerat ad equestrem dignitatem, insigniaque equestria gerebat: si autem nescis, quis sit ille, amove, dicit Poëta, splenia & ornamenta illa, leges in fronte, quid sit. simul etiam tacite carpit infamiam sui sæculi, quod tales admitteret Senatores. *Subsellia.*] Orchestram in theatro, inter Senatores ipsum Senatorem factum sedentem in primo gradu. epigr. 14. lib. 5. sunt qui ad subsellia in judiciis referunt. Corn. Vitellius 22. legit *terentem*, id est, in foro judicum ubi erant subsellia spatiantem, & causidicum notari volunt, qualem depingit Juven. 7. Sat. ỳs. 139. & recitatorem, Pers. 1. Sat. ỳs. 15. *Terentem.*] Ramiresius legendum censet *tenentem*, quod imperiosam quandam possessionem indicat: ut *tenere* Galliam, Hispaniam, &c.

2. *Sardonychata manus.*] Annulos induta, quibus includuntur Sardonyches aliæve gemmæ.

3. *Quæque Tyron.*] Tyrio bis tinctæ murice, vel pluries. *Tyron* ergò pro purpura ex Tyro allata. Eæ verò lacernæ delicatiorum erant, præcipuè in theatralibus spectaculis. Et eleganti Metaphora usus est, quum dicit *epotavere*, quasi pluries intinctæ.

4. *Non tactas.*] Nullo vestigio pressas, puras *the driven snow*. *Vincere, &c.*] Fullonis arte dealbata, cretata insuper.

5. *Marceliano.*] Unguento confecto à myropola Marcelio: vel Marcello, nam legitur & *Marcellano*. Quidam exponunt, quod per totum theatrum Marcelli spargeretur odor, quo perfusus erat ille servus. *Rad.*

6. *Splen-*

Et splendent vulso brachia trita pilo.
Non hesterna sedet lunata lingula planta,
Coccina non læsum cingit aluta pedem;
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.
Ignoras quis sit? splenia tolle, leges.

6. *Splendent, &c.*] Pumice, nuce ardenti. *δρωπακισμῷ* seu psilothro delicati & molles se depilabant levigabantque.

7. *Non hesterna sedet.*] Recens, nova indies. Heraldus legit, *Cuique hesterna,* id est, nova. ut Persius dixit *hesternos Quirites* pro novis civibus. Sunt qui legant, *Non extrema sedet*, per Litoten, pro inter primas numeranda & multis pretiosior. Had. Junius legens *non hesterna*, pro non nupera, ut vetustam nobilitatem significet, haud heri aut nuper natam. *Non hesterna, &c.*] Alii leg. *non externa*, alii *non extrema sedet*, conanturque exponere, sed invito Apolline. Ego existimo hic à Martiale ligulam illam quæ in pede sedet non extremam dici, quia Stigmatias ille, in quem invehitur Martialis, calceos patricios quatuor corrigiatum portabat, atque ita ligula illa infima, quæ pedem tangit haud quaquam extrema erat; cum contrà in calceis plebeiis extrema esset; illi enim non habebant alias illas ligulas quæ inter se implexæ usque ad suras ascendebant. *Ruben.* *Lunata planta.*] Calceo lunato. de quo vide epigr. 50. lib. 1. ℣. 23. *Lingula.*] Vinculum calcei. *aliis*, fibula argentea seu aurea in calceis à nobilioribus gestata.

8. *Coccina non læsum, &c.*] Ubi & illud notandum quod Martialis reprehendit in eo quod *non læsum coccina aluta cingit.* Etenim illi qui pedes læsos habebant sine reprehensione coccinâ alutâ uti poterant. Parthicæ enim pelles ex quibus coccini calcei concinnabantur mollissimæ erant, atque ideo læsis pedibus aptæ; quamvis postea cum Imperatores soli vindicarunt sibi coccinos calceos, aliis omnibus interdictum fuerit illarum usus. Corippus de Caligis Imp. Constantino Pol.

Parthica campano (an campago) *dederant quæ tergora fuco.* an *fucis?*
Sanguineis prælata rosis, laudata rubore
Lectaque pro sacris tactu mollissima plantis. Ruben.

Coccina aluta pedem.] Senatores primo calceis ex aluta nigra, mox (crescente luxu) cerea, galba, mullea, ederacea, coccinea pedes cinxerunt. *Non læsum.*] Non arctiore calceo pressum. *vel* pedem non læsum fasciis ex aluta coccinea subligat delicatus. *Cingit.*] Alii *pingit*, id est, ornat. sunt & qui *stringit* legant.

9. *Et numerosa linunt.*] Et multa emplastra, quæ *splenia* vocant, & adhibentur ad capitis dolorem vel oculorum morbum, frontem ejus tanquam stellis distinguunt. Quæque Rufus videri voluit delitiarum caussa usurpare: Martialis contrà his occultari notas serviles, & Rufum illum stigmatiam esse, ὅτι καθαρῶς ἐλεύθερος. Ergo si quis splenia illa ei dempserit, fore ut totum illud Senatoriæ dignitatis choragium, repente Rufo in risum & opprobrium vertatur. *Musamb.* *Stellantem, &c.*] Alii *Stellatam*, id est, distinctam, dispunctam notis. Tolle splenia, & ex literis fronti ejus inustis cognosces eum è servo stigmaria & literato: hoc est, literis & punctis inusto ad Senatoriam dignitatem evectum. Ramiresius cum Lipsio legit *stillantem.* sed ineptè. Qui enim potuisset Rufus ille in tantis deliciis perpeti frontem suam stillare; quod & patienti molestum, & spectanti fædum? *Musamb.*

In Cajum. XXX.

MUtua viginti ſeſtertia forte rogabam,
Quæ vel donanti non grave munus erat.
Quippe rogabatur felixque, vetuſque ſodalis,
Et cujus laxas arca flagellat opes.
Is mihi, dives eris, ſi cauſſas egeris, inquit.
Quod peto da, Cai, non peto conſilium.

1. *Mutua viginti, &c.*] Reprehendit Cajum ut illiberalem & parum ſibi in amicitia reſpondentem, à quo cum petiiſſet mutuo ſummam certam pecuniæ; ipſe conabatur Martiali perſuadere, ut cauſas ageret. Sed reſpondet Poëta, ridiculum eſſe non petenti conſilium dare. Jocus hic deſumptus à Seneca, epiſt. 45. Ut mihi mutuo daret ep. 156. lib. 5. ✠ſ. 18. Viginti ſeſtertia, vel viginti millia nummum, ſunt quingenti coronati ſeu ducatones.

2. *Quæ vel conanti, &c.*] Quam ſummam vel mihi donaſſe, non fuiſſet homini tam diviti grave impendium.

3. *Felixque.*] Palat. ac vett. edd. *fiduſque.*

4. *Cujus laxas, &c.*] Cujus arca mota reſonat laxis nummis, tanquam flagelli verbere. Flagellare divitias dicuntur (inquit Turnebus lib. 21. cap. 4.) qui magnas arcis clauſas opes velut verberibus & carceribus coërcent, &c. *Infelix ſtrangulat arca divitias.* Papin. 2. Sylv. Vel *flagellat*, vi premit ac continet; quomodo *flagellare annonam* Juriſconſulti dicunt. Et eleganter Plut. apud Lucian. in Timone queritur ſe ab avaris ἀποπνίγεσθαι ἐν πολλῷ σκότῳ. *Herald.* vide epigr. 13. lib. 5. & epigr. 40. lib. 3.

5. *Is mihi, &c.*] Cajus conſulit mihi quod olim Titus. ep. 18. lib. 1. vide & epigr. 77. lib. 1.

6. *Quod peto da, &c.*] Nummos mutuos, non conſilium.

Ad Marianum. XXXI.

SÆpe ego Chreſtillam futui. det quam bene, quæris?
Supra quod fieri nil, Mariane, poteſt.

1. *Det.*] *Dare* obſcœnum hic verbum eſt. reſpondet poëta ex ambiguo. Chriſtinam ſeu Chreſtillam, ita bene dare, ut nihil melius. verum aliud voluit. nempe, ita male eam dare, ut ſupra. id eſt, ultra vel iterum eam non ſuſtineas facere.

2. *Fieri nil, &c.*] *Facere* item & *fieri* turpicula verba ſunt. epigr. 47. lib. 1.

* In Ponticum. XXXII.

LIs mihi cum Balbo eſt: tu Balbum offendere non vis,
Pontice, cum Licino eſt: hic quoque magnus homo eſt.

Vexat

* Ponticum cauſſidicum, qui ab aliis coli volebat, carpit urbanè, quod liber non eſſet, ſed multis ambitioſe ſerviret, fingitque multa negotia, in quibus operam ſuam recuſabat Ponticus.

1. *Lis mihi, &c.*] *Perii*, inquit illa

apud

Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum :
Contra libertum Cæsaris ire times.
Abnegat & retinet nostrum Laronia servum ;
Respondes, orba est, dives, anus, vidua.
Non bene, crede mihi, servo servitur amico :
Sit liber, dominus qui volet esse meus.

apud Comicum, *huic ipsi opus patrono est quem defensorem paro.* actum secum esse exclamat Poëta, siquidem justas intendenti lites adesse nolit (quem pro patrono coluerat) Ponticus, non ausus ire contra potentiam magnatum, captansque gratiam divitum. renunciat itaque se servum & clientem servili domino & patrono. supra epigrammate 18.

* In Philænim. XXXIII.

CUr non basio te, Philæni? calva es.
Cur non basio te, Philæni? rufa es.
Cur non basio te, Philæni? lusca es.
Te qui basiat, hic Philæni, fellat.

* Luscam Philænim irridet hoc epigrammate, ut & epigr. 95. lib. 4. & quod nolit eam basiare, tres caussas reddit. vide lib. 10. epigr. 23.

1. *Cur non basio, &c.*] Caput enim tuum (calvum, rufum, luscum) præ se fert Priapum, lib. 9. ep. 38. *Et sit lusca licet, &c.*

4. *Te qui basiat, &c.*] Gruterus legit, *Hæc qui basiat, ô Philæni.*

In Gallam. XXXIV.

CUm placeat Phileros, tota tibi dote redemptus,
Tres pateris natos, Galla, perire fame.
Præstatur cano tanta indulgentia cunno,
Quem nec casta potest jam decuisse Venus.
Perpetuam Di te faciant Philerotis amicam,
O ma-

2. *Tres pateris, &c.*] Gallam luxuriosam anum insectatur, quæ tota sua dote redemerat Philerotem servum, & cum eo consuetudinem habebat, patiebaturque tres natos suos ex defuncto marito fame perire. *Ramiresi.* Propter amorem Philerotis, quem è servitio redemisti, *vel* quem conduxisti, tota dote tibi à marito defuncto relicta.

3. *Præstatur, &c.*] Tam strenue indulges libidini luxuriosa anus, quam vel coitus legitimi hac ætate puderet, multo magis adulteri.

5. *Perpetuam, &c.*] Ut quam diutissime vivas misere cum Philerote tuo, quem ut redimeres, te cum tribus natis ad extremam inopiam & famem redegisti.

6. *Pen-*

O mater, qua nec Pontia deterior.

6. *Pontia deterior.*] *Illa duos una sævissima Vipera cœna, &c.* Juven. 6. Sat. ℣ſ. 637.
Nos utinam vani: sed clamat Pontia feci,
Confiteor, puerisque meis aconita paravi. Tu vero tres natos fame enecasti. Sunt qui legant *Pontica*, & intelligunt Medeam. Et sic Arondel. & bibliothecæ Leidensis codices MSS.

Ad Phœbum. XXXV.

CUm sint crura tibi simulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

1. *Cum sint crura, &c.*] Cum tibi vulgo diducantur poplites, coëant tali seu plantæ; optime conveniat tibi ad lavandos pedes rhytum seu rhytium, quod vas est ab angusto fundo in latum surgens instar cornu, de quo Athenæus libro 10. capite 13. & libro 11. capite 1. 5. & 26. ludit autem in paribus, *cornu* & *rhyto*, *Luna* & *Phœbo*.

Ad Pannicum. XXXVI.

PEctere te nolim, sed nec turbare capillos,
Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.
Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum.
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.
5 *Sunt tibi crura pilis, & sunt tibi pectora setis*
Horrida: sed mens est, Pannice, vulsa tibi.

In

1. *Pectere, &c.*] Carpit Pannicum quendam, ut mollem virum, qui nimium vir videri volebat, turbatis capillis, horrida barba, sordida cute, cruribus & pectore setosis. Pro *Pectere*, Gruterus & Guilielm. legendum censent, *Flectere*. Non probo virum comas in statione ponentem more fœminarum, nec contra capillos disturbatum. Triplex ergo capillorum genus, flexi ad pectinem seu pexi, flexi calamistris, & turbati. Primum genus elegantiæ; alterum mollitiei; tertium sine elegantia & venustate. *Musamb.*

2. *Sordida nolo.*] Est modus ergò in rebus, sunt certi denique fines.

3. *Nec tibi.*] Nec tibi sit nulla barba ad modum fœminarum & effœminatorum Gallorum seu Phrygum, qui mentum depilabant, nec &c. inquit Raderus. *vel*, nec tibi sit instar mollium illorum mitras gestantium, barba summo cultu nutrita & ad speculum composita, nec tamen contra, promissa & disturbata, ex neglectu vel affectato squalore reorum. *Mitrarum.*] Fœminarum: matronæ enim Romæ mitras ferebant. *Barba reorum.*] Inculta sc. & horrida.

4. *Nolo parum.*] Parum viri dicebantur effœminati.

5. *Nunc tibi, &c.*] *Hispida membra quidem, &c.* Juven. Sat. 2. ℣ſ. 10.

6. *Sed mens, &c.*] Sed animo es glabro, *Catachrestice*, id est, molli, parum virili. *Mens vulsa.*] Effœminata & luxuria madens. ἡ ψυχὴ, ἀρμιά. *Herald.*

1. *Vir-*

In Cæcilianum. XXXVII.

QUidquid ponitur hinc & inde verris:
Mammas ſuminis, imbricemque porci,
Communemque duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumque totum,
Murænæque latus, femurque pulli,
Stillantemque alicâ ſuâ palumbum.
Hæc cum condita ſunt madente mappa;
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus otioſa turba.
Ullus ſi pudor eſt, repone cænam:
Cras te, Cæciliane, non vocavi.

1. *Verris.*] Notatur hominis guloſi & ſordidi impudentia, qui ea quæ ceteris convivis appoſita erant, verreret, & mappis condita domum mitteret. γαστριμαργίας argumentum, ἁρπάζειν ἐσθίοντα, inquit Athen. l. VIII. & τὰ ἐκ τῶν πλησίον ἐπισπᾶσθαι. *Verris.*] Rapis.

2. *Mammas ſuminis.*] Sumen ex papillis porcæ ab edito fœtu occiſæ, quoque magis lacteum erat hoc amplius commendabatur. lib. 13. epigr. 44. *Imbricemque porci.*] Vertebram demptis coſtis. Angl. *the chine.* Auriculam, P. Scriverius, quæ imbricem refert.

3. *Communemque, &c.*] Appoſitam duobus convivis. Attagen, Gr. Ἀτταγᾶς. *Al. Haſel-hun.* *Mullus*, Gr. τρίγλα. Belg. *Barbeel.* *Lupus.* Gr. λάβραξ. Belg. *Zee-ſnoeck.* *Muræna*, fluta, Gr. σμύραινα. *Al. Meer-ael.* Sed *Murænula*, Belg. *een Negen-ooge.*

5. *Femurque pulli.*] Optima pulli pars, femur & ala.

6. *Stillantemque, &c.*] Stillantem alica, qua fartus erat. *vel* natantem in condimento alicæ, quæ fit ex zea. Plin. lib. 10. cap. 8. itaque *ſua* refertur ad alicam, qua fartus erat; vel ad zeam, quæ palumbis cibus.

7. *Madente mappa.*] A pinguedine & condimentis ciborum.

8. *Traduntur, &c.*] E more Romano licebat convivis, rogata convivatoris venia, aliquid appoſitorum ſecum auferre, vel per alium mittere.

9. *Nos accumbimus, &c.*] Non habentes in quo dentes exerceamus. Sic & Græcis χολάζειν dicuntur in convivio, qui ab edendo & bibendo ceſſant. *Herald.*

11. *Vocabo.*] Optime repoſuit Domitius *vocavi*, locutione quidem ſolœca, ſenſu longe acutiori. q. d. in hodiernum diem te invitavi, non ut hæc in craſtinum reſervares. repone itaque quæ ſuſtuliſti.

In Linum. XXXVIII.

QUid mihi reddat ager, quæris, Line, Nomentanus?
Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

De

1. *Quid mihi, &c.*] Lino exprobranti Martiali ſeceſſum in agrum Nomentanum, rogantique quid haberet reditus ex agro tam macro & ſterili, reſpondet Poëta ex inopinato, ſi nihil aliud, certe ſe hoc fructus ex eo capere, ut careat conſpectu Lini hominis odioſi.

1. Coc-

De muneribus Mœchæ. XXXIX.

COccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.
Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

1. *Coccina, &c.*] Veſtes ſibi mutuo mittere divitibus Romanis in uſu erat. ſed cur tu veſtimenta purpurea & violacea adulteræ? magis illi conveniret toga miſſa. meretrices autem ut & adulterii convictæ, in publicum togatæ prodibant, ut dignoſcerentur à caſtis matronis ſtolatis. epigramm. 64. lib. 6. ℣ſ. 3. & Juven. 2. Sat. ℣ſ. 70. Turneb. lib. 16. cap. 19. *Ianthina* veſtis, ab *ἴανθον*, quod colorem violæ præferret.

In Tongilium. XL.

URi Tongilius male dicitur hemitritæo.
Novi hominis mores: eſurit, atque ſitit.
Subdola tenduntur craſſis modo retia turdis:
Hamus & in mullum mittitur atque lupum.
Cæcuba ſaccentur, quæque annus coxit Opimî:
Condantur parco fuſca Falerna vitro.
Omnes Tongilium medici juſſere lavari:
O ſtulti, febrem creditis eſſe? gula eſt.

In

1. *Uri Tongilius, &c.*] Inguloſum Tongilium morbum ſimulantem invehitur facetiſſime, qui cauſatus hemitritæum, quicquid eſculenti & potulenti appetebat, impudenter flagitabat, ab amicis. *Ramir. Uri.*] Eſt enim febris *πυρετός*. *Hemitritæo.*] Semitertiana.

2. *Mores.*] Alii *fraudes. Eſurit, &c.*] Simulat ſe male habere, quo lautius veſcatur turdis & mullis, atque optima bibat vina, ſed colata. *Sicke for a candle, or a poſſet.*

3. *Subdula, &c.*] Elegans Metaphora ab aucupibus ſumpta, qui retia tenduntad captandas aviculas; ſic iſte guloſus, morbi ſimulatione captat turdos & delicias piſcium ab amicis mittendas.

5. *Saccentur, quæque.*] Defæcentur, liquantur, colo tranſmittantur. ſic lib. 12. ep. 61. *Turbida ſolicito tranſmittere cæcuba ſacco.* Poëta enim hic agit de Tongilio febrim ſimulante, huic autem vinum ſaccatum aptius illo, cui ſacculus nihil demſit. Itaque duplicem à Poëta Tongilii gulam perſtringi, unam vinum adpetentem; alteram non cuicuimodi vinum, ſed ſaccatum, quod ſummatum deliciarum eſt. Cumque poëta ſacci & parci vitri mentionem facit, decorum ſervat in perſona ſimulante febrim. *Muſambert. Annus coxit Opimî.*] Vide epigr. 27. lib. 1. ℣ſ. 5.

6. *Parco fuſca, &c.*] Modico, parvo. propter Falernum indomitum, quod non poterat large ſumi, ægrotis minime conveniebat. aut ex perſona hypocritæ ægroti extenuantis petitionem.

7. *Lavari.*] Remedium & medicamentum priſcis uſitatum in febribus. nobis ſatis præpoſterum & periculoſum.

8. *O ſtulti, &c.*] Sic lib. 11. epigramm. 87. *Non eſt hæc tuſſis, Parthenopæe; gula eſt.*

2. *Ride,*

In Maximinam. XLI.

Ride, si sapis, ô puella ride,
Pelignus, puto, dixerat Poëta:
Sed non dixerat omnibus puellis.
Verum ut dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi; tu puella non es;
Et tres sunt tibi Maximina, dentes;
Sed plane piceique, buxeique.
Quare si speculo mihique credis,
Debes non aliter timere risum,
Quam ventum Spanius, manumque Priscus:
Quam cretata timet Fabulla nimbum:
Cerussata timet Sabella Solem.
Vultus induito magis severos,
Quam conjux Priami, nurusque major.
Mimos ridiculi Philistionis,

1. *Ride, Pelignus, &c.*] Maximinam vetulam pene edentulam monet, ne in risus solvatur; ita ut oris deformitatem prodat; sed potius seriis & luctuosis rebus intersit, ut fletum, non risum edat. *Ramiresf.* Dom. Calderinus vult Martialem allusisse ad præceptum Ovidii 3. de arte, *ridentem mollia ride.* ex epigrammatis Ovidii quæ interierunt desumptum putat. Ang. Politianus 59. cap. 1. cent. Miscel. potest fieri & Martiali non occurrisse certum authoris nomen, cum dicat *Puto. Si sapis.*] Si placere cupis, *ride* dixerat Ovid.

3. *Non dixerat, &c.*] Non deformibus, non edentulis.

5. *Non es.*] Sed vetula.

7. *Piceique, buxeique.*] Nigri & subpallidi, quasi flavi, coloris buxei.

10. *Ventum Spanius.*] *Spanius* & *Priscus* elegantiorum nomina sunt, quorum cum alter numeros crinium & ordinem affectaret, ventum timebat: alter quum politioribus vestibus uteretur, manu nolebat tangi. Spanius ergo ideo *ventum* dicitur *timere* ne dispergat capillos, quos flexerat diduxeratve ad frontem calvam tegendam. vide epigr. 83. lib. 10. Cum è codice Viennensi adferat Gruterus, *Quam ventum vatius* pro edentulo, & *lippus* pro *priscus*, P. Seriverius legendum suspicatur. *Quam ventum vatius*, (sive *vatias*) *manumve lippus.* qui ægre incedit propter crurum distortorum vitium. *Manumque Priscus.*] Ne contactus, vestis plicas turbet. sic epigr. 63. lib. 3. *Pallia Vicini qui refugit cubiti.* vel prensationem refugit, ne gypsum cretave proderetur qua manus dealbasset.

11. *Nimbum.*] Ne terra Chia vel fucus eluatur.

12. *Solem*] Ne à sole calefacta cerussa (facile autem calorem admittit) faciem torreat.

14. *Quam conjux, &c.*] Quam Hecuba aut Andromache.

15. *Ridiculi Philistionis.*] Γελωτοποιοῦ mimi celeberrimi, qui & ipse, cum mimum daret, qui φιλογέλων inscriptus est, risu interiit.

Et convivia nequiora vita;
Et quicquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.
Te mæstæ decet assidere matri,
Lugentique virum, piumque fratrem,
Et tantum tragicis vacare Musis.
At tu, judicium secuta nostrum,
Plora, si sapis, ô puella, plora.

16. *Nequiora vita.*] Lasciva, in quibus scurræ, moriones, sanniones, convivia devitabis.

17. *Lepida procacitate.*] Jocularibus dictis, facetiis, scommatis.

18. *Laxat.*] Pandit. *Perspicuo, &c.*] Ut appareant dentes.

19. *Mœstæ, &c.*] *Generaliter* lugentibus assidere. *Vel* spectare, audireque non jocularia & ridicula argumenta, sed gravia atque tristia, ut tragœdias, in quibus Hecuba, vel Niobe luget filios, Andromache virum, Electra fratrem, &c.

23. *Plora, &c.*] Multo enim magis te decent lacrymæ quam risus, *invertitque versum primum hujus epigrammatis.*

* In Zoilum. XLII.

ZOile quid solium subluto podice perdis?
Spurcius ut fiat, Zoile, merge caput.

* Zoilum spurcum fellatorem notat, quod in solio podicem demergeret, idque consultò & conspurcaret; admonetque ut caput mergat, quo fiat, ut spurcius reddatur solium. *Ramires.*

1. *Solium, &c.*] Vas in quo lavabatur genibus flexis & in fundo positis, aqua ad umbilicum pertingente. *Perdis.*] Conspurcas. vide epigr. 81. lib. 6. Barthius in MS. notavit *pardis:* unde conjicit haud ineptè; *quid solio sublato podice parcis?* Adde lib. xi. epigrammate 96.

2. *Spurcius, &c.*] Namque tibi ori morigeranti & φοινιχίζοντι, os est spurcius quam, &c.

* In Candidum. XLIII.

CAndide, κοινὰ φίλων, hæc sunt tua, Candide, πάντα,
Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas.

Te

* Candidum quemdam magnificè liberalitatem suam laudantem, nihil autem amicis largientem, taxat urbanissimè; & docet distributione eleganti, non esse bona Candidi amicis communia; & contentione facta inter Candidi opulentiam & suam paupertatem, ostendit eum verbo tenus, non reapse esse liberalem. *Ramiresius.*

1. Κοινὰ, &c.] Hæc sunt tua verba, tibi semper in ore. *Omnia amicorum communia.* à Pythagora seu Socrate authore. Alia lectio, κοινὰ φίλων *hæc sunt, hæc sunt tua, Candide,* κοινά. Malim, *hæc sunt tua, Candide verba.*

3. *Tota*

Te Lacedæmonio velat toga lota Galeſo,
Vel quam ſepoſito de grege Parma dedit.
At me quæ paſſa eſt furias & cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima ſuam.
Miſit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas:
Non vendes nummis coccina noſtra tribus.
Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes:
Fulcitur teſta fagina menſa mihi.
Immodici tibi flava tegunt chryſendeta mulli:

Con-

3. *Lota Galeſo.*] A fullone eluta (vide Lipſ. Elect. l. 1. c. 13.) toga ex optima lana Tarentina, vel è velleribus lotis, aut ovium lotarum paſtarumque ad Galeſum fl. prope Tarentum à Laconibus duce Phalanto conditum ſeu auctum: cui fl. eadem natura quæ Bæti ſeu Clitumno. Juven. 12. Sat. ꝟſ. 41. & 13.

4. *Parma dedit.*] Fl. unde & urbi nomen in Gallia Ciſpadana velleribus & caſeo claræ, epigr. 13. lib. 5. Alii, *Creta* vel *Acerra.*

5. *At me quæ, &c*] At mihi veſtes viles & pannoſæ, quales ſunt pilarum furibundis efferatiſque tauris objectarum: de quibus vide quæ ad epigr. 19. lib. Spect. MS. Bodleianus habet, *furioſi cornua tauri*, quam lectionem agnoſcit editio Gryphiana, aliæque.

6. *Noluerit, &c.*] Viliores ſane ſunt veſtes meæ, quam quibus induuntur pilæ compitales, quæ ad effigiem humanam factæ ſuſpenduntur Diis inferis votivæ in compitis. Quibus Diis, tot pili, quot capita liberorum, ſervorum, mulierum circa compita habitabant, ponebantur; ut eſſent iis pilis & ſimulacris contenti, viviſque parcerent. Hiſce verò imaginibus nullius omnino pretii veſtes circumponebantur; proinde *pannoſas* etiam quandoque Martialis *pilas* vocat. *Prima ſuam.*] Compitalis illa theatrali prior: *vel* in ordine pilarum prima, vel ex iis optima. Ab harum enim pilarum compitalium ſimilitudine, quaſi ſecundæ prodierunt feris objectæ. Tum primæ dictæ, quia in principiis viarum, hoc eſt, compitis ponebantur. Secundæ, quæ feris objiciebantur, quæ primulum è ſtramine fiebant. *Rad.*

7. *Miſit Agenoreas, &c.*] Tibi purpureæ lacernæ à Tyro regnata Cadmo, filio Agenoris.

8. *Coccina, &c.*] Ironice pannos ſuos vocat coccineas lacernas: quas negat valere tres ſeſtertios.

9. *Tu Libycos, &c.*] Tuæ rotundæ menſæ citreæ è Mauritania petitæ, vel è marmore Africano ſuſtinentur pedibus eburneis, è dente ſcilicet elephantorum Indorum. Juven. 11. ꝟſ. 121. *latos ſuſtinet orbes Grande ebur.* Lucianus in Ὀνείρῳ vocat τραπέζας ἐλεφαντόποδας. vide lib. 14. epigr. 89. & 91. *Suſpendis.*] Suſpendere hic eſt fulcire, & ea quæ ſic fulta ſunt pendere dicuntur.

10. *Fagina.*] A vili menſæ materia auget paupertatem ſuam; & quod *fulciatur teſta*, inæqualem ſignificat, qualis erat pauperum. vide lib 1. epigr. 56. ꝟſ. 9. neque enim credo fictiles fuiſſe pedes, quod ait Calderinus.

11. *Immodici tibi.*] Mulli magni magno in pretio. *Laudas inſane trilibrem Mullum, &c.* Horat. 2. ſerm. 2. *Tegunt, &c.*] Implent, adeoque magni ſunt mulli ut tegant χρυσένδετα, id eſt, lances auro circumvinctas, vel in quibus gemmæ auro illigantur. vide Turnebum lib, 14. c. 3. & epigr. 97. lib. 14.

Concolor in nostra, cammare, lance rubes.
Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo:
At mihi succurrit pro Ganymede, manus.
*Ex opibus*tantis veteri fidoque sodali*
Das nihil, & dicis, Candide, κοινὰ φίλων?

12. *Concolor, &c.*] Ejusdem coloris cum fictile lance mea, id est, rubens cammare. Cammarus ergò squillarum non locustarum species. *Apostrophe.* vide 5. Sat. Juven. cui consonant pleraque hujus epigr. vide & Plinii ep. 7. l. 2.

13. *Grex tuus, &c.*] Pueri tuæ mensæ ministri, forma æquant florem Asiæ, Ganymedem Jovis amasium. *Iliaco*, dicit, quia Trojanus.

14. *At mihi, &c.*] Manus mea fungitur officio pueri ministrantis. petant, qui volunt nequiores, sensum alium ex epigr. 42. lib. 9. & epigr. 74. lib. 11. περὶ τοῦ μαστροπεύοντος.

15. *Ex opibus, &c.*] Nihil amico mihi das, & habes nihilominus in ore semper hoc κοινὰ φίλων, &c.

* In Sextum. XLIV.

EMi seu puerum, togamve pexam,
Seu tres, ut puto, quattuorve libras:
Sextus protinus ille fœnerator,
Quem nostis veterem meum sodalem,
Ne quid forte petam, timet, cavetque;
Et secum, sed ut audiam, susurrat;
Septem millia debeo Secundo;
Phœbo quattuor; undecim Phileto;

Et

* Epigramma elegans, quo hominis sordidi mores describuntur; qui ne quid à se petant amici, angustias & penuriam ipse fingit, & ultrò narratum it. *Herald.*

1. *Pexam.*] Recentem & villosam. Pexæ enim vestes sunt quæ multo flocco opertæ sunt, eoque pexo & polito, arte fullonis. ut ergò pecten nihil ad calvum; sic defloccatæ & usu detritæ vestes nihil opus habent pectine fullonis. inde *pexæ* opponuntur tritis, id est, novæ obsoletis. Sic Martial. infra epigr. 58.

Pexatus pulcre, rides mea, Zoile, trita. Id est, pexis & novis vestibus indutus, quarum nondum flocci abiere. hanc pexam floccorum in vestibus lanuginem, *pexitatem* vocat Plinius. *Salmas.*

2. *Ut puto, quatuorve.*] Alii *Utpote*, Gruterus, *ut puta.* Neutra lectio placet Heraldo. Nam quis inde sensus? Legendum fortasse, *Seu tres supputo:* quasi dicat, Cum me aliquam pecuniolam mecum putantem audit, tunc veretur ne eam ab ipso sim mutuo petiturus. Sed Ramiresius mavult loqui Poëtam de emptionibus suis, vel pueri, vel togæ, vel argenti. Illud autem *ut puto*, interponitur dubitationis causa, quando non succurrit memoriæ recepta. *Libras.*] Argenti facti. lib. 7. ep. 85. alii *Libros.*

5. *Ne quid, &c.*] Sic amicorum petitiones antevortunt cauti divites. vide Arist. 2. Rhetor. & Sen. 1. Benef. 1.

10. O gram-

Et quadrans mihi nullus eſt in arca.
O grande ingenium mei ſodalis!
Durum eſt, Sexte, negare, cum rogaris:
Quanto durius, antequam rogeris!

10. *O grande, &c.*] Ironice dixit *ingenium*, ne diceret ſordes & avaritiam: ut epigr. 74. lib. 1.

Ad Glyptum. XLV.

QUæ tibi non ſtabat, præciſa eſt mentula, Glypte.
Demens cum ferro quid tibi? Gallus eras.

1. *Quæ tibi, &c.*] Cur tu cultro è teſta Samia reſectis genitalibus te reddidiſti Cybeles ſacerdotem? Nil opus præciſo pondere, quod vel ante erat inutile. epigr. 82. lib. 3. *Galli* dicebantur, quibus amputatus eſſet priapus.

* In Nævolum. XLVI.

FLorida per varios ut pingitur Hybla colores;
Cum breve Sicaniæ ver populantur apes:
Sic tua ſuppoſitis pellucent præla lacernis:
Sic micat innumeris arcula ſynthesibus.
Atque unam veſtire tribum tua candida poſſunt,
Appula non uno quæ grege terra tulit.

Tu

* Comparat ſuam egeſtatem cum amici copiis & opibus; eumque tam parcum dicit, ut veſtes amicis invideat, & tineis potius depaſcendas relinquat. *Rad.*

1. *Florida, &c.*] Quot coloribus diſtinguitur Hybla urbs in Sicilia, ubi mellificæ apes depaſcuntur flores vernos brevis ætatis.

3. *Sic tua, &c.*] Tot apparent lacernarum colores ad nitorem preſſarum in prælis tuis, quot genera florum in Hybla. Angl. *Preſſes to lay up clothes in.* quæ Romanis in uſu. Senec. 1. de tranquillitate vitæ. & Marcel. lib. 28. *Præla.*] Prælum trabs, qua uva calcatur; aut qua veſtes premuntur, à premendo vocatum, quaſi preſſorium. *Lacerna*, hic pro quavis veſte. ſpecies pro genere.

4. *Synthesibus.*] Veſtibus cœnatoriis vel quibuſvis aliis in veſtiario compoſitis à συντίθημι. vel quæ ſimul induuntur, *ſutes*. vide epigr. 46. lib. 1. verſ. 9. *Sic ſynthesibus*] *Syntheſes*, veſtes ejuſmodi, quæ in ſyntheſi poni ſolebant. Nam pretioſæ veſtes tantum, & quæ raro uſurparentur, quæque diebus feſtis ſolum ſumerentur, ita per ſyntheſes diſponebantur: ut ſericæ, ſubſericæ, & id genus claræ raræque veſtes. quæ enim quotidie habitabantur, non ita ſolebant ordinari. hinc *ſynthesina veſtis*, pro ſumptuoſa & pretioſa. *Salmaſius.*

5. *Unam, &c.*] Hyperbolice. Ut integram *tribum*, hoc eſt, innumeros veſtire poſſis. *Tua candida.*] Ita optimi codices, id eſt, tuæ togæ candidæ. Ut ep. 58. *mea trita.* Quod qui non caperent, ſubjecerunt, *tua vellera.*

6. *Apula, &c.*] De multis gregibus quos paſcit Apulia velleribus nobilis.

Tu ſpectas hyemem ſuccincti lentus amici,
(Pro ſcelus!) & lateris frigora trita mei.
Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
(Quid renuis?) non te, Nævole, ſed tineas?

7. *Hyemem.*] Frigus. *Succincti.*] Cui veſtes detritæ ſunt curtæ, id eſt, Mei pene nudi. *Lentus amici.*] Tardus ad commiſerationem.

8. *Frigora.*] Laceras lacernas, tritas tunicas & penetrabili frigori pervias. Legunt alii, *lateris frigora trita tui.* hoc eſt, Mei ſodalis tui, latus tuum tegentis. Lipſius ſcribit, *frigora tute times,* hoc eſt, adeo amicus tuus friget, ut tu vereri poſſis, ne frigus ejus ad te permanet. Et ſic *latus*, pro comite latus tegente accipitur. Vulgata lectio eſt, *frigora tuta times*, hoc eſt, vides amicum algentem, & tu ipſe frigus times, aut certè timere ſimulas, à quo tamen tutiſſimus es, quippe pluribus veſtimentis probè munitus. Verum id ſimulas, ne paucis & malis lacernis te fraudare, & amicum juvàre cogaris. Sed quid renuis? An tibi durum videtur paucis te lacernis fraudare? Te ſane fraudari nolo, ſed tineas, quæ veſtes illas inutiles corrodunt. *Herald.*

9. *Quantum erat, &c.*] Quantulum fuerat tibi, infelix, qui rerum uſum neſcias, non dico, te (quid refugis) copia ſatis munitum & tutum; ſed tineas, quibus erodendas eas relinquis, defraudare duabus lacernis, quas mihi dones? vide Fruter. veriſim. lib. 1. cap. 9. & Junii Anim. 2. lib. 8. cap.

10. *Quid renuis?*] Alii legunt, *Non metuas mortem.* Ramireſ. *Non metuas non te, nec Nævole timeas* ſc. Quantum erit duabus veſtibus fraudare, non tam te ipſum (ne metuas,) quam tineas, quibus arrodendas relinquis.

* In Gallum. XLVII.

SUbdola famoſæ, moneo, fuge retia mæchæ,
Levior ô conchis, Galle, Cytheriacis.
Confides natibus? non eſt pædico maritus.
Quæ faciat duo ſunt: irrumat, aut futuit.

* Monet Gallum cinædum ne famoſam mæcham ſectetur, ne à marito comprehenſus patiatur irrumationem.

1. *Subdola, &c.*] Cave puer, nec deprehendaris à marito ſuſpectæ ac notæ mœchæ: *vel* quæ te prodet marito ſuo. epigr. 49. infra.

2. *Cytheriacis.*] Marinis, vel Venereis, quod concha vecta eſt ad litus Venus orta mari. Propert. *concha Erycina.* H. Rigaltius intelligit conchas puellarum. vide Hadr. Junii animadverſ. lib. 5. cap. 7.

3. *Non eſt, &c.*] Non hac parte pœnas exiget maritus. Id eſt, non gaudet natibus, quibus tu confidis ei ſoluturum. irrumabit certe te, ſi non caſtret. infra epigr. 60.

Ad Rufum. XLVIII.

CAuponem, laniumque, balneumque,
Tonſorem, tabulamque, calculoſque,

Et

1. *Cauponem, laniumq;.*] Vitam quietam & modicam, in loco etiam obſcuro, præfert urbanæ & lautæ. Quaſque deſiderem opes audi. *Lanium.*] Ad victum. *Balneumq;, Tonſorem.*] Ad curā corporis.

2. *Tabulamque, calculoſque.*] Tabulam

Et paucos, sed ut eligam, libellos:
Unum non nimium rudem sodalem,
Et caram puero meo puellam,
Et grandem puerum, diuque levem:
Hæc præsta mihi Rufe, vel Bitonti;
Et thermas tibi habe Neronianas.

lam lusoriam cum calculis, ad animi relaxationem.

3. *Et paucos, &c.*] Ad studium & animi cultum; libros, sed electos.

4. *Unum, &c.*] Ad vitæ societatem, amicum unum, atque eum mediocriter eruditum.

5. *Et caram.*] Hujusmodi enim conserva servum in officio & apud me retinebit.

6. *Et grandem, &c.*] Ad ministeria, & voluptatem. vide epigramm. 32. libro 1.

7. *Hæc præsta, &c.*] Hæc mihi contingant vel in obscurissimo Apuliæ oppido Bitonti, habeantque sibi alii (nil moror) thermas amœnas Neronianas cæterasque delicias Romæ. Scriverius legit *Butuntis*. Jac. Bononiensis Annot. cap. 8. emendat *Bisuntos*, quod oppidum est Hispaniæ apud Ptolemæum. *Rad.*

De Thelesina. XLIX.

UXorem nolo Thelesinam ducere. quare?
Mœcha est. sed pueris dat Thelesina. volo.

2. *Dat Thelesina.*] Sui copiam. *Volo.*] Ut mihi pueri deprehensi pœnas talionis dent. ut supra epigram. 47. & epigr. 40. lib. 10.

In Lesbiam. L.

QUod fellas, & aquam potas, nil Lesbia peccas.
Qua tibi parte opus est, Lesbia, sumis aquam.

1. *Et aquam potas, &c.*] Et ex more aliarum fœminarum, quæ à coitu lavant *τὰ αἰδοῖα.*

In Hyllum. LI.

UNus sæpe tibi tota denarius arca
Cum sit, & hic culo tritior, Hylle, tuo;
Non tamen hunc pistor, non auferet hunc tibi caupo;
Sed si quis nimio pene superbus erit.

Infe-

1. *Unus, &c.*] Hyllum pathicum insectatur, quod pauperrimus quum esset, bene vasatos quærebat; & iis, si quam peculiolam habebat largiebatur, & ipse fame peribat. *Ramires.*

2. *Tritior.*] Nummus asper & novus trito & veteri laudatior. vide ep. 5. 8. lib. 9.

4. *Sed si quis, &c.*] Sed cinædus *ἀνδρεγονοῦται.*

Infelix venter ſpectat convivia culi,
Et ſemper miſer hic eſurit, ille vorat.

5. *Spectat, &c.*] Ipſe non edens, eſuriens, famelicus. lib. 1. epigr. 44. *tantum ſpectavimus omnes.*

De Daſio. LII.

NOvit loturas Daſius numerare: popoſcit
Mammoſam Spatalen pro tribus, illa dedit.

1. *Loturas, &c.*] Ita Joſeph. Scal. ad lib. 4. Propertii legit emendatius, quam quod vulgo editur *lictruras*, & intelligi vult ὄρχεις. an ex Valerii mente neſcio. Ego λουτρὰ expoſuerim, lotiones ſcilicet à tribus impudicitiæ generibus. Quæ ego taceo. qui ſuo periculo ingenioſus eſſe volet, eliciat ex epigr. 50. ſupra, & *Mammoſam* in hoc epigr. Vel vult Daſium præpoſitum balneo, popoſciſſe triplicem mercedem & accepiſſe. Interim duplex intellectus vocis *dedit*. ambigiturque an nummos dederit, an potius ipſam ſe. *Gruterus.*

In Maximum. LIII.

VIs fieri liber? mentiris, Maxime, non vis:
Sed fieri ſi vis, hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris ſi, Maxime, nolis:
Vejentana tuam ſi domat uva ſitim:
Si ridere potes miſeri chryſendeta Cinnæ:
Contentus noſtra ſi potes eſſe toga:
Si plebeja Venus gemino tibi vincitur aſſe:
Si tua non rectus tecta ſubire potes.

Hæc

1. *Mentiris, &c.*] Eleganter Martialis quorundam ἐθελοδουλείαν perſtringit, qui vel ventris, vel ambitionis cauſſa libertatem planè perditum eunt, & ad nutum alienum vivunt: cui quidem malo obviam iri poſſe ait, ſi ſorte noſtrâ contenti, neque delicias, neque opes ſupervacuas, neque gloriam inanem ſectemur. *Herald.* Miſerum enim eſt & vile aliena vivere quadra. Juvenal. Sat. 5. vide & epigr. 11. lib. 9.

3. *Liber eris.*] Plurimi enim ventris cauſſa ſeipſos addicebant, quum potentiorum cœnas captarent, ubi omnia contumeliarum genera concoquenda erant, quod vel unus Juvenalis eleganter obſervat Satyr. v.

4. *Vejentana uva.*] Vinum tenue ac vile ex agro Vejentano.

5. *Si ridere, &c.*] Si potes negligere luxurioſas opes divitum, qui iis uti neſciunt. *Vel* ſi riſu potes excipere vanorum ψευδοπλούτων pompam & ſimulatas divitias. de Chryſendetis vide ſupra epigr. 43. ℣ſ. 12.

6. *Noſtra, &c.*] Trita & plebeja. epigramm. 58. ſupra & epigr. 36. lib. 3.

7. *Si plebeja, &c.*] Si non albas ſecteris ſtolas, meretrice contentus plebeja, facili, vili, parabili. epigr. 33. lib. 9. *Vincitur.*] Heinſ. leg. *jungitur* rectè.

8. *Si tua non rectus, &c.*] Cernuus intrans

Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior Partho vivere rege potes.

intrans humilem casam. *Vel potius* incurvus per scalas ascendens ad cœnacula, quæ conducebant pauperes. epigramm. 109. ℣s. 2. & epigramm. 108. ℣s. 3.

9. *Hæc tibi si vis, &c.*] Excelso & forti animo opus est ad divitias & delicias contemnendas.

10. *Partho, &c.*] Parthi pertinacissimi sunt libertatis suæ propugnatores: quosque arma Romana sibi subjicere nunquam potuerunt.

In Linum. LIV.

QUid de te, Line, suspicetur uxor,
Et qua parte velit pudiciorem,
Certis indiciis satis probavit,
Custodem tibi quæ dedit spadonem.
Nil nasutius hac, malígniusque est.

1. *Quid de te, &c.*] Esse te pathicum & draucos sectari. proinde adjunxit tibi custodem spadonem, impotem.

5. *Nasutius hac.*] Ad advertendum. *Malígniusque est.*] Ad coërcendum.

Ad Sextum. LV.

VIs te, Sexte, coli: volebam amare.
Parendum est tibi: quod jubes, colêris:
Sed si te colo, Sexte, non amabo.

1. *Vis te, &c.*] Æqualitatem & familiaritatem inesse docet meræ amicitiæ. *Coli.*] Quod est inæqualium; potentiores enim coluntur à tenuioribus; æquales inter se familiariter amant. *Rader.* Volebam ego te pro sodali amare. sed tu me amicum dedignatus, te à me cliente coli vis. colam itaque, non amabo. timori enim cum amore male convenit. & Deo satis est, ut ametur & colatur. Seneca epist. 47.

3. *Sed si te colo, &c.*] Id est, non potes habere me amicum & adulatorem. Multos enim colimus & servili veneratione prosequimur, quos non modo non amamus, sed etiam odimus, quod ostendit Seneca lib. VI. de Benef. cap. 33. & seq. *Herald.*

Ad Gallum, de ejus uxore. LVI.

GEntibus in Libycis uxor tua, Galle, notatur
Immodicæ fœdo crimine avaritiæ.

Sed

1. *Gentibus, &c.*] Acerba allusio in Gallum, forte Libyæ Prætorem, cujus uxor mœcha erat: fingit autem notatam avaritiæ crimine fuisse, & respondet ei falso id accidisse; quia non avara alienarum opum fuerit, sed potius sui corporis prodiga. Tenuit forte hic Gallus prætor Libyam. Et pro *notatur*, Heraldus legendum censet, *male audit.*

Sed mera narrantur mendacia: non ſolet illa
Accipere omnino. quid ſolet ergo? dare.

3. *Sed mera, &c.*] Fertur munera accipere à provincialibus, ut te corrumpat: imo dat (ſui copiam, vel mercedem) ut ipſa ab illis corrumpatur.

* In fictum divitem. LVII.

Hic, quem videtis greſſibus vagis lentum,
Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta:
Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipſe Codrus alpha penulatorum:
Quem grex togatus ſequitur, & capillatus,
Recenſque ſella linteiſque loriſque:

Oppi-

* Scr. *De Micropſycho divite.* MS. Bodl. *De ornatu foris.* Hic deſcribitur homo ἀλαζών, qui quum videri velit opibus diffluere, revera tamen egeſtate extrema laboret. Hujuſmodi homines πτωχαλάζονας eleganter Græci vocant, Latini *pauperes ambitioſos.* Herald.

1. *Hic, quem videtis.*] Deſcriptio eſt hominis effæminati, quem τρυφερὸν Græci dicunt; vel certè delicias & mollitiem, qui eſt morbus hominum beatorum, mentientis. His igitur verbis exprimit quod eleganter dicebat Anacreon σαῦλα βαίνειν. Nam id ipſum eſt, greſſibus lentis, vagis ac varicatis incedere. Inceſſus ergò quem hic deſignat Martialis, eſt inceſſus hominis τρυφεροῦ, & ſimul ſuperbi, aut qui magnificus & potens videri velit; quod hominnm genus *fluctuatim incedere* eleganter dicit Afranius, id eſt, *greßibus vagis lentum.* Herald. Vel *vagis*, incertis, hoc eſt, temerè nunc huc nunc illuc graditur. *Rad.* *Greßibus.*] Cum gravitate & majeſtate ſpatiantem.

2. *Amethyſtinatus, &c.*] Violacea indutus veſte. epigr. 97. lib. 1. ✝ſ. 7. alii ad gemmam in annulo referunt. *Secat.*] Obambulat. Quod etiam eſt hominis τρυφεροῦ & fortunam immodeſte ferentis: habes enim hic & veſtis inſolentiam & oſtentationem in loco publico. Ejuſmodi veſtes ſunt, quas γυναικομίμους appellabat Sophocles, tam propter coloris floriditatem, quam laxitatem. Homines autem iſtiuſmòdi, ut vanitatem ſuam magis publicarent, loca publica quærebant. *Herald.* *Septa.*] Supra epigr. 14. ✝ſ. 4.

3. *Quem non, &c.*] Qui lacernarum mollitie ipſum Publium ſuperat. Vel ut Raderus exponit, Qui habet æque tritas & viles veſtes, ac Publius & Codrus.

4. *Alpha, &c.*] Princeps delicatorum, qui penulas ſumunt. à more numerandi per literas Alphabericas. Sic Eratoſthenes appellatus βῆτα τῶν φιλοσόφων. ſcio ſervorum etiam & militum fuiſſe penulas, ſed rufas, Canuſinas; lautiorum vero purpureas, ut plebejorum pullas. unde alii exponunt, princeps pauperum. vide epigram. 27. lib. 5.

5. *Togatus ſequitur.*] Clientum togatorum. *Capillatus.*] Cirratorum puerorum nobilium, quibus alebatur coma. ep. 62. lib. 10. Pædagogiorium, *pages.*

6. *Recenſque ſella linteiſque loriſque.*] Sic Juven. 1. Sat. ✝ſ. 32. *nova cum veniat lectica Mathonis.* etſi aliud ſella à lecti-

Oppigneravit Claudii modo ad mensam
Vix octo nummis annulum, unde cœnaret.

lectica, de quibus ut & linteis sive velis quibus tegebantur, de vinculis & stuppis quibus colligabantur, vide Lipsium 1. Electorum cap. 19. Sic Salmasius hunc locum legendum censet:

Oppigneravit modò modò ad Clads mensam
Vix octo mensis annulum, unde cœnaret.

Cladus enim nomen proprium trapezitæ, & Græcum est κλάδος.

7. *Claudii, &c.*] Collybistæ, trapezitæ, fœneratoris.

8. *Annulum, &c.*] Quod extremæ est paupertatis. *post cuncta novissimus exit Annulus.* Juvenal. 11. Sat. versu 42.

In Zoilum. LVIII.

PExatus pulcre rides mea, Zoile, trita.
Sunt hæc trita quidem, Zoile; sed mea sunt.

1. *Pexatus, &c.*] Gestans togam recentem & villosam.

2. *Mea sunt.*] Non conductitia, ut tua pexa.

De cœnatione micæ. LIX.

MIca vocor. quid sim, cernis: cœnatio parva.
Ex me Cæsareum prospicis, ecce, tholum.
Frangere toros: pete vina: rosas cape: tingere nardo:
Ipse

1. *Mica vocor, &c.*] Dicta seu cœnatio antea quam Domitianus extruxit, & à parvitate *micam* vocavit.

2. *Tholum.*] Quid sit tholus, vide epigr. 71. l. 1. vers. 8. quis sit hic tholus non facile sciri potest. Non dubium est, inquit Jos. Scal. l. 2. lect. Auson. c. 26. quin in cœnatione seu stibadio Domitiani Cæs. quam ipse propter exiguitatem vocavit *Micam auream*, è tholo penderet cranium mortui, quod mortis admoneret. simplicius tamen, etsi nec citra conjecturam, qui per tholum intelligunt Mausoleum Augusti, quod, cum in vicinia esset, ut consonat huic fidemque facit epigr. 65. lib. 5. posset mortis admonere, atque ad vitæ usum fructum hortari. Ramiresius verò existimat, micam hanc ita fuisse exædificatam ut ex ipso triclinio prospiceretur aliquis tholus ædificii, quod sepulchrum alicujus præterii Imperatoris contineret: & ausim, inquit, affirmare esse Mausoleum D. Augusti; quod quidem ex ejus ruderibus, & modo ædificii conjectare nunc possumus, in tholum desinebat; quo viso admonebantur convivæ suæ sortis, & naturæ imbecillitatis, quod brevis ævi essent, & citò morituri. Nam si Augustus qui Deus habitus, condebatur illo sepulchro, qui posset inferioris sortis homo properam non exspectare mortem? Hæc autem mortis memoria ethnicos illos ad vitæ lautitias excitabat.

3. *Frange, &c.*] Utere ætate, quæ brevis, fluxa, incerta. disturba toros compositos. ede, bibe, lude, sertis coronatus & unctus. *Frange toros.*] Assiduus accumbe & asside in thoris, ut usu diurno nocturnoque frangatur: vel accumbendo disturba, ut lectus compositus solet turbari, cum itur cubitum, aut cubitu surgitur. *Torus* ergo hoc loco pro lecto ipso capitur, in quo cœnaturi accumbebant. vide epigr. 8. lib. 11. *Raderus. Rosas cape.*] Corollarum, quibus utebantur in conviviis, mentio

Ipse jubet mortis te meminisse Deus.

mentio crebra; quarum usus præcipuè ad arcendam ebrietatem, ut docet Plutarch. in sympos. Plin.l.21.c.19. *Crapulam & gravedines capitis, impositis coronis olfactuve discutiunt.* Seria hæc florea à collo sæpius etiam suspendebantur. Horat. de Polemone, *potus ut ille Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas.* Herald.

4. *Te meminisse.*] Musambert. legit *dememinisse Deus.* Quæ lectio non probari potest. nam mortis commemorationem ad concitandas voluptates, & luxum acuendum inservire volebat; tantum aberat ut mortis juberent dememinisse. *Herald. Deus.*] Domitianus, si suspensi cranii expositioni faveas vel Augustus, si Mausolei D. Augusti tholum esse placeat. si enim ille in vivis Deus habitus morti cessit, tu nequaquam effugies.

In Hyllum. LX.

UXorem armati futuis, puer Hylle, tribuni,
Supplicium tantum dum puerile times.
Væ tibi, dum ludis: castrabere. jam mihi dices,
Non licet hoc. quid, tu quod facis, Hylle, licet?

1. *Armati tribuni.*] Monet Hyllum puerum, ut discedat ab uxore armati Tribuni, nec natibus confidat; nam quamvis castrari mares vetuisset Domitianus, vetuerat etiam & adulteria. *Ramires. Armati.*] Tribuni militaris.

2. *Supplicium, &c.*] Dum confidis natibus. ut supra ep. 47.

3. *Dum ludis.*] Dum mœcharis. *Castrabere.*] Namque hæc pœna adulteris deprehensis irrogata. Val. Max. libro 6. cap. 1. Horat. Serm. 1. 2.

4. *Non licet hoc.*] Lege cautum est mares castrari. Sueton. cap. 7. Domitian. *Quid, &c.*] An itaque nulla pœna mœchi mulctandi? & ipse Domitianus tulit legem contra adulteros.

In maledicum. LXI.

CUm tibi vernarent dubia lanugine malæ,
Lambebat medios improba lingua viros.
Postquam triste caput fastidia vespillonum,
Et miseri meruit tædia carnificis:
5 Uteris ore aliter, nimiaque ærugine captus,

Adla-

1. *Cum tibi, &c.*] Acerbè invehitur in maledicum quemdam; qui quum antea fellator esset, deinde maledicentia famosus factus fuerat. Pro *dubia* legit Pulman. *tenera.* sed *dubia* præferimus: nam *dubium* illud dicitur, quod nos reddit ancipites. Sic *dubia lanugo* ea est, quæ vix oculis percipitur. *Ramires.*

2. *Lambebat, &c.*] Fellabas. l. 3. ep. 81.

3. *Postquam, &c.*] Postquam oris tui sputcissimi turpe ministerium cœpit fastidiri ab infimis hominibus, vespillonibus; & exosum esse abjectis carnificibus.

5. *Uteris ore, &c.*] Maledictis & conviciis involas in omnes, bonos æque ac malos. *Ærugine captus.*] Malevolo livore. *hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera.* Horat. 4. Serm. 1. Sunt qui hic legant: *misteraque ærugine.*

1. *Vellis.*]

Adlatras nomen, quod tibi cumque datum est.
Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua,
Nam cum fellaret, purior illa fuit.

In Labienum. LXII.

QUod pectus, quod crura tibi, quod brachia vellis,
Quod cincta est brevibus mentula tonsa pilis:
Hoc præstas, Labiene, tuæ, quis nescit, amicæ.
Cui præstas culum, quem, Labiene, pilas?

1. *Vellis.*] Labienum pathicum urbanè perstringit, ea occasione, quod crura, pectus, brachia & pondus velleret. videri hoc poterat amicæ causa facere: sed interrogat cujus causa culum depilet, quod facere non poterat, nisi pædieonum causa. *Ramiref. Vellis.*] Depilas, glabras. supra epigrammate 29. ℣ 7.

4. *Cui præstas, &c.*] Palm. codex habet: *Cum vellis cu. cui Labiene facis?* cinædo scilicet.

In Milichum. LXIII.

SOla tibi fuerant sestertia, Miliche, centum,
Quæ tulit è sacra Leda redempta via.
Miliche, luxuria est, si tanti dives amares.
Non amo, jam dices: hæc mage luxuria est.

2. *Tulit.*] Luxuriosum Milichum describit, & luxuriæ crimine damnat eleganti dilemmate, qui quum centum sestertia sola haberet, è sacra via Ledam pulcherrimam servam totidem sestertiis emit. tantam pecuniam impendere in amatam servam luxuria est: quod si dixeris Miliche te non amare, major luxuria erit. *Ramir. Tulit.*] Abstulit tibi. *E sacra, &c.*] Meretrix è lupanari Suburano. Subura autem in eadem cum Sacra via regione. *Redempta.*] Empta. Sed Ramiresius dicit falso Heraldum statuisse, hanc Ledam meretricem fuisse. Est enim intelligendum de serva empta, ut epigrammate 71. libro 6. Quid? quod tanta pecunia vix poterat cum meretrice consumi; & si cum meretrice consumpta fuisset, quam frigidum esset dubitare an amasset Milichus eam. De serva poterat dubitari, utrum vel formæ causa, vel ministerii emeretur? & præterea via in sacra, vendebantur servi, ut & aliæ res.

4. *Hæc mage luxuria est.*] Ut ad paupertatem devenias prodigendo rem universam in id, quod non amas.

In Taurum. LXIV.

DUm modo caussidicum, dum te modo rhetora fingis,
Et non decernis, Taure, quid esse velis: Pe-

1. *Dum modo, &c.*] Reprehendit urbane Taurum, vel ut alii Laurum quemdam cunctabundum, & de vitæ fine diu deliberantem; qui modo se ad Rhetoris; modo ad causidici munus cogitatione applicabat: nunquam tamen manus operi admovebat. Dicit in hac dubitatione cunctantem eum, futurum fortè, ut mors occupet. *Ramiref.* Dum te instruis ad forum vel scholam.

2. *Quid esse velis.*] Uter. caussidicus an rhetor.

3. Peleos;

Peleos, & Priami transit, & Nestoris ætas,
Et fuerat serum jam tibi desinere.
Incipe: tres uno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, si quid in arte vales.
Si schola damnatur; fora litibus omnia fervent:
Ipse potest fieri Marsya caussidicus.
Eia age, rumpe moras; quo te sperabimus usque?
Dum, quid sis, dubitas, jam potes esse nihil.

3. *Peleos, &c.*] Patris Achillis, longævi; ut & Priami & Nestoris. Scriv. *transti vel Nestoris annos.* pro *transisti.* Et crebra sunt apud Martialem hujusmodi contracta verba, *Surrexti, adduxti.* Sed optimi libri, *transit &.* Nimitum produxit syllabam ex contractione pro *transiit.*

4. *Et fuerat serum, &c.*] Tibi dubio, & utrum inires, deliberanti, jam ea obrepsit ætas, qua cogitandum erat de relinquendo inito. nisi cogites de causis apud inferos agendis.

5. *Tres uno, &c.*] Atque hinc, vel mediocribus professoribus vacant cathedræ.

7. *Schola, &c.*] Rhetorum. Si Rhetoris officium recusas.

8. *Ipse potest, &c.*] Vel ipsa bardi Marsyæ statua in foro stans & litigantium clamore fervens, potuit causas egisse, nisi saxea fuisset, & tu sane ubi tam diuturno studio vacaris, jam posses causas agere, nisi plane lapideus esses vel plumbeus. vide Turn. lib. 22. cap. 12.

10. *Dum, quid sis, &c.*] Vide Epicteti enchirid. cap. 26. Hic autem *esse nihil*, homonymum est. Nam *nihil esse* οὐδὲν εἶναι dicuntur, qui in nulla arte sunt exercitati; & *nihil esse* etiam dicuntur mortui. & utramque significationem complexus videtur Martialis hoc loco. *Herald.*

* In Salejanum. LXV.

CUr tristiorem cernimus Salejanum?
An caussa levis est? extuli, inquis, uxorem.
O grande fati crimen! ô gravem casum!
Illa, illa dives mortua est Secundilla,

Cen-

* Alii *Saletanum.*

1. *Cur tristiorem, &c.*] Ironicè & irrisoriè illudit Saletanum, quod ficto ob uxorem mortuam dolore, tristior incedebat, à qua tamen decies centena millia nummûm dotis acceperat. *Ramires.*

3. *O grande, &c.*] Quod in veris doloribus accidebat, hic in ficto fingit Poëta: fortunam enim & fatum & Deos ipsos accusabant veteres, ut supra epigr. 13. lib. 1. *Nimirum timuit nostras fortuna querelas.* Ironice & exambiguo, Salejano dolorem simulanti ob uxorem, cujus morte amplæ dotis hæreditas sibi obvenisset, condolere se simulat Poëta, dumque ejus mortem videtur graviter ferre, indignatur obtigisse Salejano rem tam lætam.

4. *Illa, illa dives, &c.*] Acumen hujus epigr. idem est, quod & epigrammatis 39. lib. 5. Sed nonne mortua uxore dos ad hæredes revertebatur? Ita res erat. Mortua in matrimonio mulie-

Centena decies quæ tibi dedit dotis?
Nollem accidiſſet hoc tibi, Salejane.

muliere, dos à patre profecta ad patrem revertebatur, quintis in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quod ſi pater vita deceſſiſſet antequam in matrimonio mulier moreretur, dos apud maritum remanebat. Adventitia autem dos ſemper penes maritum remanebat, præterquam ſi is qui dederat, ut ſibi redderetur ſtipulatus fuerat, quæ dos ſpecialiter recepticia dicebatur. Ulpian. lib. Reg. Tit. de dotib. *Herald.*

5. *Centena decies.*] Hæc olim dos maxima.

* In Lalagen. LXVI.

UNus de toto peccaverat orbe comarum
Annulus, incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage ſpeculo, quo viderat, ulta eſt,
Et cecidit ſectis icta Plecuſa comis.
Deſine jam, Lalage, triſtes ornare capillos,

Tan-

* Moroſam depingit matronam, quæ compta à ſerva ornatrice, quum animadvertiſſet in unico annulo cirrorum peccatum fuiſſe; ira accenſa, eodem ſpeculo, quo id animadverterat, in Plecuſam ornatricem animadvertit tanta ſævitia, ut ſectis comis & fracto capite miſera Plecuſa ceciderit.

1. *Peccaverat.*] Non erat in ordine.

2. *Annulus.*] Cincinnus, crobylus. *Incerta.*] Quæ crines non fideliter conſtringit, ſed extrà locum defixa eſt. Sed Salmaſius & Heraldus cenſent legendum *inſerta.* Tertull. lib. de Virgin. velandis cap. XII. *Vertunt capillum, & acu laſciviore comam ſibi inſerunt.* Tum in hoc verſu, &c. *annulus* non ſignificat τ῀ ἕλικος criſpati capilli, ut alias ſolet, unde capillus *annulatus* vel *annellatus* ὁ ἑλιχθεὶς, ſed circulum unum, ex tota crinium compage ſpiratim convoluta & per multos orbes contexta. Eadem autem, ut videtur, acu capillum diſtinguebant, & à fronte dividebant, & mox comptum diſtinctumque per annulos & ſertas crinium fixa ea & inſerta retinebant, ne diſſiparetur tota compago. *Salmaſ.* Videtur error feſtinantis eſſe, quum ipſe de annulo dicit, quod Martialis de orbe: & de orbe, quod ille de annulo. Nam Martiali circulus ille multos annulos continens, vocatur orbis. *Gron. Acu.*] Acu crinali.

3. *Hoc facinus, &c.*] Errorem in non componendis crinibus, ac ſi facinus eſſet, incuſſo ornatrici ſpeculo punit. Moroſæ enim erant ergà ornatrices ſuas matronæ iſtæ. Et deformitatem ſuam, quam dum comebantur & ornabantur, ſpeculo ſeſe contemplantes, inſpectabant, ancillarum ſuarum indigna pœna, quædam ulciſcebantur. Peculiares etiam ancillas habebant huic muneri adſignatas, quas ornatrices appellabant. Tum aliæ etiam erant ſervæ emeritæ, quarum conſilio bellæ hæ matronæ utebantur in ornandis capillis. *Herald.* vide 6. Satyr. Juv. ỽſ. 491. quem locum hoc epigramma exprimit.

4. *Icta.*] Exanimata, *vel* cæſa. *Plecuſa comis.*] Ornatrix ancilla à πλέκειν. ut *Pſecas* Ovidio & Juvenali à ψεκάζειν.

5. *Triſtes, &c.*] Triſtitiæ & verberum cauſas. *Metonym.*

6. *Inſa-*

Tangat & insanum nulla puella caput.
Hoc Salamandra notet, vel sæva novacula nudet,
Ut digna speculo fiat imago tuo.

6. *Insanum, &c.*] Ob pilum conturbatum desæviens.

7. *Hoc Salamandra, &c.*] Decalvetur caput tuum. Salamandræ sanie loca tacta depilari tradit Plinius lib. 10. cap. 67. *quæ Salamandra supercilia tua exussit?* Petron. Arb. *Hoc Salamandra notet.*] Dicunt Salamandras habere vim psilothri depilatoriam: quod & Plinius memorat. Unde à Martiale scienter & mordaciter dictum est, *Hoc salamandra notet:* cum in capite fœminæ, defluvium capillorum fieri optaret. *Beroald.*

8. *Ut digna, &c.*] Ut quo speculo ornatrici dissecuisti comas, & tu tibi omnes dissectas in eodem conspiceris. vel ut caput tuum æque reddatur leve ac speculum, quo, &c.

In Postumum. LXVII.

Occurris quocumque loco mihi, Posthume, clamas
Protinus, & prima est hæc tua vox, Quid agis?
Hoc, si me decies una conveneris hora,
Dicis. habes, puto tu, Posthume, nil quod agas.

4. *Quod agas.*] Otium & ignaviam Postumi exagitat, cujus unicum videtur negotium rogare, quid alii agant, quum ipsi nihil sit, quod agat. *Rad.* Vulgaris salutandi formula, & civilis satis, modo ne fiat importunius & sæpius.

* Ad Olum. LXVIII.

Quod te nomine jam tuo saluto,
Quem regem, & dominum prius vocabam;
Ne me dixeris esse contumacem:
Totis pilea sarcinis redemi.

Reges

* Hoc epigramma ejusdem argumenti est cum ep. 53. hujus libri, quod antea interpretati sumus. Tangit iterum hic Martialis, miseræ & abjectæ illius ἐθελοδουλείας originem, qua plerique fœdè & spurcè sese maculabant; nempe quod sorte sua & mediocritate contenti esse non possent, sed supervacua quærerent. Quare eleganter concludit, eum, qui servo carere potest, & esse αὐτοδιάκονος, quemadmodum antiquis temporibus; posse etiam facile regem non habere, quem abjectè colat. *Herald.*

1. *Nomine.*] Familiariter, & pro more æqualium.

2. *Regem, &c.*] Vide epigr. 113. lib. 1. & epigr. 18. hujus lib. ℣. 8.

3. *Contumacem.*] Superbum.

4. *Totis pilea, &c.*] Sportula, cœna, cæterisque servitutis præmiis posthabitis & neglectis me asserui in libertatem. à more servorum Rom. qui manumittendi pileum raso capite acceperunt. Quasi diceret, omnes fortunas meas posthabui libertati; omnia vendidi ut liber essem, & sui juris meo ac mihi viverem. Vel sarcinulas meas vendidi, ut corrasa inde pecunia possem sportulæ tuæ supplere vicem. *Redemi.*] Videtur allusisse ad genus manumissionis, quod censu fiebat.

5. *Reges,*

Reges & dominos habere debet,
Qui se non habet, atque concupiscit,
Quod reges dominique concupiscunt.
Servum si potes, Ole, non habere;
Et Regem potes, Ole, non habere.

5. *Reges, &c.*] Qui non habet sui imperium, qui animi sui cupiditates coërcere non potest, ille potentiores colit atque ab inferioribus se coli vult, atque ab hoc cupit opes, servos, &c. Servus enim cliens & indigens alieni, quique vult ipse fieri dominus & rex, dominum quærat; ille enim se non habet, non liber est, non est contentus suo, qui servir aliis, ut habeat; ego me habeo, nil quæro aliud. *Rader.*

8. *Servum, &c.*] Qui suo contentus potest minorum servitio carere, & ipse non necesse habebit potentioribus dominis servire, ut ab illis accipiat, quod his largiatur.

In Classicum. LXIX.

INvitum cœnare foris te, Classice, dicis:
Si non mentiris, Classice, dispeream.
Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire;
Cum cœnaret, erat tristior ille, domi.
Si tamen invitus vadis, cur, Classice, vadis?
Cogor, ais: verum est; cogitur & Selius.
En rogat ad cœnam Melior te, Classice, rectam.
Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecce, nega.

1. *Invitum, &c.*] Classicum cœnipetam tangit, qui verbo negabat, re maximè expetebat convivia.

2. *Dispeream.*] Formula Romanis usitata in exsecrationibus, adjurationibusque. Sic Aristoph. κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τι τούτων πείθομαι.

3. *Ipse quoque, &c.*] Neque hoc dedigneris, cum ipse belluonum dictator Apicius, dives licet fuerit atque lautissimus, foris cœnare jucundum habuerit. Argumentum à minori.

6. *Cogitur & Selius.*] Et cœnipeta ille Selius (de quo supra epigr. 11. & 14.) dicet se cogi, sua scilicet voluntate, ut cui nihil domicœnio tristius accidat.

7. *Rogat, &c.*] Si aliquis lautiorum & nitidiorum, qualis fuit Attidius Melior, te invitat.

8. *Grandia, &c.*] Te scilicet invitum cœnare foris. *Si vir es.*] Si potes lautiores epulas & has libertatis escas contemnere.

In Cotilum. LXX.

NOn vis in solio prius lavari
Quemquam, Cotile. caussa quæ, nisi hæc, est?
Undis

1. *Solio, &c.*] Cotilum fellatorem alios fastidientem, & qui nolebat quemquam prius in solio lavari, notat; & docet spurciorem eum esse, quam quemvis alium. Supra epigrammate 42.

Undis ne fovearis irrumatis.
Te primus licet abluas, necesse est,
Ante hic mentula, quam caput, lavetur.

3. *Undis ne, &c.*] Ne laveris aqua qua alii abluerint suas maculas.

4. *Te primus, &c.*] Cotilus enim formidabat aquas irrumatas; ne igitur irrumatæ sint, lavet ipse primus: sed hac lege, ut potius obscænas partes quam caput in solio abluat: quod fellantes os habent spurcum. vide lib. XI. epigr. 96. *Ramires.*

5. *Caput, lavetur.*] Hoc enim illa contaminatius. vide epigramma 96. lib. XI.

* Ad Cæcilianum. LXXI.

Candidius nihil est te, Cæciliane, notavi,
Si quando ex nostris disticha pauca legis,
Protinus aut Marsi recitas, aut scripta Catulli.
Hæc mihi das, tanquam deteriora legas.
Ut collata magis placeant mea? credimus illud.
Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

* Cæcilianum veteratorem callidum carpit facetissimè, qui quoties aliqua carmina Martialis legerentur, continuo ea cum similibus Marsi vel Catulli versibus comparabat, tanquam si Martialis carmina illis præferret. Dicit, malle se, ut Cæcilianus recitet sua, quam illorum veterum poëtarum. Totum autem epigram. per ironiam contextum est. *Ramires.*

1. *Candidius.*] Ironice. alii leg. *Callidius.* non placet. *Candidus* enim ille dicitur, qui ingenuè & absque invidia judicat.

2. *Disticha pauca legis.*] Arondel. *lego.* Et puto rectius: quoties ego tibi de meis carminibus pauca disticha recito. Deinde: *Hoc mihi das, tanquam deteriora legas, Et collata magis placeant mea.* Hoc facis in meam gratiam, quasi tu legas deteriora & mea, quæ ego tibi legi, magis placeant, si cum istis comparentur. *Gronovius.*

3. *Marsi, Catulli.*] Poëtæ, qui multa cum laude scripsit epigrammata.

4. *Hac mihi, &c.*] Mihi χαρίζεσθαι & gratificari velle videris, præ teferens mea tecum illis Marsi & Catulli recitare παραλλήλως, ut mea scilicet cum iis collata appareant esse æque boni aut melioris ingenii atque artificii. cum revera hoc facis, ut mea præ iis sordescant, quasi majori lumine offuscata. Heraldus legit, *Hoc mihi das.* Hoc est, ideo hoc facis sc. tanquam Marsi & Catulli scripta sint meis deteriota, atque ut ea comparatione scripta nostra magis placeant & probentur. Tam simplices verò sumus ut istud, credamus. Quare placet tolli interrogationis notam, & simpliciter legi: *Ut collata magis placeant mea.*

5. *Credimus illud.*] *Ironice.* non sane credo te hac mente contulisse ea.

6. *Malo, &c.*] Tuis certe collata mea facile apparebunt meliora.

In

In Posthumum. LXXII.

HEsterna factum narratur, Posthume, cœna,
Quod nollem: quis enim talia facta probet?
Os tibi percisum, quanto non ipse Latinus
Vilia Panniculi percutit ora sono:
Quodque magis mirum est, auctorem criminis hujus
Cæcilium tota rumor in urbe sonat.
Esse negas factum: vis hoc me credere? credo.
Quid quod habet testes, Posthume, Cæcilius?

1. *Hesterna, &c.*] Præ se fert dolorem, audito quam indigne exceptus sit Posthumus à Cæciliano, qui colaphum illi in os impegerit, cum interim verbis alienis exprobret illi turpe crimen fell. & deflectat ad improbum sensum hæc verba *percisum*. vide epigr. 48. lib. 4. & epigr. 35. lib. 12. *rumor* pro irrum. ut lib. 3. epigr. 72. 79. & 86. *factum*, supra ep. 31. & *testes* sensu etiam obscœniori.

3. *Os tibi percisum.*] Percidere enim est, batuere, tundere. Turneb. lib. 7. cap. 12. Sunt tamen qui legant *præcisum*. *Quanto, &c.*] Majore sono quam ubi Latinus ille mimus alapis cædit ministrum suum, *qua sorbeat aëra sanna*. Juven. 6. *Latinus Vilia Panniculi.*] De Latino diximus epigr. 5. lib. 1. cui Panniculus minister erat ad risum conciliandum, sinebatque se alapis percuti à Latino. lib. 5. epigr. 61.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini:
Te successurum credo ego Panniculo.

In Lyrim. LXXIII.

QUid faciat vult scire Lyris. quid? sobria fellat.

1. *Quid faciat, &c.*] Alii *Quid faciat, vis scire Lyris?* quid? &c. Sic hunc versum legit Musambertius:

Quid faciat vis scire Lyris quoque sobria? fellat.

Ut si diceret, illa se videri vult ebriam se tantum hoc facinus facere, ut Aristoph. vespis: sed idem opus etiam sobriæ. Vis scire quid faciat Lyris nunc ebria? non aliud certe quam solet sobria. scilicet. MS. Bodleianus subjicit, *Gaudeo: quid facies ebria facta Lyris?* dignum sane patella operculum.

In Saufejum. LXXIV.

CInctum togatis post & ante Saufejum,
Quanta reduci Regulus solet turba,

Ad

1. *Cinctum.*] Nullum genus est hominum, quorum stultitia sæpius traducatur à Martiale, & aliis etiam scriptoribus, quam ἀλαζόνων. Horum imagines sæpius expressit Martialis, atque hoc epigrammate eleganter depingit. Inscribitur epigramma ad *Maternum*, nobilem, Poëtæ tempore, Oratorem. Huic consonat epigramma 57. supra. *Togatis, &c.*] Comitibus anteambulonibus, lateronibus, clientibus, pedissequis, servis. vide lib. 1. epigrammate 109.

2. *Regulus solet turba.*] Caussidicus, ad quem

Ad alta tonsum templa cum reum misit,
Materne, cernis? invidere nolito.
Comitatus iste sit, precor, tuus nunquam.
Hos illi amicos & greges togatorum
Fusciculenus præstat, & Faventinus.

ad quem epigr. tria lib. 1. Oratores vero clari & victores domum è foro deducebantur à populo & amicis reorum absolutorum, qui prius squalidi capillis & barba promissa, jam absoluto amico, tondebantur, mutatisque vestibus uncti Capitolium ascendebant, Jovi gratias ex voto acturi.

6. *Hos illi, &c.*] Fœnore sumpsit à Fusc. & Fav. fœneratoribus, quo comitatum hunc conducat.

7. *Fusciculenus & Faventinus.*] Prædiorum potius quam fæneratorum esse nomina, vult Heraldus: dicitque illa vendi, vel pignori opponi solere, ut esset unde adulatoribus illis satisfieret.

De Leone. LXXV.

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamque pati blandus in ora manum:
Dedidicit pacem, subito feritate reversa,
Quanta nec in Libycis debuit esse jugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renovabat humum,
Sævus & infelix furiali dente peremit.
Martia non vidit majus arena nefas.
Exclamare libet; crudelis, perfide, prædo,
A nostra pueris parcere disce lupa.

De

1. *Verbera, &c.*] Arena amphitheatri sanguine ferarum & gladiatorum cruenta, de more à pueris renovabatur. Vagabatur in eadem, domitus & cicur leo, qui tamen subito datus in pristinum furorem, pueros invasit, & miserabiliter in conspectu omnium laceravit. Exclamat poëta per apostrophen ad leonem, & monet, ut humanitatem à lupa discat, quæ Romulum & Remum in alveo expositos fovit & nutrivit. *Rad.* Vide ep. 10. lib. spectac.

4. *Libycis, &c.*] Montibus Africæ leonum nutricis. Et Gætulia in Libya est, ubi ferocissimi nascuntur. Virg. *Gætuli tergum immane leonis.*

5. *Duo de tenera, &c.*] Duos pueros ministros theatrales, qui amphitheatri arenam ferarum gladiatorumque sanguine fœdam versando renovabant, injecta insuper nova arena. Tum & Amphitheatri cavea, arena strata erat, ne sanguine lubrica, pedes decertantium falleret.

7. *Sævus & infelix.*] Sævus, præter exspectationem. *Infelix*, quia pueros innocentes mactavit & reddidir morte infelices. aut quia ipse postea interfectus est. *Rad.*

8. *Martia, &c.*] Marti sacra. Romana, ut ep. 4. lib. 1. ỽs. 4.

9. *Crudelis, &c.*] Apostrophe ad leonem.

10. *Nostra, &c.*] Namque illa Romulo & Remo infantibus pepercit, immo ubera præbuit.

1. *Ar-*

De Mario. LXXVI.

ARgenti libras Marius tibi quinque reliquit.
Cui nihil ipſe dabas, is tibi verba dedit.

1. *Argenti, &c.*] Elegans jocus eſt, in quendam cujus nomen ignoramus, captatorem & heredipetam. Marius, cui tu nihil eras legaturus, moriens dixit ſe tibi quinque libras teſtamento legaturum, quod tamen non fecit, ſed te falſum habuit. uter è vobis liberalior? tu illi nihil, ille tibi verba; eſtis certe pares, nec melius vulturi cum corvo. vide Val. Maxim. lib. 8. cap. 6.

2. *Is tibi verba dedit.*] Nihil præter verba reliquit. Nam legatum eſt inane. Ait enim Poëta, hanc verborum dationem merito contigiſſe huic heredipetæ, quia neque ipſe Marium officiis & munuſculis coluerat, quod facere ſoliti captatores; atque inde jocus. *Muſamb. Herald.*

In Coſconium. LXXVII.

COſconi, qui longa putas epigrammata noſtra,
Utilis ungendis axibus eſſe potes.
Hac tu credideris longum ratione coloſſum,
Et puerum Bruti dixeris eſſe brevem.
Diſce, quod ignoras; Marſi doctique Pedonis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.

Non

1. *Qui longa, &c.*] Ineptum quemdam Cenſorem Coſconium nomine irridet, quod ſua epigrammata longa putaret; & defendit ſe quum dicat longa & brevia epigrammata, non à numero verſuum, ſed à ſubjecta materia eſſe vocanda. *Ramireſ.* Qui in epigrammate non tam argutiam quam brevitatem exigis, probas te aptiorem fore aurigæ ſervum, qui in Circo axes ad celeritatem ungas, quam lectorem diligentem. Ramireſius Coſconium hebetem & ſtolidum à Poëta [illegible] dici putat. cum Hiſpanice *gordo* obeſum & ſtultum ſonet. Nec non Anglice dicimus *You are too fat to conceive this.* Quod & Hor. 3. ſerm. lib. 1. teſtatur, *Tardo cognomen pinguis damus. Et gurdos,* quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audivi, inquit Quintilianus lib. 1. cap. 9. vide & *laudem aſini* D. Heinſii.

2. *Utilis ungendis, &c.*] Servi aurigarum ſolebant in Circo & ad ſummam celeritatem axes ungere. Aptum huic negotio futurum Coſconium, celeritatis ſive brevitatis ſtudioſum; & qui epigrammata etiam celerrima ſive breviſſima velit. *Muſamb.*

3. *Hac tu, &c.*] Eadem ratione qua epigr. mea à menſura potius quam ab ingenio cenſes, & Coloſſum (de quo epigr. 2. lib. Spect.) argues nimis eſſe longum, & ſtatuam pueri Bruti (de quo lib. 9. epigr. 51. & lib. 14. epigr. 171.) nimis eſſe brevem; cum in utroque laudis ſumma ſit propter ſymmetriam: in hac, brevitatis, quæ puero; in illo altitudinis, quæ Imperatori Deo convenit. Plin. lib. 34. cap. 8.

5. *Marſi doctique.*] Supra epigr. 71. yſ. 2. & epigramm 98. lib. 7. yſ. 5. *Pedonis.*] C. Pedonis Albinovani epigrammatarii laudatiſſ.

6. *Sæpe duplex, &c.*] Sæpe unum epigramma binas implet paginas: Seu duabus paginis unum tantum epigramma abſolvitur.

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis;
Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

8. *Tu, Cosconi, &c.*] Tua epigrammata vel brevissima, sunt nimis longa; ut quæ tædium & nauseam pariant. Vel quia tota vita laborasti, & nec unum distichon absolvisti, & edidisti. *Raderus.*

Ad Cæcilianum. LXXVIII.

Æstivo serves ubi piscem tempore, quæris?
In Thermis serva, Cæciliane, tuis.

1. *Æstivo, &c.*] Thermæ tuæ quas calidas esse oportet, in tantum frigidæ sunt, ut vel in æstate pisces à corruptione vindicare possint. Fingit ergò Poëta se interrogari à Cæciliano, ubi posset commodè piscem æstivo tempore servare. Respondet ab inexpectato, in thermis tuis potes.

In Nasicam. LXXIX.

Invitas tunc me, cum scis, Nasica, vocasse;
Excusatum habeas me, rogo: cœno domi.

1. *Vocatum.*] Qui alias à te invitatus me excusare soleo, quod alio sim invitatus, jam domi cœno, cur me non invitas? Sed rectè P. Scriverius è scripto legit *vocasse*, hac mente, Nasicæ cœnipetæ suboluit cœna apparata à Martiale, & vocati convivæ. invitat itaque Martialem, sperans scilicet fore ut & ipse invitetur ab eo. quam tamen technam dissimulat Poëta se intelligere; sed & eum deludit, præteritque simul festiva hac usus excusatione.

De Fannio. LXXX.

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit.
Hic, rogo, non furor est, ne moriare, mori?

1. *Fannius ipse peremit.*] Fannius Cæpio quod in Augustum conjurasset proscriptus, ut percussores fugeret, se ipse interemit.

2. *Non furor est, &c.*] Vide epigramma 9. lib. 1. & Senecæ epist. 58. *Sic mori, vinci est.* & epist. 29. multa. vide & Brodæi Miscell. lib. 6. cap. 29. *Furor.*] Hunc appellat furorem Poëta, quod se, ne occideretur occidit, & mortem morte redemit. Et pro *Hic* leg. *Hoc.*

In Zoilum. LXXXI.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit:
Dum

1. *Laxior, &c.*] Divites & nobiliores Romani circumferebantur vivi, efferebantur mortui in lecticis; pauperes & plebeji efferebantur in sandapilis. dicit Poëta lecticam fastuosi Zoili laxam, quæ à sex servis vehitur, maxime videri posse sandapilam, cum & pauper sit & strigosus, neque aliud quicquam quam vivum cadaver. unde non adeo prætereundum est quod præferunt MSS. *sandapila est*, quasi dicat, quando hæc tua sit lectica, non est aliud quam sandapila. Alii sic exponunt. Tu Zoile, velut è lautioribus unus, nunc lectica ampla & magnifica circumferris à sex lecticariis, quum dignus sis sanda-

Dum tamen hæc tua ſint, Zoile, ſandapila.

ſandapila ſeu feretro. nihil enim es præter vivum cadaver: imo jam tum non ferri, ſed efferri videris, adeo ſqualidum, emortuum, turpe & fædum habes corpus ſeu potius cadaver. *Rader.*

2. *Dum tamen hæc.*] Inveni in MS. *Cum tamen hæc tua ſit, Zoile, ſandapila eſt.* Et ita ſcripſit Martialis. *Gronov.*

Ad Ponticum. LXXXII.

ABſciſſa ſervum quid fingis, Pontice, lingua?
Neſcis tu populum, quod tacet ille, loqui?

1. *Abſciſſa ſervum quid fingis, &c.*] Servum, ne ſcelus domini (quicquid illud fuit: verum ſi *Fœdas* legis cum nonnullis, facile erit ſuſpicari) enunciaret. elinguem herus vel fecerat, vel ſimulaverat eſſe, occaſionem hujus epigramm. à fabula Philomelæ & Terei ſumptam opinatur Raderus. ego ex Juvenalis Satyra 9. ÿſ. 103.

— ſecretum divitis ullum
Eſſe putas? ſervi ut taceant, jumenta loquentur,
Et canis & poſtes, &c. —

Poteſt elici & ſenſus turpior ex epigramm. 72. ſupra. Ja. Rutgerſius legit; *quod lingis.* abſciderat ſervo linguam, ne id flagitium effutiret. Var. lect. lib. 6. cap. 11. Sunt qui legant, *figis:* verſus cauſa, pro *cruci figis.*

In ſævum maritum. LXXXIII.

FOedaſti miſerum, marite, mœchum:
Et ſe, qui fuerant prius, requirunt
Trunci naribus, auribuſque vultus.
Credis te ſatis eſſe vindicatum?
Erras. iſte poteſt & irrumare.

1. *Fœdaſti, &c.*] Stulti mariti irriſio eadem, quæ lib. 3. epigr. 84. qui deprehenſum adulterum truncavit naribus & auribus, intactis vaſis, quibus peccaverat. Illo enim ſupplicio non adhibet futuro malo remedium, quod feciſſet, ſi virilia ei amputaſſet, quæ pœna irrogabatur adulteris à marito deprehenſis. vide epigr. 60. lib. 2. *Ramir.* Abſciſſis naribus & auribus deformem reddidiſti mœchum, qui ita fœdatus deſiderabit, *will finde miſsing*, priorem formam (*atque ubi ſit ſua forma requiret.* Ovid.) poterit tamen ad prius ſcelus vel etiam aliud recurrere, poſtquam illi intactam reliqueris partem qua peccaverat. Scriv. leg. *Et ſi qui.* MS. noſter *E ſe qui.*

In Sertorium. LXXXIV.

MOllis erat, faciliſque viris Pæantius heros:
Vulnera ſic Paridis dicitur ulta Venus.
Cur

1. *Mollis.*] Pathicus. *Mollis, &c.*] Fingunt poëtæ Venerem ſolere turpibus amoribus vindicare injurias ſibi ac ſuis illatas. Quare, ſi (ut refert interpres Thucydidis ad lib. 1.) Philoctetem, quod interfecerit Paridem, ulta fuit Venus hac pœna, ut pathicus eſſet: credo ego (*jocatur Poëta*) Sertorium Siculum interfeciſſe conterraneum ſuum Erycem, Veneris filium, namque illum non leviori turpitudinis pœna male mulctavit Venus, &c.

Cur lingat cunnum Siculus Sertorius, hoc est:
Ex hoc occisus, Rufe, videtur Eryx.

Pæantius heros.] Philoctetes, filius Pæantis.

4. *Ex hoc.*] Ab hoc. *Eryx.*] Filius Veneris & Butæ.

Ad Amicum. LXXXV.

VImine clausa levi niveæ custodia coctæ,
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.
Dona quod æstatis misi tibi mense Decembri,
Si quereris; rasam tu mihi mitte togam.

1. *Vimine, &c.*] Urbana valde togæ petitio est. Ampullam seu lagenam vitream aquæ decoctæ & nivibus refrigeratæ, viminibus supertextis armatam & munitam mitto tibi his Saturnalibus, ipso Decembri. si offendat muneris æstivi hyberna intempestivitas, ulciscere hanc injuriam pari intempestivitate, ac mitte mihi togam æstivam. *Coctæ.*] Argutè nimis Junius & Critici quidam, *coptam* pro *cocta* reposuerunt: quum *copta* placentæ genus sit, cui contusæ species aut legumina commiscebantur: nam quomodo hio posset dici *nivea* & apta æstivo tempori? & quomodo placenta vase vimineo servabitur? Hæc omnia decoctæ nivi refrigeratæ procul dubio conveniunt. *Ramiref.*

4. *Rasam.*] Rasa autem ea est, quæ à sua textura nullum habet eminens villum; quam levem appellat, lib. 7. epigr. 85.

Nec levis toga; nec rudes lacernæ.

* Ad Classicum. LXXXVI.

QUod nec carmine glorior supino,
*Nec retro lego Sotaden cinædum, **
Nusquam Græcula quod recantat Echo,
Nec

* Irridet critica censura, errorem multorum, qui existimant, magnum quiddam præstari ab his, qui difficillima scribunt poëmata, ut Sotadica, Galliambica, &c non ob reconditam eruditionem, sed tantum ob introrsos quosdam numeros & coactos, quibus nihil est in Poësi laboriosius. Meritò ergò Poëta nugas difficiles appellat & ineptias, studio & labore comparatas. *Ramiref.*

1. *Supino.*] Numeris mollioribus composito. *Vel potius* antistropho & recurrente (sic enim Ovidio sonat *supinus*, de Ponto lib. 4. el. 5.

Flumina quæ in fontes cursu reditura supino)

Quale literale illud,

Roma tibi subito motibus ibis amor.

Verbale illud Virgilii, (*læso.*

Musa mihi causas memora quo numine

Multaque alia, inter quæ Rabani artificiosus dicam an laboriosus liber de laudibus sanctæ crucis. Atque ejusdem argumenti alter Publio Optatiano Porph. autore.

2. *Nec retro, &c.*] Vel speciatim dicit quod prius dixerat generatim; vel versum retrogradum (quali scripsit Cinædica Sotades Maronensis) intelligit, qui procurrit in laudem alicujus, & recurrit in vituperium. Nota sunt illa *Laus tua non tua fraus, &c.*

3. *Nusquam, &c.*] Non scribo carmina more Græcorum, quorum extremæ partes resonent, more Echus. Vide Politiani miscell. cap. 22. & Scal. Poët. lib. 2. cap. 39.

Nec dictat mihi luculentus Attis
Mollem debilitate Galliambon:
Non sum, Classice, tam malus Poëta.
Quid si per graciles vias Petauri
Invitum jubeas subire Ladam?
Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina circulis Palæmon:
Me raris juvat auribus placere.

4. *Nec dictat, &c.*] Ad exemplum politissimi carminis Galliambici, quod Cæcilius primus scripsit, atque Atrin inscripsit, aut venustissimi Poëmatii Galliamb. à Catullo compositi, non scribo genus id carminis molle & elumbe instar Attyos evirati, in quo plures locos occupant jambi, & quod canant Galli sacerdotes Cybeles. vide Terent. Maurum & Diomedem. vide & Muretum atque Scalig. in Catullum.

5. *Mollem debilitate.*] Non heroo aut forti pede, sed debilitate fractum, ut Attidi, qui eviratus erat, conveniret. Est autem Galliambicus versus senarius, & ut docet Scalig. 2. Poët. facetissimus ac venustatis plenissimus. sic dictus ab Jambo pede, & Gallis sacerdotibus Cybeles castratis. *Rader.*

6. *Non sum, &c.*] Non tam nullius sum ingenii ut hæc affectem artificia, his ipse immorer, lectoremve morer. Vel ut indigeam his artificiis ad conciliandum & illiciendum lectorem; ingenio capitur sapiens lector, non hujusmodi nugis laboriosis. *Rad.*

7. *Quid si, &c.*] Curiosas has nugas non minus ingenium meum spernit, quam nobilis ille cursor Ladas (ep. 100. lib. 10.) dedignaretur velocitatem suam exercere in Petauris, quæ rotæ sunt per quas se jactant Petauristæ. Vel hic Ladas sua velocitate non posset in Petauri machina subeunda uti, quod id artificium à se esset omnino alienum, nec in eo unquam fuisset exercitatus. Quid? quod molestè ferret, per illos exiguos Petauri gradus suum cursum retardari. *Ramires.* vide Turnebum lib. 4. cap. 8. & Scal. ad lib. 5. Manilii, ibi, *Corpora quæ valido saliunt excussa Petauro, &c.* & Vitellium cap. 13. in Merulam.

10. *Ineptiarum*] Libelli, quibus multorum joca & sales complectebantur, olim INEPTIAE inscribebantur. *Rad.*

11. *Circulis.*] Turbæ, plebejæ coronæ recitantem undique cingenti. *Palæmon.*] Forte Q. Rhemnius Palæmon, qui (teste Suetonio) poëmata faciebat ex tempore, & scripsit variis & vulgaribus metris. aut alius quisquam tempore Martialis.

12. *Raris, &c.*] Paucis sed doctis ex mente Horatii ult. Sat. lib. 1.

* In Sextum. LXXXVII.

Dicis amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem sub aqua, Sexte, natantis habes.

* Alii. *In Phœbum.* Lemma, mutant, pro *in Sextum*, leg. *in Phœbum.*

2. *Sub aqua, &c.*] Subpallidam & tumidam, qualia solent apparere quæ sub aquis videntur. ludit item in Antithesi *ardere puellas* & *ipsum sub aqua natare.* vide epigr. 89. lib. 3.

In Mamercum. LXXXVIII.

Nil recitas, & vis, Mamerce, Poëta videri.
Quidquid vis esto, dummodo nil recites.

1. *Nil recitas, &c.*] Quin tibi habe nomen Poëtæ, vel hoc nomine quod nihil recites, potius quam nos eneces molesta ineptiarum recitatione.

In * Gaurum. LXXXIX.

Quod nimio gaudes noctem producere vino;
Ignosco: vitium, Gaure, Catonis habes.
Carmina quod scribis Musis & Apolline nullo;
Laudari debes: hoc Ciceronis habes.
Quod vomis; Antoni: quod luxuriaris; Apici:
Quod fellas; vitium dic mihi cujus habes.

* Qui vitia sua magnis exemplis excusare solebat.

2. *Catonis habes.*] Uticensis, cujus virtus sæpe mero incaluit, ut ait Horat. 21. ode, lib. 3. vide & Plutar. in vita Catonis & Plin. epist. 12. lib. 3.

3. *Musis, &c.*] Nulla gratia, nullo Musarum aut Apollinis instinctu, invitis Musis.

4. *Ciceronis habes.*] Qui infeliciter Musas poëticas est aggressus. vide Juven. Sat. 10. ℣. 122. Seneca epist. 108.

5. *Antoni, &c.*] Qui tribunal turpi fœdavit vomitu. ut amplificat Cic. 2. Philippica. *Apici.*] Supra epigr. 69. ℣. 1.

6. *Vitium, &c.*] Hic cares autore magno. τὴν φαύλην ἐνοπὴν σε λέγειν ἐδίδαξεν Ὅμηρος. Τὴν γλῶσσαν δὲ σὺ ὅπῃ τίς σ' ἐδίδαξεν ἔχειν; Ἀνθολογ. β. κεφ. ιγ.

Ad Quinctilianum. XC.

Quinctiliane, vagæ moderator summe juventæ,
Gloria Romanæ, Quinctiliane, togæ;
Vivere quod propero pauper, nec inutilis annis;
Da veniam: properat vivere nemo satis.
Differat hoc, patrios optat qui vincere census,
Atria-

1. *Vagæ.*] Vagam vocat poëta juventutem: est enim silentii, quietis, attentionis impatiens. *Moderator.*] Studium vitæ suæ, & votum exponit Quintiliano. Annos 23. Romæ erudiendis juvenibus impendit Quint. & in his Domitiani nepotes docuit. *Summe.*] Quia parem tum non habuit. Vel quia magister nepotum Domitiani. *Rad.*

2. *Gloria, &c.*] Romani eloquii summe artifex, insignite senatorio clavo ornamentisque consularibus. Juven. 7. Sat. ℣. 190.

3. *Vivere, &c.*] Da veniam si etiam in tenui re properâ manu carpam gaudia fugientis vitæ; si frui velim præsentibus, quod pauci adeo faciunt, cum nemo fere vivere, id est, vitæ uti commodis & laute vivere sciat, omnes differant. epigr. 16. lib. 1.

5. *Differat hoc, &c.*] Differant in dies,

Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Me focus, & nigros non indignantia fumos
Tecta juvant, & fons vivus, & herba rudis.
Sit mihi verna satur: sit non doctissima conjux:
Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

dies, annos vel senectutem ipsam vitæ gaudia & usum, quibus curæ est rem patriam augere & splendere nobilitatis titulis & imaginibus. Vel *Differat*: non vivat, non indulgeat genio suo is, qui ditior patre vult evadere. *Raderus.*

6. *Atriaque, &c.*] In atriis nobilium quæ primæ ædium partes, ostendebantur majorum imagines, humerorum tenus expressæ, lineis à stemmate ad has discurrentibus. MS. Bodl. *aptat imaginibus.*

7. *Nigros, &c.*] Non aurata laquearia, quæ ne fumo corrumpantur cautio est.

8. *Vivus fons.*] Scaturiens, perennis, naturalis. *Rudis.*] Nativa, non arte lasa & Ingenua gratia spoliata. Vel gramina ipsa sponte nascentia, & vivis cespitibus innixa, non ordinatis myrtetis, aut aliis frondibus, arte mira, variis nexibus tortuosa. *Ramires.* Juvenalis 3. Sat. ✝ſ. 18.

9. *Sit non, &c.*] Ex mente Juvenalis 6. Sat. ✝ſ. 446.

10. *Lite dies.*] Domestica, & forensi. epigr. 57. lib. 12. & epigr. 70. l. 9.

* Ad Cæsarem Domitianum. XCI.

Rerum certa salus, terrarum gloria, Cæsar,
Sospite quo magnos credimus esse Deos:
Si festinatis toties tibi lecta libellis
Detinuere oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna vetat fieri, permitte videri:

Nato-

* Petit à Domitiano jus trium liberorum.

1. *Rerum certa salus.*] Salvo enim Cæsare, omnia salva.

2. *Sospite, &c.*] Quos vel hinc rerum humanarum maximam habere curam scimus, quod te nobis velint incolumem. *Ea locutio* lib. 5. ep. 1. & lib. 7. epigr. 59. & lib. 1. epigr. 13. Vel te sospite credimus esse magnos Deos; qui alioquin nisi tu Capitolium dedisses & instaurasses, vel omnino interiissent, aut certè non magni habiti essent.

3. *Festinatis.*] Mihi scribenti, *vel* tibi legenti. Si carmina sc. festinata, properata, ac propè ex tempore fusa toties legisti. Vel, si festinatis libellis, celeriter legendo decursis, eosdem iterum ac tertio revolvisti: quod signum est placuisse; nam quæ displicent, vix semel lecta excutiuntur. *Rad. Toties Detinuere, &c.*] Quod argumento est placuisse.

5. *Quod fortuna, &c.*] Iis qui ex matrimonio legitimo tres liberos aut plures suscepissent, multa erant in spectaculis, honoribus petendis, divisionibus publicis privilegia. natum hoc *jus trium liberorum* à trigeminis Horatiis, Liv. 1. hoc autem jure donabantur à Cæsare multi, quibus natura negaverat. Poëta ἄτεκνος prolis hujus imaginariæ jus ab Imp. petit, laboris sui præmium vel solatium. Plin. l. 10. epist. *Exprimere Domine verbis non possum*

Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

sum, quantum mihi gaudium attulerit, quod me dignum putasti jure trium liberorum. Ex quo intelliges pro singulari munere claros tantum viros id honoris & præmii consecutos esse.

7. *Solatia nobis.*] Liviæ Druso filio extincto, datum est hoc jus, solatii ergo. & in certaminibus dabantur quandoque victis dona in solatia.

Ensem atque insignem galeam, solatia victo. Virg. 5. Æneid.

Ad Uxorem. XCII.

NAtorum mihi jus trium roganti
Musarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat. valebis uxor.
Non debet Domini perire munus.

1. *Natorum, &c.*] Placuisse carmina principi dicit, eoque præmium accepisse, jus trium liberorum. *Rader.* Præcedenti epigr.

3. *Valebis uxor.*] Repudiata, vel mortua; vel neglecta. neque enim curo ex te prolem, magis placet jus trium liberorum mihi ab Imp. erogatum. Vel, nihil jam mihi uxore opus: quippe si ex te susciperem liberos, jam domino munus illud suum periret, seu frustra id dedisset. Hoc autem quodammodo peccare esset in dominum, & munificentiam ejus ac beneficium obliterare. *Musamb.*

4. *Domini, &c.*] Domitian. Imp. leg. & *Domino.*

Ad Regulum. XCIII.

PRimus ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus?
Quid faciam si plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri si mavis, Regule, primum:
Unum de titulo tollere jota potes.

1. *Primus, &c.*] Hunc secundum sine primo misit Regulo Valerius. cui primum desideranti excusat Poëta, librum paulo obscœniorem verecundia inhiberi. *vel,* prodiit secundus hic liber in lucem primo non edito; quia multa in eo ad laudem Titi, quam libenter non laturum Domitianum noverat Poëta, aut alia de causa. Ex hoc versu conjicis primum librum, itemque spectaculorum secretim additos esse. Ob Titum, credo, in quem pleraque (pleraque, inquam, non omnia) conveniunt. Miscuit quædam, vel potius addidit postea nomen Domitiani, & sæpe non addidit, sed Cæsarem tantum scripsit, ut scire Lector non posset, utrum intellexerit, Titum, an Domitianum: ac Titum quidem nunquam posuit expresso nomine, quod libros in morte editos, vel certe correctos putem; & ob eam caussam sequentibus non adjunctum priorem. Et forte is pudor est, quem insinuat, quod quæ scripserat in Titum, postea videretur tribuere Domitiano, qui sibi omnia patris & fratris opera arrogabat. *Rad.*

4. *Unum, &c.*] Ex tituli numero II. tolle unum I. & erit liber primus, rerum serie nullatenus impedita. quippe in Epigrammatis ordo non respiciendus.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER III.

Ad Lectorem, de libro Gallicano. I.

HOc tibi, quidquid id est, longinquis mittit ab oris
Gallia, Romanæ nomine dicta togæ.
Hunc legis, & laudas librum fortasse priorem:
Illa, vel hæc mea sunt, quæ meliora putas.
Plus sane placeat, domina qui natus in urbe est;
Debet enim Gallum vincere verna liber.

1. *LOnginquis, &c.*] Secesserat poëta in citeriorem Galliam; indeque librum Romam miserat; quem si minus priore placeat, excusat, veluti in loco peregrino minusque urbano natum. *Rad.* *Ab oris.*] Ego mitto à foro Cornelii *Imola*, infra epigr. 4. quæ urbs est Galliæ Cisalpinæ, *Lombardiæ*, dictæ *Togatæ*, quod togis utebantur incolæ, ut Romani.

3. *Hunc legis.*] Secundum.

4. *Illa, &c.*] Illa quæ meliora putas mea sunt, vel *etiam* hæc mea sunt. J. Gruterus ex consilio Dousæ edidit; *Illa, vel hac, mea sunt. quæ meliora putas?*

5. *Domina.*] Roma, quæ rerum domina & triumphati orbis caput.

6. *Debet enim, &c.*] Jure enim cedit hospes civi, barbarus Latino, liber in urbe natus libro extrà urbem. habet enim urbs suum quendam naturalem genium. *Rad.* *Verna liber.*] Romæ natus. de verna vide lib. 1. epigr. 42. ℣s. 1.

* Ad Librum suum. II.

CUjus vis fieri, libelle, munus?
Festina tibi vindicem parare,
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordyllas madida tegas papyro,

Vel

* Continet hoc epigramma urbanam & sanè poëticam hujus libri prosphonesin ad Faustinum amicum suum; à quo si recipiatur, dicit securum esse posse à criticorum morsibus. *Ramires.*

1. *Cujus vis, &c.*] Imitatio Catulliana, *Cui dono lepidum novum libellum, &c.* ep. 1.

2. *Vindicem.*] Assertorem, patronum.

3. *Ne nigram, &c.*] Ne damneris in culinam & aromatopolarum tabernas pro charta inepta, infelicis genii & fati. *waste paper.* Pers. 1. Sat. ℣s. 43.

— *nec scombros metuentia carmina nec thus.*

Nigram.] Fuliginosam.

4. *Cordyllas.*] Pisciculos, partus thynnorum. vide Plin. lib. 9. cap. 15. & lib

Vel turis, piperisque sis cucullus.
Faustini fugis in sinum? sapisti.
Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontis gemino decens honore
Pictis luxurieris umbilicis;
Et te purpura delicata velet,
Et cocco rubeat superbus index.
Illo vindice nec Probum timeto.

& lib.23. cap.11. Græcis πηλαμύδες, quas *limosas* vertit. *Madida, &c.*] Oleo, in quo friguntur pisces chartis involuti. epigr.87. lib.4. ℣. 7.

5. *Cucullus.*] In formam cuculli formantur chartæ quibus involvuntur aromata. εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν, Anaxandrides apud Athenum libro 9. cap. 4.

6. *In sinum? sapisti.*] In favorem & patrocinium Faustini. de quo epig. 26. lib. 1.

7. *Cedro, &c*] Sub hoc Mæcenate immortalitatem speres, oleo cedrino inunctus contra tineas & cariem.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Ovid. Trist. 1. El. 1.

—— speramus carmina fingi
Posse linenda cedro, &c. ——

Horatius ad Pisones.

8. *Frontis, &c.*] *Fragili gemina poliantur pumice frontes.* Ovid. 1. Trist. El. 1. vide epigr. 67. lib. 1. ℣. 12.

9. *Luxurieris.*] Luxuriose orneris.

10. *Purpura, &c.*] Pellis purpurea, seu membrana rubens vel purpurea.

11. *Cocco, &c.*] Cocco notetur titulus, quod primum minio factum.

12. *Illo vindice, &c.*] Nec criticos ungues castigatoris severissimi, qualis fuit M. V. Probus Berytius, qui emendationi librorum potissimam operam dedit, teste Suetonio lib. de Grammaticis.

* In mulierem deformem. III.

Formosam faciem nigro velamine celas:
Sed non formoso corpore lædis aquas.
Ipsam crede Deam verbis tibi dicere nostris,
Aut aperi faciem, vel tunicata lava.

Ad

* Irridet stultam fœminam pulchra facie, & fœdissimo corpore: quæ quum tegere corpus, & aperire faciem debuisset: contrà celabat faciem & nudum corpus ostendebat. *Ramires.*

1. *Nigro velamine.*] Ita optimi libri, & requirit τὸ *aperi.* Vide Scriverium. Alii *medicamina velas:* & interpretantur Oesypo, medicamine & incrustamento cosmetico, quod Juvenalis vocat *tectorium.* Sat. 6. ℣. 463.

2. *Sed non, &c.*] Sed deformi corpore, violas aquas.

3. *Deam, &c.*] Aquæ Nympham. omni autem fonti credebatur inesse numen, propter perennitatem scaturiginis.

4. *Vel tunicata lava.*] Deforme enim corpus, arguit æque deformem esse faciem, quam tegis, vel fucatam.

1. *Ro-*

Ad Librum suum. IV.

ROmam vade liber, si, veneris unde, requiret:
Æmiliæ dices de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit:
Corneli referas me licet esse foro.
Cur absim, quæret: breviter tu, multa, fatere,
Non poterat vanæ tædia ferre togæ.
Si quando veniet? dicet: responde; Poëta
Exierat; veniet, cum citharœdus erit.

1. *Romam, &c.*] Loquitur cum libro suo, quem Romam mittit; & continet epigramma justam quandam poëtæ indignationem. Queritur enim de Romanorum fastidio, & de corrupto eorum judicio, qui eo tempore citharœdos longè præferebant poëtis. *Ram.*

2. *Æmiliæ, &c.*] Viam Æmiliam ab Æmilia regione ad Bononiam usque stravit Æmilius Lepidus. qua itur ad Forum Cornel. vide Joan. Baptist. Pii annot. post. cap. 27.

4. *Corneli, &c.*] Potes respondere me esse in foro Cornelii. supra epigr. 1. ỷs. 1. dicto à Sylla.

5. *Breviter tu, &c.*] Varie à multis dispungitur hic versus. refer *multa* ad *tædia* in sequent. versu. Quæret, inquit, Roma cur absim: breviter tu fatêre, id est, dic ingenue. Non poterat ferre tam multa tædia togæ vanæ sive salutatricis, sive quæ clientulorum salutationibus Inservit, & unde nihil emolumenti. *Musamb.*

7. *Dicet: responde; Poëta.*] Omnino legendum cum Grutero, *veniet, tu respondeto Poëta.* Nam quod Scaliger aptat è Manilio lib. v. *Sic etiam magno quædam respondere mundo Hæc natura facit:* ut multo magis insolens, & vitiosum judico. Scripsit autem Manilius: *quædam se ostendere.* Similiter deceptus est in illo Martialis lib. XI. *Lector salve:* nam omnino verius est, *solve.* Et apud Valerium Flaccum lib. 5. MS. *viden alta comantem Pectora?* non *vide lata comantem.* Gronov. *Responde.*] Pleraque verba quæ jam sunt secundæ tantum inflexionis, fuere priscis & tertiæ. sic *vale, cave, fervere, &c.* Gruterus ex MSS. legit: *Quando venit? dicet. tu respondeto: Poëta, &c.* vel Bong. membrana: *Et quando veniet, dicens responde, &c. Poëta.*] Secessit, quia erat Poëta. *artibus* autem *honestis Nullus in urbe locus, &c.* ut queritur Umbritius apud Juven. Sat. 3: ỷs. 21.

8. *Veniet, &c.*] Ubi forte didicerit ad citharam canere, redibit. majori enim in pretio Romæ sunt citharœdi quam poëtæ. Epigramma Satyricum est, ac seculi stultitiam & inscitiam traducit, quo citharœdorum atque id genus hominum conditio multò lautior erat, quam poëtarum aut eruditorum hominum. Idem l. 5. epigr. LVII.
Artes discere vult pecuniosas?
Fac discat citharœdus, aut choraules.
Herald. epigr. 57. lib. 5. & Juven. 3. Sat. ỷs. 64. Sueton. Vesp. cap. 19.

Ad eundem. V.

VIs commendari sine me cursurus in urbem,
Parve liber, multis? an satis unus erit?

Unus

1. *Vis, &c.*] Est alia prosphonesis hujus libri, ad Julium Cerealem amicum suum, concepta per Apostrophen ad eundem libellum; quem rogat, velitne multis,

Undis ne fovearis irrumatis.
Te primus licet abluas, necesse est,
Ante hîc mentula, quam caput, lavetur.

3. *Undis me, &c.*] Ne laveris aqua qua alii abluerint suas maculas.

4. *Te primus, &c.*] Cotilus enim formidabat aquas irrumatas; ne igitur irrumatæ sint, lavet ipse primus: sed hac lege, ut potius obscænas partes quam caput in solio abluat: quod fellatores os habent spurcum. vide lib. XI. epigr. 96. *Ramires.*

5. *Caput, lavetur.*] Hoc enim illa contaminatius. vide epigramma 96. lib. XI.

* Ad Cæcilianum. LXXI.

Candidius nihil est te, Cæciliane, notavi,
Si quando ex nostris disticha pauca legis,
Protinus aut Marsi recitas, aut scripta Catulli.
Hæc mihi das, tanquam deteriora legas.
Ut collata magis placeant mea? credimus illud.
Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

In

* Cæcilianum veteratorem callidum carpit facetissimè, qui quoties aliquâ carmina Martialis legerentur, continuo ea cum similibus Marsi vel Catulli versibus comparabat, tanquam si Martialis carmina illis præferret. Dicit, malle se, ut Cæcilianus recitet sua, quam illorum veterum poëtarum. Totum autem epigram. per ironiam contextum est. *Ramires.*

1. *Candidius.*] Ironice. alii leg. *Callidius.* non placet. *Candidus* enim ille dicitur, qui ingenuè & absque invidia judicat.

2. *Disticha pauca legis.*] Arondel. *lego.* Et puto rectius: quoties ego tibi de meis carminibus pauca disticha recito. Deinde: *Hoc mihi das, tanquam deteriora legas, Et collata magis placeant mea.* Hoc facis in meam gratiam, quasi tu legas deteriora & mea, quæ ego tibi legi, magis placeant, si cum istis comparentur. *Gronovius.*

3. *Marsi, Catulli.*] Poëtæ, qui multa cum laude scripsit epigrammata.

4. *Hac mihi, &c.*] Mihi χαρίζεσθαι & gratificari velle videris, præ te ferens mea tecum illis Marsi & Catulli recitare παραβάλλως, ut mea scilicet cum iis collata appareant esse æque boni aut melioris ingenii atque artificii. cum revera hoc facis, ut mea præ iis sordescant, quasi majori lumine offuscata. Heraldus legit, *Hoc mihi das.* Hoc est, ideo hoc facis sc. tanquam Marsi & Catulli scripta sint meis deteriora, atque ut ea comparatione scripta nostra magis placeant & probentur. Tam simplices verò sumus ut istud, credamus. Quare placet tolli interrogationis notam, & simpliciter legi: *Ut collata magis placeant mea.*

5. *Credimus illud.*] *Ironice.* non sane credo te hac mente contulisse ea.

6. *Malo, &c.*] Tuis certe collata mea facile apparebunt meliora.

In Posthumum. LXXII.

HEsterna factum narratur, Posthume, cœna,
Quod nollem: quis enim talia facta probet?
Os tibi percisum, quanto non ipse Latinus
Vilia Panniculi percutit ora sono:
Quodque magis mirum est, auctorem criminis hujus
Cæcilium tota rumor in urbe sonat.
Esse negas factum: vis hoc me credere? credo.
Quid quod habet testes, Posthume, Cæcilius?

1. *Hesterna, &c.*] Præ se fert dolorem, audito quam indigne exceptus sit Posthumus à Cæciliano, qui colaphum illi in os impegerit, cum interim verbis alienis exprobret illi turpe crimen fell. & deflectat ad improbum sensum hæc verba *percisum*. vide epigr. 48. lib. 4. & epigr. 35. lib. 12. *rumor* pro irrum. ut lib. 3. epigr. 72. 79. & 86. *factum*, supra ep. 31. & *testes* sensu etiam obscœniori.

3. *Os tibi percisum.*] Percidere enim est, batuere, tundere. Turneb. lib. 7. cap. 12. Sunt tamen qui legant *præcisum*. *Quanto, &c.*] Majore sono quam ubi Latinus ille mimus alapis cædit ministrum suum, *qua sorbeat aëra sanna*. Juven. 6. *Latinus Vilia Panniculi.*] De Latino diximus epigr. 5. lib. 1. cui Panniculus minister erat ad risum conciliandum, sinebatque se alapis percuti à Latino. lib. 5. epigr. 61.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini:
Te successurum credo ego Panniculo.

In Lyrim. LXXIII.

QUid faciat vult scire Lyris. quid? sobria fellat.

1. *Quid faciat, &c.*] Alii *Quid faciat, vis scire Lyris?* quid? &c. Sic hunc versum legit Musambertius:

Quid faciat vis scire Lyris quoque sobria? fellat.

Ut si diceret, illa se videri vult ebriam se tantum hoc facinus facere, ut Aristoph. vespis: sed idem opus etiam sobriæ. Vis scire quid faciat Lyris nunc ebria? non aliud certe quam solet sobria. scilicet. M S. Bodleianus subjicit, *Gaudeo: quid facies ebria facta Lyris?* dignum sane patella operculum.

In Saufejum. LXXIV.

CInctum togatis post & ante Saufejum,
Quanta reduci Regulus solet turba,

Ad

1. *Cinctum.*] Nullum genus est hominum, quorum stultitia sæpius traducatur à Martiale, & aliis etiam scriptoribus, quam ἀλαζόνων. Horum imagines sæpius expressit Martialis, atque hoc epigrammate eleganter depingit. Inscribitur epigramma ad *Maternum*, nobilem, Poëtæ tempore, Oratorem. Huic consonat epigramma 57. supra. *Togatis, &c.*] Comitibus anteambulonibus, lateronibus, clientibus, pedissequis, servis. vide lib. 1. epigrammate 109.

2. *Regulus solet turba.*] Caussidicus, ad quem

Ad alta tonsum templa cum reum misit,
Materne, cernis? invidere nolito.
Comitatus iste sit, precor, tuus nunquam.
Hos illi amicos & greges togatorum
Fusciculenus præstat, & Faventinus.

ad quem epigr. tria lib. 1. Oratores vero clari & victores domum è foro deducebantur à populo & amicis reorum absolutorum, qui prius squalidi capillis & barba promissa, jam absoluto amico, tondebantur, mutatisque vestibus uncti Capitolium ascendebant, Jovi gratias ex voto acturi.

6. *Hos illi, &c.*] Fœnore sumpsit à Fusc. & Fav. fœneratoribus, quo comitatum hunc conducat.

7. *Fusciculenus & Faventinus.*] Prædiorum potius quam fœneratorum esse nomina, vult Heraldus: dicitque illa vendi, vel pignori opponi solere, ut esset unde adulatoribus illis satisfieret.

De Leone. LXXV.

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamque pati blandus in ora manum:
Dedidicit pacem, subito feritate reversa,
Quanta nec in Libycis debuit esse jugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renovabat humum,
Sævus & infelix furiali dente peremit.
Martia non vidit majus arena nefas.
Exclamare libet; crudelis, perfide, prædo,
A nostra pueris parcere disce lupa.

De

1. *Verbera, &c.*] Arena amphitheatri sanguine ferarum & gladiatorum cruenta, de more à pueris renovabatur. Vagabatur in eadem, domitus & cicur leo, qui tamen subito datus in pristinum furorem, pueros invasit, & miserabiliter in conspectu omnium laceravit. Exclamat poëta per apostrophen ad leonem, & monet, ut humanitatem à lupa discat, quæ Romulum & Remum in alveo expositos fovit & nutrivit. *Rad.* Vide ep. 10. lib. spectac.

4. *Libycis, &c.*] Montibus Africæ leonum nutricis. Et Gætulia in Libya est, ubi ferocissimi nascuntur. Virg. *Gætuli tergum immane leonis.*

5. *Duo de tenera, &c.*] Duos pueros ministros theatrales, qui amphitheatri arenam ferorum gladiatorumque sanguine fœdam versando renovabant, injecta insuper nova arena. Tum & Amphitheatri cavea, arena strata erat, ne sanguine lubrica, pedes decertantium falleret.

7. *Sævus & infelix.*] Sævus, præter exspectationem. *Infelix*, quia pueros innocentes mactavit & reddidit morte infelices. aut quia ipse postea interfectus est. *Rad.*

8. *Martia, &c.*] Marti sacra. Romana, ut ep. 4. lib. 1. vs. 4.

9. *Crudelis, &c.*] Apostrophe ad leonem.

10. *Nostra, &c.*] Namque illa Romulo & Remo infantibus pepercit, immo ubera præbuit.

1. *Ar-*

De Mario. LXXVI.

ARgenti libras Marius tibi quinque reliquit.
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

1. *Argenti, &c.*] Elegans jocus est, in quendam cujus nomen ignoramus, captatorem. & heredipetam. Marius, cui tu nihil eras legaturus, moriens dixit se tibi quinque libras testamento legaturum, quod tamen non fecit, sed te falsum habuit. uter è vobis liberalior? tu illi nihil, ille tibi verba; estis certe pares, nec melius vulturi cum corvo. vide Val. Maxim. lib. 8. cap. 6

2. *Is tibi verba dedit.*] Nihil præter verba reliquit. Nam legatum est inane. Ait enim Poëta, hanc verborum dationem merito contigisse huic heredipetæ, quia neque ipse Marium officiis & munusculis coluerat, quod facere soliti captatores; atque inde jocus. *Musamb. Herald.*

In Cosconium. LXXVII.

COsconi, qui longa putas epigrammata nostra,
Utilis ungendis axibus esse potes.
Hac tu credideris longum ratione colossum,
Et puerum Bruti dixeris esse brevem.
Disce, quod ignoras; Marsi doctique Pedonis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.

Non

1. *Qui longa, &c.*] Ineptum quemdam Censorem Cosconium nomine irridet, quod sua epigrammata longa putaret; & defendit se quum dicat longa & brevia epigrammata, non à numero versuum, sed à subjecta materia esse vocanda. *Ramires.* Qui in epigrammate non tam argutiam quam brevitatem exigis, probas te aptiorem fore aurigæ servum, qui in Circo axes ad celeritatem ungas, quam lectorem diligentem. Ramiresius Cosconium hebetem & stolidum à Poëta *παχυφρενικῶς* dici putat. cum Hispanice *gordo* obesum & stultum sonet. Nec non Anglice dicimus *You are too fat to conceive this.* Quod & Hor. 3. serm. lib. 1. testatur, *Tardo cognomen pinguis damus. Et gurdos*, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi, inquit Quintilianus lib. 1. cap. 9. vide & *laudem asini* D. Heinsii.

2. *Utilis ungendis, &c.*] Servi aurigarum solebant in Circo & ad summam celeritatem axes ungere. Aptum huic negotio futurum Cosconium, celeritatis sive brevitatis studiosum; & qui epigrammata etiam celerrima sive brevissima velit. *Musamb.*

3. *Hac tu, &c.*] Eadem ratione qua epigr. mea à mensura potius quam ab ingenio censes, & Colossum (de quo epigr. 2. lib. Spect.) argues nimis esse longum, & statuam pueri Bruti (de quo lib. 9. epigr. 51. & lib. 14. epigr. 171.) nimis esse brevem; cum in utroque laudis summa sit propter symmetriam: in hac, brevitatis, quæ puero; in illo altitudinis, quæ Imperatori Deo convenit. Plin. lib. 34. cap. 8.

5. *Marsi doctique.*] Supra epigr. 71. ỷs. 2. & epigramm. 98. lib. 7. ỷs. 5. *Pedonis.*] C. Pedonis Albinovani epigrammatarii laudatiss.

6. *Sæpe duplex, &c.*] Sæpe unum epigramma binas implet paginas: Seu duabus paginis unum tantum epigramma absolvitur.

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis;
Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

8. *Tu, Cosconi, &c.*] Tua epigrammata vel brevissima, sunt nimis longa; ut quæ tædium & nauseam pariant. Vel quia tota vita laborasti, & nec unum distichon absolvisti, & edidisti. *Raderus.*

Ad Cæcilianum. LXXVIII.

Æstivo serves ubi piscem tempore, quæris?
In Thermis serva, Cæciliane, tuis.

1. *Æstivo, &c.*] Thermæ tuæ quas calidas esse oportet, in tantum frigidæ sunt, ut vel in æstate pisces à corruptione vindicare possint. Fingit ergò Poëta se interrogari à Cæciliano, ubi posset commodè piscem æstivo tempore servare. Respondet ab inexpectato, in thermis tuis potes.

In Nasicam. LXXIX.

Invitas tunc me, cum scis, Nasica, vocasse;
Excusatum habeas me, rogo: cœno domi.

1. *Vocatum.*] Qui alias à te invitatus me excusare soleo, quod alio sim invitatus, jam domi cœno, cur me non invitas? Sed rectè P. Scriverius è scripto legit *vocasse*, hac mente, Nasicæ cœnipetæ suboluit cœna apparata à Martiale, & vocati convivæ. invitat itaque Martialem, sperans scilicet fore ut & ipse invitetur ab eo. quam tamen technam dissimulat Poëta se intelligere; sed & eum deludit, præteritque simul festiva hac usus excusatione.

De Fannio. LXXX.

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit.
Hic, rogo, non furor est, ne moriare, mori?

1. *Fannius ipse peremit.*] Fannius Cæpio quod in Augustum conjurasset proscriptus, ut percussores fugeret, se ipse interemit.
2. *Non furor est, &c.*] Vide epigramma 9. lib. 1. & Senecæ epist. 58. *Sic mori, vinci est.* & epist. 29. multa. vide & Brodæi Miscell. lib. 6. cap. 29. *Furor.*] Hunc appellat furorem Poëta, quod se, ne occideretur occidit, & mortem morte redemit. Et pro *Hic* leg. *Hoc.*

In Zoilum. LXXXI.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit:
Dum

1. *Laxior, &c.*] Divites & nobiliores Romani circumferebantur vivi, efferebantur mortui in lecticis; pauperes & plebeji efferebantur in sandapilis. dicit Poëta lecticam fastuosi Zoili laxam, quæ à sex servis vehitur, maxime videri posse sandapilam, cum & pauper sit & strigosus, neque aliud quicquam quam vivum cadaver. unde non adeo prætereundum est quod præferunt MSS. *sandapila est*, quasi dicat, quando hæc tua sit lectica, non est aliud quam sandapila. Alii sic exponunt. Tu Zoile, velut è lautioribus unus, nunc lectica ampla & magnifica circumferris à sex lecticariis, quum dignus sis sanda-

Dum tamen hæc tua sint, Zoile, sandapila.

sandapila seu feretro. nihil enim es præter vivum cadaver: imo jam tum non ferri, sed efferri videris, adeo squalidum, emortuum, turpe & fœdum habes corpus seu potius cadaver. *Rader.*

2. *Dum tamen hæc.*] Inveni in MS. *Cum tamen hæc tua sit, Zoile, sandapila est.* Et ita scripsit Martialis. *Gronov.*

Ad Ponticum. LXXXII.

Abscissa servum quid fingis, Pontice, lingua?
Nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

1. *Abscissa servum quid fingis, &c.*] Servum, ne scelus domini (quicquid illud fuit: verum si *Fœdas* legis cum nonnullis, facile erit suspicari) enunciaret. elinguem herus vel fecerat, vel simulaverat esse, occasionem hujus epigramm. à fabula Philomelæ & Terei sumptam opinatur Raderus. ego ex Juvenalis Satyra 9. ℣. 103.

— secretum divitis ullum
Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquuntur,
Et canis & postes, &c. —

Potest elici & sensus turpior ex epigramm. 72. supra. Ja. Rutgersius legit; *quod lingua* abſciderat servo linguam, ne id flagitium effutiret. Var. lect. lib. 6. cap. 11. Sunt qui legant, *figis:* versus causa, pro *cruci figis.*

In sævum maritum. LXXXIII.

Foedasti miserum, marite, mœchum:
Et se, qui fuerant prius, requirunt
Trunci naribus, auribusque vultus.
Credis te satis esse vindicatum?
5 *Erras. iste potest & irrumare.*

1. *Fœdasti, &c.*] Stulti mariti irrisio eadem, quæ lib. 3. epigr. 84. qui deprehensum adulterum truncavit naribus & auribus, intactis vasis, quibus peccaverat. Illo enim supplicio non adhibet futuro malo remedium, quod fecisset, si virilia ei amputasset, quæ pœna irrogabatur adulteris à marito deprehensis. vide epigr. 60. lib. 2. *Ramir.* Abscissis naribus & auribus deformem reddidisti mœchum, qui ita fœdatus desiderabit, *will finde missing*, priorem formam (*atque ubi sit sua forma requiret.* Ovid.) poteris tamen ad prius scelus vel etiam aliud recurrere, postquam illi intactam reliqueris partem qua peccaverat. Scriv. leg. *Et si qui.* MS. noster *E se qui.*

In Sertorium. LXXXIV.

Mollis erat, facilisque viris Pæantius heros:
Vulnera sic Paridis dicitur ulta Venus.
Cur

1. *Mollis.*] Pathicus. *Mollis, &c.*] Fingunt poëtæ Venerem solere turpibus amoribus vindicare injurias sibi ac suis illatas. Quare, si (ut refert interpres Thucydidis ad lib. 1.) Philoctetem, quod interfecerit Paridem, ulta fuit Venus hac pœna, ut pathicus esset: credo ego (*jocatur Poëta*) Sertorium Siculum interfecisse conterraneum suum Erycem, Veneris filium. namque illum non leviori turpitudinis pœna male mulctavit Venus, &c.

Cur lingat cunnum Siculus Sertorius, hoc est:
Ex hoc occisus, Rufe, videtur Eryx.

Pæantius heros.] Philoctetes, filius Pæantis.

4. *Ex hoc.*] Ab hoc. *Eryx.*] Filius Veneris & Butæ.

Ad Amicum. LXXXV.

VImine clausa levi niveæ custodia coctæ,
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.
Dona quod æstatis misi tibi mense Decembri,
Si quereris; rasam tu mihi mitte togam.

1. *Vimine, &c.*] Urbana valde togæ petitio est. Ampullam seu lagenam vitream aquæ decoctæ & nivibus refrigeratæ, viminibus supertextis armatam & munitam mitto tibi his Saturnalibus, ipso Decembri. si offendat muneris æstivi hyberna intempestivitas, ulciscere hanc injuriam pari intempestivitate, ac mitte mihi togam æstivam. (*Coctæ.*] Argutè nimis Junius & Critici quidam, *coptam* pro *cocta* reposuerunt: quum *copta* placentæ genus sit, cui contusæ species aut legumina commiscebantur: nam quomodo hic posset dici *nivea* & apta æstivo tempori? & quomodo placenta vase vimineo servabitur? Hæc omnia decoctæ nivi refrigeratæ procul dubio conveniunt. *Ramiresi.*

4. *Rasam.*] Rasa autem ea est, quæ à sua textura nullum habet eminens villum; quam levem appellat, lib. 7. epigr. 85.

Nec levis toga; nec rudes lacernæ.

* Ad Classicum. LXXXVI.

QUod nec carmine glorior supino,
Nec retro lego Sotaden cinædum,
Nusquam Græcula quod recantat Echo,
Nec

* Irridet critica censura, errorem multorum, qui existimant, magnum quiddam præstari ab his, qui difficillima scribunt poëmata, ut Sotadica, Galliambica, &c non ob reconditam eruditionem, sed tantum ob intortos quosdam numeros & coactos, quibus nihil est in Poësi laboriosius. Meritò ergò Poëta nugas difficiles appellat & ineptias, studio & labore comparatas. *Ramiresi.*

1. *Supino.*] Numeris mollioribus composito. *Vel potius* antistropho & recurrente (sic enim Ovidio sonat *supinus*, de Ponto lib. 4. el. 5.

Flumina quæ in fontes cursu reditura supino)

Quale literale illud,

Roma tibi subito motibus ibit amor.

Verbale illud Virgilii, (*læso.*

Musa mihi causas memora quo numine

Multaque alia, inter quæ Rabani artificiosus dicam an laboriosus liber de laudibus sanctæ crucis. Atque ejusdem argumenti alter Publio Optatiano Porph. autore.

2. *Nec retro, &c.*] Vel speciatim dicit quod prius dixerat generatim; vel versum retrogradum (quali scripsit Cinædica Sotades Maronensis) intelligit, qui procurrit in laudem alicujus, & recurrit in vituperium. Nota sunt illa.

Laus tua non tua fraus, &c.

3. *Nusquam, &c.*] Non scribo carmina more Græcorum, quorum extremæ partes resonent, more Echus. Vide Politiani miscell. cap. 22. & Scal. Poët. lib. 2. cap. 29.

4. Nec

Nec dictat mihi luculentus Attis
Mollem debilitate Galliambon:
Non ſum, Claſſice, tam malus Poëta.
Quid ſi per graciles vias Petauri
Invitum jubeas ſubire Ladam?
Turpe eſt difficiles habere nugas,
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.
Scribat carmina circulis Palæmon:
Me raris juvat auribus placere.

4. *Nec dictat, &c.*] Ad exemplum politiſſimi carminis Galliambici, quod Cæcilius primus ſcripſit, atque Attin inſcripſit, aut venuſtiſſimi Poëmatii Galliamb. à Catullo compoſiti, non ſcribo genus id carminis molle & elumbe inſtar Attyos evirati, in quo plures locos occupant jambi, & quod canant Galli ſacerdotes Cybeles. vide Terent. Maurum & Diomedem. vide & Muretum atque Scalig. in Catullum.

5. *Mollem debilitate.*] Non heroo aut forti pede, ſed debilitate fractum, ut Attidi, qui eviratus erat, conveniret. Eſt autem Galliambicus verſus ſenarius, & ut docet Scalig. 2. Poët. facetiſſimus ac venuſtatis pleniſſimus. ſic dictus ab Jambo pede, & Gallis ſacerdotibus Cybeles caſtratis. *Rader.*

6. *Non ſum, &c.*] Non tam nullius ſum ingenii ut hæc affectem artificia, his ipſe immorer, lectoremve morer. Vel ut indigeam his artificiis ad conciliandum & illiciendum lectorem: ingenio capitur ſapiens lector, non hujuſmodi nugis laborioſis. *Rad*

7. *Quid ſi, &c.*] Curioſas has nugas non minus ingenium meum ſpernit, quam nobilis ille curſor Ladas (ep. 100. lib. 10.) dedignaretur velocitatem ſuam exercere in Petauris, quæ rotæ ſunt per quas ſe jactant Petauriſtæ. Vel hic Ladas ſua velocitate non poſſet in Petauri machina ſubeunda uti, quod id artificium à ſe eſſet omnino alienum, nec in eo unquam fuiſſet exercitatus. Quid? quod moleſtè ferret, per illos exiguos Petauri gradus ſuum curſum retardari. *Ramireſ.* vide Turnebum lib. 4. cap. 8. & Scal. ad lib. 5. Manilii, ibi, *Corpora quæ valido ſaliunt excuſſa Petauro, &c.* & Vitellium cap. 13. in Merulam.

10. *Ineptiarum*] Libelli, quibus multorum joca & ſales complectebantur, olim INEPTIAE inſcribebantur. *Rad.*

11. *Circulis.*] Turbæ, plebejæ coronæ recitantem undique cingenti. *Palæmon.*] Forte Q. Rhemnius Palæmon, qui (teſte Suetonio) poëmata faciebat ex tempore, & ſcripſit variis & vulgaribus metris. aut alius quiſquam tempore Martialis.

12. *Raris, &c.*] Paucis ſed doctis ex mente Horatii ult. Sat. lib. 1.

* In Sextum. LXXXVII.

Dicis amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem ſub aqua, Sexte, natantis habes.

* Alii. *In Phœbum.* Lemma, mutant, pro *in Sextum*, leg. *in Phœbum.*

2. *Sub aqua, &c.*] Subpallidam & tumidam, qualia ſolent apparere quæ ſub aquis videntur. ludit item in Antitheſi *ardere puellas* & *ipſum ſub aqua natare.* vide epigr. 89. lib. 3.

In Mamercum. LXXXVIII.

Nil recitas, & vis, Mamerce, Poëta videri.
Quidquid vis esto, dummodo nil recites.

1. *Nil recitas, &c.*] Quin tibi habe nomen Poëtæ, vel hoc nomine quod nihil recites, potius quam nos eneces molestâ ineptiarum recitatione.

In * Gaurum. LXXXIX.

Quod nimio gaudes noctem producere vino;
Ignosco: vitium, Gaure, Catonis habes.
Carmina quod scribis Musis & Apolline nullo;
Laudari debes: hoc Ciceronis habes.
Quod vomis; Antonî: quod luxuriaris; Apicî:
Quod fellas; vitium dic mihi cujus habes.

* Qui vitia sua magnis exemplis excusare solebat.

2. *Catonis habes.*] Uticeosis, cujus virtus sæpe mero incaluit, ut ait Horat. 21. ode, lib. 3. vide & Plutar. in vita Catonis & Plin. epist. 12. lib. 3.

3. *Musis, &c.*] Nulla gratia, nullo Musarum aut Apollinis instinctu, invitis Musis.

4. *Ciceronis habes.*] Qui iofeliciter Musas poëticas est aggressus. vide Juven. Sat. 10. ℣. 122. Seneca epist. 108.

5. *Antonî, &c.*] Qui tribunal turpi fœdavit vomitu. ut amplificat Cic. 2. Philippica. *Apicî.*] Supra epigr. 69. ℣. 1.

6. *Vitium, &c.*] Hic cares autore magno. τὴν φαύλην ἐνοπὴν σε λέγειν ἐδίδαξεν Ὅμηρος. Τὴν γλῶσσαν δ' ἐν ὀπῇ τίς σ' ἐδίδαξεν ἔχειν; Ἀνθολογ. β. κεφ. ιγ.

Ad Quinctilianum. XC.

Quinctiliane, vagæ moderator summe juventæ,
Gloria Romanæ, Quinctiliane, togæ;
Vivere quod propero pauper, nec inutilis annis;
Da veniam: properat vivere nemo satis.
Differat hoc, patrios optat qui vincere census,

Atria-

1. *Vagæ.*] Vagam vocat poëta juventutem: est enim silentii, quietis, attentionis impatiens. *Moderator.*] Studium vitæ suæ, & votum exponit Quiotiliano. Annos 23. Romæ erudieodis juvenibus impendit Quint. & in his Domitiani oepotes docuit. *Summe.*] Quia parem tum non habuit. Vel quia magister nepotum Domitiani. *Rad.*

2. *Gloria, &c.*] Romani eloquii summe artifex, insignite senatorio clavo ornamentisque consularibus. Juven. 7. Sat. ℣. 190.

3. *Vivere, &c.*] Da veniam si etiam in tenui re properâ manu carpam gaudia fugientis vitæ; si frui velim præsentibus, quod pauci adeo faciunt, cum nemo fere vivere, id est, vitæ uti commodis & laute vivere sciat, omnes differaot. epigr. 16. lib. 1.

5. *Differat hoc, &c.*] Differant in dies,

Atriaque immodicis arctat imaginibus.
Me focus, & nigros non indignantia fumos
Tecta juvant, & fons vivus, & herba rudis.
Sit mihi verna satur: sit non doctissima conjux:
Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

dies, annos vel senectutem ipsam vitæ gaudia & usum, quibus curæ est rem patriam augere & splendere nobilitatis titulis & imaginibus. Vel *Differat*: non vivat, non indulgeat genio suo is, qui ditior patre vult evadere. *Raderus.*

6. *Atriaque, &c.*] In atriis nobilium quæ primæ ædium partes, ostendebantur majorum imagines, humerorum tenus expressæ, lineis à stemmate ad has discurrentibus. MS. Bodl. *aptat imaginibus.*

7. *Nigros, &c.*] Non aurata laquearia, quæ ne fumo corrumpantur cautio est.

8. *Vivus fons.*] Scaturiens, perennis, naturalis. *Rudis.*] Nativa, non arte lasa & ingenua gratia spoliata. Vel gramina ipsa sponte nascentia, & vivis cespitibus innixa, non ordinatis myrteris, aut aliis frondibus, arte mira, variis nexibus tortuosa. *Ramires.* Juvenalis 3. Sat. ỳs. 18.

9. *Sit non, &c.*] Ex mente Juvenalis 6. Sat. ỳs. 446.

10. *Lite dies.*] Domestica, & forensi. epigr. 57. lib. 12. & epigr. 70. l. 9.

* Ad Cæsarem Domitianum. XCI.

Rerum certa salus, terrarum gloria, Cæsar,
Sospite quo magnos credimus esse Deos:
Si festinatis toties tibi lecta libellis
Detinuere oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna vetat fieri, permitte videri:

Nato-

* Petit à Domitiano jus trium liberorum.

1. *Rerum certa salus.*] Salvo enim Cæsare, omnia salva.

2. *Sospite, &c.*] Quos vel hinc rerum humanarum maximam habere curam scimus, quod te nobis velint incolumem. *Ea locutio* lib. 5. ep. 1. & lib. 7. epigr. 59. & lib. 1. epigr. 13. Vel te sospite credimus esse magnos Deos; qui alioquin nisi tu Capitolium dedisses & instaurasses, vel omnino interiissent, aut certè non magni habiti essent.

3. *Festinatis.*] Mihi scribenti, *vel* tibi legenti. Si carmina sc. festinata, properata, ac propè ex tempore fusa toties legisti. Vel, si festinatis libellis, celeriter legendo decursis, eosdem iterum ac tertio revolvisti: quod signum est placuisse; nam quæ displicent, vix semel lecta excutiuntur. *Rad.* *Toties Detinuere, &c.*] Quod argumento est placuisse.

5. *Quod fortuna, &c.*] Iis qui ex matrimonio legitimo tres liberos aut plures suscepissent, multa erant in spectaculis, honoribus petendis, divisionibus publicis privilegia. natum hoc *jus trium liberorum* à trigeminis Horatiis, Liv. 1. hoc autem jure donabantur à Cæsare multi, quibus natura negaverat. Poëta ἄτεκνος prolis hujus imaginariæ jus ab Imp. petit, laboris sui præmium vel solatium. Plin. l. 10. epist. *Exprimere Domine verbis non possum*

Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

sum, quantum mihi gaudium attulerit, quod me dignum putasti jure trium liberorum. Ex quo intelliges pro singulari munere claros tantum viros id honoris & præmii consecutos esse.

7. *Solatio nobis.*] Liviæ Druso filio extincto, datum est hoc jus, solatii ergo. & in certaminibus dabantur quandoque victis dona in solatia.

Ensem atque insignem galeam, solatia victo.

Virg. 5. Æneid.

Ad Uxorem. XCII.

Natorum mihi jus trium roganti
Musarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat. valebis uxor.
Non debet Domini perire munus.

1. *Natorum, &c.*] Placuisse carmina principi dicit, eoque præmium accepisse, jus trium liberorum. *Rader.* Præcedenti epigr.

3. *Valebis uxor.*] Repudiata, vel mortua; vel neglecta. neque enim curo ex te prolem, magis placet jus trium liberorum mihi ab Imp. erogatum. Vel, nihil jam mihi uxore opus: quippe si ex te suscipere m liberos, jam domino munus illud suum periret, seu frustrà id dedisset. Hoc autem quodammodo peccare esset in dominum, & munificentiam ejus ac beneficium obliterare. *Musamb.*

4. *Domini, &c.*] Domitian. Imp. leg. & *Domino.*

Ad Regulum. XCIII.

Primus ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus?
Quid faciam si plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri si mavis, Regule, primum:
Unum de titulo tollere jota potes.

1. *Primus, &c.*] Hunc secundum sine primo misit Regulo Valerius. cui primum desideranti excusat Poëta, librum paulo obscœniorem verecundia inhiberi. *vel,* prodiit secundus hic liber in lucem primo non edito, quia multa in eo ad laudem Titi, quam libenter non laturum Domitianum noverat Poëta, aut alia de causa. Ex hoc versu conjicis primum librum, itemque spectaculorum secretim additos esse. Ob Titum, credo, in quem pleraque (pleraque, inquam, non omnia) conveniunt. Miscuit quædam, vel potius addidit postea nomen Domitiani, & sæpe non addidit, sed Cæsarem tantum scripsit, ut scire Lector non posset, utrum intellexerit, Titum, an Domitianum: ac Titum quidem nunquam posuit expresso nomine, quod libros in morte editos, vel certe correctos putem; & ob eam caussam sequentibus non adjunctum priorem. Et forte is pudor est, quem insinuat, quod quæ scripserat in Titum, postea videretur tribuere Domitiano, qui sibi omnia patris & fratris opera arrogabat. *Rad.*

4. *Unum, &c.*] Ex tituli numero II. tolle unum I. & erit liber primus, rerum serie nullatenus impedita. quippe in Epigrammatis ordo non respiciendus.

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATUM
LIBER III.

Ad Lectorem, de libro Gallicano. I.


Oc tibi, quidquid id est, longinquis mittit ab oris
Gallia, Romanæ nomine dicta togæ.
Hunc legis, & laudas librum fortasse priorem:
Illa, vel hæc mea sunt, quæ meliora putas.
Plus sane placeat, domina qui natus in urbe est;
Debet enim Gallum vincere verna liber.

1. LOnginquis, &c.] Secesserat poëta in citeriorem Galliam; indeque librum Romam miserat; quem si minus priore placeat, excusat, veluti in loco peregrino minusque urbano natum. *Rad.* *Ab oris.*] Ego mitto à foro Cornelii *Imola*, infra epigr. 4. quæ urbs est Galliæ Cisalpinæ, *Lombardiæ*, dictæ *Togatæ*, quod togis utebantur incolæ, ut Romani.

3. *Hunc legis.*] Secundum.

4. *Illa*, &c.] Illa quæ meliora putas mea sunt, vel *etiam* hæc mea sunt. J. Gruterus ex consilio Dousæ edidit; *Illa, vel hac, mea sunt. quæ meliora putas?*

5. *Domina.*] Roma, quæ rerum domina & triumphati orbis caput.

6. *Debet enim*, &c.] Jure enim cedit hospes civi, barbarus Latino, liber in urbe natus libro extrà urbem. habet enim urbs suum quendam naturalem genium. *Rad.* *Verna liber.*] Romæ natus. de verna vide lib. 1. epigr. 42. ℣s. 1.

* Ad Librum suum. II.

CUjus vis fieri, libelle, munus?
Festina tibi vindicem parare,
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordyllas madida tegas papyro,

Vel

* Continet hoc epigramma urbanam & sanè poëticam hujus libri prosphonesin ad Faustinum amicum suum; à quo si recipiatur, dicit securum esse posse à criticorum morsibus. *Ramiref.*

1. *Cujus vis*, &c.] Imitatio Catulliana, *Cui dono lepidum novum libellum*, &c. ep. 1.

2. *Vindicem.*] Assertorem, patronum.

3. *Ne nigram*, &c.] Ne damneris in culinam & aromatopolarum tabernas pro charta inepta, infelicis genii & fati. *waste paper.* Pers. 1. Sat. ℣s. 43.

— *nec scombros metuentia carmina nec thus.*

Nigram.] Fuliginosam.

4. *Cordyllas.*] Pisciculos, partus thynnorum. vide Plin. lib. 9. cap. 15. & lib. 33.

Vel turis, piperisque sis cucullus.
Faustini fugis in sinum? sapisti.
Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontis gemino decens honore
Pictis luxurieris umbilicis;
Et te purpura delicata velet,
Et cocco rubeat superbus index.
Illo vindice nec Probum timeto.

& lib. 23. cap. 11. Græcis πηλαμύδες, quas *limosas* vertit. *Madida, &c.*] Oleo, in quo friguntur pisces chartis involuti. epigr. 87. lib. 4. ỷs. 7.

5. *Cucullus.*] In formam cuculli formantur chartæ quibus involvuntur aromata. εἰς τὸ λιβανωτὸν καὶ κύτεμεῖν, Anaxandrides apud Athenæum libro 9. cap. 4.

6. *In sinum? sapisti.*] In favorem & patrocinium Faustini. de quo epig. 26. lib. 1.

7. *Cedro, &c*] Sub hoc Mæcenate immortalitatem speres, oleo cedrino inunctus contra tineas & cariem.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Ovid. Trist. 1. El. 1.

—— *speramus carmina fingi*
Posse linenda cedro, &c. ——

Horatius ad Pisones.

8. *Frontis, &c.*] *Fragili gemina poliantur pumice frontes.* Ovid. 1. Trist. El. 1. vide epigr. 67. lib. 1. ỷs. 12.

9. *Luxurieris.*] Luxuriose orneris.

10. *Purpura, &c.*] Pellis purpurea, seu membrana rubens vel purpurea.

11. *Cocco, &c.*] Cocco notetur titulus, quod primum minio factum.

12. *Illo vindice, &c.*] Nec criticos ungues castigatoris severissimi, qualis fuit M. V. Probus Berytius, qui emendationi librorum potissimam operam dedit, teste Suetonio lib. de Grammaticis.

* In mulierem deformem. III.

Formosam faciem nigro velamine celas:
Sed non formoso corpore lædis aquas.
Ipsam crede Deam verbis tibi dicere nostris,
Aut aperi faciem, vel tunicata lava.

* Irridet stultam fæminam pulchra facie, & fœdissimo corpore: quæ quum tegere corpus, & aperire faciem debuisset: contrà celabat faciem & nudum corpus ostendebat. *Ramires.*

1. *Nigro velamine.*] Ita optimi libri, & requirit τὸ *aperi.* Vide Scriverium. Alii *medicamina velas:* & interpretantur Oesypo, medicamine & incrustamento cosmetico, quod Juvenalis vocat *tectorium.* Sat. 6. ỷs. 463.

2. *Sed non, &c.*] Sed deformi corpore, violas aquas.

3. *Deam, &c.*] Aquæ Nympham. omni autem fonti credebatur inesse numen, propter perennitatem scaturiginis.

4. *Vel tunicata lava.*] Deforme enim corpus, arguit æque deformem esse faciem, quam tegis, vel fucatam.

Ad Librum suum. IV.

Romam vade liber, si, veneris unde, requiret:
Æmiliæ dices de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit:
Corneli referas me licet esse foro.
Cur absim, quæret: breviter tu, multa, fatere,
Non poterat vanæ tædia ferre togæ.
Si quando veniet? dicet: responde; Poëta
Exierat; veniet, cum citharœdus erit.

1. *Romam, &c.*] Loquitur cum libro suo, quem Romam mittit; & continet epigramma justam quandam poëtæ indignationem. Queritur enim de Romanorum fastidio, & de corrupto eorum judicio, qui eo tempore citharœdos longè præferebant poëtis. *Ram.*

2. *Æmiliæ, &c.*] Viam Æmiliam ab Æmilia regione ad Bononiam usque stravit Æmilius Lepidus. qua itur ad Forum Cornel. vide Joan. Baptist. Pii annot. post. cap. 27.

4. *Corneli, &c.*] Potes respondere me esse in foro Cornelii. supra epigr. 1. ℣s. 1. dicto à Sylla.

5. *Breviter tu, &c.*] Varie à multis dispungitur hic versus. réfer *multa* ad *tædia* in sequent. versu. Quæret, inquit, Roma cur absim: breviter tu fatêre, id est, dic ingenue. Non poterat ferre tam multa tædia togæ vanæ sive salutatricis, sive quæ clientulorum salutationibus inservit, & unde nihil emolumenti. *Musamb.*

7. *Dicet: responde; Poëta.*] Omnino legendum cum Grutero, *veniet, tu respondeto Poëta.* Nam quod Scaliger aptat è Manilio lib. v. *Sic etiam magno quædam respondere mundo Hæc natura facit:* ut multo magis insolens, & vitiosum judico. Scripsit autem Manilius: *quædam se ostendere.* Similiter deceptus est in illo Martialis lib. xi. *Lector salve:* nam omnino verius est, *solve.* Et apud Valerium Flaccum lib. 5. MS. *viden alta comantem Pectora?* non *vide lata comantem.* Gronov. *Responde.*] Pleraque verba quæ jam sunt secundæ tantum inflexionis, fuere priscis & tertiæ. sic *vale, cave, fervere, &c.* Gruterus ex MSS. legit: *Quando venit? dicet: tu respondeto: Poëta, &c.* vel Bong. membrana: *Et quando veniet, dicens responde, &c. Poëta.*] Secessit, quia erat Poëta. *artibus* autem *honestis Nullus in urbe locus, &c.* ut queritur Umbritius apud Juven. Sat. 3: ℣s. 21.

8. *Veniet, &c.*] Ubi forte didicerit ad citharam canere, redibit. majori enim in pretio Romæ sunt citharœdi quam poëtæ. Epigramma Satyricum est, ac seculi stultitiam & inscitiam traducit, quo citharœdorum atque id genus hominum conditio multò lautior erat, quam poëtarum aut eruditorum hominum. Idem l. 5. epigr. LVII.

Artes discere vult pecuniosas?
Fac discat citharœdus, aut choraules.

Herald. epigr. 57. lib. 5. & Juven. 3. Sat. ℣s. 64. Sueton. Vesp. cap. 19.

Ad eundem. V.

Vis commendari sine me cursurus in urbem,
Parve liber, multis? an satis unus erit?

Unus

1. *Vis, &c.*] Est alia prosphonesis hujus libri, ad Julium Cerealem amicum suum, concepta per Apostrophen ad eundem libellum; quem rogat, velitne multis,

Unus erit (mihi crede) ſatis, cui non eris hoſpes,
Julius aſſiduum nomen in ore meo.
Protinus hunc primæ quæres in limine Tectæ,
Quos tenuit Daphnus, nunc tenet ille, lares.
Eſt illi conjux, quæ te manibuſque ſinuque
Excipiet, vel ſi pulverulentus eas.
Hos tu ſeu pariter, ſive hanc, illumve priorem
Videris; hoc dices: Marcus avere jubet.
Hoc ſatis eſt. alios commendat epiſtola: peccat,
Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

multis, an uni tantum Julio commendari: docetque qua ad ejus domum ſit iturus, ubi habitet, excuſatque eleganti ſententia defectum literarum. *Ramireſ.*

3. *Unus erit, &c.*] Inſtar vel loco multorum erit Julius, qui mihi familiaris fuit, tibique erit.

4. *Julius, &c.*] Epigr. 16. lib. 1.

5. *Primi, &c.*] Lectio ſanior. quam à Scriverio reſtitutam confirmat MS. è noſtris alter. domus hæc tibi urbem ingreſſo prima eſt, quam Daphnis quidam poſſederat prior dominus, nunc tenet Julius. Quaſi diceret, recta adi Julium Cetealem, eumque ſaluta in *primi tecti limine*, hoc eſt, in atrio ipſo, ut ſi diceret: Nil opus tibi captare ſecretum, in atrio ipſo, quæ prima pars ædium & limini proxima eſt, inter ſalutatorum & clientium officia eum adire poteris: nulla enim mora interpoſita recipiet te, & leget. *Muſambert.* Sic ante hac ille verſus legebatur: *Protinus hunc adeas, primique in limine tecti.*

Quæres in limine tecti.] Imo *primæ tectæ* verius eſt: & ſenſus eo ducit. utrumne commodius eſt dicere: in urbem ad Julium, invenies eum in veſtibulo ædium, quas habuit Daphnis? an potius; viſe Julium, quem invenies in ipſo ingreſſu viæ Tectæ, ædes, quas Daphnis habuit, habitantem. Unde Martialis vaticinari poterat Julium fore in veſtibulo, cum liber eo veniret? Ergo *primæ Tectæ limen*, eſt ingreſſus viæ Tectæ. Quum vicum enim ſcimus, facile eſt homines & ædes reperire, ſi præſertim non magnum intervallum interceſſerit. *Gronov.* in Apocolocynth. Senecæ. pag. 350.

7. *Manibuſque ſinuque.*] Gratiſſimum fore librum oſtendit; chara enim ſinu excipimus, ac geſtamus.

10. *Marcus, &c.*] E ſalutandi formula. Briſſon. lib. 8. form. *Martialis ſalutem dicit.*

11. *Alios, &c.*] Alienos, ignotos. *Peccat.*] Nemo ſapiens ſe commendat amicis ſuis diligenter & ſolicite.

Ad Marcellinum. VI.

Lux tibi poſt Idus numeratur tertia Majas,
Marcelline, tuis bis celebranda ſacris.

Impu-

1. *Lux tibi, &c.*] Aſſentatur Egnatio Marcellino ob patris natalem & reſectam barbam. *Lux.*] Dies tertius poſt Idus Majas, id eſt, 16. Calend. Junii.

2. *Bis celebranda ſacris.*] In duobus verſibus ſequentibus, oſtendit gemini ſacri cauſas.

3. *Impu-*

Imputat æthereos ortus hæc prima parenti:
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit jucundæ munera vitæ,
Plus nunquam patri præstitit illa dies.

3. *Imputat, &c.*] Hæc dies imputat tanquam beneficium (legas & *computat*) natalem patris tui, quo editus est, in dias luminis auras. *Vel* ex cœlesti revolutione reversum.

4. *Libat, &c.*] Atque hoc eodem die primam barbam deposuisti, qui quidem dies priscis sacer, solennis & perpetuæ memoriæ. Sueton. cap. 12. Neron. & Xiphilinus in Nerone & Heliogabalo. Juven. 3. Sat. ℣. 186.

5. *Magna licet, &c.*] Quod dies natalis patri dederit vitam, munus est ingens; sed majus, quod eadem illi filium virum: Viri enim appellabantur à barba resecta. Martial. libro 1. epigramm. 88. *tonsum fac cito, fero virum.* Rad.

6. *Plus nunquam, &c.*] Filio dulcis est patris vitæ memoria anniversaria: patri nulla dies gratior, quam qua filii viri facti memoriam celebrat. nonnulli legunt, *præstitit ulla dies.* vide Antholog. lib. 1. cap. 26. epigr. Apolonid. Ἤδη ἀεξηΐδων πρῶτον θέρος ἡμετέρου τοῦτο Κείρεο, &c.

* De sportula. VII.

CEntum miselli jam valete quadrantes,
Anteambulonis congiarium lassi;
Quos dividebat balneator elixus.
Quid cogitatis, ô fames amicorum?
Reges superbi sportulæ recesserunt.

Nihil

* Notat divitum σμικρολογίαν, & avaram ambirionem, qui levicula pecunia miserorum clientulorum atque ante ambulonum officia bene munerari existimabant. Atqui muratum esse rerum statum air; ac jam non sportulam tenuem, sed salatium dandum esse. Suet. in Tiberio: *Pecuniæ parcus ac tenax, comites peregrinationum expeditionumque, nunquam salario, cibariis tantum sustentavit.* Herald.

1. *Centum, &c.*] Nero cœnam Rectam clientibus exhibitam à potentioribus, redegerat ad sportulam, quæ calathus fuit quo primum obsonia dabantur, postea centum quadrantes *bord wages.* Suet. lib. 6. cap. 16. Domitianus antiquato illo Neronis edicto revocavit cœnas, Suet. Domit. 7.

2. *Anteambulonis, &c.*] Clientis officiosi merces.

3. *Quos dividebat balneator.* Clientibus singulis qui una lavabant dati à potentioribus c. quadrantes, nostræ monetæ 18. d. ob. q. quos forte dividebat balneator. epigr. 60. lib. 1. vide & Turneb. libro 30. cap. 8. & 30. *Elixus.*] Aquarum & vaporum calore coctus.

4. *Fames amicorum.*] Qui sportulæ tenuitate & fame enecastis clientes?

5. *Regis superbi.*] Quicquid insultet hic Ramiresio Scriverius, recte ab illo observatum puto *Regem superbum* hic esse Neronem, & accommodatum huic loco illum alterum versum, *Invidiosa feri radiabant atria regis.* Patroni quare ob sportulas dicantur potius superbi,

 quam

Nihil strepharum est: jam salarium dandum est.

quam ob cœnam rectam, nulla ratio est. Sed *regis superbi sportulæ*, sunt sportulæ à Nerone introductæ, quæ recesserunt vel abrogatæ sunt instituto Domitiani. *Gronovius*. *Regis, &c.*] A superbo patrono (qui *rex* dicebatur) exhibitæ.

6. *Nihil, &c.*] Nihil fraudis jam faciendum est clienti, quem sæpè invitatum tanquam ad cœnam rectam dimiserunt tandem cum jejuna sportula. στροφὴ tergiversatio, à στρέφω. *Salarium dandum est.*] Cœna, quæ Romanis ὀλίγον *cibarium*, annona diurna, ex pacto debitum: ut *sportula*, ex placito.

In Quinctum. VIII.

Thaïda Quinctus amat. quam Thaïda? Thaïda luscam.
Unum oculum Thaïs non habet, ille duos.

1. *Thaïda Quinctus.*] Cæcitatem Quincti, non oculorum, sed ipsius animi irridet hoc epigrammate. Amabat enim Thaïda meretricem luscam, quam nemo nisi cæcus amare posset. Illa, inquit, uno oculo caret. Quintus duobus.

2. *Duos.*] Utroque caret oculo. *Metaph.* id est, cæcus est amore, qui non videat vitia. infra epigr. 39.

In Cinnam. IX.

Versiculos in me narratur scribere Cinna.
Non scribit, cujus carmina nemo legit.

2. *Non scribit, &c.*] Sic epigr. 64. lib. 6. Pessimum poëtam notat, cujus carmina perinde negligantur, ac si scripta nunquam fuissent.

* In Philomusum. X.

Constituit, Philomuse, pater tibi millia bina
Menstrua, perque omnes præstitit illa dies,
Luxu-

* Philomusi pater, menstrua filio suo luxu perdito constituerat, eaque singulis diebus erogabat, ne uno die, totius mensis alimenta consumeret. At qui filio suo tam prospectè caverat & consuluerat dum viveret; is pessime eidem cavit testamento suo; quo eum hæredem ex asse reliquit; quum ei alimenta potius diurna, & singulis diebus præstanda relinquere debuisset. Quare eo testamento quo heres scriptus est, revera est exheredatus: cum eo facto, patrimonium, quod statim dilapidavit, ad eum sine ullis conditionibus pervenerit. *Herald.*

2. *Menstrua.*] In dimensum menstruum. *Perque omnes præstitit illa dies.*] Non accipio, quasi demensi menstrui partes in singulos dies diviserit, sed plane totum demensum menstruum propter immodicos sibi sumtus in singulos dies erogasse patrem. Et hoc eum exhausit. Nam quum hoc menstruum constitueret, videtur ita supputasse, ut in longum sic ei patrimonium sufficeret. Menstrua constituit tibi bina, & eadem per singulos dies præstitit, quum luxuriam præteriti diei sequeretur à tergo proximi inopia, seu quum quovis die menstruum integrum esset consum-

Luxuriam premeret cum craſtina ſemper egeſtas,
Et vitiis eſſent danda diurna tuis.
Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit;
Exhæredavit te, Philomuſe, pater.

ſumptum, nec quidquam reſtaret in craſtinum: & bina illa millia, quæ ille conſtituerat menſtrua, ſi te vitioſum & luxurioſum ære alieno liberum vellet, eſſent eroganda diurna. Quamquam & ſuſpicari poſſis ſcripſiſſe auctorem: *tanta diurna.* Et tantum quolibet uno die eſſet dandum vel præbendum luxui tuo. *Gronovius. Perque omnes, &c.*] Et illius dimenſi menſtrui ſingulas partes ſingulis diviſit diebus.

3. *Luxuriam, &c.*] Idque ut craſtinam anteverteret egeſtatem coërcendo hodiernum luxum. Heraldus Egeſtatem ab Inopia ſic diſtinguit: *Egeſtatem* luxuria aut aliqua hujuſmodi peſtis ſæpius conflat: Inopia & Paupertas poteſt alio modo contingere. Quare Paupertas & Inopia innocens eſſe poteſt: Egeſtas vix abſque ſcelere, aut ad ſcelus propenſione.

5. *Idem te moriens, &c.*] Certe cum te tibi reliquerit, feceritque hæreditatem tui juris, te quaſi exheredavit. nam tu rapide omnia abſumis. melius conſuluiſſet tuo luxui dato curatore.

Ad Quinctum. XI.

SI *tua nec Thais, nec luſca eſt, Quincte, puella,*
Cur in te factum diſtichon eſſe putas?
Sed ſimile eſt aliquid: pro Laide Thaïda dixi.
Dic mihi, quid ſimile eſt Thais & Hermione?
Tu tamen es Quinctus; mutemus nomen amantis;
Si non vult Quinctus Thaïda, Sextus amet.

2. *Diſtichon eſſe putas.*] Succenſuerat Martiali Quinctus quidam, ob ſuperius 8. epigramma. Qui Quinctus Hermionem amabat. Irriſoriè reſpondet poëta: Si tua puella, ô Quincte, nec Thais vocatur, nec luſca eſt, cur exiſtimas diſtichon illud in te eſſe factum? Si puella tua Lais vocaretur, aliquid poterat videri ſimile, quod Thais & Lais affinia quodammodo nomina ſunt. Sed ſi tua puella vocatur Hermione, quid ſimile habet cum Thaïde? At dices tu, Quinctum notaſti eo diſticho, is verò ego ſum. Mutemus amantis nomen. Nam cum ego ludam ſemper nominibus fictis, quid intereſt, Quinctum vocem an Sextum, Thaïdis amatorem? ſit amator Sextus; & ſic tota lis dirimi poterit. *Ramireſ.* Epigr. 8. ſupra.

3. *Sed ſimile, &c.*] Urgebis tamen me nimis aperte luſiſſe in affinitate nominum, ubi pro Laide tua dixi Thaïda. verum non magis hinc notatur quam ſi appellaſſem eam Hermionem.

5. *Tu tamen, &c.*] Te tamen notatum argues, quod Quinctus vocaris.

6. *Sextus amet.*] Quod ſi tibi ita grave ſit Thaïda amari à fictitio meo Quincto, ne tu forte in ſuſpicionem venias: diluetur hoc facile & curabitur, mutato nomine Quincti in Sextum.

In Fabullum. XII.

UNguentum, fateor, bonum dedisti
Convivis here: sed nihil scidisti.
Res salsa est benè olere, & esurire.
Qui non cœnat & ungitur, Fabulle,
Hic vere mihi mortuus videtur.

1. *Unguentum.*] Describit hic hominem stolidè vanum, qui quum lautus videri velit, in rebus minimè necessariis sumptum faciat; in aliis autem, quæ sumptum necessario desiderant, sordes suas explicet. Homines istos Græci βαναύσους appellant & ἀπειροκάλους. *Herald.*

2. *Convivis.*] A Balneis & ante cœnam prisci inungebantur. *Here: sed.*] Heti. ut epigr. 44. lib. 1. *Nihil scidisti.*] Nihil convivis distribuisti, carpsisti.

3. *Salsa, &c.*] Ridicula. vel: Ironice. id est, insulsa & inepta. vivos numerare inter mortuos; quasi mortuos invitasses, non vivos ad convivium. MS. Bodl. *salsa est.*

4. *Qui non cœnat, &c.*] Silicernium hoc mihi videtur ubi apponitur cœna, nihil distribuitur, ubi ungimur tantum velut mortui, quorum cadavera ungere condireque mos erat. Ludit sane eodem modo Lucianus, libro de Mercenariis: ubi ait miseros litteratores, aut alios id genus, qui magnatum mensas colebant, cum aliis accumbere solitos, coronatos sane & unguento delibutos; sed sæpius mala fame & siti perditos: cum nihil iis ministraretur. Quare mortuorum columnis eos non esse absimiles, quas in parentalibus unguento quidem perfunderent, & coronis ornarent; ipsi autem dapibus, quæ simul apponebantur sese oblectarent. *Herald.*

* In Næviam. XIII.

DUm non vis leporem, dum non vis carpere mullum,
Et plus quam patri, Nævia, parcis apro;
Accusas, rumpisque coquum, tanquam omnia cruda
Attulerit. nunquam sic egò crudus ero.

De

* Erat Poëta invitatus à Nævia, dapsilis cœna apposita erat, sed ut omnia servarentur: Nævia dicebat, omnia esse cruda, Poëta se hoc pacto jejunum fore dicit, & nunquam crudum, si de cibis nihil attingat. *Rad.* Et pro *leporem* Scriv. leg. *piscem.*

1. *Carpere.*] Scissum distribuere convivis. Et pro *mullum* alii, *pullos.*

3. *Rumpisque coquum.*] Cædis. & alludit ad *carpis.* *Tanquam, &c.*] Caussara obsoniorum cruditatem, ut serventur ad alias cœnas explicandas.

4. *Nunquam, &c.*] Si modo nihil esitavero, nunquam ex obsoniorum copia crudus erit mihi stomachus. & ludit in translatione τοῦ *crudi.* Cruditas enim ex epularum copia, vel nimio cibo oritur, quem stomachus non concoxit.

De Tuccio. XIV.

Romam petebat esuritor Tuccius,
Profectus ex Hispania.
Occurrit illi sportularum fabula:
A ponte rediit Mulvio.

1. *Romam, &c.*] Tuccium ridet & sportulam. Tuccius enim ventris & sportulæ caussa longinquum iter susceperat, Romæque jam proximus, ad pontemusque Mulvium accesserat: in quo quum audiret sportulæ tenuitatem, rediit ab ipso ponte in Hispaniam. *Rad.*

2. *Profectus ex Hispania.*] Cogente fame & paupertate.

3. *Occurrit, &c.*] Exposita est illi tenuitas sportulæ, miseraque officia ejus emerendæ.

4. *Ponte rediit Mulvio.*] Qui mille passus ab urbe distat; in via Flaminia.

De Codro. XV.

Plus credit nemo, quam tota Codrus in urbe.
Cum sit tam pauper, quomodo? cæcus amat.

1. *Plus credit nemo, &c.*] Codrum cæcum irridet, qui amabat puellam, quam audierat formosam esse. Ludit in ambigua significatione τῦ *credit.* nam & significat, mutuo dare pecuniam; & fidem habere. quasi dicat, mirum est Codrum pecunias credere, qui ipse miserrime pauper sit. resp. Poëta supra fidem Codrum credere. credit enim illam esse castam vel formosam cujus amore cæcus est, idque contra famam populi.

In cerdonem. XVI.

Das gladiatores, sutorum regule, cerdo,
Quodque tibi tribuit, subula, sica rapit.
Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam,
Ut velles corio ludere, cerdo, tuo.

Lusi-

1. *Das gladiatores.*] Notatur hic hominis νεοπλύτυ ἀλαζονεία & insana arrogantia; qui cum antea miser sutor esset, nescio quo casu amplas divitias adeptus, eo insaniæ devenerat, ut gladiatorum munera, quæ sine magno sumptu edi non poterant, populo daret, atque ita opes suas ostentaret, quod justam indignationis caussam Juvenali etiam tribuit. *Her. Das.*] Edis munus gladiarorium; quod principum est, divitum, idque S. Consulto (Annal. Tacit. 4.) & spectatarum personarum. indignatur autem Poëta hoc vilissimos homines dare. *Sutorum regule cerdo.*] Sutorum Alpha, princeps. *chiefe or Master of thy Company.* Vel antiphrasticōs, quasi è genere sutorum abjectissime.

2. *Subula.*] Sutorium instrumentum & officium. *Sica rapit.*] Gladiatoris gladius brevis. id est, munus gladiatorium.

4. *Corio ludere, &c.*] Dare gladiatores ex tua re. alludit ad proverbium, *De alieno corio liberalis.* simul ludit in terminis sutoriis, *subula, corium, pellicula.*

Lusisti, satis est: sed te, mihi crede, memento
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

6. *In pellicula, &c.*] Intra artificii & conditionis tuæ terminos. respicit Apologum de asino Cumano, pelle leonis induto.

In Sabidium. XVII.

CIrcumlata diu mensis scriblita secundis,
Urebat nimio sæva calore manus.
Sed magis ardebat Sabidî gula: protinus ergo
Sufflavit buccis terque quaterque suis.
Illa quidem tepuit, digitosque admittere visa est:
Sed nemo potuit tangere: merda fuit.

* Narratiuncula quadam faceta Sabidii cujusdam oris fœditatem notat, cui fœtebat anima, forte quod fellator esset: nam quum scriblita quædam secundis mensis apposita fuisset, neque esset aliquis qui eam tangeret, propterea quod arderet; terque quaterque sufflavit ipse: quo facto tepuit quidem illa, sed nemo voluit tangere, quod halitu ejus conspurcata esset. *Ramires.*

1. *Scriblita.*] Bellarium secundæ mensæ, ad modum placentæ confectum, Syncopate pro *scribilita*. Torta, Hisp. Sunt qui legant *intrita*: alii *stribilita* ἀπὸ τοῦ στριβλεῖν, quod est, *torquere*, ideo, quod in circuitu torqueatur restis in modum. unde Hispani *tortam* dicunt. *Idem.*

5. *Digitosque, &c.*] Convivarum tangentium.

6. *Nemo potuit, &c.*] Nemo sustinuit edere vel gustare scriblitam, impuro halitu tuo corruptam. vide epigr. 93. lib. 7.

In Maximum. XVIII.

PErfrixisse tuas questa est præfatio fauces.
Cum te excusaris, Maxime, quid recitas?

1. *Perfrixisse, &c.*] Ex frigore raucisse.

2. *Cum te, &c.*] Excusationem in totum accipimus, vel omnino recitatione supersedeas, ut tibi & nobis parcas.

De vipera in ore ursæ. XIX.

PRoxima centenis ostenditur Ursa columnis,
Exornant fictæ qua Platanona feræ:

Hujus

1. *Proxima, &c.*] Est flebilis quædam narratio casus cujusdam, quo periit pulchellus puer, quem Hylam vocat. In porticu Vipsana, seu stadio potius, centum columnis sublata. lib. 2. epigr. 14. platanis juxta consitis opaca, & statuis ferarum exornata; dum ludibundus puer & ursæ velut insultans, ori statuæ hianti manum insereret, à vipera quæ in ore statuæ latebat, morsus, interiit.

2. *Fictæ.*] Non pictæ: fingunt enim statuarii, pingunt pictores. *Platanona.*] Locum Platanis consitum.

3. *Ten-*

Hujus dum patulos alludens tentat hiatus
Pulcher Hylas; teneram mersit in ora manum.
Vipera sed cæco scelerata latebat in ore,
Vivebatque anima deteriore fera.
Non sensit puer esse dolos, nisi dente recepto
Dum perit. ô facinus falsa quod ursa fuit!

3. *Tentat hiatus.*] Puer explorat oris & faucium altitudinem, manuque inserta, age, inquit, morde fera, si potes.

4. *Hylas.*] Species pro genere.

5. *Cæco.*] Tenebroso, ut videri quid abderetur non posset. ita cæcum antrum. *Raderus.* Et pro *ore* Gruterus ex Palat. legendum censet *ære*.

6. *Vivebatque, &c.*] Ficta hæc seu marmorea ursa, comperta est lethalior ursa viva, quasi spirans anima viperæ quæ sua deterior. Et eleganter dixit *vivebat*, pro habebat in se bestiam viventem.

8. *O facinus.*] O malefactum, quod non vera esset ursa. tum enim aut puer manum ori inferere supersedisset; aut tenero formosoque puero viva ursa pepercisset. Sic Bodl. & Scr. MS. non *ausa*, ut vulgo.

De Canio. XX.

DIc, *Musa, quid agat Canius meus Rufus?*
Utrumne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum?
An quæ Neroni falsus adstruit scriptor?
An æmulatur improbi jocos Phædri?

Lasci-

1. *Dic Musa, &c.*] Canium poëtam perpetuo ridentem descripsit libro I. epigramm. 70. ubi eum Panos statuæ comparat, perpetui risus specie conflatæ.

2. *Victuris.*] Non perituris, eo natis genio & fato, ut immortalitatem consecutæ, posteris legantur.

3. *Temporum, &c.*] Historiam de Claudii temporibus.

4. *An quæ Neroni, &c.*] An scribit quæ adstruat Neroni tanquam authori, ut prodeant sub nomine Neronis? *Vel* an ad fidem & veritatem historiæ revocat componitque, quæ vivo Nerone ob metum aut adulationem, quæ mortuo ex recenti odio falsa scripta sunt? Tacit. in prooem. Annal. Neronis historia à plerisque scriptoribus mendacissimè fuerat conscripta; quum alii dum is viveret, turpissime ei adularentur; alii autem eo sublato, nova scelera commenti, multa ei adstruerent, de quibus ne cogitarat quidem. Id observavit Joseph. Judaïc. Origin. l. 20. c. 5. *Herald.*

5. *Improbi jocos Phædri.*] Non alium intelligo quam illum Tiberii Augusti libertum: quem *improbum* vocat, id est audaculum quod sub persona fabularum Æsopicarum traducere ausus est hominum potentum mores. Nam quod *jocos* dixit, respexit illud Phædri: *Fictis jocari nos meminerit fabulis.* Hoc monuimus olim ad Statii silvas. *Gronov.* *Phædri.*] Mimographi alicujus jocularis. non autem illius qui fabulas composuit. Raderus tamen credit, hunc Phædrum Augusti libertum fuisse, & quinque illos libros Æsopicarum fabularum scripsisse; unde *jocos* appellat, quid enim aliud, quam joci? *Improbum* reor dici, propter Sybarin.

Lascivus elegis, an severus heroïs?
An in cothurnis horridus Sophocleis?
An otiosus in schola poëtarum
Lepôre tinctos Attico sales narrat?
Hinc si recessit, porticum terit templi;
An spatia carpit lentus Argonautarum?
An delicatæ Sole rursus Europæ
Inter tepentes post meridiem buxos
Sedet, ambulatve liber acribus curis?
Titine thermis, an lavatur Agrippæ?
An impudici balneo Tigillini?
An rure Tulli fruitur, atque Lucani?
An Pollionis dulce currit ad quartum?

An

6. *An severus heroïs.*] An heroo pede canit heroum facta. heroici enim carminis argumentum, severum, grande, illustre.

7. *An in cothurnis, &c.*] An tristis & altus majestate carminis tragici, scribit tragœdias? In tragœdiis autem inducti heroës & reges grande locuti, altis innitebantur calceamentis. claruitque stylo tragicô Sophocles. Et quamvis Æschilus fuerit primus qui magniloquentiam docuerit, ut testatur Horat. in Arte poët.

Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

In proverbium tamen abiit *Sophocleus cothurnus*, quod Sophocles cæteros Tragicos, dictionis gravitate longe superaverit. Ut Virg. Eclog. VIII. ꝟs. 10.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Ramires.

8. *An otiosus, &c.*] An in conventu Poëtarum recitat elegantes comœdias, vel alia carmina. *Otiosus.*] Ab aliis negotiis vacuus. nam quomodo *otiosus*, si recitabat? *In schola.*] Alia est schola Poëtarum; alia Grammaticorum. Grammatici explicabant poëtas; poëtæ ipsi sua recitabant carmina in auditorio aliquo,

10. *Terit.*] Obambulat. *Templi.*] Isidis fani. epigr. 14. lib. 2. ꝟs. 7.

11. *Spatia carpit, &c.*] Porticum Neptuni quam ædificavit Agrippa, & Argonautarum pictura exornavit. epigramm. 14. lib. 2. ꝟs. 5.

12. *An delicatæ, &c.*] An in porticu Europæ in quo buxeta solem frangunt à meridie, &c. epigr. 14. lib. 2. ꝟs. 15.

15. *Titine.*] Titi Imperatoris, qui delitiæ mundi. quem procul dubio, versu clariore sæpe celebrasset, si per Domitianum licuisset. *Rader.* *Titine thermis, &c.*] *Velocibus muneribus, thermis.* epigr. 2. lib. Spect. Ecquid sapit quod habet MS. Oxoniensis, *Stertitve? thermis an lavatur Agrippæ? Agrippæ?*] Balnea de suo nomine excitavit M. Agrippa.

16. *Impudici, &c.*] Sophonii Tigillini, bipedum nequissimi, fœda pueritia, impudica senecta, &c. Tacit. I. histor. & 14. Annal.

17. *Tulli Lucani.*] Epigr. 37. lib. I. & lib. 9. epigr. 52.

18. *Ad quartum.*] Prædium suburbanum ad quartum lapidem. Ita suburbana prædia aut prætoria nominabant, ad Tertium, Quartum, Quintum, Sextum, intellige lapidem miliarem.

19. *An*

An æstuantes jam profectus ad Bajas,
Piger Lucrino nauculatur in stagno?
Vis scire quid agat Canius tuus? ridet.

19. *An æstuantes, &c.*] Ad aquas calidas in Bajano sinu intra Misenum & Puteolos in Campania.

20. *Nauculatur, &c.*] Sic Gruterus ex opt. codd. & poscit modulus versus. Vulgo, *naviculatur.*

21. *Vis scire, &c.*] Ex persona Musæ resp. Quicquid agat, ridet, epigrammate 62. libro 1. & epigramm. 63. infra.

* In crudelem Dominum. XXI.

PRoscriptum famulus servavit fronte notatus,
Non fuit hæc domini vita, sed invidia.

* Ita vita, à servo malè accepto data, potius Domino invidia fuit, quam vita. Et sic ultus est Dominum, quia reddidit illum omnibus invisum, se verò gratum. *Rad.*

1. *Proscriptum, &c.*] Antium Restionem. vide Macrobium 1. Saturn. cap. 11. & Appian. lib. 4. & Val. Max. lib. 6. cap. 7. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 23. &c. *Fronte notatus.*] Stigmatias servus, literas fronte inustus.

2. *Sed invidia.*] Indignum enim visu fore, tanta fide servum à Domino notis compunctum fuisse.

De Apicio. XXII.

DEderas, Apici, bis tricenties ventri,
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.
Hoc tu gravatus, ut famem & sitim ferre,
Summa venenum potione duxisti.
Nil est, Apici, te gulosius factum.

* In

1. *Dederas, Apici, &c.*] Exemplum helluonis privati singulare & inauditum. Apicius sexcenties decoxerat, inspectis tandem rationibus, superfuturum sibi centies H. S. computavit. Id est, centies centena millia sestertiûm, sive trecenta triginta tria millia florenorum, supra trecentos triginta tres. *Rad.* Sed in hac re tanquam ultima fame victurus, sibi vitam veneno finiit. Seneca ad Helviam cap. 10. & Dion. lib 57.

2. *Sed adhuc, &c.*] Sed luxui adhuc centies centena millia supererant, quæ impenderes, exhaustis jam & decoctis sexcenties centenis millibus sestertiûm. *Centies laxum.*] Ad illud *centies laxum.* Haud scio quos florenos intelligat Raderus, quum dicit centies esse 333000 florenorum, &c. nam centies sunt ducenta quinquagnita millia coronatorum, florenorum septingenta quinquaginta millia. *Gronov.* *Laxum.*] Non minus, amplius, potius. alii *luxu* pro luxui, id est, ad luxum.

3. *Hoc tu gravatus.*] Hoc centies sestertio, velut nihil superesset: hac quasi egestate gravatus, inopia pressus, putasti tibi fame & siti moriendum, ideoque venenum hausisti. Sic autem Gruterus è MSS. Vulgo, *famem & sitim ferres.*

4. *Summa potione.*] Extremo haustu: ut *summa dies. Duxisti.*] Exhausisti. Scriv. legit: *perduxisti.*

* In invitatorem. XXIII.

OMnia cum retro pueris obsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

* Lemma est, *In Invitatorem.* Malè. In antiquis libris, *In cœnipetam avarum.* Melius. *Herald.*

1. *Omnia, &c.*] Invitator sordidus obsonia statim ac ponerentur tradidit servis pone ad pedes discumbentium ministrantibus auferenda & ad alias instruendas cœnas reservanda. jocatur Poëta commodius fore ut servis extra triclinium apponatur mensa, si ita retro amovere fercula statuerit. τὸ δὲ πέρας, πάντα δίδως ὀπίσω. Antholog. lib. 1. cap. 31. Sensum plane expressit ac reddidit versuum illorum Lucillii conquerentis de Epicrate:

Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστὶ, σὺ τοὺς δούλους κατάκλινον
Ἡμεῖς δ' αὐτοί σου πρὸς πόδας ἐρχόμεθα.

Si, inquit, hoc tibi facere decretum est, ut pueris retrò omnia obsonia porrigas, cur non illos jubes discumbere, & nos ad pedes tibi stabimus eorum vicem? πάντα διδόναι ὀπίσω, in præcedentibus dixerat Lucillius: Martialis ad verbum: *omnia retrò obsonia tradere.* τοὺς δούλους κατακλίνειν apud Lucillium idem omnino est, quod *mensam sternere à pedibus* apud Martialem. qui jubet enim servos à pedibus discumbere ad mensam, idem mensam sternit à pedibus. *Salmasius.* Vide & Turnebum libro XVI. Adversar. cap. 5.

* De Haruspice hernioso. XXIV.

VIte nocens rosa stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.
Quem Tuscus mactare Deo cum vellet haruspex,
Dixerat agresti forte, rudique viro;
Ut cito testiculos peracuta falce secaret,
Teter ut immundæ carnis abiret odor.
Ipse super virides aras luctantia pronus
Dum resecat cultro colla, premitque manu;

Ingens

* Continet hoc epigramma facetissimam de Thusco haruspice narratiunculam; qui cum mactaret hircum ad Bacchi aras, cuidam agresti viro falcem præbuit, jubens ut testiculos hirci amputaret; quumque ipse cum hirco luctaretur, ostendit ingentem quandam herniam, quam rusticus confestim falce secuit, existimans id ad sacra pertinere. *Ramires.*

2. *Tuis victima, &c.*] Quod vites rodat: ut porcus Cereri, quod frugibus obsit. epigr. 39. lib. 13. MS. Bodl. *tuis victima digna sacris.*

3. *Tuscus mactare, &c.*] Aruspicina, ut & multa alia sacra & religiones, ab Etruria Romam accita.

5. *Testiculos, &c.*] Hirci, victimæ masculæ castrabantur ne teter illarum partium odor nares offenderet. Quia in MSS. *& acuta*; Scriverius, *sed acuta.*

7. *Ipse super.*] Aruspex. *Virides aras, &c.*] Herbis stratas.

9. *Ita-*

Ingens iratis apparuit hernia sacris.
Occupat hanc ferro rusticus, atque secat:
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus,
Talibus & fibris numina prisca coli.
Sic modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex,
Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.

9. *Iratis apparuit.*] Per irreverentiam gestus illius. *Hernia sacris.*] Scrotum aruspicis proni & inclinantis apparebat à tergo, quod rusticus abscidit.

13. *Sic modo, &c.*] Ludit à patria. Sic modo qui fuisti Hetruscus, nunc Gallus factus es aruspex, nec tamen è Gallia, sed Gallus sacerdos Cybeles.

14. *Caper.*] Caprum τ̃ ἐκτομίαν dici notavit Gellius lib. IX. cap. IX. *Auctore M. Varrone is demum Latine Caper dicitur, qui excastratus est.* Gronov. *Caper.*] Castratus. est itaque caper hircus castratus, ἐκτομίας.

* Ad Faustinum. XXV.

SI temperari balneum cupis fervens,
Faustine, quod vix Julianus intraret:
Roga, lavetur, rhetorem Sabinæum.
Neronianas hic refrigeret thermas.

* Jocus est in Sabineum Rhetorem frigidissimum in dicendo, quem ait hyperbolicῶs, posse fervens balneum refrigerare. estque jocus in ambiguitate à frigore aëris ad orationis frigus: sic dicimus *frigere* alicujus orationem. *Ram.*

1. *Fervens.*] Cujus calorem vix ferre possit. Julianus calidis alias assuetus.

3. *Roga, lavetur, &c.*] Sunt qui legant: *Rogo, lavet uti, &c.* Alii *Rogo lavetur hic rhetor Sabineus.* jocus Metaphoricus à frigore aëris, ad frigus orationis.

4. *Neronianas, &c.*] Quæ egregie erant calidæ & optimæ. epigr. 48. lib. 2.

* In Candidum. XXVI.

PRædia solus habes, & solus, Candide, nummos:
Aurea solus habes, myrrhina solus habes:
Massica solus habes, & Opimî Cæcuba solus:

Et

* Candidum amicum tantùm adulteram uxorem habere, alioqui nihil commune amicis, ait. vide lib. 2. Epigramm. 43. *Rad.*

1. *Prædia solus, &c.*] Candide, cui crepat usque in ore illud, *omnia amicis communia*, ut epigr. 43. lib. 2. nihil tamen cum amicis communicas, sed te tibi soli vivere, soli sapere perfectam credis sapientiam, beatam judicas vitam: certe ut nec decreto illi Pythagorico stas, ita nec instituto tuo privaro; namque uxorem habes communem.

2. *Aurea, myrrhina, &c.*] Vasa, epigr. 113. lib. 14.

3. *Opimî Cæcuba solus.*] Epigr. 27. lib. 1. vs. 5. *Opimî.*] Opimianum Cæcubum,

Et cor solus habes, solus & ingenium:
5 *Omnia solus habes: hoc me puta velle negare:*
Uxorem sed habes, Candide, cum populo.

cubum, vinum Opimio consule conditum, & per ducentos & amplius annos servatum.

4. *Cor solus, &c.*] Sapientiam. *Metonym.*

5. *Hoc me puta, &c.*] Te omnia non habere solum. alii leg. *hoc nec puto posse negari.* Fr. Modius epist. 75. Novantiqu. lectionum. Scriverius, *nec me puta.*

* In Gallum. XXVII.

NUmquam me revocas, venias cum sæpe vocatus:
Ignosco, nullum si modo, Galle, vocas.
Invitas alios: vitium est utriusque. quod? inquis.
Et mihi cor non est; nec tibi, Galle, pudor.

* Gallum sæpe à se vocatum ad cœnam dicit; se autem nunquam revocatum à Gallo. Indignatur: & se stultum, qui hoc fecerit; & Gallum impudentem, qui non fecerit, affirmat. *Raderus.*

1. *Vocatus.*] Ad cœnam.

3. *Utriusque, &c.*] Meum æque ac tuum. MS. noster, *utrinque.*

4. *Cor non est, &c.*] Prudentia ad prætereundum te inhumanum. *Pudor.*] Ad invitandum me bene meritum.

* In Nestorem. XXVIII.

AUriculam Mario graviter miraris olere!
Tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

* Nestorem hunc fictitium ait obtrectatorem, aut animam olentem, osque impurum habentem.

2. *Tu facis.*] Graveolentia manet auriculæ illius ab impura tua anima. Quid sit in aurem garrire, l. 1. ep. 90. diximus.

In Zoilum. XXIX.

HAs cum gemina compede dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.

Ad

1. *Gemina.*] Quia ligatum illis utrumque crus. Conficta est quædam dedicatio anathematis servilis Zoili cujusdam; qui ex ergastulario elatus fuerat ad Equestrem dignitatem: simulque eum admonet servilis conditionis. Solebant enim servi vinculis soluti, compedes Saturno, velut anathemata dedicare; quod is Deus in compedes olim à filio conjectus, adeptus deinde libertatem, servos in clientelam suam visus sit accepisse, & eorum quasi protector sit, cujus etiam causa Romæ in compedibus vinciebatur. *Ramiresf. Compede.*] Servi improbi & noxii in ergastula damnati, opus in compedibus faciebant. *Dedicat catenas.*] Servi libertate donati, compedes & catenas sacrarunt Saturno, qui toto anno laneo vinculo ligatus, ad diem sibi festum 1. mense Decembri solvebatur. quin & servi in his Saturnalibus dominabantur. *Donasset jamne catenam Ex voto Laribus.* Hor. 1. lib. ser. 5.

2. *Anulos priores.*] Compedes. Zoilo autem exprobrat annulum aureum, ut qui ab Ergastulario servo, ad ordinem equestrem sit evectus, epigr. 38. lib. 11.

1. Spon-

Ad Gargilianum. XXX.

SPortula nulla datur; gratis conviva recumbis:
Dic mihi, quid Romæ, Gargiliane, facis?
Unde tibi togula est, & fuscæ pensio cellæ?
Unde datur quadrans? unde vir es Chiones?
Cum ratione licet dicas te vivere summa:
Quod vivis, nulla cum ratione facis.

1. *Sportula, &c.*] Dictum supra miseros hosce sportularum captatores, ex centum sportulæ quadrantibus, genium fraudantes, cellæ pensionem & vestes subtrahere, &c. Sublata verò Domitiani edicto sportula, hi omnes in deteriorem conditionem sibi visi sunt incidisse. ut Tuccius de quo epigramm. 14. Arguit igitur Gargilianum temeritatis, quod sublata sportula Romæ vivere perseverabat. *Ramiref.* Supra epigr. 7. ℣. 1. clientibus autem *hinc toga, calceus hinc est, Et panis fumusque domi.* Juven. 1. Sat. ℣. 119. *Gratis, &c.*] Ad cœnam justam, unde tibi nulla pecunia, ut in sportulis.

2. *Quid Romæ, &c.*] Cur non hinc migras? Cum tu præter cibum nihil pecuniæ accipias. unde vivis? unde vestem comparas? unde tectum solvis? hoc enim est pretium cellæ fuscæ.

3. *Fusca pensio cellæ.*] Gurgustioli fumosi seu tenebricosi obventus, *ενοίκιον*, *rent.* Seu pretium annuæ habitationis.

4. *Quadrans.*] Quo pretio tenuioris conditionis homines lavabant. *dum tu quadrante lavatum, &c.* Horat. 3. Sat. 1. lib. *Unde vir es Chiones.*] Unde habes quod meretrici solvas? Vir enim aliquis mulieri, etiam extrà nuptias. Vide Gruteri suspiciones. *Chione.* Lupa, seu prostibulum, quæstum à corpore quærens.

5. *Cum ratione, &c.*] Etsi te dicas vivere frugaliter & ex justa computatione, non tamen video causam cur in Roma vel etiam in vita manere velis, cui non suppetit unde vivas. Luditque in dilogia *τῷ ratione.* Prius enim frugalitatem & moderationem: posterius, mentem, caussam, judicium, intelligentiamque significat.

* Ad Rufinum. XXXI.

SUnt tibi, confiteor, diffusi jugera campi,
Urbanique tenent prædia multa Lares:

Et

* Conatur reprimere Ruffinum ob divitias nimis superbientem, quas dicit, amplas quidem esse, sed non accedere ad libertinorum opes: quo simul ejus arguat stultitiam, qui ea re glorietur, quam multò magis abjectissimi homines erant consecuti. *Ramiref.*

2. *Urbanique tenent.*] Utraque explicatio interpretum (Et dii tui penates in urbe occupant tantum soli, quantum esset multis domibus: &, Domus tuæ urbanæ, quas multas habes, habent singulæ prædia suburbana) nugax est. Non viderunt hypallagen esse: *Urbani Lares tenent multa prædia*, pro eo, quod est, multi lares tibi tenent urbana prædia, Jurisconsultorum lingua loquitur. Habes & multa *prædia rustica*, id est agros, & *urbana*, id est, domos, ædificia. *Gronovius.* *Urbani.*] Et Dii tui pena-

Et servit dominæ numerosus debitor arcæ,
Sustentatque tuas aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli, Rufine, minores.
Plus habuit Didymus: plus Philomelus habet.

penates in urbe occupant soli quantum esset multis domibus. *Vel*, domus tuæ urbanæ, quas multas habes, habent singulæ prædia sua suburbana. Etenim solum & superficies junctim, prædium dicitur plerumque: sed propriè prædium est, solum ipsum; idque si ruri, rusticum; si in urbe urbanum. Junctim verò etiam ruri urbanum esse potest, & in urbe rusticum. *Brisson.*

3. *Servit Dominæ, &c.*] Multos tibi obæratos habes & fœneratos. *Dominæ.*] Pecuniæ, quæ domina est, cui serviunt omnia.

4. *Aurea mensa.*] Non est temere, quod in Th. memb. legebatur: *aurea massa dapes.* Gronovius. *Aurea mensa dapes.*] Inaurata; auream habens coronam, vel aurea.

6. *Plus habuit, &c.*] Malis quidem artibus multa nactus es, sed plura Didymus spado, & Philomelus (quantum ex ficto nomine licet conjicere) citharœdus, qui & te fastidire possint.

In Matriniam. XXXII.

NUm possim vetulam, quæris Matrinia? possum
Et vetulam: sed tu mortua, non vetula es.
Possum Hecubam, possum Nioben, Matrinia: sed si
Nondum erit illa canis, nondum erit illa lapis.

1. *Num possum vetulam, &c.*] Convitium est, in Matrinlam vetulam, quæ querebatur, quod Poëta non virum egisset cum ea. Excusat hoc quum dicat eam non vetulam, sed jam mortuam. *Ramir.* Heraldus legendum censet, *An possim vetulam quæris Matrinia.* Nota φορεῖν, *Posse vetulam.* Multa enim reticebant in rebus turpioribus. unde, *cætera quis nescit?* & similia: Sic Plautus: *Quæ cum viris suis prædicant nos solere.* Et συνεῖναι Græcis. *Esse cum muliere*, Latinis. *Consuescere* etiam frequenter. κοινωνεῖν Græcis. S. ὀχεύειν. infra ep. 75.

3. *Sed si.*] Modo non exuerint fœminas (ut est in fabulis notis) quod tu fecisti, canis jam & saxum.

* Qualem puellam velit. XXXIII.

INgenuam malo: sed si tamen illa negetur,
Libertina mihi proxima conditio est:
Extremo est ancilla loco: sed vincet utramque,
Si facie nobis hæc erit ingenua.

Ad

* Ancillam ingenua facie se præferre cæteris omnibus dicit.

1. *Ingenuam malo, &c.*] Non amo genus, conditionem & ejusmodi phaleras, sed formam ipsam. maxima enim voluptas est, si quid propter se ametur. non placet ingenua conditio, sed ingenua facies.

2. *Libertina, &c.*] Filia liberti qui è servo manumissus fuit.

Digna,

Ad Chionem. XXXIV.

Digna tuo curſis, indignaque nomine; dicam.
Frigida es, & nigra es: non es, & es Chione.

1. *Digna, &c.*] Convenit tibi nomen Chiones (χιὼν autem *nivem* ſignificat) quia frigida es blanditiis, amoribus vel alias: non convenit, quiâ nigra es.

De Piſcibus ſculptis. XXXV.

Artis Phidiacæ toreuma clarum,
Piſces adſpicis: adde aquam, natabunt.

1. *Phidiacæ, &c.*] Phidias toreutices inventor fuit. *Toreuma* eſt opus cœlatum, cujuſmodi ſunt calices, crateres, ſigna hominum aut ferarum, aut florum exeuntia, extantiaque. Juvenal. Satyr. 1. —— *Et ſtantem extra pocula caprum.* Non quidem à Phidia factum toreuma dicit, ſed ab inventore Phidia, toreutice dicitur Phidiaca. *Rad.*

2. *Adde aquam, &c.*] Ita ad vivum expreſſi, ut addita aqua videantur nataturi. *Hyperbolice.*

In Fabianum. XXXVI.

Quod novus & nuper factus tibi præſtat amicus:
Hoc præſtare jubes me, Fabiane, tibi.
Horridus ut primo ſemper te mane ſalutem,
Per mediumque trahat me tua ſella lutum:
Laſſus ut in thermas decimâ, vel ſerius, horâ
Te ſequar Agrippæ, cum laver ipſe Titi.
Hoc per triginta merui, Fabiane, Decembres,

Ut

1. *Quod novus, &c.*] Expoſtulat cum Fabiano injuriarum, quod cum vetus eſſet amicus, eaſdem cogeretur, quas ſodales novi, operas præſtare anteambulonis. *Ramireſ.* Exigis à me veteri amico & cliente officia non minora, quam quæ novus præſtat cliens.

3. *Horridus, &c.*] Frigore matutino. *vel* cultus neglectu, dum propero ut inter primos ſalutatores ſim. Juven. 3. Satyr. ℣ſ. 20.

4. *Me tua ſella, &c.*] Præcedentem, comitantem, ſubſequentem tuam ſellam. epigr. 10. lib. 10. ℣ſ. 6. & epigr. 26. lib. 12.

5. *Decimâ, &c.*] Cum octava quæ æſtate, nona quæ hyeme lavationi aſſignatur, cogar comitari te ad balnea Agrippæ, ipſe loturus longe in balneis Titi. Vel queritur, quod jam laſſus, hora decima vel ſerius, quando jam cœnandum eſſet, cogeretur ſequi Fabianum in thermas Agrippæ; quo ibi relicto, quod ſimul lavari per faſtum amici potentis non liceret; properabat ipſe ad Titi thermas, quæ longo ſpatio diſſitæ erant à thermis Agrippæ. *Rameireſ.*

7. *Decembres.*] Annos. Quaſi diceret: Tu pro his officiis triginta annis tibi præſtitis, quibus attrivi togam, non tuam, ſed meam; nondum me rudedonas, & gratis ſportulam præbes? *Rad.*

9. *Mes-*

Ut ſim tiro tuæ ſemper amicitiæ?
Hoc merui, Fabiane, toga, tritaque, meaque,
Ut nondum credas me meruiſſe rudem?

9. *Meaque.*] Cum alii patroni mittere ſoleant clientibus togas.

10. *Rudem.*] Liberationem ab officiis. tractum ab arena. gladiatores enim ætate ingraveſcente quaſi emeriti, in magiſterii ſignum accipiebant rudem; qua donati non cogebantur deinde pugnare, publice tamen alebantur. Rameſius putat Poëtam ambigue alluſiſſe ad togam rudem.

* In iraſcentes amicos. XXXVII.

IRaſci tantum felices noſtis amici.
Non belle facitis: ſed juvat hoc facere.

* Eſt reprehenſio divitum, qui irarum occaſionem quærunt, ne officia inferiorum amicorum munerentur: ſed pro gratia odium reddunt. *Rameſius.*

2. *Non belle facitis.*] Non ex ratione & cauſa, ſed occaſionem quæritis irarum. *Sed juvat, &c.*] Utile eſt vobis iras ſimulare, ne muneremini pauperum officia. ſic ep. 13. lib. 12.

* Ad Sextum. XXXVIII.

QUæ te cauſa trahit, vel quæ fiducia Romam,
Sexte? quid aut ſperas, aut petis inde? refer.
Cauſſas, inquis, agam Cicerone diſertius ipſo,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit Ateſtinus cauſas, & Cajus: utrumque
Noras: ſed neutri penſio tota fuit.
Si nihil hinc veniet; pangentur carmina nobis:
Audieris, dices eſſe Maronis opus.
Inſanis: omnes gelidis quicumque lacernis

Sunt

* Conqueritur nihil Romæ amplius Romanum, nullo pretio eſſe ingenia & artes: ſimulque oſtendit Romæ nullum eſſe bonis viris locum.

4. *Triplici, &c.*] 1. Veteri Romano. 2. Caji Julii Cæſaris. 3. Auguſti. vide Alex. Neap. lib. 2. cap. 12. Martian. 3. lib. 24. cap.

5. *Egit.*] *Inquit Poëta. eſt enim Dialogiſmus. Ateſtinus, Cajus, &c.*] Cauſſidici pauperes. nomina fortaſſe ficta. *Ateſtinus.*] Ab Ateſte, urbe Venetorum ditioni ſubjecta. Et pro *Cajus,* multi legunt *Ciris,* pro nomine proprio. quod & Gruterus confirmat.

6. *Penſio tota fuit.*] Supra epigr. 30. ℣ſ. 4. Quorum uterque non habuit, unde ſolveret annuam conducti laris penſionem totam.

7. *Si nihil, &c.*] *Refert Sextus.*

8. *Eſſe Maronis opus.*] Mea carmina æquare Virgilii opus.

9. *Omnes gelidis, &c.*] Omnes hi quos vides horridulos tritis lacernis, ſunt Poëtæ non inferiores Virg. & Ovidio. MS. noſter, *Sunt ibi.* Cujus lectio-

Sunt ibi; Nasones, Virgiliosque vides.
Atria magna colam. vix treis, aut quattuor ista
Res aluit: pallet cætera turba fame.
Quid faciam? suade. nam certum est vivere Romæ.
Si bonus es, casu vivere, Sexte, potes.

lectionis monuit & P. Scriverius. *Ibi,* Romæ sc. Nam librum tertium Martialis non scripsit Romæ, sed in Gallia togata, & scriptum Romam misit. *Rad.* Non ergò *tibi* sed *ibi.*

11. *Atria, &c.*] Ingrediar (inquit Sextus) cliens potentiorum atria; vel principis aulam. *Vix treis, &c.*] *Resp. Poëta.*

13. *Quid faciam, &c.*] *Verba Sexti. Certum est.*] Decretum hoc mihi, sive sedet. Martialis accipit quasi dicere Sextus voluisset; non dubito quin Romæ vivere possim. Itaque joco respondet Poëta; Si malus es, vita Romæ tibi certa est; sin bonus es, fortuita, sive pendens à nutu fortunæ & casu, sive ὁπότερ' ἔτυχεν. Fieri nempe poterit ut vivas, fieri etiam ut nec vivas, seu victum invenias. *Musambert.*

14. *Si bonus es, &c.*] Bonis fortuitus est Romæ victus & incertus; malis stipendium certum.

De Lycori. XXXIX.

ILiaco similem puerum, Faustine, Magistro
Lusca Lycoris amat. quam bene lusca videt!

1. *Magistro.*] Magistro pecoris. Alii leg. *ministro*, id est, Ganymedi Jovis pocillatori. ut lib. 11. epigr. 105.

2. *Quam, &c.*] Quæ tam bene de forma judicat. Quintus contra, ep. 8. supra, cæcus erat quamvis oculos haberet.

* In Thelesinum. XL.

MUtua quod nobis ter quinquagena dedisti
Ex opibus tantis, quas gravis arca premit:
Esse tibi magnus, Thelesine, videris amicus:
Tu magnus, quod das? immo ego, quod recipis.

* Irridet Thelesinum quemdam, qui magnam rem se præstitisse existimabat, quod mutuam dedisset Poëtæ pecuniæ summam, & se magnum ob id reputabat. Respondet Poëta, majorem se esse, qui debitum illud solvat, quum pauper sit. *Ramires.*

1. *Ter quinquagena.*] Centum & quinquaginta millia sestertiûm.

2. *Gravis, &c.*] Vide epig. 30. l. 2. ỽ. 5.

4. *Magnus, &c.*] Immo pusillus, qui dives non dona das: ego magnus, qui pauper solvo. Ramiresius legendum censet: *Tun' magnus, &c.*

In lacertam cælatam. XLI.

INserta phialæ Mentoris manu ducta
Lacerta vivit, & timetur argentum.

1. *Mentoris, &c.*] Cælatoris laudatissimi.

2. *Vivit, & timetur argentum.*] Affabre efficta videtur spirare, & vel argentea nescientibus timetur pro viva.

In Pollam. XLII.

LOmento rugas uteri quod condere tentas,
Polla; tibi ventrem, non mihi labra linis.
Simpliciter pateat vitium fortaſſe puſillum:
Quod tegitur, majus creditur eſſe malum.

1. *Lomento rugas, &c.*] Pollam quamdam fruſtrari docet ſuo labore, quæ rugas ventris lomento tegebat, quum id potius ſuſpicionem majoris deformitatis moveret in animis ſpectantium. *Ramireſ.* Hoc diſtichon ita legit Scaliger:

Lomento, rugas uteri quo condere tentas,
Polla, tibi ventrem nonnihil abra linit.

Sed vereor ut hæc lectio ingenioſior & acutior, quam verior. ἅβρα quidem Græcis τρυφερὰ παιδίσκη, ſed an Latini hac voce uſi ſint, adhuc quæro. ἅβραι ancillæ illæ mandatis perferendis deſtinatæ, & mediæ inter lenas naturæ. *Herald. Lomento.*] Ex farina fabacea. Plin. ex creta. Petron. *Condere.*] Sunt qui leg. *credere.*

2. *Non mihi, &c.*] Non me decipis. Plauto phraſis frequens, *os ſublinis.* cujus ratio ſumpta videtur vel ab iis qui per jocum dormientibus ora fuligine vel alio colore pingunt, ut Ægle Silenum, apud Virgil. 6. eclog. *Vel* ab iis qui amatas potiones ægrotis vel pueris propinantes labra poculorum melle illinunt, quo dulcedine primum decepti potionem hauriant.

3. *Simpliciter, &c.*] Epigramm. 88. lib. 1. & lib. 6. epigr. 7.

4. *Quod, &c.*] Infra epigr. 72.

In Lentinum. XLIII.

MEntiris juvenem tinctis, Lentine, capillis:
Tam ſubito corvus, qui modo cygnus eras.
Non omnes falles. ſcit te Proſerpina canum:
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Ad

1. *Mentiris juvenem, &c.*] Tingentem canos Lentinum quendam irridet, quod hoc fuco juvenem aſſimulabat; interminatus non evaſurum hac ſtropha mortem. Vis apparere juvenis, ſimulas juvenem. vide Auſonii ep. 16. quo Laïs reſpondet Myreni, quod Adrianus ſeni fucato, *Patri jam negavi tuo.*

2. *Corvus, &c.*] Niger. Metonym. Id eſt, tam ſubito corvo ſimilis. *Cygnus eras.*] Canus, candidus.

3. *Non omnes, &c.*] Etſi hominibus imponas, non impones Diis. *Proſerpina, &c.*] Vitæ mortiſque præſes, quæ fingitur morituris crinem ſecare, & has quaſi primitias Orco offerre. *Nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.* Virgil. de Didone 4. Æn. & Horat. 1. lib. ode 28. *Nullum ſæva caput Proſerpina fugit.*

4. *Perſonam, &c.*] Fucum illum capillorum & tinctum quaſi caliendrum, eleganter dixit *larvam. Perſona* enim propriè dicebatur, ficta imago vultus, qua olim hiſtriones in theatris utebantur.

1. *Occur-*

Ad Ligurinum. XLIV.

Occurrit tibi nemo quod libenter:
Quod quacumque venis, fuga est, & ingens
Circa te, Ligurine, solitudo:
Quid sit, scire cupis? nimus Poëta es:
Hoc valde vitium periculosum est.
Non tigris catulis citata raptis,
Non dipsas medio perusta Sole,
Nec sic scorpius improbus timetur.
Nam tantos, rogo, quis ferat labores?
Et stanti legis, & legis sedenti:
Currenti legis, & legis cacanti.
In thermas fugio; sonas ad aurem:
Piscinam peto, non licet natare.
Ad cœnam propero, tenes euntem.
Ad cœnam venio; fugas sedentem.
Lassus dormio; suscitas jacentem.
Vis, quantum facias, mali, videre?
Vir justus, probus, innocens timeris.

De

1. *Occurrit tibi nemo, &c.*] Χαρακτηρίζει hoc Epigrammate Martialis hominem importunum, scriptorum suorum recitatione homines enecantem. *Herald.*

4. *Nimis, &c.*] Plus habes Poëtæ quam hominis. Nimis tibi places in carminibus quæ omnibus incontinenter & importune legis. Qui ergò abutitur officio suo, dicitur *nimis esse*.

6. *Tigris, &c.*] Epigramm. 18. lib. spectac.

7. *Dipsas.*] Serpens, à quo icti vexantur siti & æstu. unde & nomen. *Medio, &c.*] Apricans ad meridianum solem. *Vel* meridionali plaga vivens.

13. *Piscinam peto, &c.*] Non paucæ nec parvæ erant Romæ piscinæ qua nataterit. Et pro *licet*, sunt qui legant *finis*.

15. *Sedentem.*] Ramiresf. legit *edentem.* Musambertius asserit lectionem vulgarem. ut sit ante accubationem sessio. Non enim dicit *cœno*; sed *ad cœnam venio*, tu sedentem fugas, id est, interim dum accumbendi tempus exspectans sedeo, tu mihi recitas & sedentem fugas, antequam accubuerim aut quicquam gustarim; quod etiam durius quam fugare jam accumbentem aut semicœnatum. ut 67. epigr. 8. lib. *Sternantur lecti, Cæciliane sede.*

18. *Vir justus, probus, &c.*] Cætera cum bonus sis ac justus, & propter innocentiam atque probitatem expetendus: propter hanc tamen importunam recitationem, te fugiunt omnes caventque ut poëticam hirudinem. Horat. in calce epist. ad Pisones, & Lucillii epigr. cap. 40. lib. 2. Antholog.

De eodem. XLV.

Fugerit an mensas Phœbus cœnamque Thyestæ,
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.
Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis:
Sed nihil omnino, te recitante, placet.
Nolo mihi ponas rhombum, mullumve bilibrem:
Nec volo boletos, ostrea nolo: tace.

1. *Fugerit, &c.*] Vide argumentum Farnabii in Thyesten Senecæ. Notissima certè fabula hujus cœnæ, quam Phœbus dictus est noluisse spectare. Seneca enim ✝ſ. 774. sic ait: *O Phœbe patiens, fugeris retrò licet, Medioque ruptum merseris cælo diem, Sero occidisti.*

3. *Illa.*] Tua.

5. *Mullumve, &c.*] Vide epigr. 43. lib. 2. ✝ſ. 11.

6. *Tace.*] Epigr. 49. infra, & 79. lib. 5. & lib. 11. epigr. 53.

* Ad Candidum. XLVI.

Exigis à nobis operam sine fine togatam.
Non eo, libertum sed tibi mitto meum.
Non est, inquis, idèm: multo plus esse probabo.
Vix ego lecticam subsequor; ille feret.
In turbam incideris; cunctos umbone repellet:
Invalidum est nobis, ingenuumque latus.
Quidlibet in caussis narraveris; ipse tacebo:

At

* Ad Candidum amicum, quem quum non comitaretur Martialis, mittebat ei libertum: ait Poëta plus in ea re, id est, comitando ei libertum posse præstare, quam ipse valeat: quoniam ipse sit ad servilia munera ineptus; ait tamen se omnia ei præstiturum, quæ libertus præstare non poterit, hoc est, laudem & immortalitatem. *Domit.*

1. *Togatam.*] Anteambulonis seu clientis togati.

3. *Non est, &c.*] Plus mihi *inquis* esset honoris ex tui ipsius, quam liberti tui comitatu. *Plus esse probabo.*] Operæ.

5. *Umbone repellet.*] Musambertius de umbone togæ intelligit, de quo vide quæ ad Persii Sat. 5. ✝ſ. 33. de cubito potius dici credo, quo turba obvia, haud secus ac hostes umbone repellitur. & ut credam facit Luciani Crito πολλοὺς παραγκωνιζόμενος, καὶ τὸ ἑωθινὸν Χαῖρε εἰπών. Lucian. Φιλόπατρις & Juven. 3. Satyr. *hic cubito ferit.* vide Turn. lib. 13. cap. 15. & 19.

6. *Invalidum ingenuumque latus.*] Quod undam prementis populi contra niti nequeat, pudeat. epigramm. 47. lib. 10. *Vires ingenuæ*, mox ✝ſ. 9. id est, quæ homini ingenuo sufficiant. Sic *ingenuum latus* invalidum appellat, quod ingenui hominis vires modicæ sint, & quæ non sint oneri ferendo. *Ramires.*

7. *Ipse tacebo.*] Ego tibi oranti non valebo acclamare.

8. *At*

At tibi tergeminum mugiet ille sophos.
Lis erit; ingenti faciet convicia voce:
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.
Ergo nihil nobis, inquis, præstabit amicus?
Quidquid libertus, Candide, non poterit.

8. *At tibi sophos.*] Id est, maximum clamabit sophos. Turneb. lib. 24. vel 29. lib. 32. vide lib. 1. epigr. 4. ℣f. 10.

9. *Ingenti, &c.*] Ingeret adversario tuo conviciorum abunde, nec in aurem. Gr. κραξόφωνος.

12. *Quidquid, &c.*] Officia liberaliora & quæ me decent magis, præstabo: & quæ nec servus nec libertus meus reddere possunt: famam, æternitatem nominis, & immortalitatem carmine firmandam. *Rad.*

De * Basso. XLVII.

CApena grandi porta qua pluit gutta,
Phrygiamque Matris Almo qua lavat ferrum,
Horatiorum qua viret sacer campus,
Et qua pusilli fervet Herculis fanum,
Faustine, plena Bassus ibat in rheda,

Omnes

* Ad quem epigr. 57. infra de Faustini villæ copia.

1. *Qua pluit gutta.*] Irridet Bassum, quod villam suburbanam sterilem omninò coleret, & ex urbe in eam, ea omnia, quæ ex villis in urbem deportari solent, importabat. *Ramiresf.* Propter aquæ ductus & fontes quæ ad portam Cap. unde & *Fontinalis* dicta hodie *S. Sebastiani.* Juven. 3. Satyr. 11. ℣f. eandem vocat *madidam Capenam.* Dicitur esse in prima regione urbis. Eadem & *triumphalis* dicta, & *Appia*, ab Appio censore, qui viam Appiam munivit. Tum pro *Phrygiaque matris*, vett. edd. & Palat. *Phrygiumq.* Vide Amm. Marcellinum l. 23. ubi ostendit, ipsum etiam simulacrum lavari solitum.

2. *Almo, &c.*] Fl. Tusciæ, in quo Mater Deûm à Gallis sacerdotibus quotannis abluebatur. Ovid. 4. Fast. & Marcell. lib. 23. *Ferrum.*] Cultros ad hostias mactandas. forte legend. *sacrum.*

3. *Horatiorum, &c.*] Ubi sepulti fuerunt Horatii illi trigemini, de quibus Liv. 1.

4. *Et qua pusilli fervet Herculis.*] Non placet, quod volunt *pusillum Herculem* dici comparatione Domitiani. In Aurelii Victoris Regionibus Urbis sub Porta Capena reperio *Ædiculam Herculis.* quæ est illa ipsa hic commemorata Martiali. Si ergo nolumus *Herculem Puerum* Romanis fuisse cultum, ut *Jovem Puerum*, tutissimum est decurrere ad hypallagen, & *pusilli Herculis fanum* explicare, pusillum Herculis fanum, sive ædiculam. Sic lib. 7. ep. 68. *magni senis Atticus hortus*, pro Attici. *Gronov.* *Pusilli.*] Adulatorie. Domitianus enim se magnum Herculem vel majorem dici voluit. ut epigr. 65, 66, 67. & 104. lib. 9. Alciden vocat pusillum. *Fervet, &c.*] A frequentia salutantium viatorum. erat enim in via Appia.

5. *Plena Bassus, &c.*] Non ut *Mathonis lectica.* 1. Sat. Juven. *Plena ipsa*, sed ruris honoribus quos ex urbe in rus suum, non rus, portabat.

Omnes beati copias trahens ruris.
Illic videres frutice nobili caules,
Et utrumque porrum, sessilesque lactucas,
Pigroque ventri non inutiles betas.
Illic coronam pinguibus gravem turdis,
Leporemque læsum Gallici canis dente,
Nondumque victa lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed tuta fœno cursor ova portabat.
Urbem petebat Bassus? imo rus ibat.

7. *Illic videres, &c.*] In rheda Bassi, velut altero copiæ cornu.

8. *Utrumque, &c.*] Sectivum & capitatum. *Sessilesque lactucas.*] Plin. l. 19. cap. 8. Tria genera lactucarum esse dicit: unum laticaulis, alterum rotundi; tertium sessile seu Laconicum, quod & capitatum appellant.

9. *Pigreque, &c.*] Quem cient & lubricant.

10. *Coronam, &c.*] Coronam vimineam cui appendebantur turdi in orbem. lib. 13. epigr. 51. & Ovid. 1. Am. ℣. 269.

11. *Gallici canis dente.*] Leporarii canes in Gallia velociores, utpote lupino satu editi.

12. *Nondumque, &c.*] Lactentem porcellum, qui fabas dente non vicerit, id est, fregerit.

13. *Nec feriatus, &c.*] Nec ociosus aut onere vacuus ibat cursor (*bis lacquay.*)

14. *Tuta fœno, &c.*] Ne colliderentur.

15. *Urbem petebat, &c.*] Posset quidem videri rure rediisse, adeo terræ fœtibus onustus: & tamen adeo sterilem alebat suburbanam villam, ut ex urbe rus in rus ferret. Vulg. *Romam.*

De Ollo. XLVIII.

PAuperis exstruxit cellam, sed vendidit Ollus
Prædia; nunc cellam pauperis Ollus habet.

* In

1. *Pauperis, &c.*] Habebant lauti divites inter cœnationes splendidas & dixtam unam quo se quandoque recipiebant ad tenuiorem victum, vel varietatis causa, vel ut parvo assuefierent, quasi præexercitationem ad inopiam. ut consulit Seneca epist. 18. & 100. & ad eas Lipsius docet. hanc appellabant *pauperis cellam.* extruebant & cellas famulis, ut & amicis minorum gentium excipiendis. epigr. 14. lib. 8. hujusmodi structuræ, sed immodicæ & magnificæ, dum indulgeret Ollus, ad veram paupertatem redactus est. Vel Ollus, qui per *Μείωσιν* dicebat se pauperis cellam quandam exstruere; nunc quum in eadem cella factus pauper habitet, verè pauperis cellam habet. *Ramiresi.*

* Per-

* In invitatorem. XLIX.

VEjentana mihi misces, tu Massica potas:
Olfacere hæc malo pocula, quàm bibere.

* Perstringit impudicum invitatorem, qui diversa vina ponebat, pretiosa sibi, meram fecem convivis: tantumque hæc duo vina inter se distabant, ut dicat se malle invitatoris pocula olfacere, quam siccare sua. *Ramires.*

1. *Vejentana, &c.*] Epig. 53. l. 2. ℣s. 2. *Tu Massica potas.*] Bodleii MSS. *tibi Massica ponis.* Raderus legendum censet: *tu Massica potas.*

2. *Olfacere, &c.*] Gratior quippe odor, quam gustus.

* In Ligurinum. L.

HÆc tibi, non alia, est ad cœnam causa vocandi,
Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.
Deposui soleas; affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber.
Alter perlegitur, dum fercula prima morantur:
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.
Et quartum recitas, & quinctum denique librum.
Putidus est, toties si mihi ponis aprum.
Quod si non scombris scelerata poëmata donas:
Cœnabis solus jam, Ligurine, domi.

1. *Hæc tibi, &c.*] Jam supra Epigramm. 44. & 45. explicatum est hujus argumentum. Hic Ligurinus nullam aliam ob caussam convivas cogebat apud se, quam ut recitaret: cui minatur fore, ut solus cœnet domi. *Ramires.* Supra epigr. 44. & 45.

3. *Deposui soleas, &c.*] Quod discubituri faciebant, ne stragula conspurcarent. *Ingens liber.*] Quod magnum malum.

4. *Lactucas.*] A quibus cœna inchoari solita. 13 lib. 14. epigr. Tamen præter antiquissimum morem, quo cœnam claudebant: ut testatur lib. 14. Epigramm. 14.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum.
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

Oxygarumque.] Garum ex aceto.

5. *Perlegitur, &c.*] Al. *Porrigitur.*

8. *Putidus est, &c.*] Certe puteret vel aper ad convivia natum animal toties appositus, ac tu mihi libros regeris.

9. *Scombris scelerata, &c.*] Sunt qui legant, *dones.* Gruterus mallet legi, *damnas.* Vide 2. epigr. supra ℣s. 2.

10. *Domi.*] Invitatori soli licebat recitare. domi itaque solus cœna, tibique recita. foris te cavebimus.

Ad Gallam. LI.

CUm faciem laudo, cum miror crura manusque:
Dicere, Galla, soles; nuda placebo magis.

Et semper vitas communia balnea nobis.
Numquid, Galla, times, ne tibi non placeam?

4. *Numquid, Galla, &c.*] Ironice. arguit enim ipsam mendacem & inaniter gloriosam, quæ specimen subterfugerit. sumptum videtur ab illo Augusti, qui præfecto quem ignominia notabat subinde precibus interponenti; *Quid respondebo patri? Dic*, inquit Aug. *me tibi displicuisse.* Quintilian. 6. lib. 4. *Vel* ne me forte non probares. vide epigr. 24. lib. 1.

Ad Tongilianum. LII.

EMpta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducenis:
Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens,
Collatum est decies. rogo, non potes ipse videri
Incendisse tuam, Tongiliane, domum.

1. *Empta domus, &c.*] Incendio domum amiserat Tongilianus, quam ducentis millibus sestertium coëmerat: compensatum est damnum majori commodo; accipit enim ex symbolis civium, decies sestertium: rogat Poëta argute, an ipse domum suam incenderit, ut plus ex incendio lucri faceret. *Ducenis.*] Sc. millibus sestertium: hoc est, quinque millibus coronatorum, quindecim millib. florenorum.
2. *Nimium casus, &c.*] Incendium. epigr. 7. lib. 5. ut & Juven. Satyr. 3.
Tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc? & jam occurrit, qui marmora donet,
Conferat impensas, &c.
3. *Collatum, &c.*] Ex symbolis civium & amicorum, damno tuo succurrentium, tibi donabantur. 7812.l.10.ff.
4. *Incendisse tuam, &c.*] *Merito jam suspectus, tanquam ipse suas incenderit ædes.* Juven. 3. Satyr. 1. ℣. 212.

Ad Chloën. LIII.

ET vultu poteram tuo carere,
Et collo, manibusque cruribusque;
Et mammis, natibusque, clunibusque:
Et ne singula persequi laborem,
5 *Totâ te poteram, Chloë, carere.*

1. *Et vultu poteram, &c.*] Membris tuis quæ laudas singula, & teipsâ vel tota possem carere. obscœniorem si prurias sensum, affricabit tibi more suo Domit. de μαγεύπῳ.

Ad Gallam. LIV.

CUm dare non possim, quod poscis, Galla, rogantem:
Multo simplicius, Galla, negare potes.

In

1. *Cum dare, &c.*] Cum à me noctem poscente tu ultra quàm possim præstare poscas vices, malim simpliciter mihi neges, quam cogas me impotem fateri.

1. *Cos-*

In Gelliam. LV.

QUod quacunque venis, Cosmum migrare putamus:
Et fluere excusso cinnama fusa vitro:
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.
Scis, puto, posse meum, sic bene olere canem.

1. *Cosmum migrare, &c.*] Gelliam tor delibutam ait pigmentis & unguentis, ut quocunque incederet, videretur Cosimus cum pharmacopolio venire, tantus erat in omnem viam odor sparsus. *Rad.* Myropolam. epigr. 88. lib. 1. ꝟſ. 1.

2. *Excusso.*] Succusso, vel fracto. *Cinnama, &c.*] Oleum Cinnami. Cinnamum enim & cinnamomum idem asserunt nonnulli. Plinius libro 15. cap. 7.

3. *Nugis.*] Nugas appellat, unguenta, quemadmodum omnia, quibus sine incommodo carere possumus: sic versus *nugas* vocat sæpe. *Ramires.*

4. *Scis puto, &c.*] Pro *scis*, Palat. *sic* legit.

De Cisterna Ravennate. LVI.

SIt cisterna mihi, quàm vinea, malo Ravennæ:
Cum possim multo vendere pluris aquam.

1. *Sit cisterna mihi, &c.*] Vini larga copia, aquæ bonæ maxima penuria. unde & caritas, Ravennæ, quæ Sabinorum oppidum, aquis marinis & uliginosis perfluum. *ita ut sitiant vivi, natent sepulti.* Sidonius epist. 8. lib. 1. *Cisterna*, dicitur à *cis* & *terra*; quia eis terram, hoc est, infra terram non habet perpetuam undam nec vivam aquam: sed locus est, ad aquas cælestes colligendas aptas, imbribusque concipitur. *Festus.*

De Copone. LVII.

CAllidus imposuit nuper mihi copo Ravennæ;
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

1. *Callidus imposuit, &c.*] Pluris enim væniit aqua, qua dilueretur vinum, quam ipsum merum. epigrammate præcedent. Hodie multi cuperent ita decipi; sed nemo est qui decipiat.

De villa Faustini. ad * Bassum. LVIII.

BAjana nostri villa, Basse, Faustini,
Non otiosis ordinata myrtetis,

Vidua-

* Supra ep. 47. Villam emerat Faustinus, in qua rerum rusticarum nulla copia desiderabatur; omnia enim ibi affluebant. Invidiose poëta singula munera commemorat, ut tantò magis villam Bassi derideat, in qua nihil præter arbores steriles & amœnas visebatur; adeo ut quoties in villam se conferret Bassus, quæ à rure essent petenda, illuc adferret. ut epigr. 47. ostensum. *Domit.*

1. *Bajana nostri villa, &c.*] Villa quam habet Faustinus Bajis in sinu Campaniæ, non est sterilis instar tuæ suburbanæ. supra ep. 47.

2. *Otiosis ordinata, &c.*] Sterilibus,

 ficum

Viduaque platano, tonsilique buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi:
Sed rure vero barbaroque lætatur.
Hic farta premitur angulo Ceres omni,
Et multa fragrat testa senibus autumnis.
Hic post Novembres, imminente jam brumâ,
Seras putator horridus refert uvas.
Truces in alta valle mugiunt tauri,
Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur omnis turba sordidæ cortis;
* *Argutus anser*, * *gemmeique pavones*,
Nomenque debet quæ rubentibus pennis;

Et

si cum frugiferis conferantur, quamvis baccæ myrtorum in medicinis utiles sint. vel quæ locum tantum occupant & umbram otio abundantibus hominibus præbent.

3. *Viduaque platano.*] Cælibe, infrugifera, non ut populo vitibus maritata. Plin. Sec. epist. 6. lib. 5. *Tonsilique buxeto.*] Buxi enim, ut nunc, in varias animalium formas tondebantur. Ut ergo *myrtetum*, locus consitus myrtis; sic *buxetum*, locus frequens buxis.

4. *Ingrata lati, &c.*] Nihil fructus aut proventus Domino reddentia.

5. *Vero.*] Ab omni rerum copia instructo. Rus enim verum illud est, quod ad fructus percipiendos colitur. *Barbaroque, &c.*] Fœcundo, ut apud Barbaros & rudes qui non ex amœnitate & elegantia arborum ad quincuncem dispositarum, sed ex fructibus æstimant.

6. *Hic farta premitur, &c.*] Omnis Faustini domus angulus stipatur frumento. *Fartam* ergo *Cererem* per Metonym. dixit, id est, abundantes fruges.

7. *Multa fragrat testa senibus, &c.*] Bene olent testæ quibus reconditum est vetus vinum. quod inter autumnales fructus est: Sic alibi apud Martialem:
Et acuta senibus testa cum damascenis.
Autumnos heic vocat, autumnitatis fructus; Græcorum more, qui ὀπώρας appellant τοὺς ὀπωρινοὺς καρποὺς. Vel *senibus*, adultis, quibus uvæ leguntur, vinumque testis conditur. Vel annosis, & multis annis servatum vinum. & *senibus*, ut *anus testa.* lib. 1. epigr. 40. & 106.

8. *Hic.*] In villa Faustini.

9. *Seras uvas.*] Epigr. 44. lib. 1. ℣ſ. 5 Et uvas duracinas intelligit. *Putator.*] Vinitor.

10. *Truces in alta, &c.*] *Aut in reducta valle, mugientium Prospectat errantes greges.* Hor. 2. Epod.

11. *Vitulusque inermi, &c.*] *Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem & prœlia destinat.* Horat. 13. ode, 3. lib. *Inermi.*] Molli, sine cornibus. *Prurit.*] Incitatur.

12. *Omnis turba.*] Gallinæ, anseres, &c. quæ sequuntur. *Sordidæ cortis.*] *Adverte avium nativa epitheta.*

13. *Argutus anser.*] Argutum anserem vocat, quia semper strepat, gratitet, & clangat alis. Sic. Virg. Eclog. 9.
Sed argutos interstrepit anser olores.
Gemmeique, &c.] *Qui pictæ pandunt spectacula caudæ.*

14. *Nomenque, &c.*] Phœnicopterus, cui φοινικόπτερος, 71. epigr. 13. lib.

15. *Picta.*]

*Et * picta perdix, Numidicæque * guttatæ,*
Et impiorum phasiana Colchorum.
Rhodias superbi fœminas premunt galli:
Sonantque turres plausibus columbarum;
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.
Aridi sequuntur villicæ sinum porci;
Matremque plenam mollis agnus expectat.
Cingunt serenum lactei focum vernæ,
Et larga festos lucet ad Lares sylva.
Non segnis albo pallet otio copo:
Nec perdit oleum lubricus palæstrita:

* *Sed*

15. *Picta.*] A pennis maculosis. *Numidicæque guttatæ.*] Gallinas Numidicas intelligit, quæ maculis tanquam guttis destinctas habent plumas. vide epigr. 73. lib. 13.

16. *Impiorum.*] Qui male audiunt propter parricidia, impietatem, & veneficia Medeæ. vide Senecæ Medeæ argumentum. *Phasiana, &c.*] A Phasi Colchorum fl.

*17. *Rhodias superbi fœminas, &c.*] Gallinas Rhodias, quæ Romanis in pretio.

18. *Plausibus columbarum.*] Alarum. Columbaria in turribus: suprema enim tectorum amant aves.

19. *Cereus turtur.*] Cui plumæ coloris cerei. *Aliis*, pinguis turtur. ut ep. 5. lib. 13. *Cerea ficedula* exponitur, pinguis, quia jam parata gulæ erat & deplumis. Musambertius tamen negat, heic de *turture gemente* & plumis vestito, dici hoc posse. Nam ut à plumarum colore cæteris avibus; ita & turturi suum addidit nomen; & ut *pavones gemmeos*, & phænicopterum *rubentibus pennis*; sic *turturem cereum* dixit. Et quidem turturis dorsum, rufo superinspersum in superficie pennarum, Physici notavere, & res ipsa loquitur: ejusmodi verò color cereum quodammodo refert. Tum soliti Poëtæ, colores avium augere vel minuere suo arbitratu. Quod vero objiciunt epigr. 60. hujus libri: *Cereus* (alii *Aureus*) *immodicis turtur te clunibus implet*, ubi *cereus* ponitur pro pingui; sed loquitur ibi de turture deplumi, & jam cœnæ parato: non vero de gemente & plumis vestito. Hactenus *Musambert.*

20. *Villicæ sinum porci.*] Sinu ferentis glandes, vel alium pastum. Rob. Titius legit *sonum* villicæ, sc. vocantis sues ad pastum.

21. *Agnus expectat.*] Domi seclusus à matre pastum profecta.

22. *Cingunt serenum.*] Sic Horat. lib. Epod.

Positosque vernas, ditis examen domus
Circum renidentes Lares.

Lactei focum vernæ.] Candidi. Domitius legit *lutei*, id est, sordidi infantes. vide ep. 50. lib. 1. ℣. 21. MS. noster *Cinguntque circum lutei focum vernæ.*

23. *Larga festos, &c.*] Luculentus est focus, lignis è vicina sylva descendentibus, ut idem ep. 50. lib. 1. *Lares sylva.*] Quibus juxta focum locus. Sic Horat.

Sacrum vetustis exstruat lignis focum.

24. *Copo.*] Caupo, qui ad quæstum domini viatoribus vinum vendit, non pallet & pinguescit otio: sed habet quod agat, ut sequitur.

25. *Nec perdit.*] Neque enim utitur oleo, qui non exerceat palæstram. melius se exercet aucupio, venatione, &c vide adagium, *Perdere oleum & operam.*

Oleum

Sed tendit avidis rete ſubdolum turdis;
Tremulave captum linea trahit piſcem,
Aut impeditam caſſibus refert damam.
Exercet hilares facilis hortus urbanos,
Et pædagogo non jubente, laſcivi
Parêre gaudent villico capillati;
Et delicatus opere fruitur eunuchus.
Nec venit inanis ruſticus ſalutator;
Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
Metamque lactis: Saſſinate de ſylva
Somniculoſos ille porrigit glires;
Hic vagientem matris hiſpidæ fœtum,
Alius coactos non amare capones.

Oleum lubricus, &c.] Luctaturi ſe ceromate ex olco, cera & pulvere Ægyptio ſeu Putcolano, ungebant. Eſt enim palæſtra locus in gymnaſio, palæ ſeu luctæ deſtinatus, à παλλειν ſeu πάλαισαι, vel à πάλαις γίνεσαι.

26. *Avidis turdis.*] Sic Horat.
Aut amite levi rara tendit retia
Turdis edacibus dolos.

29. *Facilis hortus.*] Non laboris exquiſiti, ut in ſuburbanis. *Urbanos.*] Alii *ancillas.* quia præ cæteris operibus quæ ruri, facilia ſunt hortorum; itaque his idoneæ ancillæ. Oſtendit enim poëta per enumerationem, omnibus qui de familia Fauſtini, eſſe, quo in villa ejus occupentur; cauponi, palæſtritæ, ancillis, pueris, eunucho. Caupo, vinum vendit, palæſtrita aves captat, &c. ancillæ hortum colunt, &c. *Muſamb.* Alii leg. *umbellas*, & ſic exponunt; hortus nullo artificio exquiſito compoſitus, ſed paratu facilis eo fine conſitus eſt, ut poſſit hilares umbras præbere recubantibus. Ramireſius legit, *urbanos*: id eſt, hortus facilis exercet & occupat urbanos, eos ſc. qui ab urbe in villam veniunt ruſticaturi. Variantes alias lectiones, vide apud Raderum.

30. *Et pædagogo*, &c.] Alacriter ac ſponte obeunt, nec dettrectant miniſteria etiam à villico imperata, quod alibi dedignantur iſti.

31. *Parêre gaudent.*] Non ergo hoc cum Junio & Douza intelligendum, de ſubmittendo capillitio, id quod adultior ætas factitabat: ſed referendum hoc ad alia imperia villici: ſcilicet ad fruges colligendas, piſces capiendos, venationem inſtituendam, &c. *Capillati.*] Filiifamilias vel pueri delicati comas alentes. epigr. 62. lib. 10. *Cirrati.* Perſ. 1.

32. *Et delicatus*, &c.] Et ipſi delicati ſeu in deliciis habiti ſpadones atque cubicularii, delectantur labore.

33. *Nec venit inanis*, &c.] Non portat nudum & inane *Ave*, ut clientes in urbe, ſed adfert munera, quæ ſeqq. Et pro *Nec*: alii *Non* legunt.

34. *Fert*, &c.] Adfert favos.

35. *Metamque lactis.*] Caſeum ad formam metæ. ut ſupra Ep. 44. l. 1. *v*. ſ. 6. *Saſſinate*, &c.] Oppido Umbriæ, Plauti patria. Alii contendunt legendum eſſe *Sarſinate*.

36. *Glires.*] Quem Græci ἐλειὸν μυῶν, vel μυοξὸν appellant.

37. *Vagientem*, &c.] Hædum balatu deſiderantem matrem capel.

38. *Coactos non*, &c.] Quia caſtratos.

Et dona matrum vimineo ferunt texto
Grandes proborum virgines colonorum.
Facto vocatur lætus opere vicinus,
Nec avara servat crastinas dapes mensa,
Vescuntur omnes, ebrioque non novit
Satur minister invidere convivæ.
At tu sub urbe possides famem mundam,
Et turre ab alta prospicis meras laurus,
Furem Priapo non timente securus.
Et vinitorem farre pascis urbano,
Pictamque portas otiosus ad villam
Olus, ova, pullos, poma, caseum, mustum.
Rus hoc vocari debet, an domus longe?

39. *Et dona matrum, &c.*] Filiæ agricolarum ferunt dona à matribus: vel, *Raucæ cortis aves & ova matrum.* epigr. 30. lib. 7. ep. 50. lib. 1. Tibicine adhibito consulit tum modulo tum ruinæ versus P. Scriv. legendumque monet *Vimine offerunt texto*, vel *afferunt. Vimineo texto.*] Calathis, corbe, canistro, sportula.

42. *Nec avara, &c.*] Quod in urbe fieri solet. supra epigramm. 13. ✝︎ſ. 3. & epigramm. 23. & lib. 1. epigrammate 104.

43. *Ebrioque non novit, &c.*] In urbe secus fit: nam sæpe esuriens minister mensæ, invidet saturo & poto convivæ: sed in hac villa quum non serventur dapes in crastinum convivium, mensarum reliquiis affatim saturantur ministri; ita ut ebrio & saturo convivæ non invideant. *Rad.*

45. *Famem mundam.*] Vertit orationem jam ad Bassi hortum, quem irridet ab omnium rerum inopia; ut alterum à copia laudarat. Dicitque, tuum prædium suburbanum, mundum quidem & elegans, sed famelicum & sterile. supra epigr. 47.

46. *Meras laurus.*] Solas steriles laurus, quibus nullæ arbores fructiferæ interseruntur.

47. *Priapo non.*] Epigramm. 36. lib. 1. ✝︎ſ. 8. *Timente securus.*] Custode hortorum & villarum non timente furem, quia nihil est quod fur auferat.

48. *Farre, &c.*] Cum sterilis villa non alat villicum ipsum.

49. *Pictamque portas.*] Amœnam forte & visu pulchram, verum non magis saturam, quam quæ in picta tabula exprimitur: alludit forte ad illud Cynici qui servo esurienti pictas ostendebat dapes, quæ oculos pascerent non ventrem. *Otiosus, &c.*] Ex urbis curis tanquam è vinculis solutus.

51. *Domus longe?*] Domus extra urbem, longe ab urbe dissita, ad quam cibaria ex urbe efferuntur. ὁ πόῤῥω οἶκος, vel ἡ ἀπωτέρα οἰκία. Junius legendum censet, *longa*, sed ejus interpretatio coactior videtur.

De sutore & fullone. LIX.

SUtor cerdo dedit tibi, culta Bononia, munus.
Fullo dedit Mutinæ: nunc ubi caupo dabit?

1. *Sutor cerdo dedit tibi, &c.*] Indignatur poëta nunc Cerdones & Fullones passim edere munera gladiatoria. Est enim apud Tacitum, Senatusconsultum, quo cavetur, ne quis gladiatorium munus edat, cui minus quadringentorum millium res sit. *Rader.* *Sutor cerdo.*] Hoc enim auget indignitatem, non quivis Sutor dat munera, sed sutor cerdo, hoc est Sutorum postremissimus. *Idem.* *Culta Bononia.*] Bononia & Mutina civitates Italiæ nobiliores. *Culta* scil. moribus, litteris, frequentia hominum, &c. *Munus.*] Ludum gladiatorium. unde munerarii, editores munerum. Epigr. 16. supra.

2. *Nunc ubi copo dabit.*] Restat scilicet, ut caupo æque vilis munera edat gladiatoria. vide eundem epigr. 16. supra. Et pro *dabit?* alii leg. *dabis?*

In Ponticum. LX.

CUm vocor ad cœnam, non jam venalis, ut ante:
Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?
Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino:
Sugitur inciso mytilus ore mihi.
Sunt tibi boleti; fungos ego sumo suillos.
Res tibi cum rhombo est; at mihi cum sparulo.
Cereus immodicis turtur te clunibus implet;
Ponitur in cavea mortua pica mihi.

Cur

1. *Cum vocor ad cœnam.*] Queritur etiam in recta cœna non rectè cœnari, fraudemque adhiberi; aliaque patrono; alia clienti apponi. Edicto Domitiani de cœnis rectis (vide quæ ad ep. 7. supra) fraudem factam à potentioribus; qui clientibus vilissimos, sibi optimos apponebat cibos, conqueritur Poëta. quod & Juvenal. Satyr. 5. Plin. Jun. epist. 6. lib. 2. & noster l. 2. epigr. 43. *Non jam venalis.*] Ut ante. Sportula conductus. Al. leg. *non tam venalis.* Quasi diceret: ante ventitabam ad sportellas tuas; nunc venio ad cœnas rectas; sed ita ut cœnem tecum, & non tecum cœnem. Tecum, quia cœna nobis & mensa eadèm: non tecum, quia tu meliora, ego deteriora cœnem. *Musamb.* *Ante.*] Sportula non sublata. supra epigramm. 7.

4. *Sugitur.*] Al. *sumitur.* Sugi mytilos dixit Poëta, quia cum juscello suo sumuntur & quasi sorbentur. *Inciso mytilus, &c.*] Testa mytili labra mihi sugenti scindente. Quasi diceret: Tu ostrea sumis, quorum testas nihil opus ori admovere: ego mytilos, qui sugi nequeunt, nisi testis ori admoris; itaque accidere interdum, ut os scindatur aliquantum. *Musamb.*

5. *Boleti, &c.*] Fungorum saluratium; alii boleti, alii suilli seu porcini, alii Amanitæ. Al. *fungos ego sumo pusillos.*

6. *Rhombo, sparulo.*] Rhombus & sparulus uterque è genere passeris marini, sed hic multo vilior.

7. *Cereus immodicis, &c.*] A colore pinguedinis, ut modo epigr. 58. ỷs. 19. Al. *Aureus.*

9. *Sim*

Cur sine te cœno, cum tecum, Pontice, cœnem?
Sportula quod non est, prosit: edamus idem.

9. *Sine te cœno, &c.*] Non habens eosdem cibos. *Tecum, Pontice, &c.*] In eadem mensa, & cœna (ut dicitur) communi.

10. *Sportula, &c.*] Non obsit nobis, quod Imp. decreto revocatur cœna, sublata sportula. Quasi diceret: Prosit mihi quod non venio ad sportellam, sed ad cœnam rectam. Sportula enim accepta, mihi paupertina cœna, tibi opipara esset; nunc quum ad cœnam rectam vocer, edamus sane idem. *Musamb.*

* In Cinnam. LXI.

ESse nihil dicis, quidquid petis, improbe Cinna:
Si nil Cinna petis; nil tibi, Cinna, nego.

* Importunum Cinnam & assiduum flagitatorem urbane à se rejicit.

1. *Esse.*] Extenuando rem quam petis.

2. *Nihil Cinna petis.*] Rem levem, & relatè nil. *Nil tibi, &c.*] Simpliciter, nil.

* In Quinctum. LXII.

CEntenis quod emis pueros, & sæpe ducenis:
Quod sub rege Numa condita vina bibis:
Quod constat decies tibi non spatiosa supellex:
Libra quod argenti millia quinque rapit:
Aurea quod fundi pretio carruca paratur:
Quod pluris mula est, quam domus empta tibi:
Hæc animo credis magno te, Quincte, parare?
Falleris. hæc animus, Quincte, pusillus emit.

* In

* In persona Quinti, liberalitate, non luxu argui magnum animum docet. Quinctus autem ex sumptu facto magnus videri volebat. *Rad.*

1. *Centenis.*] Millibus, hoc est, bis mille quingentis Philippeis.

2. *Sub rege, &c.*] Vina vetustissima. Hyperbolice.

3. *Non speciosa supellex.*] Etiam quotidiana, vulgaris tua supellex. alii leg. *non spaciosa*, hoc sensu; cujus cælatura ejus est artificii, ut multo constet etsi non sit magna, nec multum occupet spacii. ita ut una libra argenti cælati constet quinque millibus HS.

5. *Aurea quod, &c.*] Quod rheda aurata seu aureis bracteis distincta constet, quanti fundus.

6. *Mula est, &c.*] Quæ lectio placet, ut apte jungatur hyperbolicum mulæ pretium, pretio carrucæ. Sunt qui legant, *nulla*: alii, *nulli.*

8. *Hæc animo, &c.*] Magnus animus tantam pecuniæ vim in amicos pauperes potius erogasset, honestæ ipsorum necessitati succurrens; quam sumptuum ambitione parasset sibi muliebres has & pene pueriles nugas.

* In

* In Cotilum. LXIII.

Cotile, bellus homo es: dicunt hoc, Cotile, multi.
Audio: ſed quid ſit, dic mihi, bellus homo?
Bellus homo eſt, flexos qui digerit ordine crines:
Balſama qui ſemper, cinnama ſemper olet:
Cantica qui Nili, qui Gaditana ſuſurrat:
Qui movet in varios brachia volſa modos:
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Deſidet, atque aliqua ſemper in aure ſonat:
Qui legit hinc illinc miſſas, ſcribitque tabellas:
Pallia vicini qui refugit cubiti:
Qui ſcit, quam quis amet, qui per convivia currit:
Hirpini veteres qui bene novit avos.
Quid narras? hoc eſt, hoc eſt homo, Cotile, bellus?
Res

* In Cotilum, qui quum bellum ſe appellari gloriaretur, putabat id nomen ad formam tantum & corporis dignitatem pertinere. Martialis verò docet, eum hominem eſſe bellum, qui molles & effœminatos mores habeat: & quum deſcribit quid ſit *bellus homo*, Cotilum ridendo deſignat. *Domitius.*

1. *Bellus homo es, &c.*] Ep. 10. lib. 1.

3. *Flexos qui digerit, &c.*] Al. *flexo.* Capilli enim vel arte flectuntur & calamiſtro criſpantur: vel contrà, ingenio ſuo flexi, nulla arte adhibita tales ſunt. Petronius: *crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effuderant.* Salmaſ.

4. *Semper, &c.*] Qui unguentatus & delibutus olet unguenta, fragrat cinnama. Mollium enim eſt bene olere. ep. 12. lib. 2.

5. *Nili, qui.*] Ægyptiorum, maxime Alexandrinorum ſumma mollities, petulantia, & procacitas in factis dictiſque, ut & canticis laſcivis. de Canopo, vide Juvenal. Satyr. 1. ℣ſ. 26. Satyr. 6. ℣ſ. 85. *Gaditana ſuſurrat.*] Vide ep. 42. ℣ſ. 9. & 62. ℣ſ. 10. lib. 1. & Juvenal. Satyr. 11. ℣ſ. 162.

6. *In varios brachia.*] Ad leges & modos Chironomiæ ſaltabant, ut hodie Hiſpani. Ovid. 1. Art. *ſi mollia brachia, ſalta. Volſa.*] Depilata enim & raſa brachia, mollium ſunt; ut & crura & pectus. epigr. 29. lib. 2. ℣ſ. 7.

8. *In aure ſonat.*] Inſuſurrat, garrit; quod eſt hominis intimæ cum fœminis conſuetudinis.

9. *Tabellas.*] Amatorias, ut epigramm. 65. lib. 11. Alii leg. *recepitque.*

10. *Pallia vicini, &c.*] Ne plicarum umbonem ſeu ordinem conturbet. epigr. 41. lib. 2. ℣ſ. 10.

11. *Qui ſcit, &c.*] Curioſus Ardelio & πολυπράγμων. qualis illa apud Juven. Satyr. 6. ℣ſ. 405.

12. *Hirpini veteres, &c.*] Cui non in minimis curis eſt Circus, equi victores, eorumque nobilitas. deducere itaque ſtudioſe curat & recenſere ſtemma & proavos equi Hirpini uſque ab Aquilone avo. vide Lipſ. cent. unic. epiſt. 26.

13. *Quid narras, &c.*] *Decaſtichon præcedens fuit è perſona Cotili, diſtichon quod ſequitur eſt Poëta, ut & primum.*

14. *Præ-*

Res prætricosa est, Cotile, bellus homo.

14. *Prætricosa est, &c.*] Nugis impedita & multis negotiis implicata; imò meræ gerræ. Cæterum ibi Scriverius: Nec male tamen *pertricosa*.

Ad Cassianum. LXIV.

Sirenas hilarem navigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Ulysses dicitur reliquisse.
Non miror: illud, Cassiane, mirarer,
Si fabulantem Canium reliquisset.

1. *Sirenas hilarem, &c.*] Laudat Canium Gaditanum, cujus confabulationem, ne Ulyssem quidem, qui prætervectus est Sirenas, ait potuisse effugere, si adesset. *Domit. Sirenas.*] Quæ navigantes hilari sopitos cantu demulcebant, trahebantque in perniciem. sunt antitheseis, seu ὀξυμωρίαι in illis, *hilaris pœna, blandas mortes, gaudium crudele. Hilarem pœnam.*] Quia per voluptatem illiciuntur in fraudem.

2. *Blandas mortes.*] Sopiti enim suavitate cantus, devolvuntur in mare.

4. *Fallax Ulysses.*] *Duplicem* Horatius canit. Homero πολύμητις Ὀδυσσεύς. *Reliquisse.*] Obturatis sociorum auribus, se adligato navis malo. Hom. Odyss. μ.

6. *Si fabulantem, &c.*] In tantum lepore & lasciva nequitia superat Sirenum cantus & illecebras Canius. de quo epigr. 62. & 70. lib. 1. & epigr. 20. supra.

* Ad Diadumenum. LXV.

Quod spirat tenera malum mordente puella:
Quod de Corycio quæ venit aura croco:
Vinea quod primis floret cum cana racemis:
Gramina quod redolent, quæ modo carpsit ovis:

Quod

* Basia Diadumeni, suavissimis odoribus fragrare, multis ostendit comparationibus; quæ suaviora futura dicit, si liberè & sine invidia daret. vide epigramm. 47. & 84. lib. 5. & epigr. 34. lib. 6. & lib. XI. epigr. 9.

1. *Quod spirat, &c.*] Qualiter fragrantem spirat odorem pomum, &c. sic epigr. 9. lib. XI. vs. 3.

2. *Corycio quæ, &c.*] Corycus mons Ciliciæ croco nobilis. epigr. 3. lib. spectac. vs. 10. in aspersionibus theatralibus. epigr. 39. lib. 9. vs. 5.

3. *Cana.*] Cum emittit flores.

4. *Quæ modo carpsit ovis.*] Barthius conjecit *apis*. Scriverius ait mellilegam apem non esse tanti, ut hic ovi substituatur. Ego vero, quis dixerit gramina esse odoratiora à morsu ovis, nescio: sed de api dixit Quintilianus decl. 13. *Non ex omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quærunt. Præsens & quidem protinus illa redditur merces, quod omnibus, quibus insedere, odorem mellis inspirant, & brevi contactu vim sui relinquunt.* Legatur igitur *apis*, præsertim quum & MSS. sic habere complures testis Scriverius & Calderinus:

Quod myrtus, quod messor Arabs, quod succina trita;
Pallidus Eoo thure quod ignis olet;
Gleba quod æstivo leviter cum spargitur imbre:
Quod madidis nardo sparsa corona comis:
Hoc tua, sæve puer Diadumene, basia fragrant.
Quid, si tota dares illa sine invidia?

nus: & nobis etiam alicubi obvium fuerit. *Gronovius.*

5. *Messor Arabs, &c.*] Felicis Arabiæ incola, qui metit herbas & fructus odoros. *Succina.*] Succinum, succus arborum est, unde nomen accepit. Plin. lib. 37. cap. 3. Cum verò manuum tritura odorem fragrantissimum edat, ideo à Poëta, inter bene olentia annumeratur hæc, & lib. 5. epigr. 38. ỽs. 13.

6. *Eoo thure, &c.*] Colorem enim ignis rutilum, immissum thus in pallidum vertit. *Eoo thure.*] Id est, Sabæo & orientali.

7. *Gleba, &c.*] Locus elegans de terræ odore, qui superat omnes narium delitias. Plin. lib. 17. cap. 5. ait, divinum illum terræ halitum talem esse, ut ei nulla suavitas comparari queat.

8. *Quod madidis nardo.*] Crines Nardo ungebantur, quod ex Arabia & Orientalium partibus. Scriv. leg. *madidas comas.*

10. *Tota dares illa, &c.*] Non maligne aut parce, sed plenis labris & facile? Græcè ἀφθόνως. Hellenismus. Sic quum libenter promittunt, οὐδεὶς φθόνος, inquiunt. *Herald.*

* In M. Antonium. LXVI.

PAr scelus admisit Phariis Antonius armis;
Abscîdit vultus ensis uterque sacros.
Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.
Antonî tamen est pejor, quam caussa Pothini:
Hic facinus domino præstitit; ille sibi.

De

* Hoc Epigrammate M. Antonium Triumvirum insectatur, ob Ciceronis indignissimam necem; eumque confert cum Pothino Ægyptio, qui venerandum illud Pompeii Magni caput amputandum suasit: & simul ostendit pejorem esse Antonii quam Pothini caussam. *Ramires.*

1. *Phariis.*] Ægyptiæ sicæ, id est, Pompejo magno occidi jusso à Pothino, qui hoc regi Ptolomæo suasit in gratiam Cæsaris. vide epigr. 70. lib. 5.

2. *Abscîdit.*] Al. *Abscidit hen.* ut versu succurratur. *Vultus.*] Capita. *Uterque.*] Pothini & Antonii. *Sacros.*] Propter magistratus quos gesserant sacros, gloriam, bene merita, res gestas, &c.

3. *Illud, laurigeros, &c.*] Pompeji caput, triumphales victricis Romæ lauros gessit: Ciceronis caput loquentis Romæ. ille, caput; hic, lingua urbis.

6. *Sibi.*] In suam solius vindictam, in nullius gratiam.

1. Nihil-

De pigris Nautis. LXVII.

Cessatis pueri, nihilque nostis,
Vatreno, Eridanoque pigriores:
Quorum per vada tarda navigantes,
Lentos tingitis ad celeusma remos.
Jam prono Phaëthonte sudat Æthon,
Exarsitque dies, & hora lassos
Inter-

1. *Nihilque nostis.*] In pigros quosdam nautas est Epigramma, quos Argonautas dicit se vocare proprio nomine; non quod strenuis illis heroibus, qui Jasonem comitati sunt ad Phasim, similes sint; sed à proprietate vocis sumpto joco, quod ἀργὸς Graece pigrum ac desidiosum significet. *Ramires. Nostis.*] Pronunciet eos, si quis volet, damnetque sciolos, vel ad Phrygii tonsoris foveam aures eorum, qui inusitatas hasce syncopationes non ferunt: ego certe profiteor me inter illos sedere qui reclamant, horreantque illa monstra, *nôstis*, *pôstis*. præ quibus, si conjecturis ausisque in dubia variaque lectione sit locus, adoptarem, *Cessatis pueri, & nihil movetis*, vel quid ejusmodi. Alias *nostis nihil*, id est, nihil potestis; hanc enim vim habet verbum *novi*; genusque dicendi Atticum. *Pueri.*] Nautarum se. quos & Theocritus παῖδας vocat.

2. *Vatreno, Eridanoq; pigriores, &c.*] Locus dubiæ plane sanitatis, ne dicam deploratæ, cui restituendæ post Criticos omnes majorum minorumque gentium Machaonas, manum admovit, utinam Pæoniam. Cl. Ph. Cluverius in opere elaboratissimo laudatissimoque Italia antiqua. Is infra Imolam (forum Cornelii, quo jam secesserat Poëta, ut ipse testatur epigr. 1. & 4. supra) Vatrenum lentissime fluere asserit, ut & Padi alveum, quem Vatrenus auget, proprie vocatum Eridanum, in stagna se diffundere. Vide sis ipsum l. 1. cap. 35. Gruterus, ex Palat. legit, *Veterno, Rasinaque pigriores*, dicitque esse duo nomina rivulorum quos navigabat Martialis. Turnebus lib. 13. c. 19. cum Lipsio legit: *Vejentone, asinaq; pigriores.* Hoc sensu: Quid cessatis, quid agitis nautæ? nihil *nôstis*, aut promovistis hactenus, Vejentone illo veternoso, & lenta asina pigriores. Juvenal. Satyra 3.

Ut te respiciat clauso Vejento labello.

Sed Ramiresius vulgatam lectionem retinet: *Veterno resinaque pigriores.* ut sit hyperbole; Veternus enim torpor est somni morbosi. Sic veternosum appellant, quod pigerrimum est & quasi veterno occupatum. Resina verò sua tenacitate & lentitudine pigerrima est; vel quod ipsa per arborum truncos lentissime fluat; vel quod detineat. Et pro *Quorum* legit *quorsum*, cum nota interrogationis, & fit sensus planissimus. *Quorsum*, id est, quo fine pueri navigantes per vada tarda, nulla vi fluentis aquæ adjuti, dum promovere se à remorum impulsione sit necesse, tanquam otiosi & ludentes, tingitis in aqua remos, leniter motos nec impulsos brachiorum vi, ad numeros celeusmatis exspectantes cantus, &c. *Ramires.* Et pro *tingitis*, alii leg. *figitis*, quasi fixos tenetis, non movetis.

4. *Celeusma remos.*] Clamorem & hortationem nauticam. qua se invicem nautæ, vel illos celeustæ hortantur. ut nostris: *Via, via, cheerly mates.*

5. *Prono Phaëthonte sudat.*] A meridie sole inclinante. *Æthon.*] Unus è Solis equis.

 7. *Inter-*

Interjungit equos meridiana.
At vos tam placidas vagi per undas
Tuta luditis otium carina.
Non nautas puto vos, ſed Argonautas.

7. *Interjungit.*] Sejungit, abjungit quietis cauſſâ. Vide ep.6. lib.2. ỷſ.9.

9. *Tuta luditis otium carina.*] Mirum eſt potuiſſe hic doctos viros legere *tutæ carinæ*, & dubitare an ſatis Latine dicatur *ludere otium*, & *otium carinæ* interpretari ipſos hos nautas. Ecce & alii diſplicet *tutæ*, placeatque *tarde* & quid ſimile. At quid melius omnium librorum ſcriptorum & editorum ſcriptura? Vos in *tuta* & nihil periclitante propter placidas undas *carina*, *luditis otium*, id eſt, otiamini ludentes, luditis per otium, luditis otioſe. *Ludere operam* eſt ludendo conſumere operam, ſeu inter operam ludere: ſic *ludere otium*, ludendo conterere otium, ſeu inter otium & ferias ludere. Nihil hic incommodi. *Gronovius.* *Tutæ luditis, &c.*] Ita P. Scriv. ut pigri nautæ vocentur *otium carinæ*. Sed pro *tutæ* deſideratur epitheton appoſititius *tardæ*, aut ſi quid ſimile.

10. *Argonautas.*] Ludit in voce *Argonautæ*, quaſi dicat, eſtis pigri, inertes (quod ἀργοὶ ſonat) nautæ. non heroes illi Argo vecti ad aureum vellus petendum.

* Ad Matronam pudicam. LXVIII.

Huc eſt uſque tibi ſcriptus, matrona, libellus.
Cui ſint ſcripta rogas interiora? mihi.
Gymnaſium, thermæ, ſtadium eſt hac parte; recede.
Exuimur: nudos parce videre viros.
Hic jam depoſito poſt vina roſaſque pudore,
Quid dicat, neſcit ſaucia Terpſichore.
Schemate nec dubio, ſed aperte nominat illam,
Quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus:

Cuſto-

* Admonitionem continet ad pudicas matronas, ne ſequentia legant Epigrammata, quod prætextata ſint, nec digna caſtis earum auribus. Sed ſuſpicatur forè ut poſt hanc admonitionem, avidius quam præcedentia, matrona legat quæ ſequuntur, quod factum eſſe teſtatur infra Epigr. 86. *Ramireſ.*

2. *Interiora?*] Quæ ſubſequuntur. *Metaph. ab ædificiis.* interiores partes quæ à primo ingreſſu remotiores ſunt.

3. *Gymnaſium, &c.*] Gymnaſio enim, thermis & ſtadio exuebantur.

6. *Saucia.*] Scilicet mero, id eſt, ebria. ſic enim uſurpatur Juſtino lib.1. & 11. atque Apuleio l. 7. & 9. *Terpſichore.*] Muſa jocoſa, choris gaudens.

7. *Schemate, &c.*] Non recte & figurate. *Illam.*] Quæ ſequenti epigr. nominatur ỷſ. 1. Priapum autem matronæ Romæ (ritu ab Ægyptiis ducto, qui Iſidis juſſu pudenda circumferebant in cultum Oſiridis, cui invento virilia defuerunt) 7. Kal Auguſti extra portam Collinam cum pompa ad Veneris fanum ferebant, inque Deæ ſinu ponebant. vide & Annot. poſter. Baptiſtæ Pii cap. 146.

9. *Cuſto-*

Custodem medio statuit quam villicus horto;
Opposita spectat quam proba virgo manu.
Si bene te novi; longum jam lassa libellum
Ponebas: totum nunc studiosa leges.

9. *Custodem, &c.*] Epigramm. 36. lib. I. ℣ſ. 15.

11. *Si bene te novi, &c.*] Infra epigramm. 85. Et pro *leges*, alii *legis*.

* Ad Cosconium. LXIX.

OMnia quod scribis castis epigrammata verbis,
Inque tuis nulla est mentula carminibus;
Admiror laudo. nihil est te sanctius uno:
At mea luxuria pagina nulla vacat.
Hæc igitur juvenes nequam, facilesque puellæ,
Hæc senior, sed quem torquet amica, legat.
At tua, Cosconi, venerandaque sanctaque verba
A pueris debent, virginibusque legi.

* Eundem Cosconium, quem supra lib. 2. epigramm. 77. tanquam stolidum reprehenderat, quod epigrammata ejus longa esse dicebat; hoc epigrammate tanquam insulsum & indoctum Poëtam irridet: estque totum epigramma conceptum ironicω̃s. vocat enim castissima Cosconii epigrammata, quæ castitatis specie irridet, tanquam indocta, & legenda tantum simplicibus & ignaris, quales sunt pueri & virgines. *Ramires.*

2. *Mentula carminibus.*] Sine qua tamen non possunt placere, &c. ut epigramm. 36. lib. I.

3. *Laudo, &c.*] Ironice.

* Ad Scævinum. LXX.

MOEchus es Aufidiæ, qui vir, Scævine, fuisti.
Rivalis fuerat qui tuus, ille vir est.
Cur aliena placet tibi, cui sua non placet uxor?
Numquid securus non potes arrigere?

* Alii, *Ad Cervinum.*

1. *Mœchus es Aufidiæ, &c.*] Scævinus uxorem Aufidiam per fastidium repudiaverat, nuptam postea illi qui fuerat ejus mœchus, deperibat.

3. *Cur, &c.*] Aliena scil. & vetita placent: propria & licita spernuntur.

4. *Numquid securus.*] Elegans quæstionis propositæ per interrogationem solutio. Causa enim cur Scævinus iste repudiatam uxorem & alteri nuptam amabat, erat quod fœminam quam securè possidebat, appetere non poterat. *Ramires.*

In Nævolum. LXXI.

MEntula cum doleat puero, tibi, Nævole, culus:
Non sum divinus, sed scio quid facias. * Ad

2. *Quid facias.*] Imo, quid patiaris.

* Ad Laufeiam. LXXII.

VIs futui, nec vis mecum, Laufeia, lavari.
Nescio quod magnum suspicor esse nefas.
Aut tibi pannosæ pendent à pectore mammæ:
Aut sulcos uteri prodere nuda times:
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu:
Aut aliquid cunni prominet ore tui.
Sed nihil est horum, credo pulcherrima nuda es.
Si verum est, vitium pejus habes: fatua es.

* Alii *Laufellam.* Alii *Saufeiam.*

1. *Nec vis mecum, &c.*] Supra epigramm. 50.

2. *Nescio quod magnum.*] Ex veteri repone *majus.*

3. *Pannosæ pendent, &c.*] Pannuceæ, laxæ, rugosæ.

5. *Inguen hiatu.*] *Nympham & eugium* vocant.

7. *Sed nihil, &c.*] Quod si nihil horum sit, sed nuda, pulchra sis, &c.

8. *Fatua es.*] Insulsa, nullo lepore meretricio instructa. epigr. 61. lib. XI. ỷs. 7.

In Phœbum. LXXIII.

DOrmis cum pueris mutoniatis,
Et non stat tibi, Phœbe, quod stat illis.
Quid vis me, rogo, Phœbe, suspicari:
Mollem credere te virum volebam:
Sed rumor negat esse te cinædum.

1. *Dormis, &c.*] Ep. 24. lib. 1.

4. *Mollem virum, &c.*] Cinœdum.

5. *Rumor negat esse.*] Verbum hoc male olet Paranomasiam obscœnam. epigr. 72. lib. 2. ỷs. 1. *Cinædum.*] Pathicum potius, vel φοινιζοντα.

In Gargilianum. LXXIV.

PSilothro faciem levas, & dropace calvam.
Numquid tonsorem, Gargiliane, times?

Quid

1. *Psilothro, dropace calvam.*] Ingeniosè fellatorem Gargilianum perstringit, quod faciem & calvam resinis quibusdam depilaret. *Psilothrum* & *dropax*, medicamenta sunt deglubatoria sive depilatoria, quibus pilosa loca ad tempus lævia ac glabra reddebantur. Tum antea legebatur, *Faciemque lavas.* Certe psilothro non lavabatur facies, sed levabatur, id est, levigabatur. Ita ut Ausonius ad hunc locum procul dubio respexerit. epigr. CXXIII.

Inguina quod calido levas tibi dropace.
Causa est:
Irritant volsas levia membra lupas.

Mulieres in balneis præcipue psilothro curabantur. Per *calvam* intelligit calvariam seu cranium: paucos enim pilos superstites ibi non ferebat Gargilianus; volebatque nitidam omnino esse calvam, ideo Dropace utebatur. *Heradd.* Epigr. 29. lib. 2. ỷs. 6. *Levas.*] Levigas.

2. *Numquid, &c.*] Scoptice. An tu fortè

Quid facient ungues? nam certe non potes illos
Resina, Veneto nec resecare luto.
Desine, si pudor est, miseram traducere calvam;
Hoc fieri cunno, Gargiliane, solet.

tu fortè tonsorem metuis, quod fecit Dionysius tyrannus? referente Cicerone 2. Offic. & Tusc. quæst. 5.

3. *Quid faciem tingis! &c.*] Rescribe: *Quid facient ungues, &c.* Ex veterum more præbendi ungues tonsori resecandos. Ante legebatur, *Quid faciem tingis?* sed inepte.

4. *Resina.*] Dropace vel Psilothro ad depilandum ex resina. *Veneto, &c.*] Quod aceto mistum adhibebatur ad psilothrum.

5. *Traducere calvam.*] Reddere infamem & malo *rumori* obnoxiam. vide epigr. 4. libro spectaculorum ỳs. 1.

6. *Cunno, &c.*] Cujus vicem & caput tui φοινικίζοντος supplere hinc suspicio est.

* In Lupercum. LXXV.

Stare, Luperce, tibi, jam pridem mentula desit:
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces;
Improba nec prosunt jam satureia tibi.
Cœpisti puras opibus corrumpere buccas:
Sic quoque non vivit sollicitata Venus.
Mirari satis hoc quisquam, vel credere possit,
Quæ non stat, magno stare, Luperce, tibi?

* In

* Irrisio est, in Lupercum quendam jam enervem; qui ἀσυσίᾳ laborabat, ipse tamen omnem movebat lapidem ut posset. *Ramires.*

1. *Desit.*] Desiit.

3. *Erucæ, &c.*] Erucam, bulbos & Satyreiam, Venérem excitare notissimum est ex Medicis: *Erucam* enim alibi appellat, salacem herbam, lib. 10. epigr. 48.

4. *Improba nec, &c.*] Salax. venerem languidam irritans. Βολβὸς καὶ κοχλίας καὶ ᾠὸν καὶ τὰ ὅμοια δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικὰ, οὐ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις, καὶ τὰς αὐτὰς δυνάμεις, &c. Athenæus lib. 2. cap. 23.

5. *Puras buccas.*] Magno dicit constare Luperco; quod opibus corruperat buccas puras puerorum, qui nisi oblato summo pretio, non possent ad tantam allici turpitudinem. *Opibus corrumpere.*] Tò *Opibus* hujus ævi scriptoribus idem esse, quod pecunia, jactura, largitione, monuimus in Pecunia Vetere. *Gronovius.* *Opibus, &c.*] Lipsius epist. 6. lib. 5. quæst. epist. legit *Opicus*, quasi sit fell. præplacet vulgata lectio, quam astruit in ultimo versu, *magno stare.*

6. *Sic quoque non vivit.*] Bene *vivit*, quod mortua membra communiter dicat *jacentia.* Ramires.

8. *Quæ, &c.*] Jocum quærit ab ambiguo τοῦ *stare*. prius obscœnum signific. posterius *constare*. Pro *quæ*, Palat. *Quod.*

* Notas

* In Bassum. LXXVI.

ARrigis ad vetulas, fastidis, Basse, puellas:
Nec formosa tibi, sed moritura placet:
Hic, rogo, non furor est, non est hæc mentula demens?
Cum possis Hecubam, non potes Andromachen.

* Notat Bassi in vetulas furorem, qui puellas fastidiebat; nec in vetulis forma, sed senectus hominem delectabat. *Ramires.*

2. *Moritura placet.*] Capularis anicula & morti vicina.

4. *Possis.*] Supra ep. 31. *Hecubam.*] Vetulam. *Andromachen.*] Juniorem.

* In Bæticum. LXXVII.

NEc mullus, nec te delectat, Bætice, turdus:
Nec lepus est umquam, nec tibi gratus aper.
Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ:
Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aves.
Capparin, & putri cepas alece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.
Teque juvant gerres & pelle melandrya canâ;
Resinata bibis vina, Falerna fugis.
Nescio, quod stomachi vitium secretius esse
Suspicer. ut quid enim, Bætice, saprofagis?

* Bæticum hoc loco, tectè eo vitio notat, quod epigr. 81. describitur; & ducitur hac conjectura, quod putrida quæque appetat, fastidiatque bonos cibos. Primis quatuor versibus enumerat pretiosa edulia, à quibus Bæticus abhorrebat; quatuor sequentibus, vilissima quæque & putrida. *Ramires.*

3. *Sectæ quadra placentæ.*] In quadrata frusta secabantur placentæ & quodque eorum quadra dicebatur, ut ipsa verba declarant: *Quadra sectæ placentæ.* Sic epigr. 92. lib. 9.

Secta plurima quadra de placenta.

Et epigr. 75. lib. 6. ✠. 1.

4. *Nec tibi, &c.*] Nec tibi sapit avis Numidica. Nec Phasiana. supra epigr. 58. ✠. 16.

5. *Alece natantes.*] Liquamine salso ex alece.

6. *Dubio, &c.*] Semiputido.

7. *Gerres & pelle.*] Minuta salsamenta è locustarum genere Plinius cap. ult. lib. 32. vide & Turneb. lib. 24. c. 46. *Melandrya cana.*] Pars thynni vilissima, Plin. lib. 9. cap. 15. sed Athenæo salsamenta ex thynnis maximis, lib. 3. cap. 33.

8. *Resinata bibis vina, &c.*] Corrupta & olentia picem vasis. Plin. l. 23. cap. 1.

9. *Vitium secretius esse.*] Lingendi scilicet vel fell.

10. *Saprofagis.*] Σαπροφαγεῖς, putrida edis? ex σαπρὸς, *putridus*, & φάγω, *edo.*

* Ad Paullinum. LXXVIII.

M*Inxisti currente semel, Paulline, carina:*
Meiere vis iterum? jam Palinurus eris.

* Poëta hic respicere videtur ad lapsum Palinuri, periculumque par instare dicit Paullino, si currente carina, magnoque impetu ruente, velit in undam exonerare vesicam, ne subitâ vi aliqua excutiatur. *Rad.* Per jocum ominatur futurum, ut, qui prius lapsus fuerit, submergatur si iterum minxerit, atque ex Paullino fiat Palinurus alter: qui Æneæ navis gubernator, notus ex 5. Æneid. Virg. ludit autem in nomine quod deducit ex πάλιν rursum & οὐρεῖν mejere. Turneb. libro 4. capite 19.

Ad Sertorium. LXXIX.

R*Em peragit nullam Sertorius, inchoat omnes.*
Hunc ego, cum futuit, non puto perficere.

2. *Perficere.*] Vide epigr. 47. lib. 1.

Ad Apicium. LXXX.

D*E nullo quereris, nulli maledicis, Apici:*
Rumor ait, linguæ te tamen esse malæ.

1. *Maledicis.*] Ep. 61. lib. 2.
2. *Rumor ait, &c.*] Ep. 72. lib. 2.
✱[. 1. *Linguæ malæ.*] Ad quod allusit Minutius Felix in Oct. *Apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas: qui medios viros lambunt, &c. homines malæ linguæ, etiamsi tacerent.* Sic κακὴ γλῶσσα Græcis, maledica. *Herald.*

In Bæticum. LXXXI.

Q*Uid cum fœmineo tibi, Bætice Galle, barathro?*
Hæc debet medios lambere lingua viros.
Abscissa est quare Samia tibi mentula testa,
Si tibi tam gratus, Bætice, cunnus erat?
Castrandum caput est: nam sis licet inguine Gallus,
Sacra tamen Cybeles decipis: ore vir es.

1. *Galle.*] Qui sacerdos es Cybeles eviratus. *Barathro.*] Αἰδοίῳ.
2. *Medios, &c.*] Epigr. 71. lib. 6.
✱[. 2.
3. *Abscissa, &c.*] Epigr. 45. lib. 2. Plin. lib. 35. cap. 12.
5. *Castrandum, &c.*] Es enim impurioris & malæ linguæ.
6. *Cybeles decipis, &c.*] Sic lib. 11. epigr. 72. *mœchus ore Manneius.*

* In Zoilum. LXXXII.

Conviva quisquis Zoili potest esse,
Summœnianas cœnet inter uxores,
Curtaque Ledæ sobrius bibat testa:
Hoc esse levius, puriusque contendo,
Jacet occupato galbinatus in lecto:
Cubitisque trudit hinc, & inde convivas,
Effultus ostro, sericisque pulvinis.
Stat exoletus, suggeritque ructanti
Pinnas rubentes, cuspidesque lentisci;
Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello;
Fugatque muscas myrtea puer virga.
Percurrit agili corpus arte tractatrix,
Manumque doctam spargit omnibus membris,

Digiti

* Describitur hoc epigrammate homo superbe mollis, ac divitiis insultans, qualem Trimalcionem suum describit Petronius. Imaginem ferè similem habes apud Athenæum lib. VI. in Paphii regis adolescentuli descriptione. Horum hominum vitam *ὑγρὸν βίον* à Græcis esse appellatam docet eodem lib. Athenæus. *Herald.*

2. *Summœnianas, &c.*] Prostibula, meretrices, ep. 35. lib. 1. ℣ſ. 3. Appellat autem irrisoriè, *uxores.* ut epigramm. 32. lib. 12.

Summœnianæ qua pilantur uxores.

3. *Curtaq; Ledæ.*] Epig. 93. l. 1. ℣ſ. 3. *Sobrius bibat testa.*] Quod majoris est turpitudinis quam si ebrius faceret.

4. *Hoc esse levius, &c.*] Cœnare apud summœnianas lupas.

5. *Occupato.*] Quem ipse jam occuparat, antequam cæteri sederent; iis etiam qui nondum venerant, non exspectatis. *Galbinatus, &c.*] Epigr. 7. lib. 1. ℣ſ. 97. Galbinis indutus.

6. *Cubitis trudit, &c.*] In medio lecti loco positus, ut laxius recumberet, & ne vestes disturbarentur.

8. *Stat.*] Signatè. Ministri & pocillatores, *stare* dicuntur. Tum pocillatores exquisita forma conquirebant, ut notum. *Exoletus.*] Minister, puer path. *Suggeritque ructanti.*] Pinnis ori inditis stomachum repletum provocare ad vomitum solebant hi gulones, Sueton. Claud. cap. 33.

9. *Rubentes.*] Phœnicopteri pennas in hoc negotium adhibuisse videtur. *Cuspidesque, &c.*] Dentiscalpia. ep. 22. lib. 14.

11. *Prasino, &c.*] Viridi.

12. *Myrtea virga.*] Indicium libidinis: Veneri enim sacra.

13. *Percurrit agili corpus, &c.*] Fricat. vide epist. Senec. 66. Molles enim veterum delitiæ eo processerant, ut ad fricanda membra delectationis caussa, in conviviis mares vel fæminas adhiberent, qui artificio quodam membra contrectarent: Lamprid. in Heliogab. *In conviviis exoletos maximè juxta se ponebat, eorumque attrectatione & tactu præcipuè gaudebat.* Hi *tractores*: fæminæ, *tractatrices* dicebantur. *Ramiresius.*

15. *Digiti*

Digiti crepantis ſigna novit Eunuchus,
Et delicatæ ſuſcitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.
At ipſe retro flexus ad pedum turbam,
Inter catellas anſerum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæſtritis,
Et concubino turturum nates donat:
Ligurumque nobis ſaxa cum miniſtrentur,
Vel cocta fumis muſta Maſſilitanis:
Opimianum morionibus nectar
Cryſtalliniſque myrrhiniſque propinat.
Et Coſmianis ipſe fuſus ampullis,
Non erubeſcit murice aureo nobis
Dividere mœchæ pauperis capillare.
Septunce multo deinde perditus ſtertit:
Nos accubamus, &, ſilentium ronchis

Præ-

15. *Digiti crepantis, &c.*] Matellam poſcentis, quod ſignificabatur crepitu digiti. epigr. 89. lib. 6. & lib. 14. epigr. 119. *Trimalcio digitos concrepuit, ad quod ſignum matellam ſpado ludenti ſuppoſuit.* Petron.

18. *Pedum turbam.*] Puerorum qui ad pedes ſtant. epigr. 23. ſupra.

19. *Exta lambentes.*] Qui pinguibus farta ficis, erant Romanis in deliciis: ut & jecur: ſed hæc ille catulis, velut in contemptum convivarum.

20. *Glandulas.*] Quæ juxta cervicem apri calloſæ materiæ. *brawny kernels. Palæſtritis.*] Lipſius legit *Palæſtritæ*, vel etiam *Palæſtritis* geniti. ut *Oreſtæ* & *Oreſtis*. & refert ad *apri* ex Varronis l. 3. cap. 13. ubi *palæſtra* oſtenditur eſſe ſeptum in villa, ubi apri erant incluſi. alii intelligunt ſervos palæſtritas, ut ſupra epigr. 57. Cum vero molles hic enumeret Zoili miniſtros, pueros exoletos, concubinas, moriones, &c. quid ſi intelligamus *depilatores*? ſic enim eos Perſius appellat Satyt. 4. ℣ſ. 39. *Quinque Palæſtritæ licet hæc plantaria vellant.*

22. *Ligurumque.*] Vina tenuia & vilia in ſterili & ſaxoſo Liguriæ ſolo nata.

23. *Cocta fumis muſta, &c.*] Auſtera vina è Maſſilia fumo maturata. vide epigr. 36. lib. 10. ℣ſ. 3.

24. *Opimianum, &c.*] Epigr. 27. lib. 1. ℣ſ. 5.

25. *Cryſtalliniſque myrrhiniſque, &c.*] Poculis lib. 13. epigr. 111. & 113.

26. *Coſmianis ipſe.*] Unguento à Coſmo myropola confecto plenis. *Ampullis.*] Ampulla, vitreum vas rotundum: ſed hic largam innuit copiam, cui verſus ſeq. αἰδῶς).

27. *Murice aureo nobis.*] Concha muricis, aurei coloris, vel inaurata, patca ſatis. *non fundit capacibus Unguenta de conchis.* ut ait Horatius Ode 7. libro 2.

28. *Capillare.*] Unguentum ad capillos ungendos, quali utebantur vel pauperrimæ mœchæ.

29. *Septunce multo, &c.*] Multis cyathis ſeptem ſextarii partes capientibus. *Perditus.*] Sepultus.

31. *Nuti-*

Præstare jussi, nutibus propinamus.
Hos Malchionis patimur improbi fastus;
Nec vindicare, Rufe, possumus; fellat.

31. *Nutibus propinamus.*] Non prolato ejus nomine cui propinamus; sed nutibus invicem.

32. *Malchionis,&c.*] Mollis Zoili: à μαλακός.

33. *Fellat.*] Atque adeo nos mordicus ulcisci potest infra epigramm. 96. ỳs. 2. *Nec vindicari Rufe, possumus; fellat.* quia propter oris vitium, ex eodem calice potare nolit. Quod de Hermo libro epigr. Rutgers. Sed vide ep.23. lib.2. Pet. Scr. autore Jos. Scaligero scripsit, *Nec vindicare, Rufe, possumus? fellat*, hoc est, ineptis. stultos quippe vocabant homines *spurco ore.*

In Coclitem. LXXXIII.

UT *faciam breviora mones epigrammata, Cocles,*
Fac mihi, quod Chione. non potui brevius.

2. *Fac mihi, &c.*] Vide quam te utar brevitatis magistro? nec potui paucioribus verbis notare te vitii fellandi; non melius, non tectius, quam conferendo te cum Chione, infra epigramm. 87. & 97.

In Tongilionem. LXXXIV.

QUid *narrat tua mœcha? non puellam*
Dixi, Tongilion. quid ergo? linguam.

2. *Linguam.*] Quæ λείχουσα καὶ μύζουσα, patitur quod mœcha. sic epigrammate 62. lib. 11. *mœchus ore Manneius.* verbum etiam *narrat*, linguæ impuritatem innuit. Vel per *linguam* innuit puellam istam adeo fuisse loquacem, ut *lingua* dici mereatur: aut linguam instar canis Appulæ, & quidem sitientis ubique & semper linguam exerentis.

Ad Maritum. LXXXV.

QUis *tibi persuasit nares abscindere mœcho?*
Non hac peccatum est parte, Marite, tibi.
Stulte, quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor,
Cum sit salva sui mentula Deiphobi.

2. *Non hac peccatum, &c.*] Ejusdem argumenti cum epigr. 83. lib. 2. vide & epigr. 60. lib. 2.

4. *Deiphobi.*] Alludit ad Deiphobum Virgilii. Æneid. 6. ỳs. 494. *lacerum crudeliter ora, Ora manusque, &c.*

Ad castam matronam. LXXXVI.

NE *legeres partem lascivi, casta, libelli,*
Prædixi, & monui: tu tamen, ecce, legis.
Sed

1. *Ne legeres partem, &c.*] Supra epigr. 68.

3. *Par-*

Sed si Panniculum, si spectas, casta, Latinum:
Non sunt hæc mimis improbiora: lege.

3. *Panniculum Latinum.*] Mimum epigr. 5. lib. 1. ⅌ſ. 4. & 72. lib. 2. ⅌ſ. 2. *Casta.*] Absque jactura vel diminutione honoris aut castitatis.

In Chionem. LXXXVII.

NArrat te rumor, Chione, numquam esse fututam
Atque nihil cunno purius esse tuo.
Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris:
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

1. *Narrat te.*] Fellatricem Chionem reprehendit, quod tecta pudenda parte corporis lavaretur; cum tamen illa non peccasset, monetque ut velamen transferat ad os, quo peccaverat. *Ramires.* Modo epigr. 83. *Rumor, &c.*] Ep. 72. lib. 2.

3. *Tecta tamen non hac, &c.*] Si subligari tegas inferiora præ pudore, cur non potius os tegis? namque hac parte *rumor* est te peccare μύζειν *in voce* rumor *latet ulcus Paronomasticon.*

4. *Transfer in faciem.*] Ut contegas os impurum.

In fratres fellatores. LXXXVIII.

SUnt gemini fratres, diversa sed inguina lingunt.
Dicite, dissimiles sint magis, an similes?

1. *Diversa sed, &c.*] Ὁ μὲν τὰ τῆς γυναικὸς λείχει, ὁ δὲ τὰ τοῦ ἀνδρὸς μύζει.

Ad Phœbum. LXXXIX.

UTere lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem, durum, Phœbe, cacantis habes.

1. *Mollibus utere.*] Est aliud scomma in Phœbum, de quo supra lib. 2. epigr. 27. qui vultum veluti nitentis semper habebat, cui suadet, ut lactucis & malvis, quæ ventrem movere solent, sæpius utatur. *Ram. Malvis.*] Quæ ventrem solvant, unde & nomen à μαλάσσω. nisi forte à כלוח herba sylvestri. vide epigr. 48. lib. 10.

2. *Nam faciem, &c.*] Detortum forte hoc in Vespasianum, qui erat vultu velut nitentis. Sueton. lib. 8. 20.

De Galla. XC.

VUlt, non vult dare Galla mihi: nec dicere possum,
Quod vult, & non vult, quid sibi Galla velit.

De

1. *Vult, &c.*] *Vult* habet obscœnam significationem, ut *possum* ep. 32. & 75. supra. *Vel* vult dare sui copiam, sed non vult dare mercedem, cum deformis non mereatur gratis. vide ep. 74. lib. 7. vide etiam an hoc ex inconstantia Gallæ, ut epigr. 25. lib. 2. Adverte & Polyptot. τοῦ *velit.*

1. *Missi.*

De Misitio. XCI.

Cum peteret patriæ Misitius arva Ravennæ,
Semiviro Cybeles cum grege junxit iter.
Huic comes hærebat domini fugitivus Achillas;
Insignis forma nequitiaque puer.
Hoc steriles sensere viri: qua parte cubaret,
Quærunt; sed tacitos sensit & ille dolos.
Mentitur, credunt: somni post vina petuntur:
Continuo ferrum noxia turba rapit;
Exciduntque senem, spondæ qui parte jacebat;
Namque puer pluteo vindice tutus erat.

Suppo-

1. *Misitius.*] Legendum puto *missicius*: nec proprium sed commune vocabulum est. *Missicius*, qui exauctoratus est, qui missionem accepit. Sueton. Nerone: *agnitus est à quodam missicio prætoriano.* Uti etiam male intelligebatur, antequam Salmasius explicaret. *Gronovius.*

2. *Semiviro Cybeles, &c.*] Facetam continet hoc epigramma narrationem, de sene Misitio, qui errore quodam à Cybeles sacerdotibus exectus est, dum putant se Achillam formosum puerum, qui una cum sene jacebat in lecto, exscindere. *Ramiresius. Semiviro.*] Sacerdotibus Cybeles eviratis, Gallis.

3. *Fugitivus Achillas.*] Qui fugerat à domino. Alii legunt *Achilles*, & Douza formosos pueros à poculis sic nominatos docet ex Luciano. Vide lib. 7. epigr. 56.

5. *Steriles, &c.*] Galli sacerdotes castrati.

6. *Dolos.*] Voluisse illos ipsum execare.

7. *Mentitur, &c.*] Dicit se in alia parte lecti quam quo dormiebat, dormiturum, in spondæ scilicet parte.

8. *Ferrum noxia turba rapit.*] Per Synechdochen pro Samia testa, qua evirabantur Galli. Supra epigrammate 80. ỷs. 4.

9. *Spondæ, &c.*] Qua dixerat puer se cubiturum.

10. *Pluteo vindice, &c.*] Ab ea parte lecti qua erat pluteus. Pluteus quid sit ex Salmasio discimus: qui dicit, quod illa parte lecti cui caput incumbebat, & qua pulvinus ponebatur, eminentem pluteum ex asseribus compactum, erigi solitum, quod ἀνάκλιτον & ἀνακλιτήριον vocabant. Hi etiam plutei in hodiernis lectis ad caput fieri solent. Cathedræ similiter & sedilia, quibus adduntur ejusmodi plutei reclinando ἀνάκλιτα Græcis dicuntur: hodie *dossualia* vel *dossuaria*, quod ad ea dorsum applicemus & adclinemus. Duo lecti erant latera, *spondæ* Latinis, ἐνήλατα Græcis. harum altera interior; altera exterior dicta: interior quæ propius parietem erat, & ea eminenti etiam pluteo munita, sed non tam alto quam ille qui ad lecti caput. hinc *pluteus* propriè dicebatur illa interior sponda. Isidorus: *sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior.* sic enim lectos in cubiculo collocabant veteres, ut parieti propius admoverentur, ut & hodie. ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priore sponda, quæ & exterior, quæque carebat pluteo. pueri quoque cinœdi, nam & hi mulierum loco, ad pluteum cubabant & in parte tori interiore. *Salmas.*

11. *Vir-*

Suppositam, fama est, quondam pro virgine cervam;
At nunc pro cervo mentula supposita est.

11. *Virgine cervam.*] Iphigenia, cujus immolandæ loco, Diana, ejus miserta cervam substituit.

12. *Cervo mentula, &c.*] Opponatur τῷ præcedenti *Cervam.* *Cervi* autem dicti servi nequam & fugitivi, qualis fuit hic Achillas. Vide Pet. Crinitum libro 19. de honest. discipl. cap. 8. & Lud. Cælium libro 13. capite 15.

Ad Gallum. XCII.

UT patiar mœchum, rogat uxor, Galle, sed unum.
Huic ego, non oculos eruo, Galle, duos?

1. *Ut patiar, &c.*] De more seculi. Seneca lib. 3. de Benef. cap. 16. *Infinita & antiqua est, quæ nesciat matrimonium vocari unius adulterium.* Herald. *Mœchum, unum.*] Ep. 90. lib. 6.

2. *Oculos duos.*] Epigr. 93. lib. 1. ỽſ. 7. ludit autem in Auxesi ab *uno* ad *duos.*

In Vetustillam. XCIII.

CUm tibi trecenti consules, Vetustilla,
Et tres capilli, quattuorque sint dentes,
Pectus cicadæ, crusculumque formicæ:
Rugosiorem cum geras stola frontem,
Et aranearum cassibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta,
Meliusque ranæ garriant Ravennates;
Et Adrianus dulcius culex cantet,

Videas-

1. *Cum tibi trecenti, &c.*] Est invectiva in Vetustillam quandam, seu ut alii legunt Vetustinam, cujus nomen à vetustate deducit, quæ in extrema senectute virum quærebat. Estque totum epigramma hyperbolicum, ut moris est huic Poëtæ. *Ramires.* Cum numeres 300. vel 150. annos ætatis. namque Romanis annorum ratio à pari Coss. singulis annis creato. est autem hyperbole ut hic pleraque.

2. *Et tres capilli, &c.*] Sic ep. 20. lib. 1. & lib. 2. epigr. 41. & lib. 12. epigr. 7.

3. *Crusculumque.*] Lege cum Grutero, *crus colorque formicæ.* ut supra, l. 1. epigr. 96.

4. *Stola frontem.*] Matronarum veste exteriori in multas plicas rugata.

5. *Aranearum cassibus.*] Pannosas & flaccidas mammas.

6. *Cum comparata rictibus.*] Mira hyperbole. Vetustillæ rictum inesse dicit; crocodilo verò si cum ea conferatur esse os, & idem angustum. *Ramir.*

8. *Ravennates.*] Raucum coaxantes in paludibus Ravennæ. Supra epigr. 55.

9. *Adrianus dulcius, &c.*] In Adria, quæ Romanorum colonia in Piceno. Plin. 3. lib. cap. 13. c.

11. *Viri,*

Quod myrtus, quod messor Arabs, quod succina trita;
Pallidus Eoo thure quod ignis olet;
Gleba quod æstivo leviter cum spargitur imbre:
Quod madidis nardo sparsa corona comis:
Hoc tua, sæve puer Diadumene, basia fragrant.
Quid, si tota dares illa sine invidia?

nus: & nobis etiam alicubi obvium fuerit. *Gronovius.*

5. *Messor Arabs, &c.*] Felicis Arabiæ incola, qui metit herbas & fructus odoros. *Succina.*] Succinum, succus arborum est, unde nomen accepit. Plin. lib. 37. cap. 3. Cum verò manuum tritura odorem fragrantissimum edat, ideo à Poëta, inter bene olentia annumeratur hæc, & lib. 5. epigr. 38. ℣s. 13.

6. *Eoo thure, &c.*] Colorem enim ignis rutilum, immissum thus in pallidum vertit. *Eoo thure.*] Id est, Sabæo & orientali.

7. *Gleba, &c.*] Locus elegans de terræ odore, qui superat omnes narium delitias. Plin. lib. 17. cap. 5. ait, divinum illum terræ halitum talem esse, ut ei nulla suavitas comparari queat.

8. *Quod madidis nardo.*] Crines Nardo ungebantur, quod ex Arabia & Orientalium partibus. Scriv. leg. *madidas comas.*

10. *Tota dares illa, &c.*] Non maligne aut parce, sed plenis labris & facile? Græcè ἀφθόνως. Hellenismus. Sic quum libenter promittunt, ὑδεὶς φθόνος, inquiunt. *Herald.*

* In M. Antonium. LXVI.

Par scelus admisit Phariis Antonius armis;
Abscîdit vultus ensis uterque sacros.
Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.
Antonî tamen est pejor, quam caussa Pothini:
Hic facinus domino præstitit; ille sibi.

De

* Hoc Epigrammate M. Antonium Triumvirum insectatur, ob Ciceronis indignissimam necem; eumque confert cum Pothino Ægyptio, qui venerandum illud Pompeii Magni caput amputandum suasit: & simul ostendit pejorem esse Antonii quam Pothini caussam. *Ramires.*

1. *Phariis.*] Ægyptiæ sicæ, id est, Pompejo magno occidi jusso à Pothino, qui hoc regi Ptolomæo suasit in gratiam Cæsaris. vide epigr. 70. lib. 5.

2. *Abscîdit.*] Al. *Abscidit heu.* ut versu succurratur. *Vultus.*] Capita. *Uterque.*] Pothini & Antonii. *Sacros.*] Propter magistratus quos gesserant sacros, gloriam, bene merita, res gestas, &c.

3. *Illud, laurigeros, &c.*] Pompeji caput, triumphales victricis Romæ lauros gessit: Ciceronis caput loquentis Romæ. ille, caput; hic, lingua urbis.

6. *Sibi.*] In suam solius vindictam, in nullius gratiam.

1. *Nihil-*

De pigris Nautis. LXVII.

CEssatis pueri, nihilque nostis,
Vatreno, Eridanoque pigriores:
Quorum per vada tarda navigantes,
Lentos tingitis ad celeusma remos.
Jam prono Phaëthonte sudat Æthon,
Exarsitque dies, & hora lassos

Inter-

1. *Nihilque nostis.*] In pigros quosdam nautas est Epigramma, quos Argonautas dicit se vocare proprio nomine; non quod strenuis illis heroibus, qui Jasonem comitati sunt ad Phasim, similes sint; sed à proprietate vocis sumpto joco, quod ἀεργὸς Græce pigrum ac desidiosum significet. *Ramires. Nostis.*] Pronunciet eos, si quis volet, damnetque sciolos, vel ad Phrygii tonsoris foveam aures eorum, qui inusitatas hasce syncopationes non ferunt: ego certe profiteor me inter illos sedere qui reclamant, horreantque illa monstra, *nôstis*, *pôstis*. præ quibus, si conjecturis ausisque in dubia variaque lectione sit locus, adoptarem, *Cessatis pueri, & nihil movetis*, vel quid ejusmodi. Alias *nostis nihil*, id est, nihil potestis; hanc enim vim habet verbum *novi*; genusque dicendi Atticum. *Pueri.*] Nautarum sc. quos & Theocritus παῖδας vocat.

2. *Vatreno, Eridanoq; pigriores, &c.*] Locus dubiæ plane sanitatis, ne dicam deploratæ, cui restituendæ post Criticos omnes majorum minorumque géntium Machaonas, manum admovit, utinam Pæoniam. Cl. Ph. Cluverius in opere elaboratissimo laudatissimoque Italia antiqua. Is infra Imolam (forum Cornelii, quo jam secesserat Poëta, ut ipse testatur epigr. 1. & 4. supra) Vatrenum lentissime fluere asserit, ut & Padi alveum, quem Vatrenus auget. proprie vocatum Eridanum, in stagna se diffundere. Vide sis ipsum l. 1. cap. 35. Gruterus, ex Palat. legit, *Vaterno, Rasinaque pigriores*, dicitque esse duo nomina rivulorum quos navigabat Martialis. Turnebus lib. 13. c. 19. cum Lipsio legit: *Vejentone, asinaq; pigriores.* Hoc sensu: Quid cessatis, quid agitis nautæ? nihil *nôstis*, aut promovistis hactenus, Vejentone illo veternoso, & lenta asina pigriores. Juvenal. Satyra 3.

Ut te respiciat clauso Vejento labello.

Sed Ramiresius vulgatam lectionem retinet: *Veterno resinaque pigriores.* ut sit hyperbole; Veternus enim torpor est somni morbosi. Sic veternosum appellant, quod pigerrimum est & quasi veterno occupatum. Resina verò sua tenacitate & lentitudine pigerrima est; vel quod ipsa per arborum truncos lentissime fluat; vel quod detineat. Et pro *Quorum* legit *quorsum*, cum nota interrogationis, & fit sensus planissimus. *Quorsum*, id est, quo fine pueri navigantes per vada tarda, nulla vi fluentis aquæ adjuti, dum promovere se à remorum impulsione sit necesse, tanquam otiosi & ludentes, tingitis in aqua remos, leniter motos nec impulsos brachiorum vi, ad numeros celeusmatis expectantes cantus, &c. *Ramires.* Et pro *tingitis*, alii leg. *figitis*, quasi fixos tenetis, non movetis.

4. *Celeusma remos.*] Clamorem & hortationem nauticam. qua se invicem nautæ, vel illos celeustæ hortantur. ut nostris: *Via, via, cheerly mates.*

5. *Prono Phaëthonte sudat.*] A meridie sole inclinante. *Æthon.*] Unus è Solis equis.

 7. *Inter-*

Interjungit equos meridiana.
At vos tam placidas vagi per undas
Tuta luditis otium carina.
Non nautas puto vos, ſed Argonautas.

7. *Interjungit.*] Sejungit, abjungit quietis cauſſa. Vide ep. 6. lib. 2. ✝ſ. 9.

9. *Tuta luditis otium carina.*] Mirum eſt potuiſſe hic doctos viros legere *tutæ carinæ*, & dubitare an ſatis Latine dicatur *ludere otium*, & *otium carinæ* interpretari ipſos hos nautas. Ecce & alii diſplicet *tutæ*, placeatque *tarde* & quid ſimile. At quid melius omnium librorum ſcriptorum & editorum ſcriptura? Vos in *tuta* & nihil periclitante propter placidas undas *carina*, *luditis otium*, id eſt, otiamini ludentes, luditis per otium, luditis otioſe. *Ludere operam* eſt ludendo conſumere operam, ſeu inter operam ludere: ſic *ludere otium*, ludendo conterere otium, ſeu inter otium & ferias ludere. Nihil hic incommodi. *Gronovius. Tutæ luditis, &c.*] Ita P. Scriv. ut pigri nautæ vocentur *otium carinæ*. Sed pro *tutæ* deſideratur epitheton appoſititius *tardæ*, aut ſi quid ſimile.

10. *Argonautas.*] Ludit in voce *Argonautæ*, quaſi dicat, eſtis pigri, inertes (quod ἀεργοὶ ſonat) nautæ. non heroes illi Argo vecti ad aureum vellus petendum.

* Ad Matronam pudicam. LXVIII.

HUc eſt uſque tibi ſcriptus, matrona, libellus.
Cui ſint ſcripta rogas interiora? mihi.
Gymnaſium, thermæ, ſtadium eſt hac parte; recede.
Exuimur: nudos parce videre viros.
Hic jam depoſito poſt vina roſaſque pudore,
Quid dicat, neſcit ſaucia Terpſichore.
Schemate nec dubio, ſed aperte nominat illam,
Quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus:

Custo-

* Admonitionem continet ad pudicas matronas, ne ſequentia legant Epigrammata, quod prætextata ſint, nec digna caſtis earum auribus. Sed ſuſpicatur forè ut poſt hanc admonitionem, avidius quam præcedentia, matrona legat quæ ſequuntur, quod factum eſſe teſtatur infra Epigr. 86. *Ramireſ.*

2. *Interiora?*] Quæ ſubſequuntur. *Metaph. ab ædificiis.* interiores partes quæ à primo ingreſſu remotiores ſunt.

3. *Gymnaſium, &c.*] Gymnaſio enim, thermis & ſtadio exuebantur.

6. *Saucia.*] Scilicet mero, id eſt, ebria. ſic enim uſurpatur Juſtino lib. 1. & 11. atque Apuleio l. 7. & 9. *Terpſichore.*] Muſa jocoſa, choris gaudens.

7. *Schemate, &c.*] Non recte & figurate. *Illam.*] Quæ ſequenti epigr. nominatur ✝ſ. 1. Priapum autem matronæ Romæ (ritu ab Ægyptiis ducto, qui Iſidis juſſu pudenda circumferebant in cultum Oſiridis, cui invento virilia defuerunt) 7. Kal. Auguſti extra portam Collinam cum pompa ad Veneris fanum ferebant, inque Deæ ſinu ponebant. vide & Annot. poſter. Baptiſtæ Pii cap. 146.

9. *Custo-*

Custodem medio statuit quam villicus horto;
Opposita spectat quam proba virgo manu.
Si bene te novi; longum jam lassa libellum
Ponebas: totum nunc studiosa leges.

9. *Custodem, &c.*] Epigramm. 36. lib. 1. ỷs. 15.
11. *Si bene te novi, &c.*] Infra epigramm. 85. Et pro *leges*, alii *legis*.

* Ad Cosconium. LXIX.

O*Mnia quod scribis castis epigrammata verbis,*
Inque tuis nulla est mentula carminibus;
Admiror. laudo. nihil est te sanctius uno:
At mea luxuria pagina nulla vacat.
Hæc igitur juvenes nequam, facilesque puellæ,
Hæc senior, sed quem torquet amica, legat.
At tua, Cosconi, venerandaque sanctaque verba
A pueris debent, virginibusque legi.

* Eundem Cosconium, quem supra lib. 2. epigramm. 77. tanquam stolidum reprehenderat, quod epigrammata ejus longa esse dicebat; hoc epigrammate tanquam insulsum & indoctum Poëtam irridet: estque totum epigramma conceptum ironicωs. vocat enim castissima Cosconii epigrammata, quæ castitatis specie irridet, tanquam indocta, & legenda tantum simplicibus & ignaris, quales sunt pueri & virgines. *Ramiref.*

2. *Mentula carminibus.*] Sine qua tamen non possunt placere, &c. ut epigramm. 36. lib. 1.

3. *Laudo, &c.*] Ironice.

* Ad Scævinum. LXX.

M*OEchus es Aufidiæ, qui vir, Scævine, fuisti.*
Rivalis fuerat qui tuus, ille vir est.
Cur aliena placet tibi, cui sua non placet uxor?
Numquid securus non potes arrigere?

* Alii, *Ad Cervinum.*

1. *Mœchus es Aufidiæ, &c.*] Scævinus uxorem Aufidiam per fastidium repudiaverat, nuptam postea illi qui fuerat ejus mœchus, deperibat.

3. *Cur, &c.*] Aliena scil. & vetita placent: propria & licita spernuntur.

4. *Numquid securus.*] Elegans quæstionis propositæ per interrogationem solutio. Causa enim cur Scævinus iste repudiatam uxorem & alteri nuptam amabat, erat quod fœminam quam securè possidebat, appetere non poterat. *Ramiref.*

In Nævolum. LXXI.

M*Entula cum doleat puero, tibi, Nævole, culus:*
Non sum divinus, sed scio quid facias. * Ad

2. *Quid facias.*] Imo, quid patiaris.

* Ad Laufeiam. LXXII.

VIs futui, nec vis mecum, Laufeia, lavari.
Nescio quod magnum suspicor esse nefas.
Aut tibi pannosæ pendent à pectore mammæ:
Aut sulcos uteri prodere nuda times:
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu:
Aut aliquid cunni prominet ore tui.
Sed nihil est horum, credo pulcherrima nuda es.
Si verum est, vitium pejus habes: fatua es.

* Alii *Laufellam.* Alii *Saufeiam.*

1. *Nec vis mecum, &c.*] Supra epigramm. 50.

2. *Nescio quod magnum.*] Ex veteri repone *majus.*

3. *Pannosæ pendent, &c.*] Pannuceæ, laxæ, rugosæ.

5. *Inguen hiatu.*] *Nympham & eugium* vocant.

7. *Sed nihil, &c.*] Quod si nihil horum sit, sed nuda, pulchra sis, &c.

8. *Fatua es.*] Insulsa, nullo lepore meretricio instructa. epigr. 61. lib. XI. ỳs. 7.

In Phœbum. LXXIII.

DOrmis cum pueris mutoniatis,
Et non stat tibi, Phœbe, quod stat illis.
Quid vis me, rogo, Phœbe, suspicari:
Mollem credere te virum volebam:
Sed rumor negat esse te cinædum.

1. *Dormis, &c.*] Ep. 24. lib. I.

4. *Mollem virum, &c.*] Cinœdum.

5. *Rumor negat esse.*] Verbum hoc male olet Paranomasiam obscœnam. epigr. 72. lib. 2. ỳs. 1. *Cinædum.*] Pathicum potius, vel φοινικίζοντα.

In Gargilianum. LXXIV.

PSilothro faciem levas, & dropace calvam.
Numquid tonsorem, Gargiliane, times?
Quid

1. *Psilothro, dropace calvam.*] Ingeniosè fellatorem Gargilianum perstringit, quod faciem & calvam resinis quibusdam depilaret. *Psilothrum* & *dropax*, medicamenta sunt deglubatoria sive depilatoria, quibus pilosa loca ad tempus lævia ac glabra reddebantur. Tum antea legebatur, *Faciemque lavas.* Certe psilothro non lavabatur facies, sed levabatur, id est, levigabatur. Ita ut Ausonius ad hunc locum procul dubio respexerit. epigr. CXXIII.

Inguina quod calido levas tibi dropace.
Causa est:
Irritant volsas levia membra lupas.

Mulieres in balneis præcipue psilothro curabantur. Per *calvam* intelligit calvariam seu cranium: paucos enim pilos superstites ibi non ferebat Gargilianus; volebatque nitidam omnino esse calvam, ideo Dropace utebatur. *Heradd.* Epigr. 29. lib. 2. ỳs. 6. *Levas.*] Levigas.

2. *Numquid, &c.*] Scoptice. An

tu fortè

Quid facient ungues? nam certe non potes illos
Resina, Veneto nec resecare luto.
Desine, si pudor est, miseram traducere calvam;
Hoc fieri cunno, Gargiliane, solet.

tu fortè tonsorem metuis, quod fecit Dionysius tyrannus? referente Cicerone 2. Offic. & Tusc. quæst. 5.

3. *Quid faciem tingis! &c.*] Rescribe: *Quid facient ungues, &c.* Ex veterum more præbendi ungues tonsori resecandos. Ante legebatur, *Quid faciem tingis?* sed inepte.

4. *Resina.*] Dropace vel Psilothro ad depilandum ex resina. *Veneto, &c.*] Quod aceto mistum adhibebatur ad psilothrum.

5. *Traducere calvam.*] Reddere infamem & malo *rumori* obnoxiam. vide epigr. 4. libro spectaculorum ℣ſ. 1.

6. *Cunno, &c.*] Cujus vicem & caput tui φοινικίζοντος supplere hinc suspicio est.

* In Lupercum. LXXV.

STare, Luperce, tibi, jam pridem mentula desit:
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces;
Improba nec prosunt jam satureia tibi.
Cœpisti puras opibus corrumpere buccas:
Sic quoque non vivit sollicitata Venus.
Mirari satis hoc quisquam, vel credere possit,
Quæ non stat, magno stare, Luperce, tibi?

* In

* Irrisio est, in Lupercum quendam jam enervem; qui ἀσυνουσίᾳ laborabat, ipse tamen omnem movebat lapidem ut posset. *Ramires.*

1. *Desit.*] Desiit.

3. *Erucæ, &c.*] Erucam, bulbos & Satyreiam, Venérem excitare notissimum est ex Medicis: *Erucam* enim alibi appellat, salacem herbam, lib. 10. epigr. 48.

4. *Improba nec, &c.*] Salax. venerem languidam irritans. Βολβὸς καὶ κοχλίας καὶ ᾠὸν καὶ τὰ ὅμοια δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικά, οὐ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις, καὶ τὰς αὐτὰς δυνάμεις, &c. Athenæus lib. 2. cap. 23.

5. *Puras buccas.*] Magno dicit constare Luperco; quod opibus corruperat buccas puras puerorum, qui nisi oblato summo pretio, non possent ad tantam allici turpitudinem. *Opibus corrumpere.*] Τὸ *Opibus* hujus ævi scriptoribus idem esse, quod pecunia, jactura, largitione, monuimus in Pecunia Vetere. *Gronovius.* *Opibus, &c.*] Lipsius epist. 6. lib. 5. quæst. epist. legit *Opicus*, quasi sit fell. præplacet vulgata lectio, quam astruit in ultimo versu, *magno stare.*

6. *Sic quoque non vivit.*] Bene *vivit*; quod mortua membra communiter dicat *jacentia.* Ramires.

8. *Quæ, &c.*] Jocum quærit ab ambiguo τοῦ *stare.* prius obscœnum signific. posterius *constare.* Pro *quæ*, Palat. *Quod.*

* In Bassum. LXXVI.

ARrigis ad vetulas, fastidis, Basse, puellas:
Nec formosa tibi, sed moritura placet:
Hic, rogo, non furor est, non est hæc mentula demens?
Cum possis Hecubam, non potes Andromachen.

* Notat Bassi in vetulas furorem, qui puellas fastidiebat; nec in vetulis forma, sed senectus hominem delectabat. *Ramires.*

2. *Moritura placet.*] Capularis anicula & morri vicina.

4. *Possis.*] Supra ep. 31. *Hecubam.*] Vetulam. *Andromachen.*] Juniorem.

* In Bæticum. LXXVII.

NEc mullus, nec te delectat, Bætice, turdus:
Nec lepus est umquam, nec tibi gratus aper.
Nec te liba juvant, nec sectæ quadra placentæ:
Nec Libye mittit, nec tibi Phasis aves.
Capparin, & putri cepas alece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.
Teque juvant gerres & pelle melandrya canâ;
Resinata bibis vina, Falerna fugis.
Nescio, quod stomachi vitium secretius esse
Suspicer. ut quid enim, Bætice, saprofagis?

* Bæticum hoc loco, tectè eo vitio notat, quod epigr. 81. describitur; & ducitur hac conjectura, quod putrida quæque appetat, fastidiatque bonos cibos. Primis quatuor versibus enumerat pretiosa edulia, à quibus Bæticus abhorrebat; quatuor sequentibus, vilissima quæque & putrida. *Ramires.*

3. *Sectæ quadra placentæ.*] In quadrata frusta secabantur placentæ & quodque eorum quadra dicebatur, ut ipsa verba declarant: *Quadra sectæ placentæ.* Sic epigr. 92. lib. 9.

Secta plurima quadra de placenta.

Et epigr. 75. lib. 6. ℣ſ. 1.

4. *Nec tibi, &c.*] Nec tibi sapit avis Numidica. Nec Phasiana. supra epigr. 58. ℣ſ. 16.

5. *Alece natantes.*] Liquamine salso ex alece.

6. *Dubio, &c.*] Semiputido.

7. *Gerres & pelle.*] Minuta salsamenta è locustarum genere Plinius cap. ult. lib. 32. vide & Turneb. lib. 24. c. 46. *Melandrya cana.*] Pars thynni vilissima. Plin. lib. 9. cap. 15. sed Athenæo salsamenta ex thynnis maximis, lib. 3. cap. 33.

8. *Resinata bibis vina, &c.*] Corrupta & olentia picem vasis. Plin. l. 23. cap. 1.

9. *Vitium secretius esse.*] Lingendi scilicet vel fell.

10. *Saprofagis.*] Σαπροφαγεῖς, putrida edis? ex σαπρὸς, *putridus*, & φάγω, *edo.*

* Ad Paullinum. LXXVIII.

MInxisti currente semel, Paulline, carina:
Meiere vis iterum? jam Palinurus eris.

* Poëta hic respicere videtur ad lapsum Palinuri, periculumque par instare dicit Paullino, si currente carina, magnoque impetu ruente, velit in undam exonerare vesicam, ne subitâ vi aliqua excutiatur. *Rad.* Per jocum ominatur futurum, ut, qui prius lapsus fuerit, submergatur si iterum minxerit, atque ex Paullino fiat Palinurus alter: qui Æneæ navis gubernator, notus ex 5. Æneid. Virg. ludit autem in nomine quod deducit ex πάλιν rursum & οὐρεῖν mejere. Turneb. libro 4. capite 19.

Ad Sertorium. LXXIX.

REm peragit nullam Sertorius, inchoat omnes.
Hunc ego, cum futuit, non puto perficere.

2. *Perficere.*] Vide epigr. 47. lib. 1.

Ad Apicium. LXXX.

DE nullo quereris, nulli maledicis, Apici:
Rumor ait, linguæ te tamen esse malæ.

1. *Maledicis.*] Ep. 61. lib. 2.
2. *Rumor ait, &c.*] Ep. 72. lib. 2. ℣. 1. *Linguæ malæ.*] Ad quod allusit Minutius Felix in Oct. *Apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas: qui medios viros lambunt, &c. homines malæ linguæ, etiamsi tacerent.* Sic κακὴ γλῶσσα Græcis, maledica. *Herald.*

In Bæticum. LXXXI.

QUid cum fœmineo tibi, Bætice Galle, barathro?
Hæc debet medios lambere lingua viros.
Abscissa est quare Samia tibi mentula testa,
Si tibi tam gratus, Bætice, cunnus erat?
Castrandum caput est: nam sis licet inguine Gallus,
Sacra tamen Cybeles decipis: ore vir es.

1. *Galle.*] Qui sacerdos es Cybeles eviratus. *Barathro.*] Αἰδοῖον.
2. *Medios, &c.*] Epigr. 71. lib. 6. ℣. 2.
3. *Abscissa, &c.*] Epigr. 45. lib. 2. Plin. lib. 35. cap. 12.
5. *Castrandum, &c.*] Es enim impurioris & malæ linguæ.
6. *Cybeles decipis, &c.*] Sic lib. 11. epigr. 72. *mœchus ore Mancinus.*

 * Descri-

* In Zoilum. LXXXII.

Conviva quiſquis Zoili poteſt eſſe,
Summœnianas cœnet inter uxores,
Curtaque Ledæ ſobrius bibat teſta:
Hoc eſſe levius, puriuſque contendo,
Jacet occupato galbinatus in lecto:
Cubitiſque trudit hinc, & inde convivas,
Effultus oſtro, ſericiſque pulvinis.
Stat exoletus, ſuggeritque ructanti
Pinnas rubentes, cuſpideſque lentiſci;
Et æſtuanti tenue ventilat frigus
Supina praſino concubina flabello;
Fugatque muſcas myrtea puer virga.
Percurrit agili corpus arte tractatrix,
Manumque doctam ſpargit omnibus membris,

Digiti

* Deſcribitur hoc epigrammate homo ſuperbe mollis, ac divitiis inſultans, qualem Trimalcionem ſuum deſcribit Petronius. Imaginem ferè ſimilem habes apud Athenæum lib. VI. in Paphii regis adoleſcentuli deſcriptione. Horum hominum vitam ὑγρὸν βίον à Græcis eſſe appellatam docet eodem lib. Athenæus. *Herald.*

2. *Summœnianas, &c.*] Proſtibula, meretrices, ep. 35. lib. I. ℣ſ. 3. Appellat autem irriſoriè, *uxores.* ut epigramm. 32. lib. 12.
Summœnianæ quæ pilantur uxores.

3. *Curtaq; Ledæ.*] Epig. 93. l. I. ℣ſ. 3. *Sobrius bibat teſta.*] Quod majoris eſt turpitudinis quam ſi ebrius faceret.

4. *Hoc eſſe levius, &c.*] Cœnare apud ſummœnianas lupas.

5. *Occupato.*] Quem ipſe jam occuparat, antequam cæteri ſederent; iis etiam qui nondum venerant, non expectatis. *Galbinatus, &c.*] Epigr. 7. lib. I. ℣ſ. 97. Galbinis indutus.

6. *Cubitis trudit, &c.*] In medio lecti loco poſitus, ut laxius recumberet, & ne veſtes diſturbarentur.

8. *Stat.*] Signatè. Miniſtri & pocillatores, *ſtare* dicuntur. Tum pocillatores exquiſita forma conquirebant, ut notum. *Exoletus.*] Miniſter, puer path. *Suggeritque ructanti.*] Pinnis ori inditis ſtomachum repletum provocare ad vomitum ſolebant hi gulones, Sueton. Claud. cap. 33.

9. *Rubentes.*] Phœnicopteri pennas in hoc negotium adhibuiſſe videtur. *Cuſpideſque, &c.*] Dentiſcalpia. ep. 22. lib. 14.

11. *Praſino, &c.*] Viridi.

12. *Myrtea virga.*] Indicium libidinis: Veneri enim ſacra.

13. *Percurrit agili corpus, &c.*] Fricat. vide epiſt. Senec. 66. Molles enim veterum delitiæ eo proceſſerant, ut ad fricanda membra delectationis cauſſa, in conviviis mares vel fæminas adhiberent, qui artificio quodam membra contrectarent: Lamprid. in Heliogab. *In conviviis exoletos maximè juxta ſe ponebat, eorumque attrectatione & tactu præcipuè gaudebat.* Hi *tractores*: fæminæ, *tractatrices* dicebantur. *Ramireſius.*

15. *Digiti*

Digiti crepantis signa novit Eunuchus,
Et delicatæ suscitator urinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.
At ipse retro flexus ad pedum turbam,
Inter catellas anserum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæstritis,
Et concubino turturum nates donat:
Ligurumque nobis saxa cum ministrentur,
Vel cocta fumis musta Massilitanis:
Opimianum morionibus nectar
Crystallinisque myrrhinisque propinat.
Et Cosmianis ipse fusus ampullis,
Non erubescit murice aureo nobis
Dividere mœchæ pauperis capillare.
Septunce multo deinde perditus stertit:
Nos accubamus, &, silentium ronchis

Præ-

15. *Digiti crepantis, &c.*] Matellam poscentis, quod significabatur crepitu digiti. epigr. 89. lib. 6. & lib. 14. epigr. 119. *Trimalcio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti supposuit.* Petron.

18. *Pedum turbam.*] Puerorum qui ad pedes stant. epigr. 23. supra.

19. *Exta lambentes.*] Qui pinguibus farta ficis, erant Romanis in deliciis: ut & jecur: sed hæc ille catulis, velut in contemptum convivarum.

20. *Glandulas.*] Quæ juxta cervicem apri callosæ materiæ. *brawny kernels.* *Palæstritis.*] Lipsius legit *Palæstritæ*, vel etiam *Palæstritis* geniti. ut *Orestæ* & *Orestis*. & refert ad *apri* ex Varronis l. 3. cap. 13. ubi *palæstra* ostenditur esse septum in villa, ubi apri erant inclusi. alii intelligunt servos palæstritas, ut supra epigr. 57. Cum vero molles hic enumeret Zoili ministros, pueros exoletos, concubinas, moriones, &c. quid si intelligamus *depilatores*? sic enim eos Persius appellat Satyr. 4. ✝︎. 39. *Quinque Palæstritæ licet hæc plantaria vellant.*

22. *Ligurumque.*] Vina tenuia & vilia in sterili & saxoso Liguriæ solo nata.

23. *Cocta fumis musta, &c.*] Austera vina è Massilia fumo maturata. vide epigr. 36. lib. 10. ✝︎. 3.

24. *Opimianum, &c.*] Epigr. 27. lib. 1. ✝︎. 5.

25. *Crystallinisque myrrhinisque, &c.*] Poculis lib. 13. epigr. 111. & 113.

26. *Cosmianis ipse.*] Unguento à Cosmo myropola confecto plenis. *Ampullis.*] Ampulla, vitreum vas rotundum: sed hic largam innuit copiam, cui versus seq. ἀντίθετον.

27. *Murice aureo nobis.*] Concha muricis, aurei coloris, vel inaurata, parca satis. *non fundit capacibus Unguenta de conchis.* ut ait Horatius Ode 7. libro 2.

28. *Capillare.*] Unguentum ad capillos ungendos, quali utebantur vel pauperrimæ mœchæ.

29. *Septunce multo, &c.*] Multis cyathis septem sextarii partes capientibus. *Perditus.*] Sepultus.

31. *Nuti-*

Præstare jussi, nutibus propinamus.
Hos Malchionis patimur improbi fastus;
Nec vindicare, Rufe, possumus; fellat.

31. *Nutibus propinamus.*] Non prolato ejus nomine cui propinamus; sed nutibus invicem.

32. *Malchionis, &c.*] Mollis Zoili: à μαλακός.

33. *Fellat.*] Atque adeo nos mordicus ulcisci potest infra epigramm. 96. ☩. 2. *Nec vindicari Rufe, possumus; fellat.* quia propter oris vitium, ex eodem calice potare nolit. Quod de Hermo libro epigr. Rutgers. Sed vide ep. 23. lib. 2. Pet. Scr. autore Jos. Scaligero scripsit, *Nec vindicare, Rufe, possumus? fellas*, hoc est, ineptis. stultos quippe vocabant homines *spurco ore.*

In Coclitem. LXXXIII.

Ut faciam breviora mones epigrammata, Cocles,
Fac mihi, quod Chione. non potui brevius.

2. *Fac mihi, &c.*] Vide quam te utar brevitatis magistro? nec potui paucioribus verbis notare te vitii fellandi; non melius, non tectius, quam conferendo te cum Chione, infra epigramm. 87. & 97.

In Tongilionem. LXXXIV.

Quid narrat tua mœcha? non puellam
Dixi, Tongilion. quid ergo? linguam.

2. *Linguam.*] Quæ λείχει (sic) καὶ μύζουσα, patitur quod mœcha. sic epigrammate 62. lib. 11. *mœchus ore Mannejus.* verbum etiam *narrat*, linguæ impuritatem innuit. Vel per *linguam* innuit puellam istam adeo fuisse loquacem, ut *lingua* dici mereatur: aut linguam instar canis Appulæ, & quidem sitientis ubique & semper linguam exerentis.

Ad Maritum. LXXXV.

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho?
Non hac peccatum est parte, Marite, tibi.
Stulte, quid egisti? nihil hic tua perdidit uxor,
Cum sit salva sui mentula Deiphobi.

2. *Non hac peccatum, &c.*] Ejusdem argumenti cum epigr. 83. lib. 2. vide & epigr. 60. lib. 2.

4. *Deiphobi.*] Alludit ad Deiphobum Virgilii. Æneid. 6. ☩. 494. *lacerum crudeliter ora, Ora manusque, &c.*

Ad castam matronam. LXXXVI.

Ne legeres partem lascivi, casta, libelli,
Prædixi, & monui: tu tamen, ecce, legis.
Sed

1. *Ne legeres partem, &c.*] Supra epigr. 68.

3. *Pan-*

Sed ſi Panniculum, ſi ſpectas, caſta, Latinum:
Non ſunt hæc mimis improbiora: lege.

3. *Panniculum Latinum.*] Mimum epigr. 5. lib. 1. ✠ſ. 4. & 72. lib. 2. ✠ſ. 2. | *Caſta.*] Abſque jactura vel diminutione honoris aut caſtitatis.

In Chionem. LXXXVII.

NArrat te rumor, Chione, numquam eſſe fututam
Atque nihil cunno purius eſſe tuo.
Tecta tamen non hac, qua debes, parte lavaris:
Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciem.

1. *Narrat te.*] Fellatricem Chionem reprehendit, quod recta pudenda parte corporis lavaretur; cum tamen illa non peccaſſet, monetque ut velamen transferat ad os, quo peccaverat. *Ramireſ.* Modo epigr. 83. *Rumor, &c.*] Ep. 72. lib. 2.

3. *Tecta tamen non hac, &c.*] Si ſubligari tegas inferiora præ pudore, cur non potius os tegis? namque hac parte *rumor* eſt te peccare μύζειν *in voce* rumor *latet ulcus Paroinomaſticon.*

4. *Transfer in faciem.*] Ut contegat os impurum.

In fratres fellatores. LXXXVIII.

SUnt gemini fratres, diverſa ſed inguina lingunt.
Dicite, diſſimiles ſint magis, an ſimiles?

1. *Diverſa ſed, &c.*] Ὁ μὲν τὰ τῆς γυναικὸς λείχει, ὁ δὲ τὰ τοῦ ἀνδρὸς μύζει.

Ad Phœbum. LXXXIX.

UTere lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem, durum, Phœbe, cacantis habes.

1. *Mollibus utere.*] Eſt aliud ſcomma in Phœbum, de quo ſupra lib. 2. epigr. 27. qui vultum veluti nitentis ſemper habebat, cui ſuadet, ut lactucis & malvis, quæ ventrem movere ſolent, ſæpius utatur. *Ram. Malvis.*] Quæ ventrem ſolvant, unde & nomen à μαλάσσειν. niſi forte à כלוח herba ſylveſtri. vide epigr. 48. lib. 10.

2. *Nam faciem, &c.*] Detortum forte hoc in Veſpaſianum, qui erat vultu velut nitentis. Sueton. lib. 8. 20.

De Galla. XC.

VUlt, non vult dare Galla mihi: nec dicere poſſum,
Quod vult, & non vult, quid ſibi Galla velit.

De

1. *Vult, &c.*] *Vult* habet obſcœnam ſignificationem, ut *poſſum* ep. 32. & 75. ſupra. *Vel* vult dare ſui copiam, ſed non vult dare mercedem, cum deformis non mereatur gratis. vide ep. 74. lib. 7. vide etiam an hoc ex inconſtantia Gallæ, ut epigr. 25. lib. 2. Adverte & Polyptot. τῷ *velit.*

1. Miſi-

De Misitio. XCI.

Cum peteret patriæ Misitius arva Ravennæ,
Semiviro Cybeles cum grege junxit iter.
Huic comes hærebat domini fugitivus Achillas;
Insignis forma nequitiaque puer.
Hoc steriles sensere viri: qua parte cubaret,
Quærunt; sed tacitos sensit & ille dolos.
Mentitur, credunt: somni post vina petuntur:
Continuo ferrum noxia turba rapit;
Exciduntque senem, spondæ qui parte jacebat;
Namque puer pluteo vindice tutus erat.

Suppo-

1. *Misitius.*] Legendum puto *missicius*: nec proprium sed commune vocabulum est. *Missicius*, qui exauctoratus est, qui missionem accepit. Sueton. Nerone: *agnitus est à quodam missicio prætoriano.* Uti etiam male intelligebatur, antequam Salmasius explicaret. *Gronovius.*

2. *Semiviro Cybeles, &c.*] Facetam continet hoc epigramma narrationem, de sene Misitio, qui errore quodam à Cybeles sacerdotibus exectus est, dum putant se Achillam formosum puerum, qui una cum sene jacebat in lecto, exscindere. *Ramiresius. Semiviro.*] Sacerdotibus Cybeles eviratis, Gallis.

3. *Fugitivus Achillas.*] Qui fugerat à domino. Alii legunt *Achilles*, & Douza formosos pueros à poculis sic nominatos docet ex Luciano. Vide lib. 7. epigr. 56.

5. *Steriles, &c.*] Galli sacerdotes castrati.

6. *Dolos.*] Voluisse illos ipsum execare.

7. *Mentitur, &c.*] Dicit se in alia parte lecti quam quo dormiebat, dormiturum, in spondæ scilicet parte.

8. *Ferrum noxia turba rapit.*] Per Synecdochen pro Samia testa, qua evirabantur Galli. Supra epigrammate 80. ✠ſ. 4.

9. *Spondæ, &c.*] Qua dixerat puer se cubiturum.

10. *Pluteo vindice, &c.*] Ab ea parte lecti qua erat pluteus. Pluteus quid sit ex Salmasio discimus: qui dicit, quod illa parte lecti cui caput incumbebat, & qua pulvinus ponebatur, eminentem pluteum ex asseribus compactum, erigi solitum, quod ἀνάκλιθρον & ἀνακλιντήριον vocabant. hi etiam plutei in hodiernis lectis ad caput fieri solent. Cathedræ similiter & sedilia, quibus adduntur ejusmodi plutei reclinando ἀνάκλιτα Græcis dicuntur: hodie *dossualia* vel *dossuaria*, quod ad ea dorsum applicemus & adclinemus. Duo lecti erant latera, *spondæ* Latinis, ἐνήλατα Græcis. harum altera interior; altera exterior dicta: interior quæ propius parietem erat, & ea eminenti etiam pluteo munita, sed non tam alto quam ille qui ad lecti caput. hinc *pluteus* propriè dicebatur illa interior sponda. Isidorus: *sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior.* sic enim lectos in cubiculo collocabant veteres, ut parieti propius admoverentur, ut & hodie. ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priore sponda, quæ & exterior, quæque carebat pluteo. pueri quoque cinœdi, nam & hi mulierum loco, ad pluteum cubabant & in parte tori interiore. *Salmas.*

11. *Vir-*

Suppositam, fama est, quondam pro virgine cervam;
At nunc pro cervo mentula supposita est.

11. *Virgine cervam.*] Iphigenia, cujus immolandæ loco, Diana, ejus miserta cervam substituit.

12. *Cervo mentula, &c.*] Opponatur τῷ præcedenti *Cervam. Cervi* autem dicti servi nequam & fugitivi, qualis fuit hic Achillas. Vide Pet. Crinitum libro 19. de honest. discipl. cap. 8. & Lud. Cælium libro 13. capite 15.

Ad Gallum. XCII.

UT patiar mœchum, rogat uxor, Galle, sed unum.
Huic ego, non oculos eruo, Galle, duos?

1. *Ut patiar, &c.*] De more seculi. Seneca lib. 3. de Benef. cap. 16. *Infinita & antiqua est, quæ nesciat matrimonium vocari unius adulterium.* Herald. *Mœchum, unum.*] Ep. 90. lib. 6.

2. *Oculos duos.*] Epigr. 93. lib. 1. ℣. 7. ludit autem in Auxesi ab *uno* ad *duos*.

In Vetustillam. XCIII.

CUm tibi trecenti consules, Vetustilla,
Et tres capilli, quattuorque sint dentes,
Pectus cicadæ, crusculumque formicæ:
Rugosiorem cum geras stola frontem,
Et aranearum cassibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta,
Meliusque ranæ garriant Ravennates;
Et Adrianus dulcius culex cantet,

Videas-

1. *Cum tibi trecenti, &c.*] Est invectiva in Vetustillam quandam, seu ut alii legunt Vetustinam, cujus nomen à vetustate deducit, quæ in extrema senectute virum quærebat. Estque totum epigramma hyperbolicum, ut moris est huic Poëtæ. *Ramires.* Cum numeres 300. vel 150. annos ætatis. namque Romanis annorum ratio à pari Coss. singulis annis creato. est autem hyperbole ut hic pleraque.

2. *Et tres capilli, &c.*] Sic ep. 20. lib. 1. & lib. 2. epigr. 41. & lib. 12. epigr. 7.

3. *Crusculumque.*] Lege cum Gruteto, *crus colorque formicæ.* ut supra, l. 1. epigr. 96.

4. *Stola frontem.*] Matronarum veste exteriori in multas plicas rugata.

5. *Aranearum cassibus.*] Pannosas & flaccidas mammas.

6. *Cum comparata rictibus.*] Mira hyperbole. Vetustillæ rictum inesse dicit; crocodilo verò si cum ea conferatur esse os, & idem angustum. *Ramir.*

8. *Ravennates.*] Raucum coaxantes in paludibus Ravennæ. Supra epigr. 55.

9. *Adrianus dulcius, &c.*] In Adria, quæ Romanorum colonia in Piceno. Plin. 3. lib. cap. 13. c.

11. *Viri,*

Videasque quantum noctuæ vident mane,
Et illud oleas, quod viri capellarum;
Et anatis habeas orropygium macræ,
Senemque Cynicum vincat osseus cunnus:
Cum te lucerna balneator exstincta
Admittat inter bustuarias mœchas,
Cum bruma mensem sit tibi per Augustum,
Regelare nec te pestilentia possit:
Gaudes ducentas nupturire post mortes,
Virumque demens cineribus tuis quæris
Prurire. quid! sarrire si velit saxum?
Quis conjugem, quis te vocabit uxorem,
Philomelus aviam quam vocaverat nuper?
Quod si cadaver exigis tuum scalpi:
Sternatur à Coricle clinico lectus,
Thalassionem qui tuum decet solus,

Ustor-

11. *Viri, &c.*] Hirci.

12. *Uropygium macræ.*] Ὀῤῥοπύγιον seu ὀῤῥοπύγιον, extremitatem vertebræ, *thë rumpe. Sacra spina* Isidoro, Sacri ossis acumen κόκκυξ. Belg. *Stuijt.*

13. *Senemque, &c.*] Macie & squalore: sordidi quippe & macilenti fuerunt Cynici.

14. *Exstincta.*] Vilissima scorta admittebantur extinctis lucernis in balnea, ne possent internosci; quo & se non raro conferebant aucupii gratia.

15 *Inter bustuarias mœchas.*] Animadverto id explicari de mulieribus ad funus deplorandum conductis, quod nequaquam verum esse arbitror: quum potius significari vulgaria & diobolaria scottilla existimem, inter busta, atque monumenta pene in propatulo prostantia: de quibus lib. 1. epigr. 34.

Abscondunt spurcas & monumenta lupas.

Vide Turneb. lib. 13. cap. 19. Vide epigramm. 35. lib. 1. ℣. 8.

16. *Cum bruma, &c.*] Cum eo usque tibi extinctus sit naturalis calor, ut vel anni parte calidissima frigeas.

17. *Regelare nec te, &c.*] Nec frigiditatem tuam grassans pestilenti morbo mensis possit regelare. Sic Seneca ep. 68. *Jam ætas mea contenta est suo frigore, vix media regelatur æstate.* & Juven. Sat. 10. ℣. 218. *Febre calet sola.*

18. *Audes ducentas, &c.*] Maritorum scilicet: hyperbolice. Alii legunt *Gaudes.* & *nuptum ire.*

19. *Cineribus, &c.*] Qui libidine pruriat in te, quæ jam nihil aliud es quam cadaver. *Une charogne.*

20. *Sarrire, &c.*] Te saxeam exercere. epigr. 32. supra.

22. *Philomelus aviam, &c.*] Et ipse senex, quem maritorum supremum extulisti.

24. *Sternatur à Coricle, &c.*] Sandapila tibi conveniet magis quam lectus genialis. Alii leg. *Sternatur à Coride in triclinio lectus*, scilicet feralis. Vell. *Sternatur Achoride triclinio lectus.* Vide Joseph. Scalig. Ausoniar. lect. lib. 2. cap. 4.

25. *Thalassionem.*] Carmen nuptile solenne apud Romanos, ut Hymenæus apud Græcos. vide epigr. 36. l. 1. ℣. 6.

26. *Uster-*

Ustorque tedas præferat novæ nuptæ:
Intrare in istum sola fax potest cunnum.

26. *Ustorque tedas, &c.*] Magis convenit huic ætati tuæ fax ustoris qui pyram struat & accendat; quam teda nuptialis ab Hymenæo vel pueris prælata in nuptiis. *Ustor* Gr. νεκροκαύστης. *ustrina*, καύστρα νεκρῶν.

In Rufum. XCIV.

Esse negas coctum leporem, poscisque flagella:
Mavis Rufe coquum scindere, quam leporem.

1. *Esse negas, &c.*] Rufus cum vellet leporem in convivas partiri, simulavit esse crudum; coquum ergò velut iratus invasit, & loris seu flagellis conscidit. Ludit in voce *scindere*, quasi diceret, mavis scindere & lacerare coquum, quam leporem. *Rad.* Vide ep. 13. & 23. supr.

In Nævolum. XCV.

Numquam dicis ave, sed reddis, Nævole, semper,
Quod prior & corvus dicere sæpe solet.
Cur hoc expectas à me rogo, Nævole, dicas:
Nam puto, nec melior, Nævole, nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterque,
Natorumque dedit jura paterna trium.
Ore legor multo, notumque per oppida nomen
Non expectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid: vidit me Roma tribunum,
Et sedeo qua te suscitat Oceanus.

Quot

1. *Dicis reddis, &c.*] Nævoli cujusdam fastum & arrogantiam, increpat, qui semper exspectabat dum à Martiale salutaretur, nec ipse, prior salutabat unquam. Comparat in multis utrumque, & ostendit nulla in re se Nævolo esse inferiorem; sola mollitie & turpitudine fatetur eum priorem esse. *Ramires.* Qui prior salutabat, videbatur se inferiorem fateri salutato.

2. *Corvus dicere, &c.*] Humanas imitari voces edoctus salutator. ep. 74. lib. 14. Alii legunt: *Quod prior & Curius, &c.* quasi per Synechd. Curium poneret pro quovis nobili & gravi viro. Tum pro *Expectas*, alii leg. *exspectes.*

5. *Præmia natorumque, &c.*] Epigramm. 91. & 92. lib. 2. *Uterque.*] Titus & Domitianus.

8. *Non expectato, &c.*] Mihi vivo. ut epigr. 1. lib. 1.

9. *Tribunum.*] Honorarium nempe, ut & equitem, ex munere Cæs. non censu.

10. *Et sedeo qua, &c.*] Et intra 14. gradus sedeo spectator, unde te non equestrem amovent & excitant Oceanus & Lectius designatores, qui disponendis ordinibus in theatro præerant, epigr. 36. lib. 5. & epigr. 9. lib. 6.

Quot mihi Cæsareo facti sunt munere cives,
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.
Sed pædicaris: sed pulchre, Nævole, ceves:
Jam jam sic prior es, Nævole. vincis. ave.

11. *Quot mihi, &c.*] Pluribus impetravi à Cæs. jus civitatis, quam tu habes famulos.

14. *Sic prior es, &c.*] Non honore prior es, sed loco, dum inclinaris, *signore si*. Alii leg. *Jam jam tu prior es.*

In Gargilium. XCVI.

Lingis, non futuis meam puellam:
Et garris quasi mœchus, & fututor.
Si te prendero, Gargili, tacebis.

2. *Garris tacebis.*] Verbis præ te fers esse te. Neque enim sermoni vacabit lingua, turpi ministerio versata. vel tibi morigero obstruetur os. ut ep. 47. l. 2.

✝ſ. 4. *Si te prendero, Gargili, tacebis.* linguam abscindam. Deprehensis enim ea pars auferebatur, qua peccarunt. Rutgerſ. lib. 6. cap. 11.

Ad Rufum. XCVII.

Ne legat hunc Chione, mando tibi, Rufe, libellum:
Carmine læsa meo est; lædere & illa potest.

2. *Carmine, &c.*] Supra epigr. 34. 82. 86. *Lædere, &c.*] Epigr. 81. supra, verſ. ultimo.

In Sabellum. XCVIII.

Sit culus tibi quam macer, requiris?
Pædicare potes, Sabelle, culo.

2. *Pædicare potes, &c.*] Præ macie in tantum prominet ὀρρόπυγιον. modo epigr. 92. ✝ſ. 12.

Ad cerdonem. XCIX.

Irasci nostro non debes, cerdo, libello:
Ars tua, non vita est carmine læsa meo.

Inno-

1. *Irasci nostro, &c.*] In Cerdonem, quem supra epigr. 16. & 58. insectatus fuerat, quod gladiatorium munus dedisset. Petitque ut impune sibi liceat jocari; cum impune liceat sutori jugulare, id est, dare ea munera, ubi homines jugulentur. *Ramiresſ.*

2. *Ars carmine, &c.*] Supra ep. 16. & 58.

4. *Jugu-*

Innocuos permitte sales. Cur ludere nobis
Non liceat, licuit si jugulare tibi?

4. *Jugulare tibi.*] Munera edere, & verso pollice vulgi, quemlibet occidere familiariter.

Ad Rufum. C.

CUrsorem sextâ tibi, Rufe, remisimus horâ,
Carmina quem madidum nostra tulisse reor.
Imbribus immodicis cœlum nam forte ruebat:
Non aliter mitti debuit iste liber.

1. *Cursorem sextâ tibi, &c.*] Miserat Poëta cursorem cum carminibus perferendum ad Rufum; quo tempore valde pluit. Non aliter ait mittendum fuisse librum illum, quod mala carmina digna erant, quæ aqua & spongia delerentur: ut lib. 4. epigr. 10.

Curre, sed instructum comitetur Punica librum
Spongia, muneribus convenit illa meis.

Cursor, servus ταχυδρόμος. Supra epigr. 47. ℣ſ. 14.

4. *Non aliter mitti, &c.*] Extenuat carmina sua, quasi digna sint litura. sic epigr. 59. lib. 9. & epigr. 10. lib. 4. & forte epigr. 6. lib. 1.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER IV.

De natali Domitiani. I.

CÆſaris alma dies, & luce ſacratior illâ,
Conſcia Dictæum qua tulit Ida Jovem,
Longa precor, Pylioque veni numeroſior ævo,
Semper & hoc vultu, vel meliore nite.
Hic colat Albano Tritonida multus in auro,

Perque

1. *ALma dies.*] Celebrat natalem Domitiani diem, politiſſimo epigrammate; & adjungit precationem pro vita & incolumitate Imperatoris. *Ramireſ. Dies.*] Natalis Domitiani, qui 9. Kal. Novemb. Suet. cap. 1. Domit. *Luce, &c.*] Jovis natali ſacratior. *Adulatorie.*

2. *Dictæum qua, &c.*] In Idam Cretæ montem vel ipſa Rhea ſeceſſiſſe, vel filium Jovem clam alendum Curetibus & nymphis tradidiſſe fingitur, ne à patre Saturno παιδοτρωγίκῃ voraretur. eſt & Dicte mons Cretæ.

3. *Pylioque veni, &c.*] Numeroſior quam Neſtori ſuus natalis.

4. *Hoc vultu, &c.*] Feliciter ut nunc, vel etiam felicius.

5. *Hic colat Albano.*] Mirifice confuſum ac turbatum quicquid hic interpretes. De arvo, de cultu Domitiani dei, de corona aurea, quam ipſe geſtabat, de civica, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Domitianus duos agones inſtituit, Capitolinum Jovi, Albanum Minervæ: in illo coronæ aureæ frondem quernam, in hoc oleaginam referentes dabantur victoribus. Suetonius cap. 4. Hoc dicit ergo: ſæpe celebret agonem Albanum; ſæpe Capitolinum. Hic *multus colat Tritonida in auro Albano*; id eſt, ſæpe honorem habeat Palladi diſtributis aureis coronis in victores agonis Albani. *Plurima quercus eat per manus tantas*, id eſt, ille magna manu ſæpe tribuat quercum Capitolinam illius agonis victoribus. Vide Diatriben ad Statii ſilvas cap. 42. *Gronov. Hic colat Albano, &c.*] Domitianus diu celebrer annua Minervæ (quam ſuperſtitioſe coluit) quinquatria, quæ ipſe inſtituit in arvo Albano. vide Sueton. Domit. cap. 4. *Cultus in.*] Redimitus auro, vel & ipſe Deus ac Dominus, ſic enim ſe coli voluit. alii leg. *multus*, id eſt, frequens, totus: *recte. Auro quercus eat.*] Sunt qui *arvo* malint. ego retinuerim *auro*, retulerimque ad auream coronam qua redimitus Domit. certaminibus Poëtarum & Oratorum, ſcenicisſque ludis præſidebat, atque Victores ornavit coronis quernis epigr. 54. infra, & epigr. 82. lib. 8. & Juvenal. Sat. 6. ꝟſ 386. Notum etiam quernam coronam civicam eſſe, quam per adulationem primum conceſſerunt Auguſto, quod cives univerſos ſervaſſet. Eſt in nummis ejus cum inſcriptione intra coronam ipſam, OB CIVES SERVATOS, quam pro foribus poſitam fuiſſe Auguſto docet Dion, & Ovid. 2. Metamorph.

Poſti-

Perque manus tantas plurima quercus eat.
Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,
Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.
Magna quidem, Superi, petimus, sed debita terris.
Pro tanto quæ sunt improba vota Deo?

Postibus Augustis eadem fidißima custos
Ante fores stabis mediamque tuebere quercum.

Quod Tiberius recusavit, teste Tranquillo, cap. 26. Hac modestia usi non sunt pessimi alii Cæsares; in quorum nummis, ut in Augusti, cernitur hæc querna corona. *Ramires.*

6. *Manus tantas, &c.*] Cæs. Domitiani. cujus manum epigr. 8. infra vocat, *Ingentem.*

7. *Hic colat ingenti, &c.*] Domit. celebret ludos seculares. (vide Sueton. cap. 4. Domitian. & Censorinum de die natali) qui centesimo quoquo anno celebrabantur. Et quia lustrum & sæcularis annus concurrebant, poëta vocat *ingens lustrum:* quamquam quintus quoque annus per se *Magnus* sit appellatus, & *longum* appellat *lustrum*, quod proprium est quinque annorum. respicit item censuram quam assumpsit sibi Domitianus. Sueton. cap. 8. censoris autem erat condere lustrum.

8. *Quæ Romuleus, &c.*] Sacra quæ fiebant ad aram Ditis in Campo Martio, ludis ipsis secularibus. Val. Mar. lib. 2. cap. 4. vide Ang. Politiani Miscellan. c. 58. vide epig. 63. lib. 10. vers. 3. Vel dicit Poëta, *Sacra Terentus habet*, quia ante ludos, Terenti sacrificabant, vide lib. 10. epigrammatum 43. De hac voce *Terentus* (non Tarentus) multa Rutgersius libro 1 v. Var. capite 10.

9. *Sed debita terris.*] Sub hujus imperio, qui non pauca struxit templa, multa refecit.

10. *Pro tanto quæ, &c.*] Nullæ preces iniquæ, nullæ non probandæ quæ pro Deo, & Domino nostro Domitiano suscipiuntur. Et pro *sunt*, legunt alii *sint.*

* De Horatio. II.

SPectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque
Sancto cum duce candidus sederet.

* Lepida narratiuncula de Horatio quodam, publicos ludos nigris lacernis spectante, quum Imperator & populus omnis cum candidis vestibus assideret; nam subito decidente nive, nigræ illæ lacernæ, albæ factæ sunt. *Ram.*

2. *Nigris lacernis.*] In togis enim spectabant, non in lacernis, nisi pluviali tempore, & tum togis lacernas, penulas, aliasque vestes crassas, vel pluviæ, vel frigoris arcendi caussa superinducebant. *Munus, &c.*] Forte naumachias, quas inter maximos imbres exhibuit Domitianus cap. 4. Suetonius. Verum quidem est *munus* accipi pro omni genere spectaculorum; sæpiusculè autem pro munere gladiatorio; cujus editor, *munerarius* dicitur. Hic tamen naumachias intelligit.

3. *Minor ordo.*] Equestris. *Maximusque.*] Senatorius.

4. *Sancto cum duce.*] Quia summo magistratu; quia pro Deo se haberi voluit: quia æquus (ut Poëtæ placet) princeps.

Toto nix cecidit repente cœlo:
Albis ſpectat Horatius lacernis.

ceps. *Candidus ſederet.*] Albati ſedebant omnes & togati in ludis epigr. 137. lib. 14.

6. *Albis ſpectat, &c.*] Dubio procul iniquè tulerunt Dii, pulla aſſediſſe ludis à Dom. editis Horatium, atque adeo ſubita nive perpluiſſe hominem ut albatus, cæteris aſſimilaretur.

De Nivibus. III.

ADſpice quam denſum tacitarum vellus aquarum
Defluat in vultus Cæſaris, inque ſinus.
Indulget tamen ille Jovi, nec vertice moto
Concretas pigro frigore ridet aquas,
Sidus Hyperborei ſolitus laſſare Boötæ,
Et madidis Helicen diſſimulare comis.
Qui ſiccis laſcivit aquis, & ab æthere ludit;
Suſpicor has pueri Cæſaris eſſe nives.

* In

1. *Tacitarum.*] De iiſdem nivibus eſt hoc epigramma; ubi laudat Domitiani conſtantiam, qui decidente nive, immoto vultu ludos ſpectaret: & ultimo dicit ſe ſuſpicari, à filio Cæſaris, mortuo jam & conſecrato, nives demiſſas fuiſſe ludi cauſſa. *Ramireſ. Tacitarum.*] Quæ nullo ſtrepitu ingruunt, ut grando & imber. *Vellus aquarum.*] Nivem Græci vocant ἐριῶδες ὕδωρ. Arnob. 2. 11. *plumeas cruſtulas & nives plumeas. Qui dat nivem ſicut lanam.* Pſaltes. *Vellus* dicit, quia nix cadens ſimilis lanæ.

3. *Indulget tamen, &c.*] Domit. tamen ut plene operaretur, nec ludos hoſce in Jovis forte honorem inſtitutos impediret, ſuſtinuit ſub ningeote Jove, id eſt, aëre, permanere. Sic Sueton. Dom. cap. 4.

4. *Concretas aquas.*] Nives. Periphraſis Philoſophica. *Ridet.*] Heraldus hunc locum mendoſum ſuſpicatur, & legit vel *Reicit* pro *rejicit*. vel *ne vertice moto Concretas pigra frigore tardet aquas.* retineo tamen *Rides* & expono *non curat*: ut infra epigr. 19. ℣ſ. 11.

5. *Sidus Hyperborei, &c.*] Qui vel à puero (namque pene puer contra Cattos, & poſtea Sarmatas ac Dacos depugnaverat. Sueton. cap. 2. Domit.) didicerat tolerare, immo patientia fatigare frigus ſub gelido Septentrione. *Hyperborei.*] Septentrionalis. *Boötæ.*] Sideris quod Urſam majorem inſequi videtur, qui & Arctophyl. è 20. ſtellis.

6. *Helicen.*] Frigus, imbres, nives Boreales, qua ſita eſt Helice urſa major, è 27. ſtellis. *Diſſimulare comis.*] Præ ſe ferre, non commoveri.

7. *Qui.*] Heraldus legit *Quis, &c*? interrogative. *Siccis aquis, &c.*] Nive, ex aquis concreta.

8. *Suſpicor has, &c.*] Adulatorie innuit nives has immiſſas à puero Domitiani, quem tulerat ex Domitia Auguſta, nuper extincto & in Deorum album relato.

* Baſſe

* In Bassam. IV.

Quod siccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nebulæ quod Albularum,
Piscinæ vetus aura quod marinæ,
Quod pressa piger hircus in capella,
Lassi bardaïcus quod evocati,

Quod

* Bassæ cujusdam graveolentiam describit, inductione & contentione rerum gravissimum odorem exspirantium.

1. *Quod siccæ, &c.*] Vide hujusmodi hyperbolicas collationes, ep. 93. lib. 6. Anthol. lib. 2. cap. 14.

2. *Crudarum, &c.*] Tetrum vaporem & mephitim ex sulphureis aquis exhalantium: quasi non bene à solis radiis concoctarum. epigr. 13. l. 1. ỳs. 2. *Crudarum* autem dixit, propterea quod illæ nebulæ mane excitantur, antequam Solis radiis veluti decoquantur aquæ, & matutino tempore sint veluti crudæ, id est, non coctæ solis ardore: nam calor meridiei, discutit nebulas illas, & etiam earùm graveolentiam. *Ramires. Albularum.*] Ad planitiem Tiburi subjectam, scaturiunt aquæ gelidæ, quæ à colore lacteo, quem à venis habent sulphureis, *Albulæ* dicuntur, ut lib. 1. epigr. 13. dictum.

Canaque sulfureis Albula fumat aquis.

3. *Piscinæ, &c.*] E balnei piscina quæ aquæ fœtentis est, & quasi marinæ. Augustin. princip. Dialect. cap. 6. *Piscinæ vetus, &c.*] Vel per Hypallagen, Pro, quod redolet aura piscinæ marinæ veteris: nam aqua marina, si corrumpatur, quod crassior sit cæteris aquis, pejus olet. *Ramires.*

4. *Quod pressa piger.*] Quando diu in coitu immoratur, & ut lib. 3. epigramm. XCIII. dixit:

Et illud oleas quod viri capellarum.

Idem.

5. *Lassi.*] Longa militia & provecta ætate. Junius legit *Laxi*, qui Scythiæ pop. *Bardiaci vs.*] Militis barbari, cui gravis animæ odor. Bardiæi autem Illyrici populi, quorum opera ad crudelia sua ministeria usus est Marius. Plutarch. Mar. gravis autem illi odor ab excubiis castrensibus. *Lassi Bardaïcus quod evocati.*] Sic legendum censet Salmasius: nam *Bardaïcus à Bardæus*, ut *archaicus* ab ἀρχαῖος, &c. Bardæi populi sunt Illyrici, à quibus istæ Bardaici cuculli. horum Glossæ mentionem habent. *Bardæi*, Ἰλλύριοι δοῦλοι, οἱ δὲ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννα καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι, &c. Ptolemæo dicuntur Οὐαρδαῖοι. Verum, cum inter res malè olentes Bardaïcum militis, Martialis ponat; incertum, utrum de calceo intelligat, an de cucullo? verum *cucullos* etiam pedum invenio appellatos, qui *cucullopedones*, & *pedocuculli* dicebantur. horum habetur mentio in Notis Tironis & Senecæ. Sic Græcis πῖλος & pedum & capitis dicitur. & apud Hesiodum πῖλοι etiam sunt *pedules*. Similiter Latinis *cudo* utrumque significabat, & galerum vel pileum, & pedule. nam *cudo* est πῖλος, à cudendo. *cudere* autem est ferire & tundere. hinc quod tundendo & feriendo ex pilis coactis & conciliatis quasi cuderentur, dicti cudones. *udones* tamen pro cudonibus de pedulibus dixere. sed udo & cudo idem. *Salmasius.* Turneb. lib. 25. cap. 24. *Evocati.*] Veterani & emeriti militis, qui expletis stipendiis, gratia tamen vel mercede evocabatur ad militiam.

Quod bis murice vellus inquinatum,
Quod jejunia sabbatariorum,
Mœstorum quod anhelitus reorum,
Quod spurcæ moriens lucerna Ledæ,
Quod ceromata fæce de Sabina,
Quod vulpis fuga, viperæ cubile,
Mallem, quam quod oles, olere Bassa.

6. *Bis murice, &c.*] *Vestes murice olidas*, dixerat epigr. 50. lib. I. à lorio fortasse quo temperabatur purpura, quod innuere videtur. Plinius lib. 9. cap. 34. & hoc nomine Philænim purpureis delectaram vestibus, arguit l. 9. epig. 69. virii non absimilis illius quod Bœtico objicit epigr. 76. lib. 3. Vide & Turneb. Adverſ. lib. IX. cap. 5.

7. *Jejunia sabbatariorum mœstorum, &c.*] Judæi sabbara religiosissime colebant & dies septimanæ à sabbato numerabant. *fœtentes* eos appellat Am. Marcellinus lib. 2. ob jejunia quæ quidem religiosius observabant; jejunis autem non raro fœtet anima, ut & quibus cura & solicitudine avocatur stomachi calor, quo minus coquatur cibus.

9. *Moriens lucerna.*] Dum extinguitur aut moritur. *The snuffe.* *Ledæ.*] Al. *tedæ.* quod non probo. retineo *Ledæ*, id est mererricis, ut lib. 3. epigr. 81. prostabant autem meretrices ad lucernas. Horat. Satyr. 7. lib. 2. Juvenal. ſat. 6. ℣ſ. 132.

10. *Ceromata fæce, &c.*] Unguenta ex luto & oleo quo luctantes ungebantur, epigr. 57. lib 3. ℣ſ. 25. seu amurca olei Sabini, quæ male olebant.

11. *Fuga, viperæ.*] Per Metonym. Pro lotio à vulpe fugiente in canes urgentes fuso. *Cubile.*] Quod & male olet.

12. *Mallem, quam quod, &c.*] Colinæus legit, *Malles*, sed minus rectè. *Quam quod oles, &c.*] Illa omnia à corruprione, tu ab interno, nec nominando vitio graveolentiam hanc contraxisti. Et non tantum dicit, gravius illum olere, his omnibus quæ enumeravit: sed quod ea ipsa mallet olere, quam quod olet.

Ad Fabianum. V.

Vir bonus & pauper, linguaque & pectore verus,
Quid tibi vis, urbem qui, Fabiane, petis?
Qui nec leno potes, nec comissator haberi,
Nec pavidos tristi voce citare reos:
Nec potes uxorem cari corrumpere amici:

Nec

1. *Vir bonus & pauper, &c.*] Brevis satyra est hoc epigramma, quo lepido figmento carpir Romanorum mores: fingit enim Fabianum pauperem, bonum & simplicem virum, Romam petere; ubi non erat locus hujusmodi moribus, prædicitque ei fore, ut nunquam dives sit futurus. *Ram.* Vide ep. 38. l. 3.

3. *Qui nec leno.*] Qui nec prostituere servos, servasque ad quæstum potes, &c. *Comissator haberi.*] Gulo immodicus & popino.

4. *Nec pavidos, &c.*] Nec fungi officio præconum, qui fere scurræ.

6. *Arri-*

Nec potes algentes arrigere ad vetulas:
Vendere nec vanos circa Pallatia fumos:
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.
Unde miser vives? homo fidus, certus amicus.
Hoc nihil est. nunquam sic Philomelus eris.

6. *Arrigere ad vetulas.*] Quæ *optima summi Nunc via processus, &c.* Juvenal. Satyr. 1. ℣ſ. 39. *Algentes* dixit, quod jam penè extincto naturæ calore algeant anus: ut ſuprà de Vetuſtina lib. 3. epigr. XCII.

Regelare nec te peſtilentia poſſit.

7. *Vendere nec vanos, &c.*] Principis benevolentiæ ſpem pretio vendere, quod faciunt aulici commendationis officia ementiti. vide Lamprid. in vita Heliogabili de Zotico & in vita Alex. Severi de Thurini Voconii ſupplicio. Tum etiam, res inanes, mendacia gerras, logos, nugas tractare & narrare, eſt *fumos vendere.* & pro *citra*, alii *circum* legunt.

8. *Plaudere.*] Citharœdi enim quum placebant, plauſu excipiebantur. *Cano, Glaphyro.*] Choraulæ, nec Citharœdo, qui tum in pretio, epigr. 4. lib. 3.

9. *Unde miser vives?*] His artibus honeſtis, quibus in urbe locus nullus, hic non vives: niſi caſu vivere potes; ut dixit ſupra de Sexto: *Si bonus es, caſu vivere Sexte potes. Homo fidus, &c.*] *Ex perſona Fabiani.* dicentis, *Homo fidus* ſum, *certus amicus*, amabor ab omnibus.

10. *Hoc nihil eſt.*] *Poëta reſpondet. Nunquam, &c.*] Ex honeſtis artibus nunquam attinges cenſus Glaph. citharœdi. epigr. 4. lib. 3. Philomelum ergo poſuit pro citharœdo ditiſſimo: de quo ſupra lib. 3. epigr. 31.

Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

* In Maliſianum. VI.

Credi virgine caſtior pudica,
Et frontis teneræ cupis videri,
Cum ſis improbior, Maliſiane,
Quam qui compoſitos metro Tibulli,
In Stellæ recitat domo libellos.

* Maliſianum, vel ut alii volunt Maſſilianum, qui ſimulabat pudicitiam & caſtitatem, quum improbus omnino eſſet, carpit, & comparat cum quodam Elegiarum recitatore improbiſſimo. *Ramireſ.*

2. *Teneræ, &c.*] Non perfrictæ, ſed qualis teneræ eſt ætatis, integræ, caſtæ, pudicæ.

4. *Quam qui compoſitos.*] Quam neſcio quis recitator elegiarum. ſunt qui hic perſtringi putant Arginum Stellæ puerum. de quo epigr. 14. lib. 7. ſed non veriſimile. *Metro Tibulli.*] Elegiaco. vel puro Jambico quo Tibullus Priapeja quædam ſcripſit.

5. *In Stellæ recitat, &c.*] Hoc intelligi volunt de Stellæ puero quodam formoſo, qui domini verſus recitare & aſſiduè cantillare ſoletet. Sed ego exiſtimo poëtam, aliquem notæ improbitatis, hic perſtringere. Recitari in alienis ædibus conductis vel commodatis ſolitum eſt. *Maculonus commodat ædes.* Juvenal. Sat. 7. Nec ædes alienas mutuabantur ſolum, verum & auditorium exſtruebant & inſtruebant, conductis ſubſelliis. Juvenal. ibid. *Herald.*

* Ad Hyllum. VII.

Cur here quod dederas, hodie, puer Hylle, negasti?
Durus tam subito, qui modo mitis eras?
Sed jam caussaris barbamque, annosque, pilosque:
O nox quam longa es, quæ facis una senem!
Quid nos derides? here qui puer, Hylle, fuisti,
Dic nobis, hodie qua ratione vir es?

* Accusat Hylum puerum inconstantiæ, qui quod uno die dederat, sequenti negavit; caussabatur annos barbamque quæ emeritum jam facere debebant eum. Hoc factum esse una nocte ridet Poëta. *Ramires.*

1. *Here.*] Heri epigr.44.lib.1.ỳs.1. *Quod dederas, &c.*] Tui copiam.

3. *Barbamque, annosque, pilosque.*] Quæ te emeritum reddiderint.

5. *Puer, &c.*] Patiendo.

6. *Vir es?*] Faciendo, ut ep.42. infra.

* Ad Euphemum. VIII.

Prima salutantes atque altera continet hora;
Exercet raucos tertia caussidicos.
In quinctam varios extendit Roma labores:
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava palæstris;
Imperat exstructos frangere nona toros.

Hora

* Petit ab Euphemo exstructore mensæ Domitiani, ut sua carmina legi jubeat Imperatori, commodissimo tempore, id est, hora cœnæ, quum jam ceperit incalescere mero: quod ut faciat, præmittit horarum ante cœnam, totius diei distributionem *Ramires.*

1. *Prima.*] Prima quæ illucescentem excipit diem artificialem; & secunda, qua portabatur molestum illud Ave, de quo in multis sup. epigrammatis dictum, & sæpius dicendum. De antiquorum horis vide Raderum in hoc epigramma. *Salutantes.*] Clientes salutantes patronos. Juv. Sat. 1. ỳs. 127. *Hora.*] Inæqualis, planetaria.

2. *Exercet, &c.*] Tertia aguntur caussæ.

3. *Varios labores.*] Suas quisque occupationes.

4. *Sexta quies lassis, &c.*] Interjungunt qui lassi sunt sexta, opus resumpturi septimâ finiendum. Quietem ergo à labore usurpabant non omnes hora sexta; sed tantum lassi, qui velut interjungebant usque ad septimam; à septima in octavam hi lavabantur: quamvis in hoc epigrammate nulla lotionis mentio. Ab octava in nonam palæstritæ se exercebant, quorum exercitationi aderant frequentes spectatores usque ad nonam, qua monebantur cœnatum ire. *Ramires.*

5. *Nitidis, &c.*] Exercitationibus & balneis. quorum, æstate, octava; hyeme, nona erat hora. Plinius l.3.c.1.

6. *Exstructos, &c.*] Lectos sternere, & toros compositos disturbare iis insidendo, id est, cœnare. nona quidem, æstate: hyeme, decima. Alii, *excelsos.*

7. *Hora*

Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum;
Temperat ambrosias cum tua cura dapes;
Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar,
Ingentique tenet pocula parca manu.
Tunc admitte jocos: gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Jovem.

7. *Hora libellorum, &c.*] Saturis & mero jam incalescentibus lectitare inter pocula usitatum. petit itaque Poëta ab Euphemo mensæ Domitiani modiperatore vel extructore, ut opportuno hoc tempore, sua carmina Imperatori offerat.

8. *Temperat.*] Veluti modiperator & structor infers, quando & quoties tibi visum. *Ambrosias, nectare, &c.*] Deum insinuat Domitianum, adulatorie, vinum illi & dapes Deorum attribuens.

10. *Ingentique, &c.*] Cæsarea, divina, & ἀντίθετον τοῦ *parca*, id est, modica: & Domitianum palpat, quasi parce biberet.

11. *Tunc admitte jocos.*] Hæc hora est & tempus legendi jocosorum carminum. epigr. 19. lib. 10. vs. 19. *Gressu timet, &c.*] Veretur jocosa mea florida & conviviis apta Musa libere aggredi divinum Imperatorem, rebus seriis & gravibus occupatum matutino tempore, & ante cœnam. Alii leg. *gressum metire licebit.* alii *licenter*: alii denique *gressu metire licenti.*

* In Fabullam. IX.

SOtæ filia Clinici, Fabulla,
Deserto sequeris Clitum marito,
Et donas, & amas, ἔχεις ἀσώτως.

* Fabulla quædam Sotæ medici filia, deserto marito, qui cum eam pater conjunxerat, sequebatur Clytum quendam mœchum, quem perdite amabat, & luxuriose cum eo vivebat. Utiturque joco in ambiguo, in adverbio ἀσώτως, quod significat *prodigaliter.*

1. *Sotæ filia, &c.*] Pater tuus ex re nactus est nomen Sotam, ut qui alios ad salutem arte sua restituerit. vide quam tu degeneres à patre, quæ deserto marito mœchum sequuta ἀσώτως ἔχεις, & salute tua neglecta te is perditum. quid sit ἄσωτος docet Arist. 4. Ethic. Nicomed. cap. 1. Itaque ἔχεις ἀσώτως, est, geris te non ut filia Sotæ: at propriè, geris te ut prodiga & luxuriosa. Patrem autem *Clinicum* nominavit, id est, medicum, ut supra dictum lib. 1. epigr. 13. *Ramires.*

* Ad Faustinum. X.

DUm novus est, neque adhuc rasa mihi fronte libellus,
Pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer,

* Recens compositum opus Faustino familiari suo mittit; quod velut inelaboratum, non stilo emendandum, sed spongia delendum totum ait, si corrigendum sit. *Rad.*

1. *Neque adhuc rasa.*] Nondum pumice levigatus. lib. 1. epigramm. 67. vs. 10.

I puer, & caro perfer leve munus amico,
Qui meruit nugas primus habere meas.
Curre, sed instructus; comitetur Punica librum
Spongia: muneribus convenit illa meis.
Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
Emendare jocos: una litura potest.

4. *Nugas, &c.*] Carmina hæc mea. *modeste.*

5. *Curre, &c.*] Al. *Curre; sed instructum comitetur pumice librum Spongia:* ut vel probatus pumice poliatur; vel damnatus spongia deleatur. *Punica.*] Quoniam ex Africa præstantiores spongiæ mittebantur. Plin. lib. 9. cap. 45.

8. *Una litura potest.*] Emendationi libri mei melius consules, cuncta simul delendo, quam singula corrigendo. primas autem meditationes membranis codicillis ac pugillaribus veteres inscribebant, quas correctas in chartas transcribebant, vel improbatas spongia delebant. unde jocose Augustus respondit, tragœdiam suam Ajacem *in spongiam incubuisse.* Suet. cap. 85. Augustus Σπόγγος, ἀκεστορίη πλαζομένης γραφίδος.

In Ant. Saturninum. XI.

DUm nimium vano tumefactus nomine gaudes,
Et Saturninum te miser esse pudet:
Impia Parrhasiâ movisti bella sub ursa,
Qualia qui Phariæ conjugis arma tulit.
Exciderat ne adeo fatum tibi nomine hujus,
Obruit Actiaci quod gravis ira freti?

An

1. *Dum nimium vano, &c.*] L. Antonius Saturninus Domitiani sævitia & verborum injuriâ (ut scribit Aurelius Victor) accensus, bellum civile in Germania superiori cui præsidebat movit, captus postea fuit & interfectus. arguit ipsum Poëta ab utriusque nominis omine id molitum fuisse; utrunque vero mali ominis & lethale extitisse.

2. *Saturninum te miser, &c.*] Antonius esse vis, non Saturninus. orbis totius imperium affectas, pudet esse præsidem tantum Germaniæ; quasi dicat, Saturninum voluisse Antonium esse, Antonium noluisse Saturninum: cum tamen idem fuerit Antonius Saturninus. Saturninus autem Tribunus plebis tantum fuerat; Antonius autem Triumvir, totumque orbem cum Augusto & Lepido diviserat. De seditionibus Saturnini, vide Florum l. 3. c. 16. *Rad.*

3. *Parrhasiâ movisti, &c.*] In Germania quæ Septentrionem spectat, ubi Calisto Lycaonis filia à Parrhasia urbe Arcadiæ in ursæ majoris sidus versa fulget.

4. *Qui.*] Antonius triumvir. *Phariæ, &c.*] Cleopatræ reginæ Ægypti, cujus Pharos insula.

5. *Exciderat ne adeo, &c.*] An non meministi quam malo omine tibi foret imitandus Antonius, qui ad Actium Epiri promontorium ab Augusto navali prælio devictus cum Cleopatra fugit in Ægyptum, ubi se interfecit?

6. *Ira freti.*] Per Metonym. quia iratum ferebat Cæsarem.

7. *An*

An tibi promisit Rhenus, quod non dedit illi
Nilus, & Arctois plus licuisset aquis?
Ille etiam nostris Antonius occidit armis;
Qui tibi collatus, perfide, Cæsar erat.

7. *An tibi promisit, &c.*] An tu Germaniæ viribus fretus sperasti victoriam, quam ille non assecutus est Ægypti copiis nixus? *Rhenus.*] Mallem, inquit Raderus, pro Rheno posuisset Danubium, ad quem prælium est factum, ut Sueton. testatur: sed quia Rhenus est in Germania, flumen pro flumine posuit.

8. *Arctois aquis.*] Fluminibus Germaniæ.

9. *Ille, &c.*] Emphatice. ille triumvir tibi præsidi collatus videri posset Imperator, victus tamen. de Gressio moliente quiddam altius quam ipsum decuit, idque ἀλόγοις ἀστρολόγοις freto, vide ep. Pallada Anthol. l. 2. c. 48. Pro *Ille etiam*, Gruterus mallet, si liceret per membranaceos, *Ille tamen.*

In Thaidem. XII.

NUlli, *Thai, negas. sed si te non pudet istud,*
Hoc saltem pudeat, Thai, negare nihil.

2. *Negare nihil.*] Omni impudicitiæ generi expon. ep. 81. & 72. lib. 12. & ep. 50. lib. 11.

* Ad Rufum de nuptiis Pudentis, & Claudiæ Peregrinæ. XIII.

CLaudia, *Rufe, meo nubit Peregrina Pudenti:*
Macte esto tedis ô Hymenæe tuis.
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Theseis tam bene vina favis.

Nec

* Felix connubium precatur Pudenti & Claudiæ. Scribend. *Peregrina.* est enim proprium istius mulieris nomen. *Rutgers.*

1. *Meo, &c.*] Amico. infra epigr. 29. & lib. 7. ep. 96. & lib. 6. ep. 58. &c.

2. *Macte esto, &c.*] Auctus esto, novorum honorum nuptialium cumulo. Verbum ergò sacrorum est, κατ' εὐφημισμὸν dictum, quasi magis auctum. Quoties enim tus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant, *mactus est taurus vino vel thure*, hoc est, cumulata est hostia & magis aucta. Inde ad eos, qui virtute vel honoribus aucti sunt, transfertur. *Rad.* *Hymenæe tuis.*] Nuptiarum præses. Ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν ὅτι ἐν συνοικίζει ἀνὴρ γυναικί. Vel à membranula illa, quæ Virginibus in primo Veneris aditu rumpitur. Alii ad historiam de Hymenæo quodam Argivo referunt, & ab ejus (quod virginibus Atticis à Pelasgis raptis præstiterat) subsidio, institutum ferunt hymnum; qui *Hymenæus* dicitur, qualis Romanis *Thalassio.* Farnab.

3. *Tam bene rara, &c.*] Quam suaviter misc. cin. nardo, &c. tam feliciter jungitur Claudia Pudenti.

4. *Massica Theseis, &c.*] Quam dulciter

Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi,
Nec plus lotos aquas, litora myrtus amat.
Candida perpetuo reside, Concordia, lecto,
Tamque pari semper sit Venus æqua jugo.
Diligat illa senem quondam: sed & ipsa marito,
Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus.

citer in mulso conficiendo miscetur Massicum seu Falernum melle Attico. Heraldus vult, non mulsum inde fieri; sed Falernum seu vinum fortius & asperius, melle tantum temperari: idque docet ex Virgil. IV. Georg.

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia quantum;
Et liquida & durum Bacchi domitura saporem.

Thesei.] Atticis. Theseus autem Atheniensium rex.

5. *Nec melius, &c.*] De ulmi & vitis amicitia, præter Poëtas qui passim vites ulmis maritant, Plin. libro 16. cap. 18.

6. *Lotos aquas.*] Arbor, de quo Hom. Odyss. 9. & ibidem Eustath. ex Herodoto. Ut non immeritò, socios Ulyssis, gustata loto, noluisse redire in patriam scribat. Nata etiam inde parœmia, *Lotum gustavit. Litora, &c.*] *Litora myrtetis gratissima.* idonea etiam ad connubia: nuptiis enim præest Venus, & myrtus sacra Veneri.

8. *Tamque, &c.*] *Sique voles apte nubere, nube pari.*

9. *Diligat, &c.*] Vide Ausonii ep. 18.

* Ad Silium. XIV.

SIli Castalidum decus sororum,
Qui perjuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosque
Astus Hannibalis, levesque Pœnos
Magnis cedere cogis Africanis:

Paul-

* Mittit sua carmina ad Silium Italicum, celeberrimum Punici secundi belli scriptorem; qui Consul Romæ in Asia proconsul fuit: petitque ab eo, laudato prius, ut deponat severitatem ad legendos lascivos libellos, suadere ad id Saturnaliorum dies. *Ramiresf.*

1. *Sili.*] Poëta de quo vide Plin. Jun. epist. 7. lib. 3. & nostrum epigr. 64. lib. 6. & epigr. 62. lib. 7. & 51. lib. 11. *Castalidum, &c.*] Musarum frequentantium fontem in radicibus Parnassi, in quem, Castalia virgo Apollinem fugiens, versa est.

2. *Qui perjuria, &c.*] Qui forti & sonoro epico carmine scribis bellum Punicum secundum. quod opus extat. Pœni autem semper fœdifragi, crudelis Hannibal.

4. *Astus.*] Al. *Fastus. Levesque Pœnos.*] Incertæ fidei, unde in proverbium abiit, *Punica fides.*

5. *Cedere cogis.*] Graphice depingis eos coactos cedere. sic Horat. lib. 1. ult. sat. *Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona.* Id est, dum Memnona fingit jugulatum. *Africanis.*] Scipioni utrique. quorum alteri debellata, alteri deleta Carthagine, cognomen inditum Africani.

6. Pan-

Paullum ſepoſita ſeveritate :
Dum blanda vagus alea December
Incertis ſonat hinc & hinc fritillis,
Et ludit Popa nequiore talo,
Noſtris otia commoda Camœnis.
Nec torva lege fronte, ſed remiſſa
Laſcivis madidos jocis libellos.
Sic forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

6. *Paulum ſepoſita.*] Rogat, ut Saturnalibus legat ſua carmina, depoſito ſtudio aeriore. *Rad.*

7. *Vagus alea December.*] Propter licentiam ludorum, & libertatem in Saturnalibus. *Blandam* vocat, quod homines blandè alliciat.

8. *Incertis,&c.*] Pyrgis ſeu turriculis ligneis corneiſve intus gradatim aſperis, è quibus excutiebant aleas, ne fraus fieret fortunæ aleas componendo, *by cogging the dice.* ideo additum epitheton *Incertis.* epigr. 16. lib. 14.

9. *Popa.*] Ita Seriverius è codd. reſtituit, cui velificatur MS. Bodleianus. *pompa* à librario perperam ſcripto pro *Popa.* eum vulgo habeatur *rota :* alearorum, credo, circumſtantium corona. *Nequiore talo.*] Mera manu jacto, abſque fritillo. vel *nequiore*, quod talis luſum eſt pro fœminis. vide Junii animadverſ. lib. 2. cap. 4. vel quia talorum ratio ad libidinis pruriginem aliquid faciat, ut docet idem Junius libro 4. Animadverſ. cap. 13.

10. *Otia.*] Saturnalia ſc. quibus legas meas nugas.

11. *Torva fronte.*] Cenſorio ſupercilio, triſti fronte.

12. *Madidos.*] Tinctos ſalibus. *Jocis libellos.*] Meis carminibus jocoſis.

13. *Sic forſan tener,&c.*] Virgilio non potuit. quem multò ætate præceſſerat. verum hoc fingit Martialis, tum ut ſe Catullo, tum ut Virgilio Silium conferret, qui Maronem diligenter imitatus eſt, & natalem ejus aramque religioſiſſime coluit. epigr. 51. lib. 11. Plin. lib. 3. epiſt. 7. lege itaque *auſus & Catullus*, hac mente; Si forte etiam Catullus, ſi vixiſſet coævus Virgilio, ut tibi ego, auſus fuiſſet mittere ſuos hendecaſyllab. &c. *Tenerum* appellat propter molliſſimos verſus. Notiſſimus eſt Catulli paſſer : de quo jam ſuprà dictum, lib. 1. epigr. 8.

Ad Cæcilianum. XV.

MIlle tibi nummos heſterna luce roganti,
In ſex aut ſeptem, Cæciliane, dies.
Non habeo, dixi : ſed tu cauſſatus amici

Adven-

1. *Nocte roganti.*] Al. *Luce.* Stolidum irridet Cæcilianum, quinque millia petentem, cui mille ſint negati: Miratur Gruterus quare hic *nocte* ſubſtituerint alii, quum alterum habitet in MSS. omnibus.

3. *Non habeo, &c.*] Negavi me habere, non quod non haberem, ſed ne tibi creditos perderem. quod ſi tu vel tam ſtupidus fueris vel eſſe te ſimulaveris ut hoc non ſentias : ego tamen non ita ſtultus qui tibi credam vaſa 5000. H. S. pendentia, cui negavi 1000. H. S.

* Cri-

Adventum, lancem paucaque vasa rogas.
Stultus es? an stultum me credis, amice? negavi
Mille tibi nummos: millia quinque dabo?

* In Gallum. XVI.

PRivignum non esse tuæ te, Galle, novercæ
Rumor erat, conjux dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat vivo genitore probari.
Jam nusquam pater est, Galle; noverca domi est.
Magnus ab infernis revocetur Tullius umbris,
Et te defendat Regulus ipse licet:
Non potes absolvi: nam quæ non desinit esse
Post patrem; nunquam, Galle, noverca fuit.

* Criminationem continet hoc epigramma in Gallum quendam, quod rem cum noverca vivo patre habuisset, & eandem mortuo patre retineret: desumit conjecturam ab eo, quod contrà consuetudinem omnium privignorum, novercam domi retineret. *Ramiresf.*

1. *Privignum, &c.*] Suspicio & rumor erat tibi, patre vivo, plus officii seu commercii fuisse cum noverca, quam quod privignum deceret.

3. *Non tamen, &c.*] Vide ep. 75. l. 1.

4. *Nusquam, &c.*] Mortuus est. ultra morem tamen novercam domi tuæ retines.

6. *Te defendat, &c.*] Per adulationem Ciceroni æquiparat in causis dicendis Regulum. de quo sæpe supra.

7. *Nam quæ, &c.*] Rara privignis cum novercis concordia. cum itaque elato patre novercam feras, certe propior illi eras quam privignus.

Ad Paullum. XVII.

FAcere in Lyciscam, Paulle, me jubes versus,
Quibus illa lectis rubeat, & sit irata.
O Paulle, malus es: irrumare vis solus.

3. *Malus es, &c.*] Malo animo & dolo facis hoc, ut me rivali excluso, solus fruaris Lycisca.

* De puero stillicidio jugulato. XVIII.

QUa vicina pluit Vipsanis porta columnis,
Et madet assiduo lubricus imbre lapis,

In

* Describit miserandum pueri casum, qui decidente stiria jugulatus est.

1. *Pluit porta.*] Capena. ep. 47. l. 3. ℣. 1. *Vipsanis.*] De Vipsana porticu, centum columnis suspensa, dictum est ad epigr. 19. lib. 3. Etiam ejus porticus meminit Plutarch. in Galba. τὸ δ' Ἰουλίου πέσματος ἐν τῇ καλουμένῃ παστάδι Βιψανίᾳ στρατοπεδεύοντος. Porticus hæc à M. Vipsanio Agrippa constructa. ep. 109. lib. 1. ℣. 2. & ep. 14. lib. 2. ℣. 9.

2. *Lubricus lapis.*] Lapis stratus, pavimentum, area.

In jugulum pueri, qui roſcida tecta ſubibat,
Decidit hiberno prægravis unda gelu:
Cumque peregiſſet miſeri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener.
Quid non ſæva ſibi voluit Fortuna licere?
Aut ubi mors non eſt, ſi jugulatis aquæ?

3. *Tecta ſubibat.*] Al. *Templa.*
4. *Prægravis unda gelu.*] Stiriæ *Periphraſis.*
5. *Cumque, &c.*] Cumque occidiſſet miſerum puerum.
6. *Tabuit in calido vulnere mucro tener.*] Soluta eſt calore vulneris Stiria cujus acies non ſecus atque ferri, puerum jugularat.
8. *Si jugulatis aquæ.*] Si quæ natura molles ſunt aquæ, etiam jugulent. Antholog. lib. 1. cap. εἰς δυσπραγίας & 3. Antholog. Flacci de Thrace puero, epigr. habes huic geminum.

De endromide. XIX.

HAnc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet;
Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromida.
Seu lentum ceroma teris, tepidumve trigona,

Sive

Mittit ad amicum endromidem, quam deſcribit à nomine, loco, & effectis, id eſt, uſu. Et de ea lib. 14. epigramm. 126.

1. *Hanc tibi, &c.*] Veſtem hanc craſſam, hirſutam & villoſam, textam à fœmina Sequanica, *Burgundica. Textricis.*] Lanificium apud veteres, fœminarum fuiſſe, notiſſimum eſt. *Alumnam* vocat eam veſtem, eleganti metaphora; quod quemadmodum alumnæ à nutricibus alerentur & educerentur; ſic & pannus à textrice augebatur & educebatur. *Ram.*

2. *Quæ Lacedæmonium, &c.*] A Græcis nomen ejus fluxit una cum uſu, qui, calefactis curſu, palæſtra, ſphæra, erat, ne refrigeſcerent; quamvis à Gallis (qui tum Romanis *barbari*) copioſe Romam mittantur hæ veſtes.

3. *Sordida.*] Inelegans, uncta, craſſa, pinguis.

4. *Peregrinam, &c.*] Gallicam, ut modo 2. *Endromida.*] Ex ἐν & δρόμος videtur deducta, ratione modo dicta in ℣ſ. 2. quod eo genere veſtis, ἐν δρόμῳ, id eſt, in curſu & palæſtra uterentur.

5. *Seu lentum, &c.*] Seu luctam & palæſtram exerceas. vide epigr. 57. l. 3. ℣ſ. 4. Incipit narrare endromidis utilitates: prima, ut poſt luctam ea tegi poſſit, ne aëris frigiditate poſt ſudorem lædatur. Tum ut poſt pilæ ludum idem poſſit præſtare. *Ceroma* ergo eſt unguentum ex oleo, cera & pulvere. *Lentum.*] Molle aut viſcoſum. *Teris.*] Luctando atteris affrictum corpori. *Rad. Tepidumve.*] Quod ludentes eo in calorem ſolvat. *vel* quod ipſa pila frequenti agitatione tepeſcat, caventibus qui ludebant ne manu excideret. & ſic pila ludentium & ſudantium manu tepefacta. epigr. 84. lib. 12. an forte quod hac ludebant in ſphæriſterio calido: ut vitrea illa in thermis? Pilæ

Sive harpasta manu pulverulenta rapis:
Plumea seu laxi partiris pondera follis:
Sive levem cursu vincere quæris Atham.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Neve gravis subita te premat Iris aqua:
Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres:
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.
Dicit se vetulam, cum sit Cærellia puppa:
Puppam se dicit Gellia, cum sit anus.
Ferre nec hanc possis, possis, Coline, nec illam:
Altera ridicula est, altera putidula.

De

apud Græcos & Romanos quatuor genera. 1. *Trigonalis*, parva, quam tres lusores figura trigonem exprimente distincti sibi invicem reddebant. 2. *Harpastum*, parva item pila è corio facta, quam solo repercussam, *at the rebound*, raptam revocabant, unde nomen ab ἁρπάζω. 3. *Follis*, magna pila, ex aluta confecta, si major, brachiis; si minor, pugnis impelli solita. 4. *Paganica*, qua in pagis ludebatur. epigr. 31. lib. 7. & epigr. 45. lib. 14. de pilarum lusu videndus Mercurialis in arte gymnastica, & Faber l. 1. c. 6. Agonostic.

6. *Pulverulenta.*] Dum ad terram decidit & saltu assurgit. modo 1. *Rapis.*] Hoc ad nomen harpasti, & legem ludi, ut modo 2.

7. *Plumea seu laxi.*] Levia. vento enim distendebatur follis. *Laxi.*] Magni, lati. Paganica quidem pluma farciebatur. de folle non constat. *Partiris, &c.*] Advertis & metiris motum & cursum follis plumei & levissimi, ita ut scias quantum spatii missus follis decursurus sit. Acuta antithesis, *pondera plumea*, id est, levissima: ponunturque *pondera* pro motibus ipsius follis, id nosti probè ubi follis cadat.

8. *Atham.*] Puerum levem & cursu velocem. vide Plin. lib. 7. cap. 20. & Alex. Neap. lib. 2. cap. 21. nomen fictum à Poëta, Atta enim est qui terram leviter attingit. Festus.

9. *Ne madidos.*] En usum Endromidis, defendit frigora & pluvias à corpore.

10. *Iris aqua.*] Pluvia, cujus Iris nuncia.

11. *Ridebis ventos, &c.*] Ut supra epigr. 3. ℣. 5.

12. *Tyria.*] E Tyro, vel purpura Tyria tincta. ut epigr. 16. lib. 2. ℣. 3. *Sindone, &c.*] Amictu ex subtilissimo linteo. סדין. *Tutus.*] Alii legunt *cultus*, minus benè.

13. *Cærellia.*] Duo in duabus fœminis contraria vitia reprehendit: alterum Cærelliæ, quæ cum esset puppa, id est, adolescentula & tenera, se vetulam dicebat: alterum Gelliæ, quæ cum reapse esset anus, se vocabat puppam, & teneram fingebat gestu & voce. *Ramiresius.* *Puppa.*] Puella. Pupus, pupulus & pupillus, puerilia & blandæ appellationis nomina. *Ruegers.*

16. *Altera ridicula est.*] Gellia, quæ anicula capularis, vocem & gestus effingit puellæ. *Altera putidula.*] Cærellia, quæ puella, gravitatem affectans anilem, se fastidio exponit.

Cujus-

De Selio. XX.

NUllos esse Deos, inane cælum
Affirmat Selius, probatque; quod se
Factum, dum negat hoc, videt beatum.

Cujusdam Selii taxat impietatem, qui cum Diagora negabat ullos esse Deos; & magis impiam adducebat impiæ sententiæ rationem, quod dum negaret Deos, se divitem factum esse videret.

1. *Inane cælum.*] Diis vacuum, *Vel*, rem inanem.

2. *Probatque; quod se Factum.*] Quod feliciter sibi ἀθέῳ res cedere videat. vide Senec. lib. *Quare bonis viris mala accidant, &c.* & Ciceron. 3. de Nat. Deor. de Harpalo, & Dionysio.

3. *Beatum.*] Divitem.

De Cleopatra. XXI.

PRimos passa toros, & adhuc placanda marito,
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus;
Dum fugit amplexus: sed prodidit unda latentem,
Lucebat totis cum tegeretur aquis.
Condita sic puro numerantur lilia vitro:
Sic prohibet tenuis gemma latere rosas.
Insilui, mersusque vadis luctantia carpsi
Basia: perspicuæ plus vetuistis aquæ.

Ad

Describit luctam quandam Veneream, quam habuit cum Cleopatra uxore in balneis post primos congressus.

1. *Primos passa toros, &c.*] Devirginata, & subirata mihi marito ceu corruptori, fugit in aquas. *Et adhuc placanda.*] Sic enim natura comparatum est, ut quæ nuper mulieres factæ sunt, pudicitiæ caussa subiratas se ostendant corruptoribus, quamvis maritis, à quibus mutuis blanditiis placari solent. *Ramiresi.*

5. *Numerantur lilia, &c.*] Translucent adeo ut numerari possint: flores autem per dies aliquot in vitris voluptatis causa servabantur.

6. *Gemma, &c.*] Vitrum pellucidum referens crystallum gemmasve, epigramm. 68. lib. 8. & lib. 14. epigr. 110. Et pro *teneras* Scriv. leg. *tenuis*.

7. *Luctantia, &c.*] Ab illa reluctante, quod subirata: vel quod *facili sævitia negaret Quæ poscente magis gaudeat eripi*. Horat. ode 12. lib. 2.

8. *Perspicuæ plus, &c.*] Ne plene me illi conciliarem, progressus ad *cætera quis nescit*: perspicuitas vel humiditas aquarum fuit impedimento. *Plus vetuistis.*] Scilicet, ne ultimam amoris lineam pertingerem, neve oscula quinta parte Venerei nectaris imbuta carperem. Τὸ *plus*, in re amorum, idem est Martiali, quod Ovidio, *cætera*.

Oscula qui sumpsit, si non & cætera sumpsit, &c.

Ad Thaliam, de Brutiano. XXII.

Dum tu lenta nimis, diuque quæris,
Quis primus tibi, quisve sit secundus;
Grajum quisve epigramma comparabit:
Palmam Callimachus, Thalia, de se
Facundo dedit ipse Brutiano.
Qui si Cecropio satur lepore,
Romanæ sale luserit Minervæ:
Illi me facias, precor, secundum.

Leustricum Brutianum optimum & integerrimum virum, testimonio Plinii Junioris lib. 6. epigr. 22. laudat, ut Poëtam elegiacum & Epigrammatarium Græcum: præfertque eum nobilissimo Poëtæ Callimacho. & optat, ut, si Epigrammata Latina scribat, secundus ipse ab eo numeretur.

1. *Tu lenta, &c.*] O Thalia, supra epigramm. 8. ℣s. 12. *Quæris.*] Deliberas.

3. *Grajum.*] Alii leg. *Gratum.*

4. *Palmam Callimachus, &c.*] Callimachus nobilis Poëta Græcus, etiam in Græcis primas cedit Leustrico Brutiano nobili Romano, de quo Plin. Jun. lib. 6. epigr. 22.

6. *Qui si Cecropio, &c.*] Quod si Brut. se à Græcis ad Latina epigr. contulerit, facile primum eum agnoscam inter Latinos, sed ut illi secundus sim, tu ô Thalia mihi fave & adspira.

De Lycori, ad Fabianum. XXIII.

Omnes, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas
Extulit, uxori fiat amica meæ.

1. *Amicas.*] Æmulas. *Vel* λεσβιάδας, ἑταιρίστριας.

2. *Extulit.*] Ad rogum fato defunctas, *vel* veneno extinctas, ut sola frueretur amatoribus. *Uxori fiat amica meæ.*] Ut & mea moriatur, surculum volo ex hac arbore inquit Diogenes.

De litoribus Altini & Aquileia. XXIV.

Æmula Bajanis Altini litora villis,
Et Phaëtontei conscia sylva rogi;
Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupsit

Altini vicinum situm laudat, comparatione Bajarum, à fontibus, sylvis, lacubus; seseque extremum vitæ actum ibi transacturum dicit, si tamen sui juris futurus sit. *Rad.*

1. *Altini, &c.*] Oppidi illius Venetiæ litus, non cedens amœnitate Bajis.

2. *Et Phaëtontei rogi.*] Et lucus Pado vicinus, ubi in populos electra flentes, ob fratrem aurigam fulmine combustum, fingunt Phaëtontis sorores Heliades. Plin. lib. 3. cap. 16.

3. *Quæque Antenoreo, &c.*] Et nemora atque saltus (hoc enim innuit, citatis Dryade sylvarum & Fauno agrorum præsidibus) in quibus Antenor Troja profugus, fertur condidisse Patavium. Virgil. Æneid. 1.

4. *At*

Nupſit ad Euganeos ſola puella lacus:
Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo,
Hîc ubi ſeptenas Cyllarus hauſit aquas;
Vos eritis noſtræ portus, requieſque ſenectæ,
Si juris fuerint otia noſtra ſui.

4. *Ad Euganeos ſola.*] Pulcherrima ſeu unica nympha ad lacus Venetos ſeu Tarviſanos qui 23. numerabantur. *Sola*, hic eſt proprium nomen lacus ad radices collium Euganeorum, quem hodie indigenæ vocant, *la Solana*, ut vult Laur. Pignorius, epiſt. Symbol. xiv.

5. *Ledæo felix.*] Caſtor & Pollux Ledæ filii cum Argonautis Timavum prætervexere. Plin. lib. 3. cap. 18. *Aquileia.*] Urbs primaria Carnorum infra Forum Julii. Sed vide Cluverii Italiam, lib. 1. cap. 20. *Timavo.*] Fonte uberrimo, quem maris fontem appellant, quod tantus ſit, ut lacus aut fluvius videri poſſit.

6. *Septenas.*] Quod ſeptem oſtiis influat Timavus in mare. Virg novem, 1. Æneid. *fontem ſuperare Timavi Unde per ora novem, &c. Cyllarus, &c.*] Equus Caſtoris, epigr. 21. lib. 8.

7. *Vos eritis, &c.*] *Sit meæ ſedes utinam ſenectæ, &c.* Horat. ode 6. lib. 2. mortuus eſt tamen Martialis in Hiſpania.

8. *Si juris fuerint, &c.*] Si quando juris mei factus, me in libertatem & quietem aſſeruero.

Ad Poſthumum. XXV.

QUod te mane domi toto non vidimus anno,
Vis dicam, quantum, Poſthume, perdiderim?
Tricenos, puto, bis; vicenos ter, puto, nummos.
Ignoſces; togulam, Poſthume, pluris emo.

1. *Quod te mane, &c.*] Quod tibi toto anno non præſtiterim clientis togati ſalutantiſque officium; conſului magis togæ meæ, quam jacturam feci tuæ ſportulæ raræ: namque aſſiduis officiis attriviſſem togam, & accepiſſem à te tantum 120. H. S. quo pretio non emitur toga, epigr. 103. lib. 9.

Ad Cæſar. Auguſt. Domitianum. XXVI.

SÆpe meos laudare ſoles, Auguſte, libellos:
Invidus, ecce, negat: non minus ergo ſoles.
Quid! quod honorato non ſola voce dediſti,

Non

Urbane petit ab Imperatore munera, quod laudatus ſæpe ab ipſo ſit & donatus muneribus non contemnendis; cum tamen & laus, & munera laceſſerent invidorum maledicentiam; rogat Cæſarem, ut muneribus ſibi dandis, augeat invidorum dolorem. *Ramir.*

1. *Auguſte.*] Cæſar Domitian.

2. *Non minus ergo ſoles.*] Al. *Num minus ergo ſoles?*

3. *Non ſola voce, &c.*] Sed & muneribus juris trium liberorum, epig 91. & 92. & lib. 2. & dignitate Tribunitia & equeſtri, epigr. 94. lib. 3. & 6.

Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros corrodit lividus ungues.
Da, Cæsar, tanto tu magis, ut doleat.

5. *Corrodit, &c.*] Invidia & animi anxietate: Sollicitienim animi signum, unguium corrosio.

6. *Da, Cæsar, &c.*] Urbana & artificiosa mendicatio; ut non tam petere, cum maxime petit, videatur, quam ulcisci invidum.

Ad Chloën. XXVII.

Donasti tenero Chloë Luperco
Hispanas, Tyriasque, coccinasque,
Et lotam tepido togam Galeso,
Indos sardonychas, Scythas smaragdos,
Et centum dominos novæ monetæ,
Et quidquid petit usque & usque donas.
Væ glabraria, væ tibi misella:
Nudam te statuet tuus Lupercus.

Insectatur Chloën quandam, quæ Luperco amico profuse donabat sua; & enumerat multa & varia dona: monetque futurum ut nuda remaneat. *Ramires.*

2. *Hispanas, &c.*] Lacernas scilicet è lana Bætica, murice Tyrio & cocco tinctas.

3. *Lotam, &c.*] Epigr. 43. lib. 2. ℣. 2.

4. *Indos Sardonychas, &c.*] Indicos sardon. & Scythicos smaragdos.

5. *Dominos, &c.*] Aureos nummos, effigie domini Domitiani signatos. Al. *Numeros & nummos.*

7. *Glabraria, &c.*] Quæ te deglabras, spolias & expilas.

8. *Nudam, &c.*] Cave ne tuus hic amator Lupercus te reddat Lupercam, id est, nudam. *Lupercus.*] Erant autem Luperci sacerdotes Romulo & Remo destinati, qui Februariis discurrebant nudi per urbem, obviarum fœminarum manus hœdinis pellibus verberantes, quæ hoc ictu fœcundas se fieri credebant. Quum ergo hic adolescens Lupercus vocaretur, & Luperci sacerdotes nudi incederent, nudam relictum iri à suo Luperco ei minatur. Vide Juv. Sat. 2. ℣. 141. & quæ ibid. adnotavimus.

Ad Pudentem. XXVIII.

Obstat, care Pudens, nostris sua turba libellis:
Lectoremque frequens lassat, & implet opus.

Raræ

Multitudinem suorum librorum excusat, faterturque pulchriora quæ rara, idque multis probat exemplis: rogatque Pudentem, ut quemcunque librum legerit ex suis, unicum putet, quo pluris ab eo fiat, tanquam rarum. *Ram.*

1. *Obstat, &c.*] Libelli fortasse mei nimis multi, nocent gratiæ ipsorum, lectori fastidium parientes propter numerum. *Turba.*] Multitudo.

2. *Frequens opus.*] Frequentia Epigrammata.

3. *Raræ.*]

Rara juvant. primis sic major gratia pomis:
Hibernæ pretium sic meruere rosæ.
Sic spoliatricem commendat fastus amicam,
Janua nec juvenem semper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur Persius uno,
Quam levis in tota Marsus Amazonide.
Tu quoque de nostris releges quemcumque libellis,
Esse puta solum: sic tibi pluris erit.

3. *Rara.*] Quæ rara, cara. *Primis pomis.*] Ut primi fructus dulciores & chariores, ita gratiores, lib. 10. epig. 93.

Ut rosa delectat, metitur quæ pollice primo.

4. *Hibernæ.*] De hybernis rosis missis ex Ægypto ad Domitianum, exstat elegans Epigr. 80. lib. 6. & quo modo qui eas afferebant, invenerint summam copiam Romæ, quas quidem in pretio habebant, quod alieno tempore provenirent, essentque rariores quam in Vere. *Ramir.* Lib. 10. ep. 93. l. 6. ep. 80.

5. *Sic spoliatricem, &c.*] A raritate & caritate. *Fastus amicam.*] Superbum fastidium meretricis magnum poscentis pretium & amatorem rarius admittentis, facit ut majori in pretio sit & gratior. Ovid. Amorum lib. 1. eleg. 8. & de arte lib. 3. Sunt qui legant *Fastus*, male. *Fastus* enim hic est illa meretricum ars, qua fastidire fingunt amatores suos, quo acrius incendant.

7. *Sæpius in libro, &c.*] Gratior est parvus liber Satyrarum Persii, quam ingens volumen Marsi, quo bellum Herculis scripsit contra Amazonas, quod *Amazonida* inscripsit.

8. *Marsus Amazonide.*] Credo ego alium hunc fuisse Marsum ab illo Epigrammatographo, cujus meminit epistol. 1. & 7. lib. 28. & epigr. 98. & lib. 8. epigr. 56.

9. *Quemcumque.*] Antehac legebant *quæcunque*, minus bene. Sensus est: Quemcunque librum de meis in manus sumpseris, puta solum esse & velut unicum, illum lege & sic absque fastidio evolves & acumen capies, & me magni facies. *Rad.*

Ad Piscatorem. XXIX.

Bajano procul à lacu monemus
Piscator fuge, ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ,
Qui norunt Dominum, manumque lambunt Illam,

Celebrat Bajanos pisces Domitiano sacros: & monet piscatorem, ut procul ab eo lacu recedat; terretque eum ficta narratiuncula cujusdam Afri, qui dum hamo in eo lacu ausus esset piscari, repente captus oculis fuit. *Ramiref.*

2. *Nocens sacris, &c.*] Impius, sacrilegus, namque hîc sacri sunt pisces, Domitiano Deo dedicati, quos neque piscatori fas hamato ambire munere, neque coco in jus vocare. sed alibi item sacri habebantur quidam pisces. Oppian. & Ath. lib. 7. Ælian. lib. 12. Animal. cap. 2. Var. de re Rustica.

4. *Dominum.*] Domitianum.

Illam, qua nihil eſt in orbe majus.
Quid, quod nomen habent, & ad magiſtri
Vocem quiſque ſui venit citatus.
Hoc quondam Libys impius profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repente cæcus
Captum non potuit videre piſcem:
Et nunc ſacrilegos peroſus hamos,
Bajanos ſedet ad lacus rogator.
At tu, dum potes, innocens recede?
Jactis ſimplicibus cibis in undas,
Et piſces venerare dedicatos.

5. *Illam, qua nihil, &c.*] Domitiani. Utrum autem verum hoc ſit, fides ſit penes Poëtam. Vide l. 10. epigr. 30. & Ælianum.

6. *Ad magiſtri.*] Simile refert Ælianus lib. 8. Animal. cap. 4.

7. *Vocem quiſque, &c.*] Non habere meatus & foramina auditus, audire tamen ſcribunt Ariſtot. lib. 4. Animal. & Plin. lib. 10. cap. 70.

8. *Hoc quondam, &c.*] Afer quiſpiam auſus hic piſcari, repente ex ſacrilego piſcatore factus eſt cœcus mendicus. miraculum hoc olet Poëtam. *Libys impius.*] Videtur hoc confirmari τῷ *Sacris* & *dedicatos*. Sed nec ſpernendum *Improbus*. eſt enim ſcelerate & profane audax. Ut recte appellatur, qui manum ſacris admovet. *Gronovius.* *Impius.*] Al. *improbus*.

9. *Dum prædam calamo, &c.*] De hoc genere dicendi, vide quæ diximus lib. 1. epigr. 56.

13. *Rogator.*] Προσαίτης, mendicus.

15. *Simplicibus, &c.*] Non hamatis, non medicatis.

16. *Dedicatos.*] Ut verſ. 3. ſupra. *Dedicatos*, id eſt, conſecratos Domitiano. In aliis legitur *delicatos*, quod & placet Grutero.

Ad Hippodamum. XXX.

Quod cupis in noſtris dicique legique libellis,
Et nonnullus honos creditur eſſe tibi:
Ne valeam, ſi non res eſt gratiſſima nobis,
Et volo te chartis inſeruiſſe meis.
Sed tu nomen habes averſo fonte ſororum

Impo-

1. *Quod cupis, &c.*] Reſpondet Hippodamo, qui petierat à Martiale, ut nomen ſuum ſcriptis illuſtraret, quod id ſibi honori arbitraretur. *Ram.*

3. *Ne valeam.*] De his formulis, *Ne valeam*, & *Diſperеam*, dictum ſupra lib. 1. epigr. 40. & epigr. 5. lib. 2. *ſ.1.

5. *Averſo fonte ſororum.*] Quod averſantur Muſæ, neque facile in verſum admittant propter contumaces ejus ſyllabas. Vel potius, ut Muſambertius vult, hoc nomen Muſis ingratum eſſe; quod pugnis ac bello convenientius nomen Hippodami, quam Apollini & Muſis;

Impoſitum, mater quod tibi dura dedit.
Quod nec Melpomene, quod nec Polyhymnia poſſit,
Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.
Ergo aliquod gratum Muſis tibi nomen adopta:
Non ſemper belle dicitur Hippodamus.

Muſis; ſive Muſis non ſemper gratum id acceptumque nomen, ſed tunc fortè quum arma canunt. Ergo nec Martiali qui totus in nugis & jocis & Veneris prælio, vix aut ne vix quidem gratum illud nomen. Et pro *averſo fonte*, Scriverius leg. *averſa fronte*. Tum *impoſitum* dicit; alter enim parentum nomen infanti imponebat. Quandoque honoris gratia alicui ex amicis nominis imponendi dignatio concedebatur. *Herald.*

7. *Quod nec Polyhymnia, &c.*] Elegiaco verſu dicere vix eſt, cui præeſt Melpomene; nec Lyrico, qui eſt Polyhymniæ: nec Heroico vel Dithyrambico, quo pia Calliope Deorum & Heroum laudes canit. Muſambertius contendit non tam propter ſyllabas contumaces, quam ſignificationem abhorrere nomen Damaſippi à mollioribus Muſis, quibus cum *equorum domitore* nihil.

9. *Gratum, &c.*] Mitius & verſui aptius. *Adopta.*] Aſſume pro tuo.

De ape electro incluſa. XXXI.

ET latet, & lucet Phaëtontide condita gutta,
Ut videatur apis nectare clauſa ſuo.
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum:
Credibile eſt ipſam ſic voluiſſe mori.

1. *Latet, &c.*] Incluſa eſt. *Phaëtontide, &c.*] Electro quod naſcitur ex lachrymis ſororum Phaëtontis. vide ſupra epigr. 25. verſ. 2.

2. *Nectare.*] Melle, cujus colorem refert flavum electrum.

3. *Dignum tantorum, &c.*] Ob ſtrenuos in mellificiis labores merita eſt nobile hoc ſepulchrum.

4. *Credibile eſt, &c.*] Epigrammate 59. infra, & epigrammate 15. lib. 6.

Ad Soſibianum. XXXII.

PLena laboratis habeas cum ſcrinia libris,
Emittis quare, Soſibiane, nihil?
Edent heredes, inquis, mea carmina. quando?
Tempus erat jam te, Soſibiane, legi.

Ad

Irridet Soſibianum, qui ſubinde jactabat ſe habere in ſcriniis multos libros elaboratos, & nihil interim in lucem dabat: dicebat enim heredes ſuos, libros ejus edituros: poëta affirmans, jam tempus eſſe ut legantur, quaſi mortem ei imprecatur. *Ramireſ.*

4. *Tempus erat, &c.*] Quorſum tibi poſtuma laus quam non es ſenſurus? quin vivus laudis tuæ dulcedine fruere. Sed & ab ambiguo imprecatur Soſibiano mortem præſentem. Morere (inquit) extemplo, ut poſſis legi. Vel ut Heraldus vult, Tempus erat deceſſiſſe te & oſſa tua eſſe lecta: nam oſſilegium profectò videtur alludere.

Ad Attalum. XXXIII.

SOrdida cum tibi sit: verum tamen, Attale, dixit,
Quisquis te niveam dixit habere togam.

1. *Sordida cum tibi sit, &c.*] Sordidam Attali togam, jure posse niveam appellari dicit, quia defloccata, frigus intromittebat.

2. *Niveam dixit, &c.*] Non colore nitentem, sed calore destitutam & frigus intromittentem. ambiguitatem *nivis*, habuisti epigr. 34. lib. 3. potuit de Horatii facernis supra epigr. 2. sed vereor ne frigide nimis pro acumine Martialis. Immo, defloccatam, detritam, cujus nuda fila albent, ut epigr. 50. l. 7.

De pugna damarum. XXXIV.

FRontibus adversis molles concurrere damas
Vidimus, & fati sorte jacere pari.
Spectavere canes prædam: stupuitque superbus
Venator, cultro nil superesse suo.
Unde leves animi tanto caluêre furore?
Sic pugnant tauri, sic cecidere viri.

1. *Frontibus adversis.*] Qui mos cornutarum ferarum. *Molles concurrere damas.*] Domitianus in theatro exhibuit etiam damas inter se præliantes. hic miratur poëta veluti Domitiani numine factum, ut imbelles alias & fugaces animantes, in mortem, ut tauri, vel gladiatores, concurrerent. *Raderus. Molles*, Imbelles, infra epigrammate 74.

2. *Et fati sorte, &c.*] Et concurrentem utrumque concidisse.

3. *Spectavere canes, &c.*] Ociosi spectatores solitæ prædæ. quia canes non sæviunt in morientes animantes: & venatore opus non erat, qui agitaret, aut ferro conficeret damas.

4. *Cultro nil, &c.*] Neutrum superesse in quem exerceret cultrum suum venatorium.

5. *Unde leves, &c.*] Conclusio ab admiratione, & comparatione majorum. *Leves animi.*] Timidi. *Tanto, &c.*] Domitiani scilicet numine impulsi. adulatorie.

6. *Tauri.*] In arena commissi. *Sic cecidere viri.*] Sic corruunt sæpe mutuis vulneribus gladiatores.

Ad Olum. XXXV.

CAna est barba tibi: nigra est coma: tingere barbam
Non potes, hæc causa est: sed potes, Ole, comam.

Ad

1. *Tingere barbam.*] An quod minus commode tegi posset artificium hoc in barba quam coma? an quia morbo Chatini laboraret, epigr. 78. lib. 1. & hinc statim dilueretur fucus? quod verisimilius.

Afrum

Ad Afrum. XXXVI.

CEntum Coranus, & ducenta Mancinus,
Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus,
Decies Sabinus, alterumque Serranus:
Ex insulis, fundisque tricies soldum,
Ex pecore redeunt ter ducena Parmensi,
Totis diebus, Afer, hoc mihi narras:
Et teneo melius ista, quam meum nomen.
Numeres oportet aliquid, ut pati possim:
Quotidianam refice nauseam nummis.
Audire gratis, Afer, ista non possum.

Afrum quendam vanum divitiarum ostentatorem increpat Poëta, ut infra Mancinum epigr. 61. Hic Afer nomina multa & amplissima numerabat, pensiones insularum & fundorum, &c. se verò gratis id audire quotidie non posse affirmat, nisi ea nausea, aliqua pecunia reficiatur. *Rumiresius.*

1. *Coranus, &c.*] Alii legunt, Coracinus: Mancinus, Titius, Albinus, Sabinus, Serranus, sunt nomina debitorum.

2. *Hoc bis.*] Sexcenta M. H. S.

3. *Alterum.*] Bis decies.

4. *Insulis, &c.*] Domus in civitate quæ solæ stant, non aliis contiguæ, insulas appellabant, & sub Imperatoribus quasvis ædes locatitias. *Tricies soldum.*] Tricies centum M. HS. integre, plenè. ut *plenum vicies*, ep. 100. lib. 1.

5. *Parmensi.*] Pecus & lana Parmæ multum laudabantur.

6. *Totis diebus, &c.*] Inanis divitiarum ostentator me usque obtundis recitatione tuorum quos nominas debitorum, pensionum, & redituum, inquiens, *Centum Coran. &c.*

8. *Numeres oportet, &c.*] Nolo mihi numeres debitores hos tuos & reditus, sed mihi numera pretium molestiæ & patientiæ in audiendis vanis tuis ostentationibus.

Ad Gallam. XXXVII.

GAlla nega: satiatur amor, nisi gaudia torquent:
Sed noli nimium, Galla, negare diu.

Ad

1. *Galla nega, &c.*] Monet Gallam ut aliquamdiu neget, ne scilicet satietur amor; non tamen perneget, quod esset torquere nimis. Ejusdem argumenti est epigramma 58. lib. 1. & infra, 82. *Galla.* Lena Ovidiana; *Sæpe nega noctem, &c. Mox recipe, ut nullum patiendi colligat usum, &c.* eleg. 8. lib. Amor. 1. & ipse Poëta 3. de arte. *Dulcia non ferimus, succo renovamur amaro, &c.* vide & epigramma 82. infra, & 58. lib. 1. & Ausonii epigramma 38. & Anthol. lib. 7, epigr. Κισχλίζεις, &c.

Cha-

Ad Charinum. XXXVIII.

Argenti genus omne comparasti,
Et solus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopæque,
Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.
Nec desunt tibi vera Grantiana,
Nec quæ Callaico linuntur auro,
Nec mensis anaglypta de paternis.
Argentum tamen inter omne, miror,
Quare non habeas, Charine, purum.

Charini os verberat hoc epigrammate: & enumerat varia cælati argenti genera, quæ possideri à Charino dicit, & interea miratur, non esse argentum purum. vide lib. 1. epigr. 78. *Ramiref.*

1. *Argenti, &c.*] Facti scil. id est, vasorum argent.

2. *Et solus, &c.*] Gloriaris te habere vel diligenter & anxie tibi comparasti vasa archetypa cælata & elaborata ab his nobilibus artificibus, Myrone, Prax. &c. de quibus Plinius lib. 34. cap. 8. *Myronis.*] Præclari illi artifices, operibus suis nomen insculpebant suum. Senec. lib. 1. de Tranquill. vitæ, cap. 1. *Placet minister incultus & rudis vernula, argentum grave rustici patris; sine ullo opere & nomine artificis.* Herald.

4. *Phidiaci, &c.*] Phidiacum cælum appellat, quia toreuticen ille primus aperuit ac demonstravit. Ars toreutice est, quæ toreumata, id est, vasa cælata ex argento facit. Hic proprie *toreuma* de argento cælato sigillis exsculptis & expressis: tum pro quovis poculo vel scypho etiam usurpari solet. *Salmas.* Lib. 3. epigr. 35. *Cæli.*] Stili sculptorii.

5. *Mentoreos labores.*] Mentor nobilis toreuta. *Labores.*] Proprie enim de cælatura labor. Sic Martialis lib. 8. epigr. 51. *Quis labor in phiala?* Hinc *laboriosi cælatores* vulgo dicti.

6. *Vera.*] Non adulterina. P. Pithœus cap. 16. lib. 1. Adversar. legit *Bera.* Alii habent *Vasa.* *Grantiana.*] Alii legunt *Gratiana*, ex Plin. lib. 33. cap. 11. Legendum: *Nec desunt tibi vera Gentiana.* Perperam hodie *Glaniana* scriptum est in multis editionibus tanquam de taberna Glanii. nemo tamen hodie, quæ illa sint *Gentiana*, intelligit. *Gentiana*, pocula sunt quæ in castris Gentianis fiebant. *castra* verò *Gentiana* in septima regione ponuntur à P. Victore. *Vicus* vero *Gentianus* dicitur Sexto Rufo. quæ igitur in illo vico Gentiano fiebant, *Gentiana* dicta. *Salmas.*

7. *Callaico, &c.*] Hispanico deaurantur metallo. ut epigrammate 95. libri 14.

8. *Anaglypta.*] Vasa in asperitatem excisa, aspera signis extuberantibus. *De paternis.*] Laudantur quippe ab antiquitate ipsa.

10. *Purum.*] Hic epigrammatis acumen & scopus. *purum* enim argentum dicebatur *non cælatum:* sed ab ambiguo, exprobrat Charino (epigr. 78. lib. 1.) oris impuritatem, à quo vasa hæc omnia conspurcabantur, & ut ita dicam impurabantur.

Ad Posthumum. XXXIX.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,
Et docti Senecæ ter numeranda domus;
Prætulimus tantis solum te, Posthume, regnis:
Pauper eras, & eques, sed mihi consul eras.
Tecum ter denas numeravi, Posthume, brumas:
Communis nobis lectus & unus erat.
Jam donare potes, jam perdere, plenus honorum,
Largus opum: expecto, Posthume, quid facias.
Nil facis: & serum est alium mihi quærere regem.
Hoc fortuna placet? Posthumus imposuit.

1. *Atria.*] Ingrati animi crimen objicit Postumo, quem quum triginta annos pauperem coluisset, relictis aliis divitibus patronis; dives jam & potens factus, nihil poëtæ largiebatur. Expostulat itaque cum Fortuna, quæ Postumum impostorem beaverat. *Ramires.* Vide epigr. 90. libro 2. ℣. 5. *Pisonum.*] Clarissimæ familiæ Rom. *Stabant cum.*] Florebat illa domus patebatque mihi ad amicitiam & patrocinium. *Stemmate.*] Ceris & imaginibus nobilitato.

2. *Ter numeranda domus.*] Propter Senecam patrem Rhetorem, filium ejus Philosophum, atque Lucanum nepotem. *vel.* propter 3. filios Rhetoris, Annæum, Gallionem seu Novatum, & Melam. alii dici volunt, quasi *valde numeranda,* quam vim apud Græcos habet τρὶς.

3. *Tantis regnis.*] Patrociniis, & patronis illis ditioribus & nobilioribus. *Regnis* ergò pro regibus. Reges enim appellabant amicos magnos, quos colebant.

4. *Pauper, &c.*] Pauperem te & non patritium, ut Pisones, sed equitem, antepofui te & nobilioribus ac ditioribus; neque tamen secus colui atque consulem aut consularem. *Rad. Et eques.*] Scriv. legi vult, *sed eques. Sed mihi consul eras.*] Te perinde ac consul seu consularis esses, colui.

6. *Lectus, &c.*] Discubitorius. Triclinaris, ut Scriv. vult, non cubicularis. *Communis* ergo & *unus*, ad summam amicitiæ significationem pertinet.

7. *Perdere, &c.*] Diminuere tibi & erogare in amicum veterem. *Vel*, jam me donando potes servare, vel non subveniendo perdere.

9. *Regem.*] Patronum.

10. *Hoc fortuna placet, &c.*] Itane ô Fortuna? an in hoc ditasti Posthumum? certe & me & te, credo, fefellit, ac veluti proles Postuma rupto testamento fratribus imminuit rem. Quasi innuat Fortunam eo fine divitias dedisse Postumo, ut liberalis in amicos esset: is autem illas adeptus, avarus factus fuerat: & sic nos decepit. *Ram.*

In malè recitantem. XL.

QUid recitaturus circumdas vellera collo?
Conveniunt nostris auribus illa magis.

1. *Quid recitaturus, &c.*] Focalibus è fasciis laneis muniebant fauces recitaturi adversus ravim. quæ auditoribus magis convenire jocatur Poëta ad aures obstruendas, ne male recitantem vel pessimos versus audiant. allusum videtur ad id Xenocratis; *Pueris adversum turpia dicta potius munienda aures follibus, quam athletis adversum ictus adversariorum.* Laërtius 4. vide ep. 142. l. 14.

Ad Flaccum. XLI.

SI quis forte mihi posset præstare roganti:
Audi, quem puerum, Flacce, rogare velim.
Niliacis primum puer is nascatur in oris:
Nequitias tellus scit dare nulla magis.
Sit nive candidior: namque in Mareotide fuscâ
Pulchrior est, quanto rarior iste color.
Lumina sideribus certent, mollesque flagellent
Colla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.
Frons brevis, atque modus breviter sit naribus uncis:
Pæstanis rubeant æmula labra rosis.
Sæpeque nolentem cogat, nolitque volentem:

Libe-

Laudat Flacci puerum Amazonicum artificiose: describit enim quem puerum optaret, & post longam descriptionem talem fuisse Amazonicum affirmat. *Ramsres.*

1. *Roganti.*] Pretio prostitutum. epigr. 7. & 9. lib. 9. Alii leg. *locanti*, utraque lectio probari potest. Commodato enim petere, per verbum *rogandi* exprimitur. Sequenti etiam versu leg. *locare.*

3. *Niliacis primum, &c.*] In Ægypto. Mareotis autem lacus est Ægypti.

4. *Nequitias tellus, &c.*] Lasciviam & improbitatem Veneream Juvenal. Sat. 15. ꝟs. 45. vide epig. 62. l. 3. ꝟs. 4.

5. *Namque, &c.*] Namque inter Ægyptios, qui omnes fere fusci sunt, majori in pretio est, quo quis sit candidior.

7. *Flagellent.*] Dimissæ & diffusæ fluant per colla, non crobylis, annulis aut cirris calamistratæ.

9. *Frons brevis, &c.*] Frons tenuis veteribus in laude. Sic Horat. lib. 1. Carm. Ode 33. ad Tibullum:

Insignem tenui fronte Lycorida Cyri
Torret amor.

Modus breviter, &c.] Sit modus naribus breviter, id est modice uncis. Sic Petronius loquitur: *nares paululum inflexa.* & Sidonius Epist. 2. lib. 1. de Theodorico rege: *nasus*, inquit, *venustissime incurvus.*

10. *Pæstanis rubeant, &c.*] In Pæsto Lucaniæ oppido bis in anno proveniebant rosæ.

11. *Sæpeque nolentem, &c.*] Grata petulantia & protervitate. Ut sæpe excitentur & quasi cogantur nolentes; sæpeque volentes, quo magis incendantur, ad tempus frustrentur: ut videre

Liberior domino ſæpe ſit ille ſuo.
Et timeat pueros, excludat ſæpe puellas.
Vir reliquis, uni ſit puer ille mihi.
Jam ſcio, nec fallis: nam me quoque judice verum eſt:
Talis erat, dices, noſter Amazonicus.

dere eſt. lib. 5. epigr. 47. & 84. & ſupra 38. Alii vero ex Palat. & vett. edd. legunt: *Sæpe & nolentem.* Recte.

13. *Et timeat, &c.*] Zelotypiâ teſtetur amorem.

14. *Vir reliquis, &c.*] Aliis neget, mihi ſoli det.

15. *Jam ſcio, &c.*] Reſpondet voto ſuo Poeta ex perſona Flacci, cujus puerum Amazonicum talem fuiſſe dicit.

In Coracinum. XLII.

NOn dixi, Coracine, te cinædum:
Non ſum tam temerarius, nec audax,
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi, Coracine, te cinædum,
Iratam mihi Pontiæ lagenam,
Iratum calicem mihi Metili.
Juro per Syrios tibi tumores,
Juro per Berecynthios furores.
Quod dixi tamen, hoc leve, & puſillum eſt:
Quod notum eſt, quod & ipſe non negabis:
Dixi te, Coracine, cunnilingum.

Eſt faceta quædam in Coracinum illuſio expreſſa per ſuſpenſionem, quæ deſinit in paradoxon. Negat enim quod minus eſt probrum, & fatetur quod eſt majus. *Ramireſ.*

2. *Temerarius.*] Vides diſtingui temerarium ab audaci. diſtinxerunt & alii. T. Livius lib. 25. *Martius ad conſilium prima ſpecie temerarium magis quam audax, animum adjecit, ut ultro caſtra hoſtium oppugnaret.*

5. *Iratam mihi.*] Supple *precor, habeam* aut *experiar.* Imprecationis formula. *Pontiæ.*] Veneficæ. epigr. 34. lib. 2. ỽſ. 4. *Lagenam, calicem mihi.*] Vas quo miſcetur venenum. epigr. 69. infra ỽſ. 4. & lib. 12. epigr. 93.

6. *Metili.*] Venefici. Vel etiam putidi, cui fœtebat anima.

7. *Syrios tumores, Berecynthios, &c.*] Cl. I. Seldenus cap. 3. Syntagm. 2. de Diis Syris. Beroaldus annot. cap. 25. intelligit tumores, & vibices à cultris & flagris quibus ſacerdotes Cybeles (quam Deam Syriam eſſe volunt) ſe fauciabant. Ego autem cenſeo magis dici tumores illos, ulcera & morbos quibus credebatur irata Iſis inflare pejerantes, ex mente Perſii, Sat. 1. ỽſ. 187. ut & Furores quibus incitati Berecynthiæ matris Cybeles ſacerdotes, cultris ſibi lacertos, pectus, & humeros ſecant.

9. *Quod dixi, &c.*] Al. *Quid dixi tamen? hoc leve, &c.*

11. *Dixi te, &c.*] Negabat levius, fatetur Sarcaſtice quod gravius eſt. ſic Junius Baſſus, referente Quintiliano lib. 6. cap. 4. non dixi (inquit) te calceos veteres vendere; ſed emere ſolere dixi.

De Vesuvio monte. XLIII.

HIc est pampineis viridis modo Vesvius umbris:
Presserat hîc madidos nobilis uva lacus.
Hæc juga, quam Nysæ colles, plus Bacchus amavit:
Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hæc Veneris sedes, Lacedæmone gratior illi:
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta jacent flammis, & tristi mersa favilla:
Nec Superi vellent hoc licuisse sibi.

1. *Vesuvius umbris.*] Vesuvii, vel Vesvii montis (quem alii *Vesebium* vel *Vesbium* vocant) incendium deplorat. Est notissimus mons in Campania felici. Hoc incendio extinctus fuit Naturalis hist. autor Plinius, cujus casum describit Plinius junior lib. 6. epist. 16. ad Tacit. Vesuvius, mons Campaniæ vini optimi fertilissimus. Sic Florus: *Hic amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Massicus, & pulcherrimus omnium Vesuvius Ætnæ imitator.*

2. *Lacus.*] Qui excipiunt vina prælo expressa. epigr. 27. lib. 7. ℣ſ. 7. Torcularia, vero, quibus uvæ pressæ fundunt nectar.

3. *Nysæ colles, &c.*] Indiæ montis, Bacchi natalibus & itineribus clari. Unde & invenit nomen Dionysii, à Jove & Nysa derivatum.

4. *Satyri.*] Bacchi comites.

5. *Hæc Veneris sedes.*] In Vesuvio monte duo erant fana, Veneris & Herculis. Lacedæmones enim, ut tradit Pausanias, Venerem coluerunt.

7. *Cuncta jacent, &c.*] De hujus montis incendio, quo periit Plinius Nat. historiæ autor, vide Plin. Jun. epist. 16. lib. 6.

8. *Nec superi, &c.*] Et ipsos Deos pœnituit hujus incendii. Hyperbolicè.

Votum Parthenii ad Phœbum, pro Burro. XLIV.

HÆc tibi pro nato plena dat lætus acerrâ,
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
Ut qui prima novo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.

Fac

Burri quinquennis, Parthenii filii natalem celebrat.

1. *Hæc tibi pro, &c.*] Hoc tibi tus large & liberali manu adolet pro salute filioli sui Parthenius, qui in Palatio servit Imperatori Domit. à cubiculo. Suet. Domit. cap. 16. & 17. vid. lib. 5. epigr. 6. Est vero *acerra*, thurarium vas, λιβανωτρὶς Græce, sed hic pro toto sacrificio sumitur. *Palatinus* dicitur, quia in palatio serviebat Cæsari, & à cubiculo esset Domit.

3. *Ut qui prima, &c.*] Ut Burrus filius suus quinquennis & novum auspicatus lustrum, multa vivat lustra. usurpatur autem Olympias pro spacio quinque annorum, ut lustrum, quamvis quarto expleto anno, quinto ineunte, Olympici ludi fierent; unde Græcis annorum ratio.

5. *Sic*

Fac rata vota patris: sic te tua diligat arbor,
Gaudeat & certa virginitate soror.
Perpetuo sic flore mices: sic denique non sint
Tam longæ Bromio, quam tibi, Phœbe, comæ.

5. *Sic te, &c.*] Sic te tua Daphnis, Peneï filia, in laurum versa, diligat; quamque etsi perditè amares, te semper aversata fuit. *Arbor.*] Sic MS. noster; *arbos.* Scriv. *Uxor*, vulg. Daphne quam amabas.

6. *Certa virginitate soror.*] Intaminata, intentata. *Vel*, quam colere statuit. Perpetuam enim virginitatem servasse Dianam, & castitatis laudem meruisse, omnium scriptorum testimonio comprobatur.

7. *Flore mices.*] Flore juventæ, vel ἰούλῳ.

8. *Bromio, &c.*] Baccho, qui intonsus fingitur, atque idem cum Sole. vide quæ ad Senec. Hip. ỳs. 151. & Oed. 405. Farnabius commentus est.

De Sabello. XLV.

Saturnalia divitem Sabellum
Fecerunt. merito tumet Sabellus:
Nec quemquam putat esse, prædicatque
Inter caussidicos beatiorem.
Hos fastus, animosque dat Sabello
Farris semodius, fabæque fresæ,
Et turis, piperisque tres selibræ,
Et Lucanica ventre cum Falisco,
Et nigri Syra defruti lagena,
Et ficus Libyca gelata testa,

Sabelli Caussidici inopes ridet opes: simulque Caussidicorum plerumque miseram sortem in persona Sabelli Caussidici ostendit. *Rad.*

1. *Saturnalia, &c.*] In Saturnalibus mittebantur amicis Xenia seu munera. deridet Sabellum rabulam, qui ex vilibus muneribus in tantum superbierit.

2. *Tumet.*] Ob munera & xenia, quæ jactat.

6. *Farris semodius.*] Far, xenii etiam loco mittebatur. *Semodius* pars dimidia modii. Modius libras xxvi. & uncias 8. capiebat. *Fresæ.*] Fractæ, pellicula nudatæ. à *frendeo*, quod est frango.

7. *Selibræ.*] A tribus sc. missæ & eo muneris vilitatem irridet: nam si ab uno missum id munus fuisset, sesquilibram dixisset. *Selibra* ergò est semilibra. Sed tamen & sumi potest, pro missæ ab uno: ut τρία ἡμιωβόλια. Theophrast. charact. περὶ ἀπονοίας, & hist. 2. τρία ἡμιωβόλια.

8. *Lucanica ventre, &c.*] Farciminis genus, Isicia item dicta, quod milites à Lucanis didicerunt: ut à Faliscis ventrem porcinum condire. epigr. 35. lib. 13. & Athenæus, lib. 9. cap. 5.

9. *Syra.*] Vitrea. nam vitrum in Syria inventum. *Defruti lagena.*] Musti ad dimidias decocti.

10. *Ficus Libyca, &c.*] Ficus scilicet hybernæ, ut de Mœsianis Plinius lib. 15.

Cum bulbis, cochleiſque, caſeoque.
Piceno quoque venit à cliente
Parcæ ciſtula non capax olivæ,
Et craſſo figuli polita cœlo
Septenaria ſynthesis Sagunti,
Hiſpanæ luteum rotæ toreuma,
Et lato variata mappa clavo.
Saturnalia fructuoſiora
Annis non habuit decem Sabellus.

lib. 15. cap. 18. quæ teſtâ figlinâ condebantur. epigr. 88. infra. & epigr. 52. lib. 7. Sunt qui intelligunt ficus roſcido humore, quem preſſæ exudant, gelatas, deinde conſtipatas denſataſque in teſtâ. Etſi huc non faciat, videſis tamen Jo. Barclaii Argenidem lib. 5. de artificioſa ratione gelandi glacieque incruſtandi poma in Africa.

11. *Bulbis, &c.*] Quæ luxurioſis in deliciis. Athenæus lib. 2. cap. 22. Dioſc. cap. 9. lib. 2. Notandumque Bulbos & cochleas ſæpe conjungi. Petronius: *Mox cibis validioribus paſtus. id eſt, bulbis, cochlearumque ſine jure cervicibus, hauſi parcius merum.* Vide & Plin. lib. 1. epiſt. 15.

12. *Piceno venit, &c.*] Extenuat munus: Ciſtellam enim tam anguſtam fuiſſe jocabundus dicit, ut vix paucarum olivarum capax fuerit. De olivis ex agro Piceno, vide quæ lib. 13. Poëta dixerit:

Hæc quæ Picenis venit ſubducta trapetis,
Inchoat atque eadem finit oliva dapes.

14. *Et craſſo cœlo.*] *Cœlum* autem & *toreuma* transfert per Ironiam à nobilioribus vaſis & operibus. epigr. 39. ſupra ℣ſ. 4. Pro *cœlo*, Palat. legit *cœno.* quod & Gruterus approbat. *Saguntina* enim vaſa lutea appellat ſemper poëta per contemptum, ut lib. 8. epigr. 6. Et *toreuma luteum* irriſoriè vocat; quum id nomen cælatis auri argentique vaſis tribuatur. Et ſynthesis ſeptem conſtans poculis, *a neſt of ſeven cups.* fictilibus ex argillâ Saguntina rudi, Hiſpani figuli torno factis. Alii, pro ſeptem vaſis paribus fictilibus: Sic ſynthesis calicum & cacaborum, ſunt ſeptem calices & totidem cacabi. Vide Turneb. lib. 23. cap. 19.

17. *Lato variata, &c.*] Mappæ item in Saturnalibus mitti ſolitæ. lib. 5. epigr. 18. ℣ſ. 2. atque hæ ad limbum purpureis vel aureis clavis variabantur.

18. *Saturnalia fructuoſiora.*] An non ex his muneribus tantis, juſta Sabello faſtus cauſa? *Scepticè.*

De Phaëthonte. XLVI.

E*Ncauſtus Phaëthon tabulâ depictus in hac eſt.*
Quid tibi vis, dipyron qui Phaëthonta facis?

In

1. *Encauſtus Phaëthon, &c.*] Pictus & inuſtus encauſto. Encauſtice ars eſt pingendi, ſculpendique in cera vel ebore, ſtylo ignito: ab ἐγκαίω Plin. l. 35. cap. 11. Quum itaque picto Phaëthontis fulmine flagrantis effigiem expreſſerit in cerâ, ab ignito cœlo ceu ſtylo liquefactâ, per jocum dicit Poëta Phaëthonta fieri δίπυρον, bis ignitum & uſtum.

1. *Per-*

In Papilum. XLVII.

PErcîdi gaudes: percisus, Papile, ploras.
Cur, quæ vis fieri, Papile, facta doles?
Pœnitet obscœnæ pruriginis? an magis illud
Fles: quod percîdi, Papile, desieris?

1. *Percîdi, &c.*] Vide epigr. 72. l. 2.
2. *Cur, &c.*] Si enim pœniteat facti, cur ultra pateris? immo à desiderio lachrymæ tuæ.

Ad Flaccum. XLVIII.

NEscis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce;
Qui tantum lusus illa, jocosque putas.
Ille magis ludit qui scribit prandia sævi
Tereos: aut cœnam, crude Thyesta, tuam:
Aut puero liquidas aptantem Dædalon alas,
Pascentem Siculas aut Polyphemon oves.
A nostris procul est omnis vesica libellis:
Musa nec insano syrmate nostra tumet.
Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant,
Confiteor: laudant illa, sed ista legunt.

Flaccus existimabat epigrammata meras esse nugas, & jocos; tragœdias verò & epopœias poëmatis gravitatem sibi vindicare. Ostendit id quod est, tragœdiæ & epopœiæ materiamè fabulis fictis & somniis poëtarum esse desumptam: Epigrammatωn verò materiam ex hominum moribus: illa delectationem & vanam admirationem continere; hæc autem correctionem & emendationem vitiorum. *Ramiref.*

3. *Qui scribit, &c.*] Qui tragica aut epica scribit, argumenti fabulosi, de Tereo, & Thyestæ liberos suos edentibus, de Dædali fuga, atque Polyphemi immanitate. Vide Ovid. lib. 6. & 8. Metamorph. & lib. 3. epigr. 45.

4. *Crude.*] Gr. ὠμέ. Ovid. *Non tibi Theromodon, crudusve rogabitur Atreus,* id est, crudelis.

5. *Puero.*] Icaro. *Liquidas, &c.*] Cera aptatas & à sole liquefactas.

7. *Vesica libellis.*] Argumentum cothurnatum & verba ventosa, turgida, ampullosa, nugæ bullatæ.

8. *Syrmate, &c.*] Stylo tragico. est enim Syrma ea vestis pars quæ oblonga solum verrit, qualem in tragœdiis induti reges & heroes trahebant per theatra.

9. *Illa tamen.*] Facit quasi loquentem Flaccum & objicientem, celebrari maxime tragicos & epicos, & esse in summa Romanorum Græcorumque existimatione. *Laudant.*] Tanquam jucunda, sublimia & grandia.

10. *Ista legunt.*] Hæc epigr. quæ brevia, acuta, & in usum vitæ salsa, epigr. 3. lib. 8. ꝟs. 22.

In

In Thaidem. XLIX.

QUid me, Thai, senem subinde dicis?
Nemo est, Thai, senex ad irrumandum.

2. *Nemo est, &c.*] Namque hic non tanta vi opus est, & ad hoc genus libidinis pronior est senectus, ut de Tiberio Suet. cap. 44. & Juven. Satyr. 10. ỳs. 208. & ipsam Thaidem arguit magis gaudere vitio fell.

Ad Cæcilianum. L.

CUm tibi non essent sex millia, Cæciliane,
Ingenti late vectus es hexaphoro.
Postquam bis decies tribuit Dea cæca, sinumque
Ruperunt nummi: factus es, ecce, pedes.
5 *Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem?*
Di reddant sellam, Cæciliane, tibi.

Cæcilianus ditior factus, sordidius vixit: vehebatur enim hexaphoro, quum vix sex millia possideret; provectus ad vicies, pedes incedebat. Optat, ut Dii ei hexaphorum reddant εἰρωνικῶς, hoc est, ut ad pristinam tenuitatem revertatur. *Ramiresi.*

1. *Cum tibi, &c.*] Vide epigr. 100. & 104. libro 1. quæ ejusdem cum hoc sunt argumenti. *Millia.*] Sestertiûm.

2. *Late.*] Pro *latè*, alii *laxè*. *Hexaphoro.*] Epigramm. 81. lib. 2. *Hexaphoron.* Vehiculum, quod portabatur à sex servis. Juvenal. *Sexta cervice feratur.*

3. *Bis decies, &c.*] Vicies centena M. HS. *Dea cæca, &c.*] Fortuna, quæ, ac si cæca esset, inique distribuit munera.

5. *Quid tibi, &c.*] Sic epigramm. dicta 104. lib. 1.

6. *Sellam.*] Id est, Hexaphorum seu priorem statum.

In Hedylum. LI.

GEstari junctis nisi desinis, Hedyle, capris:
Qui modo ficus eras, jam caprificus eris.

In ficosum Hedylum, qui junctis capris gestari solebat; qui quum propter morbum, *ficus* meritò appellaretur; nunc ob gestationem caprarum, *caprificus* poterit appellari. *Ramiresius.*

1. *Gestari junctis, &c.*] De gestationibus, vide epigr. 13. lib. 1. ỳs. 8. *Capris.*] Forte capris ad essedum junctis, ut epigr. 105. lib. 1. de pardis, cervis, &c. & de Heliogabalo canibus junctis vecto, refert Lampridius. Sunt tamen qui has capras fuisse meretrices autument. Brodæus sumit, pro hircosis servis.

2. *Ficus, &c.*] Ficosus, fici morbo laborans. *Caprificus eris.*] Sæpe jocum petit Poëta ab hujusmodi compositione & (ut dicam) à divisis ad conjuncta. ut illud de ἀργο- nautis. epigr. 66. L. 3. hic autem vocum aptâ juncturâ, non eadem sensus argutia. nisi forte ominetur illum hinc futurum valde ficosum ex compositione intensiva τοῦ capri, ut Græcis in usu βοῦ & ἵππο. vel qui modo fertilis eras, mox eris sterilis.

Ad Cosmum. LII.

Hunc, quem sæpe vides inter penetralia nostræ
Pallados, & templi limina, Cosme, novi,
Cum baculo, peraque senem: cui cana, putrisque
Stat coma, & in pectus sordida barba cadit:
Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati,
Cui dat latratos obvia turba cibos:
Esse putas Cynicum, deceptus imagine falsa.
Non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? canis.

Epigramma est, in fictum quemdam philosophum Cynicum, qui solo corporis cultu & maledicentia, Cynicum se profitebatur: quum omni prorsus Cynica institutione & doctrina esset destitutus. Hinc negat eum Cynicum esse, sed canem. *Ramires.*

1. *Inter.*] In porticibus templi. Nam Cynicorum hominum *ἀνεστίων* & *ἀοίκων* habitationes in templis sæpius. Et Hieronymus de Diogene: *Habitavit autem in portarum vestibulis & porticibus civitatum.* Hæc enim receptacula erant miserorum. *Herald.* Tum pro *nostræ*, alii leg. *vestræ.* Sed cum Musambertio lege, *inter penetralia Vestæ; Pallados & templi, &c.* Nam quomodo Cynicus ille inter penetrale & limen: sive quis inter penetrale templi & limen locus, habitatori Cynico? *Penetralia nostræ.*] Templum Minervæ Flavianæ à Domitiano nuper conditum. lib. IX. ep. 2.

3. *Baculo, peraque, &c.*] Quæ Cynicorum tota supellex. Hæc insignia, & veluti *γνωρίσματα* istorum philosophorum. Auson. epigr. 111.

Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex
Ista fuit Cynici. ——

Et sic Cynici baculo suo, Herculis clavam imitabantur. *Pera*, est sacculi viatorii genus, à collo ad lumbos pendens, quo obsonia feruntur, epigr. 81. lib. 14.

4. *Stat coma, &c.*] Horret. *Vel*, est putris *πώγων μυσώδης.* *Coma* etiam *putris* nota infimarum sordium, quæ hominibus illis placuere *θαυμαστὸν ὅσον.* unde & colorem nigriorem affectarunt. *Herald.* Vel ut Ramiresius exponit: *Stat*, id est plena est coma canis & putredine.

5. *Cerea quem.*] Lib. 1. epig. 93. ✝︎s. 4. *Nudi tegit uxor.*] Grabati alias investis. relicti scilicet nudi & sine stragula, ubi Cynicus sumpsisset pallium suum. Heraldus legit *nudum*, & inepte eos dicit, qui *nudi* legunt. *Abolla grabati.*] Pallium quod illi uxoris loco est, quo cum cubabat. sic lib. 14. epigr. 119. ✝︎s. 4. Atqui *grabatus* ipse miseriorum lectus erat; quare & Cynicorum ac cæterorum philosophorum, qui luxui bellum indixerant, aut indixisse videri volebant. Id ipsum est, quod Seneca, *cubile humi positum* appellat. *Χαμαιεύνην* Græci dixere. *Herald.*

6. *Cui dat latratos.*] Qui latrando emendicat stipem. Cum enim Cynici *canes* vocentur; canum autem sit latrare: recte dixit, latratos cibos latrando extortos. *Rad.* Sunt qui hic legant:

Cuique datis latrat obvia turba cibis.

Non rectè.

8. *Non est hic Cynicus, &c.*] Non profitetur disciplinam Cynicam, sed mere in canem degeneravit. ep. 93. l. 11. *κύων γάρ ἐστι καὶ δέχεται κηλεῖσθαι.* Ulpianus apud Athenæum, lib. 3. cap. 7. & cap. 28. vide & Luciani *βίων πρᾶσιν.* & *Ἀνθόλογ. ιϛ. κεφ. β.* ubi *πρωτοκύων* dicitur Cynicus. & Arriani Epictet. *περὶ κυνισμοῦ.*

Ad Colinum. LIII.

O Cui Tarpejas licuit contingere quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas:
Si ſapis, utaris totis, Coline, diebus,
Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.
Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit: obſervant, quem ſtatuere, diem.
Divitior Criſpo, Thraſeâ conſtantior ipſo,
Lautior & nitido ſis Meliore licet:
Nil adicit penſo Lacheſis, fuſoſque ſororum
Explicat, & ſemper de tribus una ſecat.

Epicurea ϖαραίνεσις, ad vivendum, potandum, genioque indulgendum.

1. *O cui, &c.*] Coline, qui in certamine quinquennali, adeptus es coronam quernam, vive. *Tarpeias.*] Capitolinas. *Quercus.*] Coronam quernam in quinquennali certamine triplici, muſico, equeſtri, gymnico, inſtituto à Domitiano in honorem Jovis Capitolini. ſupra epigr. 1. ỷſ. 8. ſed & querna coronabantur vates magni, heroici ſcilicet.

2. *Meritas.*] Victrices. per Metonym. *Prima cingere, &c.*] Nobiliſſima, Jovi ſacra & ab Imperatore data.

3. *Utaris totis, &c.*] Ad voluptates, & vitæ hujus gaudia. Quæ enim cauſa nos dehortatur à delitiis; illa profaniſſimos idololatras ad omnem vitæ licentiam incitabat. Illi poſt decurſum vitæ præſentis ſpatium, meliorem vitæ ſpem ignorabant; nos eadem ſpes ad quaſcunque fortunæ indignitates, & ludibria perpetienda confirmat. *Rad.* ſic epigramm. 16. lib. 1. ỷſ. 4. & ỷſ. 5. Anthol. libro 2. capite 47.

5. *Lanificas puellas.*] Parcas, quibus fili vitæ ducendi & abſolvendi modus & cura.

7. *Criſpo.*] Neronis vitrico, cujus opibus Nero ditatus eſt. Iſte non eſt, *Criſpus* Paſſienus, Neronis vitricus, ut notat Farnabius: ſed Vibius Criſpus de quo Tacit. 2. hiſt. *Vibius Criſpus, pecunia, potentia,* ingenio, inter claros magis, quam inter bonos. Et auctor dialogi de cauſſis corrupt. eloq. cum Marcellum Eprium & Criſpum Vibium nominaſſet: *Nec hoc illis alterive ter millies ſeſtertium præſtat, quamquam ad has ipſas opes poſſiunt videri eloquentiæ beneficio veniſſe.* Gronovius. *Thraſeâ, &c.*] Epigr. 1. lib. 1. ỷſ. 1.

8. *Nitido ſis, &c.*] Splendido & lauto Meliore. nobili ex epiced. 2. ſylvæ Papinii, epitaphio Glauciæ.

10. *Una ſecat.*] Atropos. Vel etiam Lacheſis. ut epigr. 19. ỷſ. 2, 3. & 86. lib. 9. Et pro *ſecat*, alii leg. *necat.*

Ad Lucium. LIV.

LUci, gloria temporum tuorum,

Qui

Licinum Hiſpanum poëtam Horatii imitatorem, qui tempore Domitiani floruit, hortatur ad celebranda Celtiberiæ loca, quæ quamvis durioris nominis, carmine comprehendit. *Ramir.*

1. *Luci.*] O Luci, nobilis Poeta Hiſpane,

Qui Grajum veterem, Tagumque nostrum
Arpis cedere non sinis disertis:
Argivas generatus inter urbes,
Thebas carmine cantet, aut Mycenas,
Aut claram Rhodon, aut libidinosæ
Ledæas Lacedæmonis palæstras.
Nos Celtis genitos & ex Iberis
*Nostræ nomina * duriora terræ*
Grato non pudeat referre versu:
Sævo Bilbilin optimam metallo,
Quæ vincit Chalybasque, Noricosque,
*Et ferro * Plateam suo sonantem,*
Quam fluctu tenui, sed inquieto
Armorum Salo temperator ambit:

* *Tute-*

spane, qui non cedis Horatio Venusino lyræ gloria, qui æque celebras Lyrico carmine Hispaniæ flumina, ac Horatius suam Apuliam. *Tuorum.*] MS. B. *novorum.* Gruterus ex Palat. legit *duorum.* præteriti sc. & præsentis.

2. *Grajum, &c.*] Fl. Hispaniæ. *Veterem* dixit, quia veteribus *Grajus*, posteris *Gravius* dictus est. Junius *Gaurum* scripsit. non bene.

3. *Arpis cedere, &c.*] Civitati Apuliæ. Horatius enim Appulus fuit Venusinus. *Cedere* ergò *Arpis*, est cedere Horatio. Aliud ergo oppidum Arpinum, aliud Arpi Arporum.

4. *Argivas, &c.*] Celebrent Græci vates urbes suas, nos Hispani nostras.

5. *Thebas carmine, &c.*] Imitatio Horatiana, *Laudabunt alii claram Rhodon, &c.* Ode 7. lib. 1.

6. *Libidinosæ.*] Quia Veneri consecratæ: vel propter gymnicam puellarum luctam, vel propter Helenam.

7. *Ledæas palæstras.*] Luctas Lacænarum, puellarum: quæ Lacedæmone, nudæ ad palæstram descendebant, & cum viris etiam nudis luctabantur. Ovid. Epist. 15.

More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra Ludis, & es nudis mixta puella viris.

Idque fieri solitum dicunt in honorem Ledæ, quæ proprios edidit Deos, Castorem & Pollucem. Nam quando ipsa Dea Jovi placuit, nuda erat in balneo; in cujus rei memoriam nudæ prodibant in certamen. *Ramir.* *Vel*, propter Castorem & Pollucem athletas filios Ledæ.

8. *Nos Celtis, &c.*] Nos Celtiberos ex Celtis, Gallis & Iberis mistos.

9. *Nomina duriora terræ.*] Aspera. Fluv. & oppidorum Celtib. nomina quæ mox sequentur sub hac nota *

10. *Grato non pudeat, &c.*] Gratiam patriæ referente.

11. *Sævo metallo, &c.*] Ferro. epigramm. 50. lib. 1. vs. 3. & ep. 18. l. 12.

12. *Chalibasque.*] Pop. ad Pontum fere Euxinum. Vide Melam lib. 1. c. 12. *Noricosque.*] Pop. Germaniæ Æni fl. & Danubii accolas.

13. *Sonantem.*] In fodinis & secturis vel officinis ferrariis *Dum tonat adstricta semper domus ignea massa.* vide lib. 12. ep. 18.

15. *Armorum Salo.*] Positus Plateæ describitur, quam Salone fluvio, & torrenti simili ait cingi. Tum *tempera-*

** Tutelamque, chorosque * Rixamarum,*
*Et convivia festa * Carduarum,*
Et textis Peteron rosis rubentem,
*Atque antiqua patrum theatra * Rigas,*
Et certos jaculo levi Silaos,
*Turgentisque lacus, * Petusiæque,*
*Et parvæ vada pura * Vetonissæ,*
*Et sanctum * Baradonis ilicetum,*
Per quod vel piger ambulat viator;
Et quæ fortibus excolit juvencis
*Curvæ Manlius arva * Matinessæ.*
Hæc tam rustica, delicate lector,
Rides nomina? rideas licebit.
Hæc tam rustica malo, quam Bituntos.

ter dixit, quia Salone gelari ferrum dixit. lib. 1. epigr. 50.

16. *Tutelamque.*] Alii *Tuteclamque.* Et eodem versu pro *Rixamarum*, alii leg. *Rixamorum*, vel *Risamorum*. *Chorosque.*] Choreis gaudentes Rixamaros.

17. *Convivia festa, &c.*] Lautiores Carduarum cives.

18. *Peteron.*] Alii leg. *Petoron*, tum *Petterem* & *Paterem*.

19. *Rigas.*] Alii legunt *ripas*. quod prisci juxta ripas ederent spectacula & aurigationes.

20. *Silaos.*] Alii leg. *Suebos*. *Suevos*, & *Silevos*. Raderus *Suellos*. Dicit enim *Suellum* vel *Suelum* oppidum esse Hispaniæ, hodie *Molena* dict.

21. *Turgentisque, &c.*] MS. Bodl. *Tiruntique lacus*, Palat. legit *Turasiæque*. Alii *Turisiæque*, non *Petusiæque*.

22. *Vetonissæ.*] Variè legitur. aliis *Tovenissæ*. Et *Teutonissæ*. Et *sanctum Ilicetum.*] Inviolatum ferro; locus sacer. *Ilicetum* ergò à frequenti ilice; ut salicetum, &c. *Per quæ vel piger, &c.*] Dicit loca jam enumerata tam amœna, quamvis fessus aut iners, ob amœnitatem tamen cum voluptate perambulares. *Rad.* Et pro *Baradonis* alii *Buradonis* vel *Purateonis*. Tum *Curvæ Matinessæ*, oppidum sc. curvum ob positum loci. Alii leg. *Vatevesca*, alii *Vatinessæ*; alii *Manitessæ*.

27. *Hæc tam rustica, &c.*] Et tamen hæc nomina Celtib. minus dura sunt & horrida quam *Bitontum*. quasi dicat cur tibi Romane lector delicate displiceat vel asperitas nominum, vel inculta provincia Celtib. cum & nominis barbarie æque offendat, fertilitate sane & dignitate his longe cedat, Bituntum vilissimum Apuliæ oppidum. Musambertius legendum censet, *Britannos*, ut sit contentio inter provincias Hispaniarum & Britannorum. Alii leg. *Buntuntos*; alii *Bitundos*.

In Gargilianum. LV.

MUnera quod senibus, viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?

Sor-

Cum liberalitas & munificentia nullum sibi proponant præmium, refutat hoc epigr. Gargiliani cujusdam heredipetæ vanitatem, qui se munificum vocari

Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri, quid sit donare; docebo,
Si nescis: dona, Gargiliane, mihi.

cari volebat, quod iis, quos captabat, ingentia munera mitteret: sordidum eum & spurcum vocari debere affirmat; largirique & donare se dicturum profitetur, si sibi pauperi, & à quo nihil exspectare potest, munera mittat. *Ramir.*

1. *Viduisque.*] Alii legunt *vetulis.* minus recte.

4. *Qui potes, &c.*] Qui munificentiæ titulo insignis hamos, quibus orborum senum ac divitum viduarum inescas hereditates. Senec. epist. 8. *Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt.*

5. *Sic avidis fallax, &c.*] Epigr. 18. lib. 5. ℣. 9.

8. *Dona, &c.*] Munificus vere & liberalis eris, si mihi meique ordinis viris largitus fueris, qui vicem reddere non possumus.

Ad Faustinum. LVI.

DUm nos blanda tenent lascivi stagna Lucrini,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent:
Tu colis Argivi regnum, Faustine, coloni,
Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.
Horrida sed fervent Nemeæi pectora monstri:
Nec satis est, Bajas igne calere suo.
Ergo sacri fontes & littora grata valete,

Nym-

Hyeme Bajis, æstate Tibure degendum. nam Tibur frigidum semper, Bajæ semper æstuosæ.

1. *Lascivi, &c.*] Ob delicias illius lacus & amœnitatem loci, atque lascivientium ibi hominum frequentiam. epigr. 63. lib. 1. ℣. 2.

2. *Quæ.*] Bajæ nempe, quæ ad radices montis Campaniæ sitæ, aquas habent calidas. *Pumiceis.*] E pumice vel topho scaturientibus. *Antra.*] Cellæ excavatæ.

3. *Tu colis Argivi, &c.*] Tu degis Tibure, à Catillo Argivo condito, cui fratres Tiburtus & Corax, *Tibur Argeo positum colono.* Horat. ode 6. lib. 2.

4. *Quo te bis, &c.*] Quod ab urbe distat 20. M. passuum.

5. *Horrida, &c.*] Sed fervet æstus, ubi jam Sol Leonis signum subierit. Augusti sc. mense. *Nemeæi.*] Qui fingitur ex Leone illo ab Hercule in sylva Nemeæa cæso in cœlum relatus. *Pectora monstri.*] In pectore enim Leonis est fulgentissima stella primæ magnitudinis, quam cor Leonis appellant.

6. *Nec satis est, &c.*] Fontium enim fervori additur calor cœlestis. Et sic tacitè reddit causam suæ migrationis, ad vitandos sc. calores, quos ibi qua à Sole, qua à cœlo perferebat.

7. *Sacri fontes, &c.*] Bajani, nymphis sacri, epigr. 3. lib. 3. ℣. 3. Fontibus enim & fluviis divinitatem nescio quam assignavit rudis illa antiquitas. Unde ἱεροὶ ποταμοὶ, διὰ τὸ αἴτιον,

Nympharum pariter, Nereïdumque domus.
Herculeos colles gelida vos vincite brumâ,
Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

inquit Eustath. ad lib. 11. Odyss. Et Persæ non solum πυρσολάτραι, sed ὑδρολάτραι, appellantur. Aquam autem præcipuo cultu venerantur, ita ut neque faciem eâ lavent, neque aliter attingant, nisi potus gratia & ob plantarum curam. Unde & per ignem & per aquam jurabant. *Heraldus.* *Sacra valete.*] Nereidibus, ut sequenti versu. Gruter. & Salmas. rescribendum contendunt *Graja.* Alii *grata:* sed non video qui posset Poëta eo tempore, quo æstus ejus loci fugiebat, *grata* appellare *litora. Et litora sacra valete.*] *Sacra* palam est ineptum. *Graja* displicet, quia & Tibur Grajum, nempe Argivum. *Grata* autem vocat, quia *omnium non modo Italiæ, sed toto orbe terrarum pulcerrima Campaniæ plaga est*, ut Florus scribit. Nec miretur Ramiresius, *grata* dici, quo tempore æstus illorum fugiebatur. Loquitur enim de illis, ut natura sua sunt, etsi nunc ex accidenti fiat, ut ea, quamvis grata, Tibure mutare malit. *Gronovius.*

9. *Herculeos colles, &c.*] Vos ô Bajæ calore vestro melius solveris brumæ frigus quam Tibur. lib. 1. epig. 13. vs. 1. Jam autem per æstatis fervorem magis placet Tibur, frigori & ventis expositum. Vel, hiberno tempore cedat vobis Tibur: hoc autem æstivo, vos ei cedite.

In Gallam. LVII.

IN tenebris luges amissum, Galla, maritum.
Nam plorare pudet te, puto, Galla, virum.

2. *Num plorare.*] Recte Seriverius, *Nam:* neque aliud patitur τὸ *puto.* Sed cur appingunt interpretationem de infami ob impudentiam Galla? Equidem nihil hic apparet quare Galla magis sit infamis quam maritus. Illa marito amisso tenebras & solitudinem captabat, ut solebant in luctu. Seneca ad Marciam cap. 11. de Octavia lugente Marcellum: *tenebris & solitudini familiarissima.* Tacit. 4. annal. *vix propinquorum alloquia, vix diem aspici à plerisque lugentium.* Id calumniatus & illudens Martialis, quasi vero, inquit, parum decorum matronæ virum palam lugere. *Gronovius.* *Num plorare, &c.*] Gruterus legendum censet: *Non plorare pudet te, &c.* Hoc sensu: vides plorandum esse ob mortem ejus; pudet tamen id facere aperte. Euge! fæmina es animi plane virilis. Vir enim si plorat, plorat sine teste, ut tu. Aut Galla, puto non plorare te virum; quod quia turpe est, ploras in tenebris. Si enim plorares, tenebras non sectarere. Alii, *Nam plorare pudet te puto, Galla, virum.* hac mente, adeo infamem ob impudicitiam fuisse Gallam, vivente marito, ut turpe sit illum jam deflere. Vide etiam an huc faciat quod narrat Eumolpus de matrona illa Ephesia apud Petronium.

De vipera electro inclusa. LVIII.

FLentibus Heliadum ramis dum vipera repit,
Flu-

Hujus epigrammatis argumentum explicatum est supra epigr. 32. in simili casu, de apeinclusa electro. Hic eadem ratione, vipera succini visco implicata interiit. *Ramiresius.*

1. *Flentibus, &c.*] Ramis populi electri-

Fluxit in obstantem succina gemma feram:
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit vincta repente gelu.
Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulchro;
Vipera si tumulo nobiliore jacet.

electriferæ, ut supra epigr. 32. ꝟs. 2. & lib 6. epigr. 15. *Heliadum.*] *Heliades*, sorores Phaëthontis, quæ ejus casum deflentes, in arbores populos conversæ fuerunt, à quibus defluit succinum. *Serpit.*] Serpere enim dicuntur ἄποδα: repere autem, quæ pedes habent brevissimis cruribus, ut lacertæ. Al. *Repit.*

2. *Fluxit, &c.*] Artificium refert Poëtice, ad casum. *Gemma.*] Al. *Gutta.*

4. *Concreto gelu.*] Succina. *Riguit.*] Non quod frigore, sed quod rigore & duritie, gelu imitetur. *Vincta.*] Compedes viperæ, gummi & viscus electri erant. Alii *victa.*

5. *Ne tibi regali, &c.*] E prœlio Actiaco fugiens Cleopatra in Ægyptum, se inclusit sepulchro quod ipsa splendidum exstruxerat, unde extracta, aspidis morsu periisse putabatur. quod Poëta respicere videtur, cum viperæ tumulum conferat tumulo illius quæ aspidis morsu periit.

De Curiatio. LIX.

ARdea, solstitio, Castranaque rura petantur,
Quique Cleonæo sidere fervet ager:
Cum Tiburtinas damnet Curiatius auras,
Inter laudatas ad Styga missus aquas.
Nullo fata loco possis excludere: cum mors
Vene-

Exemplo Curiatii, in Tiburtino loco salutari, morte exstincti, docet æque per omne cœlum, seu salubre, seu pestilens, grassari mortem, adeoque fata nullo excludi loco posse.

1. *Ardea.*] Petamus medio æstatis fervore loca vel calidissima & pestilentia, Ardeam, Castrum Inui. Sic restituit Petr. Scriverius ex opt. libri fide, loco τοῦ *Pastanaque.* tum quia secessus amœnior, tum quia Ardeæ propius Castrum Inui. Cui adstipulatur Ph. Cluverius lib. 3. cap. 5. Ital. *Ardea*, dicta vel ab ardore, vel ardea avi, oppidum est Latii, Turni patria. Tria hic oppida Solis fervore æstuantia, enumerat: Ardeam, Pæstum, Lucaniæ oppid. & Bajas. *Solstitio, &c.*] Æstivo, sic enim simpliciter positum significat.

2. *Quique Cleonæo, &c.*] Bajas supra epigr. 57. ꝟs. 5. & 11. postquam in saluberrimo Tiburis cœlo periit Curiatius. *Cleonæum sidus*, est leo, qui terram Augusto mense caloribus accendit. *Ager.*] Bajanus.

3. *Damnet, &c.*] Morte sua reddat infames. Ditiores enim prædia & villas circa Tibur, aut in ipsa urbe ædes habebant, quo æstate secedebant. Prædia illa *Tiburtina* appellabant; quemadmodum *Tusculana*, quæ prope *Tusculum*: Unde *Tusculanum* villa Ciceronis.

4. *Laudatas aquas.*] Aquam Martiam, quæ se in Tiburtinam aperit. Plin. lib. 13. cap. 3.

5. *Cum mors, &c.*] Ubi fatalis hora venerit, saluberrimus locus, qualis est

Tibur,

Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Tibur, vitam non magis conservat quam Sardinia insula, cœli intemperie & gravitate, pestilentissima, ob salinas, graves Austros, Solpugas, venenatæ formicæ genus, seu Batrachium.

In Mancinum. LX.

DOnasse amicum tibi ducenta, Mancine,
Nuper superbo lætus ore jactasti.
Quartus dies est, in schola poëtarum
Dum fabulamur, millibus decem dixti
Emptas lacernas munus esse Pompillæ:
Sardonycha verum lineïsque ter cinctum,
Duasque similes fluctibus maris gemmas
Dedisse Bassam, Cæliamque jurasti.
Here, de theatro, Pollione cantante,
Cum subito abires, dum fugis, loquebaris;
Hereditatis tibi trecenta venisse:
Et mane centum, & post meridiem centum.
Quid tibi sodales fecimus mali tantum?
Miserere jam crudelis, & sile tandem.

Aut,

Vanum quendam & mendacem Mancinum depingit, & reprehendit; qui miseros sodales subinde enecabat, narrandis iis quæ sibi donabantur. Rogat itaque hominem ut tandem tacere velit; aut si non possit, aliquid narret, quod libenter sodales audiant, sc. se spoliatum bonis suis, jacturam fecisse, fustibus cæsum, &c. *Ramiresf.*

1. *Ducenta, &c.*] M. HS.

3. *In schola, &c.*] Ubi exspectavimus recitationes.

5. *Lacernas, &c.*] A Pompilla tibi donatas lacernas.

6. *Sardonycha verum.*] Sic epigr. 60. lib. 9. *Sardonychas veros mensa quæsivit in omni.* Sunt enim & falsi. vide Plin. lib. 37. cap. 12. Al. *Sardonychas auro lineisque ter vinctos.* Palatinus I. habet *Lychenitisque cerytum.* forte legend. *Lychnin atque ceritem.* quæ nomina gemmarum. *Rutgersf.* *Lineisque, &c.*] Forte nigra, candida, miniata. vide Plin. lib. 37. cap. 12.

7. *Similes fluctibus, &c.*] Smaragdos, Cyaneos, Beryllos, vel Caristos. De quibus Statius: *& gaudens fluctus spectare Caristos.* & alibi: *& concolor alto Vena mari.* quæ laudem habent, si mare concolores.

8. *Bassam, &c.*] Mulieres, ficta forte nomina.

9. *Here.*] Heri. *antiquè.* *Pollione cantante.*] Citharœdo nobili. Juvenal. Satyr. 6. ✝ſ. 388.

11. *Hereditatis.*] Jure hereditario.

13. *Quid tibi, &c.*] Ut mendacissimis ac vanissimis narrationibus nos indies enecare velis.

14. *Crudelis.*] Quia nos enecas mendaciis tuis.

16. *Quod*

Aut, ſi tacere lingua non poteſt iſta,
Aliquando narra, quod velimus audire.

16. *Quod velimus, &c.*] Te jacturam feciſſe aliquam, quod nobis auditu magis gratum: vel aliud quippiam unde nobis lucrum.

De Lycori. LXI.

TIbur in Herculeum migravit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

1. *Tibur in.*] Nigra Lycoris non magno in pretio Romæ, ſeceſſerat Tibur. Jocatur Poëta illam eo migraſſe motam fama de regionis illius frigiditate, quæ candorem vel ſervaret vel redderet. quod de ebore teſtantur Plinius, Silius, & Propertius. ſic epigr. 12. l. 7. *Herculeum, &c.*] Epigr. 13. lib. 1. ✝C1.

De Cærellia. LXII.

DUm petit à Baulis mater Cærellia Bajas,
Occidit inſani crimine merſa freti,
Gloria quanta perit vobis! hæc monſtra Neroni
Nec quondam juſſæ præſtiteratis aquæ.

Deflet Cærelliæ cujuſdam matris caſum, quæ cum à Baulis, peteret Bajas, naufragio periit in eo freto. *Ramireſ.* Baulis villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter & Bajanum lacum flexo mari alluitur. Olim *Boaulia* dicta. Tacit. Annal. lib. 14.

1. *Mater.*] Cærellia quædam, & ipſa mater, à Baulis Bajas vecta perierat. arguit Poëta aquas criminis & jacturæ gloriæ, quæ monſtro hoc ſimile imperium Neronis in matre ſua Agrippina (vide Sueton. Neron. cap. 34. Tacit. Ann. 14. & Dionis Neron.) detrectaſſent, illique vel juſſæ pepercisſent: hanc autem immeritam injuſſæ merſiſſent.

3. *Gloria quanta.*] Magnam laudem vobis comparatam (quum Agrippinam juſſæ, non merſiſtis) in Cærellia innocente ſubmerſa perdidiſtis, quam etiam injuſſæ hauſiſtis. *Monſtra.*] Caſum, naufragium, mortem.

4. *Nec quondam juſſæ.*] Olim enim ad Baulos Nero matrem, ſoluto repente machinoſo navigio, juſſerat mergi, quæ tamen enavit. ita illam juſſæ aquæ non oppreſſerunt; hanc injuſſæ hauſerunt. *Rad.*

De hortis Julii Martialis. LXIII.

JUli jugera pauca Martialis,
Hortis Heſperidum beatiora,

Longo

Laudat hortos Julii Martialis, à ſitu, à cœlo, à ſubjectis amœnis regionibus, à quiete, à benignitate & hoſpitalitate Domini; præfertque eos Tiburi, Præneſte, Setiæ.

1. *Juli jugera, &c.*] Ad quem ep. 1. & 82. lib. 6. epigr. 16. & 71. lib. 7. & alias.

2. *Hortis, &c.*] Epigr. 21. lib. ſpectac. ✝C3.

3. *Longo*

Longo Janiculi jugo recumbunt.
Lati collibus imminent recessus:
Et planus modico tumore vertex
Cælo perfruitur sereniore:
Et curvas nebulâ tegente valles
Solus luce nitet peculiari:
Puris leniter admoventur astris
Celsæ culmina delicata villæ.
Hinc septem dominos videre montes,
Et totam licet æstimare Romam,
Albanos quoque, Tusculosque colles,
Et quodcumque jacet sub urbe frigus,
Fidenas veteres, brevesque Rubras,
Et quod virgineo cruore gaudet,
Annæ pomiferum nemus Perannæ.
Illic Flaminiæ, Salariæque
Gestator patet, essedo tacente,
Ne blando rota sit molesta somno,

Quem

3. *Longo Janiculi, &c.*] Porrigebatur enim ad pontem Milvium Janiculum, excelsus mons non procul ab Orbe, trans Tiberim situs. *Recumbunt.*] Horti nempe Jul. Martialis.

5. *Et planus, &c.*] In vertice Janiculi planities est quæ colles superat, serena & suda non nebulis, ut valles, tecta. hîc Julii Mart. villa.

9. *Puris astris.*] Pura vocat astra, quæ nullis nebulis aspectui subtrahuntur. eadem eleganti metaphora infra lib. 8. epigr. 14. *puros soles & sine face diem* dixit.

11. *Septem.*] Septem colles, Palatinum, Capitolinum, Quirinalem, Cœlium, Esquilinum, Viminalem, Aventinum. quibus imposita Roma rerum domina. *Dominos, &c.*] Al. *Domino*, id est, Julio Mart.

12. *Æstimare, &c.*] Lustrare oculis.

13. *Albanos.*] Dicitur mons Albanus, ab Alba longa, ibi quondam exstructa. *Tusculum* verò urbs Latii.

14. *Et quodcumque, &c.*] Et quæcunque loca frigida suburbana.

15. *Veteres.*] Româ enim antiquiores. *Brevesque, &c.*] Oppid. parvum, forte Ulubras.

16. *Quod virgineo, &c.*] Nemus Dianæ Aricinæ, in quo fecerant sacra non mitiora, quam Tauricæ Dianæ. Strabo lib. 5. cruor itaque vel virginum cæsarum, vel Annæ Perannæ, quæ Didonis soror, (ut habent fabulæ) Laviniæ insidias fugiens se in Numicium fl. dedit præcipitem. seu (ut tradunt melioris fidei historici) anus Bovillis oriunda, quæ populo per seditionem in montem digresso cibum tulerit, seque postea ex alta fenestra præcipitavit. vide Ovid. 3. Fast. Macrob. 1. Saturn. cap. 12. & Tiraquell. ad l. 3. Alexand.

18. *Illic Flaminiæ, &c.*] Ex hac villa prospiciuntur esseda & currus in via Flam. & Salaria: non tamen audiuntur, aut somnum interpellant.

21. *Ce-*

Quem nec rumpere nauticum celeusma,
Nec clamor valet helciariorum.
Cum sit tam prope Mulvius, sacrumque
Lapsæ per Tiberim volent carinæ.
Hoc rus (seu potius domus vocanda est)
Commendat dominus; tuam putabis:
Tam non invida, tamque liberalis,
Tam comi patet hospitalitate.
Credas Alcinoi pios Penates,
Aut facti modo divitis Molorchi.
Vos nunc omnia parva qui putatis,
Centeno gelidum ligone Tibur,
Vel Præneste domate, pendulamque
Uni dedite Setiam colono:
Dum, me judice, præferantur istis
Juli jugera pauca Martialis.

De

21. *Celeusma.*] Epigr. 66. lib. 3. ỷſ. 3.

22. *Helciariorum.*] Qui navem adverso flumine, vel qui navi, anchoram seu grave aliud pondus uno connixu & mutuo hortatu moliuntur. ab ἕλκω, *traho.*

23. *Mulvius.*] Pons Milvius, qui in via Flaminia ultra primum lapidem. *Sacrumque, &c.*] Pro Deo cultum. Virg. 8. Æneid. & epigramm. lib. 3. ỷſ. 3.

25. *Hoc rus, &c.*] Honestior, gratior, laudatior fit domus ista à domino Julio Mart. viro hospitali.

29. *Alcinoi.*] Regis Phæacum, qui Ulyssem enatantem benigno hospitio excepit. Hom. odyss. ζ.

30. *Facti modo divitis.*] Quem *modo divitem factum* appellat Poëta, quod juxta Herculis fanum splendido luxu à Domitiano extructum, Molorcho sacellum condiderat & ipsum donariis ditatum. *Molorchi.*] Pauperis pastoris qui Herculem ad leonem Nemeæum occidendum venientem hospitio excepit.

31. *Vos nunc, &c.*] *Epiphonema.* Ite jam avari Vectidii, quibus non sufficiunt latifundia quæ milvus obertet quique centum jugera aratis. ego vel toti Tiburi, Prænesti, & Setiæ, pauca hæc Martialis jugera antefero.

32. *Gelidum, &c.*] Supra epigrammate 62.

33. *Pendulamque.*] In declivitate montis sitam.

34. *Uni dedite.*] Uni colono Setinum agrum locandum dixit, qui scil. eum colat cum familia. Setia ergò civitas in extrema Latii parte, supra forum Appii. unde & Setinum vinum, de quo lib. 13. *Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos.* Rad.

35. *Dum, &c.*] Malo jugerum paucorum Julii Mart. quam totius Setini agri dominus esse.

2. Lusca

De Philæni. LXIV.

OCulo Philænis semper altero plorat.
Quo fiat istud quæritis modo? lusca est.

2. *Lusca est.*] Α'ϖροσδοκήτως resp. neque enim alterum habet. si enim utrumque salvum haberet, utroque ploraret.

Ad Linum. LXV.

EGisti vitam semper, Line, municipalem:
Qua nihil omnino vilius esse potest.
Idibus, & raris togula est excussa Kalendis:
Duxit & æstates synthesis una decem.
Saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum,
Sylva gravis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo venit de gurgite piscis:
Vina rubens fudit non peregrina cadus.

Nec

Irridet sub specie admirationis Linum quemdam, qui ingens patrimonium dilapidaverat eo victu & cultu, quo alius posset id multum augere: dicitque eum rem fecisse difficilem. Nam eàdem parsimoniâ, qua alius quis ex paupere dives fieri poterat; ille contrà ex ditissimo factus est pauperrimus. *Ramires.*

1. *Municipalem.*] Frugalem, utpote rusticam, quam degunt in municipiis, quæ oppida sunt certa lege donata civitate, munerisque partem cum pop. Romano capiunt.

2. *Vilius.*] Minus sumptuosum, abjectius. Alii *dulcius*. Ramires. leg. *durius*. dure nimis.

3. *Idibus & raris, &c.*] Ubi *raras* appellat, non quod raro Linus in Urbem ventitaret; sed quod Kalendæ & Idus, quibus municipes ad sacra togati conveniebant, raræ sunt, semel enim tantum in mense veniunt. *Ferrarius.* *Idibus, &c.*] Calendis & Idibus conveniebat ad publica sacra populus togatus. in municipiis tamen rarior togæ usus, Juven. Sat. 3. ℣. 171. & Plin. lib. 7. epist. 8. *Togula.*] Non lauta, nec laxa, qualem beatiores gestabant; sed exiguá & angusta. *Excussa Kalendis.*] Explicata, ubi depromitur è vestiario, seu prælo. alii *tibi sumpta.* Diebus enim festis tantum & solennibus, togas & candidiores vestes sumebant in municipiis.

4. *Synthesis.*] Quæ est compositio & constructio aliquarum rerum, sed præcipuè vestium. Unde & Synecbd. pro una veste sumitur, ut & hic. Et vide lib. 5. epigr. 80. *Undecies una surrexti Zoile cœna, Et mutata tibi est Synthesis undecies.* Et ultimo versu: *Frigus enim magnum Synthesis una facit.* Hoc enim loco notatur summa Lini parsimonia, quod tantum abesset à luxu, ut eadem veste, decem annis uteretur. *Ramires.* Epigramm. 46. lib. 2. ℣. 3.

5. *Saltus aprum.*] Commoditates ex rure Lino provenientes enumerat, quum esculenta & poculenta omnia haberet sua, nullo pretio comparata. *Inemptum*] Labore venationis tantum, non pretio quæsitum. *dapibus mensas onerabat inemptis.* Virg. 4. Georgic.

8. *Rubens fudit.*] Figlinus ex argilla rubra. *Non peregrina cadus.*] Domi nata, in agris tuis.

9. Nec

Nec tener Argolica missus de gente minister,
Sed stetit inculti rustica turba foci.
Villica vel duri compressa est nupta coloni:
Incaluit quoties saucia vena mero.
Nec nocuit tectis ignis, nec Sirius agris:
Nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis.
Supposita est blando numquam tibi tessera talo:
Alea sed parcæ sola fuere nuces.
Dic ubi sit decies, mater quod avara reliquit?
Nusquam est. fecisti rem, Line, difficilem.

9. *Nec tener, &c.*] Non tibi mensæ minister magno pretio emptus ex Græcia. Ita ut effunderent in puerorum pretia, ingentes opes. sic supra lib. 1. epigr. 59.

Millia pro puero, centum me mango poposcit.
Risi ego; sed Phœbus protinus illa dedit.

10. *Sed stetit, &c.*] Sed villici pueri & vernæ. epigr. 50. lib. 1. ỳs. 21.

12. *Saucia.*] Ebria. epig. 68. l. 3. ỳs. 2. *Vena mero.*] Libidinis instrumentum. epigr. 46. lib. 6.

13. *Nec nocuit.*] Proponit nunc per negationem, causas paupertatis, quarum nulla contigit Lino; tectorum conflagrationem, agrorum ardorem, navium jacturam. *Ramiresius.* *Nec Sirius agris.*] Nec æstus per dies caniculares agros & segetes exussit.

14. *Fluit.*] Versatur in mari, quæ tua sit.

15. *Supposita, &c.*] Non tesseris aut aleis rem decoxisti. à talis vero tanquam à minore lusu incipiebant, mox incalescentibus lusoribus proferebantur tesseræ.

16. *Alea, &c.*] Sed aleæ tuæ pignora fuere nuces. de quibus vel pueri ludunt.

17. *Dic ubi, &c.*] Cum itaque frugaliter vixeris, vestitu, victu, ministerio & Venere; cum nec igni nec cæli inclementia, nec naufragio neque alea jacturam feceris, demiror unde ad paupertatem sis redactus.

18. *Fecisti rem, &c.*] Cujus ratio non facile apparet: & tamen apparet te *rem familiarem* fecisse tenuem & decoxisse.

In Prætorem. LXVI.

PRætorem pauper centum sestertia Gaurus
Orabat cana notus amicitia.
Dicebatque suis hæc tantum deesse trecentis,

Ἀχαριστίαν Prætoris cujusdam adversus veterem amicum damnat, quod maluerit feræ & equis, quam homini prodesse. *Rad.*

1. *Centum sestertia.*] Sunt duo millia quingenti Philippei. *Gronovius.*

2. *Cana.*] Veteri, à pueris inita. *Cæteri alii.* ut epigr. 16. lib. 1.

3. *Dicebatque, &c.*] Dicebatque hanc summam sibi deesse ad censum equestrem, scilicet quadringenta Sestertia, nostræ monetæ 3125. l. ut infra 14. Ordines sedens Domitiano Imp. advenienti plauderet. epig. 34. l. 6. Solere autem dari ad implendas equestres facultates testatur. Plin. ep. 19. l. 1.

Ut possit domino plaudere justus eques.
Prætor ait: scis me Scorpo, Thalloque daturum;
Atque utinam centum millia sola darem.
Ah pudet ingratæ, pudet ah male divitis arcæ.
Quod non vis equiti, vis dare, Prætor, equo?

4. *Justus eques.*] Integro censu Equestri ex lege Roscia. Sunt qui legant, *Jussus.*

5. *Scorpo, Thalloque daturum.*] Nobili agitatori. epigr. 50. 53. & 74. lib. 10. & Lips. lib. 1. epistol. quæst. 5. epist.

7. *Male divitis arcæ.*] Quæ usum divitiarum nescit. De arca jam dictum, lib. 1. epigr. 77. Et pro, *Quod non vis*; alii, *Quod non das*, &c.

8. *Equo.*] Equis alendis ad Circum ab agitatoribus Scorpo Thalloque. *Vel*, An homini qui nihil aliud novit quam equos agitare, plus dabis quam honesto equiti? vide epigr. 26. l. 5. Vel etiam statuæ equestri erigendæ? ut epigr. 26. l. 5.

Ad Sextum. LXVII.

INvitas centum quadrantibus, & bene cœnas.
Ut cœnem invitor, Sexte, an ut invideam?

Sportulæ pretio invitarat poëtam nostrum Sextus; qui quum laute cœnaret; Poëta in eadem mensa, sordide. Hoc ergo Martiali dolet, cui infelici spectanda erat, invidenda alterius felicitas.

1. *Invitas, &c.*] Vide epigr. 7. l. 3. unde huic lux.

Ad Papilum. LXVIII.

TU Setina quidem semper, vel Massica ponis,
Papile: sed rumor tam bona vina negat.
Diceris hac factus cœlebs quater esse lagena.
Nec puto, nec credo Papile, nec sitio.

A Papilo vel ut alii leg. Pamphilo, quatuor uxores veneno interfectas dicit, eoque se non sitire ipsius, quamvis optimam lagenam. *Rad.*

1. *Setina Massica.*] Vina nobilia è Setia & Massico in Campania.

2. *Sed rumor, &c.*] Immo veneno mista esse, fama est.

3. *Cœlebs, &c.*] Viduus 4. uxoribus veneno sublatis. de voce *cœlebs* vide quæ ad Senec. Hippolyt. ℣. 230. *Lagenâ.*] Supra epigrammate 43. versu 3.

4. *Nec sitio.*] Nolo tamen bibere, malo enim famæ quam experientiæ fidem habere.

De Ammiano ad Maronillum. LXIX.

NIhil Ammiano, præter aridam restem

Mo-

Refert de Ammiano quodam, qui, quum patris mortem optaret, ut hæreditate potiretur; ultimis tabulis, pater nihil ei præter restem reliquerit. Miratur fieri potuisse, ut Ammianus doleret ob patris mortem; vivus enim aliquid filio largiebatur.

1. *Aridam restem.*] Meram restem, qua

Moriens reliquit ultimis pater ceris.
Fieri putaret posse quis, Maronille,
Ut Ammianus mortuum patrem nollet?

qua se perdiræ luxuriæ filius suspenderet. Ramiresius legit *vestem*, & ut credit, meliore sensu; quod *arida vestis*, sit sola vestis, nulla alia re adhibita. sic lib. 10. epigr. 75.
Sportula nos junxit quadrantibus arida centum.

2. *Ultimis ceris.*] Ultimo testamento, vel ima cera testamenti, cum in prioribus nominasset alios heredes.
4. *Mortuum, &c.*] Cujus morte nihil præter restim ad eum devenit, cujus mortem expectabat, & forte ne expectarat quidem. vide epigr. 10. lib. 3.

* Ad Sophronium Rufum. LXX.

QUæro diu totam, Sophroni Rufe, per urbem,
Si qua puella neget; nulla puella negat.
Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare:
Tanquam non liceat; nulla puella negat.
Casta igitur nulla est? castæ sunt mille. quid ergo
Casta facit? non dat; non tamen illa negat.

* Alii *Sempronium.*
Queritur puellarum Romanarum facilitatem, ex quibus nullam, quæ negaret, invenerat; adeo ut ne castæ quidem, quamvis non darent, non tamen negarent. *Ramiresf.*
2. *Si qua puella.*] Negantem puellam quærebat ob eam caussam, quod facilitas in dando satiare soleat, ut supra dixit epigr. 38.
Galla, nega, satiatur Amor, nisi gaudia torquent.
3. *Fas non sit.*] Natura sua.
4. *Liceat; nulla, &c.*] Facultate aliena. Quasi vel ex sua natura iniquum vel turpe sit negare: vel ad negandum concessam non habeant facultatem. *Ramiresf.*
6. *Non dat.*] Mercedem. *Vel*, non ultro dat, sed rogata non negat. unde apparet verum esse illud Ovidii, *casta est quam nemo rogavit.*

Ad Quinctum. LXXI.

EXigis, ut donem nostros tibi, Quincte, libellos.
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon.
Æs dabo pro nugis, & emam tua carmina sanus?
Non, inquis, faciam tam fatuè: nec ego.

De

Tacitè sordes aliquorum reprehendit sub Quincto, qui quum animi caussa poëtæ libellos expeteret; paucos tamen impendere in eam rem nummos recusabat. *Ramiresf.*

2. *Bibliopola Tryphon.*] Clarus præfatione Quintiliani. & ep. 3. l. 13. vs. 2.
4. *Tam fatuè.*] Qui emam nugas. *Nec ego.*] Qui donem fatuo. epigr. 118. lib. 1. vs. 11.

De Vestino. LXXII.

CUm gravis extremas Vestinus duceret horas,
Et jam per Stygias esset iturus aquas,
Ultima volventes orabat pensa sorores,
Ut traherent parvâ stamina pulla morâ.
Jam sibi defunctus, caris dum vivit amicis;
Moverunt tetricas tam pia vota Deas.
Tum largas partitus opes, à luce recessit:
Seque mori post hoc credidit ille senem.

Atticum Vestinum, filium illius Vestini, quem Nero consulem, immerentem occidit, ut scribit Tacit. Annal. 15. laudat illum à liberalitate, qua in extremo vitæ spiritu cum amicis usus est, quibus ingentia divisit dona: quo facto, libens decessit. *Ramiresius.*

1. *Gravis extremas.*] Gravi morbo affectus. *Vestinus, &c.*] Filius Vestini, qui in consulatu præter culpam à Nerone mori jussus est.

3. *Orabat.*] Colinæus & alii leg. *Oravit.*

4. *Pulla stamina.*] Nigra, quæ mortem minentur. epigr. 58. lib. 6. ut contra *alba*, ubi vitam Parcæ protrahunt. Juven. Sat. 12. ☩. 65. *Pulla.*] Sunt qui legant, *nigra.* alii *nulla.*

5. *Jam sibi defunctus.*] Non vitæ desiderio moram hanc orabat, sed ut bona sua amicis divideret.

8. *Mori senem.*] Morti maturum. sic epigr. 53. lib. 10. Alii leg. *post hoc.*

De Damis. LXXIII.

ADspicis, imbelles tentent quam fortia damæ
Prælia? tam timidis quanta sit ira feris?
In mortem parvis concurrere frontibus audent.
Vis, Cæsar, damis parcere? mitte canes.

De damis in arena adversis frontibus in se mutuo concurrentibus, dictum supra. epigr. 35.

1. *Imbelles.*] Elegantibus antithetis hoc distichon ornavit: *Imbelles, fortia prælia: timidis feris, quanta ira.* Et pro *audent* Gruterus ex marginali lectione Colinæi mallet legere *ardent*, modo illa lectio confirmaretur aliquo MS.

4. *Mitte canes.*] A paradoxo. canibus, qui alias damis exitio sunt, immissis, dirimeiut prœlium damarum ad perniciem inter se furentium. sic epig. 49. l. 1.

De Nigrina. LXXIV.

O Felix animo, felix Nigrina, marito,

Atque

Laudat Nigrinam à liberalitate in maritum, cui impertierat paternos census; comparatque eam cum Euadne & Alceste, quas ei postponit; quod illæ amorem in conjuges morte sua; hæc sine morte demonstravit. *Ramiresi.*

1. *Animo marito, &c.*] Tuo, id est, vitæ tuæ, quæ vel sine animæ tuæ jactura

Atque inter Latias gloria prima nurus.
Te patrios miscere juvat cum conjuge census,
Gaudentem socio, participique viro.
Arserit Euadne flammis injecta mariti,
Nec minor Alcestem fama sub astra ferat.
Tu melius: certo meruisti pignore vitæ,
Ut tibi non esset morte probandus amor.

ctura plus marito profuisti, quam Euadne & Alcestis pro & cum suis morientes. namque tu marito tuo, cui lege non licuit patrimonium uxoris caducum participare, è qua liberos non procreasset, liberaliter impertiisti à patre tibi relictos census. sic enim malo legere quam *sensus*, ut vulgo.

2. *Gloria prima.*] Gloriam primam appellat more suo; quia eminentissimum quodvis in suo genere sic vocare solet.

5. *Euadne flammis, &c.*] Quæ se in rogum Capanei conjugis injecit. Ovidius 3. de Arte, & Papin. lib. 12.

6. *Alcestem, &c.*] Quæ conjugis Admeti mortem sua redemit. *fab. nota.*

7. *Tu melius.*] Sc. te gessisti, quam Euadne & Alcestis; quibus ut amorem in conjuges probarent, mori necesse fuit. Deinde subjungit aitiologiam: Nam *tu pignore*, id est, ea liberalitate, qua usus es in maritum, *certo vitæ*, nulla cogente mortis necessitate; sed in summa tranquillitate meruisti, ut tantus amor tuus videretur, quantus posset videri, si pro conjuge mortem oppetiisses: itaque præferendus amor tuus, qui vita non morte spectatus fuit. *Ramiresi.* Vel ut Musambertius exponit. Tu melius Nigrina; quæ *certo pignore vitæ*, seu viva, certo in maritum viventem pignore, communicati cum eo patrimonii tui, effecisti, ut etsi non pro viro, aut cum viro moriaris, quemadmodum Euadne olim aut Alcestis, non minori tamen quam illæ sis laude officii & amoris erga conjugem. Alii *certæ*, vel *certe.* Juv. *Certè meruisti pignora vitæ.*

8. *Ut tibi non, &c.*] Ut epigr. 9. lib. 1. & epigr. 57. lib. 11.

In avarum amicum. LXXV.

MIllia misisti mihi sex, bis sena petenti:
Ut bis sena feram, bis duodena petam.

Ridicule docet, quo pacto ab amico dimidium postulati dare solito, totum impetrare possis. Quoniam tu tibi caves, dimidiato quod petebam (vide epigr. 76. lib. 1.) ego necessitati meæ consulam in posterum petendo geminum ejus summæ qua mihi opus fuerit. Ex Cujacii mente, qui dicit: *Plus petendum esse quam sat est, ut consequamur quantum sat est.*

In Zoilum invidum. LXXVI.

NUmquam divitias Deos rogavi,
Contentus modicis, meoque lætus.

Pau-

Zoilum invidum depingit eleganti paradoxo, dum dicit mutata voluntate se divitem velle fieri, quum supra multis epigrammatis paupertatem amplecti testatus esset, ut Zoilus præ invidia se suspendat. *Ramiresi.*

Paupertas, veniam dabis, recede.
Caussa est quæ subiti, novique voti?
Pendentem volo Zoilum videre.

3. *Paupertas, &c.*] Paupertati, quæ mihi hactenus cordi & in votis erat, jam renuncio, mutato consilio & voto, ditescere volo. nec alia de causa, quam ut ii qui rebus meis modice lætis invident, lætissimas ubi viderint, invidia rumpantur, aut ad laqueum fugiant.

In Varum. LXXVII.

AD cœnam nuper Varus me forte vocavit,
Ornatus dives, parvula cœna fuit.
Auro, non dapibus oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

Varum quemdam ut vanum reprehendit, qui convivis ornatum divitem ostentabat, cœnam autem parvulam apponebat. Ventrem se dicit, non oculos pastum venisse. *Ramires.*

1. *Ad cœnam nuper, &c.*] Ejusdem argumenti vide epigr. 44. lib. 1. epigramm. 59. lib. 3. & epigr. 68. lib. 4. Abjudicant hoc epigram. Martiali; nec injuria quod Adr. Junius ut & quædam alia adoptavit primus. Ἀργυρέῃ λιμῷ τις ἐς εἰλαπίνην με καλέσσας Ἔκτανε. Anth. lib. 2. cap. 50.

6. *Aut appone dapes, &c.*] Nullum acumen, nulli sales. Rescribo venustissimo sensu: *Aut appone dapes, Vare, vel aufero opes.* Jubet enim Martialis, ut apponantur dapes, non aurum; nam nisi dapes apponantur, minatur se ablaturum aurum quod appositum erat; quemadmodum è dapibus partem domum auferebant. *Petitus.*

In Afrum. LXXVIII.

COndita cum tibi sit jam sexagesima messis,
Et facies multo splendeat alba pilo;
Discurris tota vagus urbe; nec ulla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus, ave.
Et sine te nulli fas est prodire tribuno,

Nec

Insectatur facetissimè Afrum quendam ardelionem, importunè & intempestivè officiosum, quem sexagenarium jam monet, ut ea officia junioribus relinquat. *Ramires.*

1. *Sexagesima messis.*] Id est, cum jam sexagenarius sis, & canis obsitus.

3. *Discurris tota, &c.*] Ambitiosa indagine officiosus per omnia divitum atria, quos vel in ipsis atriis, egredientes, vel in cathedris sedentes admissus salutas, discurris, portans ineptum *Ave*, cui jam sexagenario & cano dicendum potius fuerat *vale.* vide ep. 67. lib. 5. vide Senec. de Tranquil. cap. 12.

5. *Et sine, &c.*] Epigr. 99. lib. 11.

7. *Sacro*

Nec caret officio consul uterque tuo;
Et sacro decies repetis Pallatia clivo,
Sigeriosque meros, Partheniosque sonas.
Hæc faciant sane juvenes: deformius, Afer,
Omnino nihil est ardelione sene.

7. *Sacro decies, &c.*] Multoties per viam Sacram reperis Cæsaris domum.

8. *Sigeriosque meros, &c.*] Jactas ubique familiaritatem tuam cum aulicis. Crepas usque Sigerium & Parthenium Cæsaris cubicularios. de nulla alia re quam de Sigerio & Parthenio loqueris. Sic Horat. lib. 1. epigr. 7. ad finem:

Sulcos & vineta crepat mera.

Sunt qui legant hic *Sigeriosque modos:* Sed Musambert. legendum censet *Sigeriosque modo*, id est, tantum Sigerios, sive nihil aliud sonas quam Sigerios & Parthenios. Recte.

10. *Ardelione sene.*] *Ardelio* est, qui omnia & nihil agit; ubique & nusquam est. vide lib. 2. epigr. 7.

* Ad Mathonem. LXXIX.

HOspes eras nostri semper, Matho, Tiburtini.
Hoc emis. imposui: rus tibi vendo tuum.

* Scriv. *Maronem.*

Loquacem Mathonem quendam insectatur; qui sanus, æger, nunquam cessabat loqui, & in medio febris ardore, summo conatu declamabat. Ipse verò existimabat magnam hanc esse rem. Docet poëta, majorem rem esse, eo tempore tacere. *Ramiresi.*

1. *Matho, Tiburtini.*] Vide epigr. quod sequitur.

2. *Imposui.*] Decepi ego te, immo tu teipsum dum mancipio tuum pretio vis esse prædium Tib. quod prius quidem gratis erat usu tuum assidui hospitis, quamdiu meum fuit possessione.

In Mathonem. LXXX.

DEclamas in febre, Mathon: hanc esse phrenesim
Si nescis, non es sanus, amice Mathon.
Declamas æger, declamas hemitritæus.
Si sudare aliter non potes, est ratio.
Magna tamen res est: errans cum viscera febris
Exu-

1. *Mathon.*] Caussidicus. Juvenal. sat. 1. ℣s. 32.

2. *Si nescis, &c.*] Si nescis hanc esse insaniam, quod febricitans declamas, perdita sane & deplorata laboras insania, cujus sensum non habes. est autem Phrenesis insania ex inflammatione cerebri orta. *Celsus.*

3. *Hemitritæus.*] Semitertiana laborans.

4. *Si sudare, &c.*] Si hoc facias quo elicias sudorem & hinc febrim leves, habes sane cur declames.

5. *Magna tamen, &c.*] Posse in febre declamare, inquit Poëta ex persona Mathonis. *Errans cum, &c.*] Resp. objectioni Poëta. cum errans, id est, incertas habens accessiones & decessiones semitertiana exurit visc. alii leg. *erras:* & referunt ad Poëtam redar-

Exurit, res est magna, tacere, Mathon.

guentem: Non est magna res, inquit Poëta, declamare in febri, erras Matho; magna res est, tum posse tacere.

6. *Tacere, Mathon.*] Non clamare, non ingemiscere. arguit autem Mathonem vel improbæ & effrenis loquendi libidinis, vel pronuntiationis querulæ & quasi in febre quiritantis. hoc epigr. ut & 84. Janus Rutgers. abdicat Martiali.

De Fabulla. LXXXI.

Epigramma nostrum cum Fabulla legisset,
Negare nullam quo queror puellarum:
Semel rogata bisque terque neglexit
Preces amantis: jam, Fabulla, promitte:
Negare jussi, pernegare non jussi.

1. *Epigramma.*] Supra epigr. 71.

4. *Jam, &c.*] Ut nolo nimis facilem, ita nec difficilem nimis. lib. 1. epigr. 58. & 38. supra.

5. *Negare, &c.*] Sic epigr. 70. lib. 9. *Nam vigilare leve est, pervigilare grave.*

Ad Rufum. LXXXII.

Hos quoque commenda Venulejo, Rufe, libellos,
Imputet & nobis otia parva, roga:
Immemor & paullum curarum, operumque suorum,
Non tetrica nugas exigat aure meas.
Sed nec post primum legat hæc, summumve trientem:
Sed sua cum medius prœlia Bacchus amat.
Si nimis est legisse duos: tibi charta plicetur
Altera: divisum sic breve fiet opus.

In

Mittit ad Rufum duos epigrammatωn libellos, quos vult Venuleio commendari. Præfinit ergo tempus, quo eos sit lecturus: & si longiores videbuntur, præcipit ut altera plicata charta, breviores faciat. *Ramires.*

1. *Hos quoque, &c.*] Duos, tertium & quartum hunc, infra ℣ſ. 7.

4. *Non tetrica, &c.*] Non rigida censura ad amussim & perpendiculum examinet carmina hæc nugatoria. *Exigat.*] Examinet, ducta Metaph. ab architectis vel statuariis. Unde *exacta opera*, pro perfectis: pro quo Plautus *amussitata* dixit, quasi ad amussim exacta. *Ramires.*

5. *Nec post, &c.*] Inter magis seria, & priusquam mero incaluerit. epigr. 1. supra ℣ſ. 8. *Summumve.*] Nec tamen post ultimum, ubi nimius fervor. vel ubi friguit deferbuitque alacritas. *Trientem.*] Qui quatuor continet scyphos. hic pro quovis poculo dicitur. Petitque ut in media cœna, suos ei offerat libellos. epigramm. 107. lib. 1. ℣ſ. 4.

6. *Sed sua cum, &c.*] Sed inter scyphos, cum in media cœna poscunt majora pocula.

7. *Duos, &c.*] Supra ℣ſ. 1.

8. *Divisum, &c.*] Vide ep. 29. supra.

Nævo-

In Nævolum. LXXXIII.

SEcuro nihil eſt te, Nævole, pejus: eodem
Sollicito nihil eſt, Nævole, te melius.
Securus, nullum reſalutas, deſpicis omnes;
Nec quiſquam liber, nec tibi gratus homo eſt.
Sollicitus, donas: dominum regemque ſalutas;
Invitas. eſto, Nævole, ſollicitus.

Nævolum inſectatur, qui pro rerum ſuarum eventu, modeſtum vel arrogantem ſe oſtendebat. Nam cum nullis premeretur curis, deſpiciebat cunctos: quum vero ſollicitus erat, omnibus ſe ſubmittebat. Precatur ei poëta perpetuam ſolicitudinem. *Ramireſ.*

1. *Securo nihil, &c.*] Te curis vacuo & proſpere agente, nihil arrogantius & inſolentius: curis preſſo modeſtior nemo aut ſummiſſior. & quod de Caligula Paſſienus, *Nemo fuit ſervus melior, nemo dominus deterior.*

4. *Nec quiſquam, &c.*] MS. Bodl. *Nec quiſquam viſus, nec tibi notus homo eſt.* Gruterus ex Palat. legit, *Nec tibi natus homo.* acute.

6. *Solicitus.*] Ut fias uſque modeſtus.

In Thaidem. LXXXIV.

NOn eſt in populo, nec urbe tota,
A ſe Thaida qui probet fututam;
Cum multi cupiant, rogentque multi.
Tam caſta eſt, rogo, Thais? imo fellat.

4. *Fellat.*] Supra epigr. 50.

In Ponticum. LXXXV.

NOs bibimus vitro, tu murrha, Pontice. quare?
Prodat perſpicuus ne duo vina calix.

Inurbanitatem Pontici notat hoc diſticho; qui convivis vilia, ſibi pretioſa vina miſcebat, & ne fucus detegeretur; ipſe poculis myrrhinis utebatur; convivis vitra porrigebat. *Ramireſius.*

1. *Nos, &c.*] Convivæ tui. *Murrha.*] Poculo murrhino.

2. *Prodat perſpicuus, &c.*] Ne ſi tu vitreis, ut nos, biberes, appareret te non idem vinum bibere quod nos, ſed generoſius. epigr. 49. lib. 10.

Ad librum de Apollinari. LXXXVI.

SI vis auribus Atticis probari,
Exhortor, moneoque te, libelle,

Ut

Elegans apoſtrophe ad librum ſuum, quem hortatur & monet, ut curet Apollinari placere; quod ſi obtineat, poterit cæterorum judicia contemnere: ſin minus, deſperet poſſe in vulgus placere. *Rameirſ.*

1. *Atticis probari.*] Politis, delicatis, eleganter teretibus.

3. *Apol-*

Ut docto placeas Apollinari,
Nil exactius, eruditiusque est;
Sed nec candidius, benigniusque:
Si te pectore, si tenebit ore,
Nec ronchos metues maligniorum,
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnaverit, ad salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inversa pueris arande charta.

3. *Apollinari.*] Ep. 25. lib. 7.

4. *Nil exactius, &c.*] Qui ut apprime exacti est judicii & eruditionis ad examinandum; ita miri candoris & benigni ingenii ad approbandum.

6. *Si te pectore, &c.*] Ille si te approbarit basio & amplexu dignatus. epigr. 4. lib. 1. ℣s. 9. abunde tutus eris, & extra plebei judicii aleam contemptumque positus.

7. *Ronchos.*] Judicia, censuras, subsannationes. vide epigramm. 4. lib. 1. vers. 5.

8. *Scombris, &c.*] Erant autem scombri pisciculi salsi, quos *enchovas* Hispani vocant. Plin. lib. 31. cap. 8. *Tunicas.*] Tegmen: sic lib. 3. epigr. 2. *Ne nigram tito raptus ad culinam Cordyllas madida tegas papyro; Vel turis piperisve sis cucullus.* epigr. 2. lib. 3. ℣s. 3. *Molestas.*] Hinc conjicio non tam involutos ineptis hisce chartis pisciculos illos venales, quam in iis frixos fuisse, cum Metaphoram sumat à tunica illa molesta pice & bitumine illita, qua miselli ardebant damnati. epigr. 25. lib. 10. alii intelligunt chartas illas, quibus involuti afferebantur scombri, à coquo in ignem injectas. vide ep. 2. lib. 3. ℣s. 5.

9. *Si damnaverit.*] Ille, si improbarit, despera te placere aliis posse. *Salariorum.*] Puerorum salsamenta vendentium.

11. *Inversa pueris, &c.*] In tergo à pueris scribenda. olim autem una tantum chartæ facie scribebatur. Et ea quæ in tergo scribebantur ὀπισθόγραφα, & in tergo scripta dicebantur. vide Juvenal. Satyr. 1. ℣s. 5. vide epigr. 62. l. 8.

De Bassa. LXXXVII.

INfantem secum semper tua Bassa, Fabulle,
Collocat, & lusus, deliciasque vocat.
Et quod mireris magis, infantaria non est.
Ergo quid in caussa est? pedere Bassa solet.

In

Facete pedentem notat Bassam, quæ ut dissimularet suum vitium, gestabat infantem, cui culpam, quum pederet, impingebat. *Rad.*

3. *Infantaria non est.*] Nec tamen ea est quæ infantes amet. *novatum verbum.*

4. *Pedere Bassa solet.*] Et in infantem quem gestabat fabam cudere, culpam rejicere solet.

Satur.

In Dissimulatorem. LXXXVIII.

NUlla remisisti parvo pro munere dona;
Et jam Saturni quinque fuere dies.
Ergo nec argenti sex scriptula Septitiani,
Missa nec à querulo mappa cliente fuit?
Antipolitani nec quæ de sanguine thynni
Testa rubet, nec quæ coctana parva gerit;
Nec rugosarum vimen breve Picenarum:
Dicere te posses ut meminisse mei.
Decipies alios verbis vultuque benigno:
Nam mihi jam notus dissimulator eris.

Saturnalibus munera commeabant; ut Cal. Januarii strenæ. Martialis amico cuidam donarat libellum epigrammatωn, pro quo nil receperat. Hoc ussit poëtam; unde hanc bilem in eundem evomuit. *Rad.*

1. *Munere dona.*] Libro forte, vel alio munere in Saturnalibus misso.

2. *Quinque, &c.*] Saturnalia ad quintum diem protraxit Caligula.

3. *Sex scriptula.*] Sex scripula vel scriptula (nam sic recte dicitur, non scrupula) sunt duæ drachmæ. Drachma enim trium scripulorum. Duæ drachmæ; quarta pars unciæ. *Gronov. Scriptula.*] Græcis γραμμάτια à numero literarum, uncia enim 24. continebat scripula. Hoc loco accipio scripulum pro pondere argenti, non pro nummo. Sex ergò scrupula octodecim cruciferis æstimabuntur. *Septitiani.*] Argenti, ut volunt, improbioris notæ. Alii ad *libram* referunt, de qua epigramm. 71. lib. 8. Alii leg. *Septitiane*, ad quem epigramm. ult. lib. 11.

4. *Querulo.*] Qui semper apud patronum de inopia, &c. queritur. epigramm. 50. lib. 1. ỷſ. 27. *Mappa cliente fuit.*] Supra epigr. 46. ỷſ. 10.

5. *Antipolitani, &c.*] Nec muria, quæ è sanguine thunni confecta mittebatur Romam ab Antipoli Asiæ, aliis *Galliæ Narbonensis* urbe. Gruterus dicit omnes MSS. & edd. vett. *Antipolitano*, legere. Vide lib. 13. epigr. 103.

6. *Coctana, &c.*] Ficus parvas ex Syria. lib. 13. epigr. 28.

7. *Nec rugosarum, &c.*] Nec fiscella olivarum Picenarum. lib. 13. epigr. 36.

8. *Dicere te posses, &c.*] Μνημόσυνον scilicet & argumentum amoris.

10. *Dissimulator eris.*] Ingratus. Est enim ingratus qui beneficium accepisse se negat, & qui dissimulat. Sen. Benef. lib. 3. cap. 1. vel qui dissimulas te non intelligere, quid velim. vide epigr. 16. ỷſ. 9. & epigr. 26. lib. 5. ỷſ. 8.

De rusticatione. LXXXIX.

RUre morans quid agam, respondeo pauca, rogatus,
Luce Deos oro, famulos, post arva reviso,

Vitæ suæ modum quem tenebat in rusticatione, exprimit breviter hoc epigrammate: quo fingit respondere, rogatus ab amico quid ageret ruri; & simul vult videri epigrammata successivo labore scribere. *Ramiresius.* Hoc ep. longe infra Martialis ingenium videtur. Loco tamen non moveo, tot jam editionibus publici juris factum.

Partibus atque meis justos indico labores.
Inde lego, Phœbumque cio, Musamque lacesso.
Hinc oleo corpusque frico, mollique palæstra
Stringo libens, animo gaudens, ac fœnore liber.
Pondero, poto, cano, ludo, lavo, cœno, quiesco.
Dum parvus lychnus modicum consumat olivi.
Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

3. *Partibus atque, &c.*] Meis famulis opus distribuo. sic Dido Virgiliana *operumque laborem Partibus æquabat justis aut sorte trahebat.* Ramiresius sic exponit, *Atque meis*, id est, famulis, *indico justos labores partibus*, id est, per partes.

4. *Phœbumque cio, &c.*] Pango carmina.

5. *Oleo corpusque, &c.*] Epigr. 57. lib. 3. ℣ſ. 4. & lib. IV. epigr. 8. *Mollique palæstra stringo.*] Stringo lucta corpus; vel stringo palæstræ pulvere, quem lib. 7. epigr. 96. *Haphen* vocat.

7. *Pondero, &c.*] Omnes uno ore emendant, *Prandeo*, neque enim prandium omnino Latio exulabat.

8. *Lychnus, &c.*] Ellychnium, lucerna.

9. *Hæc dat nocturnis, &c.*] Nox lucubrata dat hæc carm. &c. *Vel* nox dat hæc carmina lucubrata Musis nocturnis.

Ad Librum. XC.

O He jam satis est, ohe libelle:
Jam pervenimus usque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc, & ire quæris:
Nec summa potes in scheda teneri.
Sic tamquam tibi res peracta non sit,
Quæ primâ quoque paginâ peracta est.
Jam lector queriturque, deficitque;
Jam librarius hoc & ipse dicit!
Ohe jam satis est, ohe libelle.

Alloquitur librum, monetque jam quiescendum esse.

1. *Ohe jam satis est, &c.*] Imitatio Horatiana, sat. 5. lib. 1. & sat. 2. lib. 2. Hinc Juvenal.

Satur est cum dicit Horatius ohe.

2. *Ad umbilicos.*] Id est, ad finem. Vide adag. *ad umbilicum ducere.* De umbilicis autem & librorum ornamentis, vide epigr. 67. lib. 1. ℣ſ. 11.

3. *Tu procedere adhuc, &c.*] Tutamen ô libelle vis ire ulterius, nec contentus es paginæ extremam etiam partem implere, tanquam nondum perfeceris rem, quam vel in prima paginæ parte fecisti, hoc est, satiasti lectorem & tœdio enecasti. *Scheda summa.*] Scheda commune nomen est omnibus chartis. *Summa scheda* hic pro extrema libri pagina accipitur: *summa* enim extrema est, sicut *summus dies*, extremus dies. Vel pro ora & margine libri sumitur. de scheda vide Vitellium cap. 3.

8. *Librarius, &c.*] Qui libros transcribit. Heraldus legendum forte credit: *Jam librarius Ohe & ipse dicit.*

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER V.

Ad Cæsarem. I.



Hoc tibi, Palladiæ seu collibus uteris Albæ,
Cæsar, & hinc Triviam prospicis, inde Thetin:
Seu tua veridicæ discunt responsa sorores,
Plana suburbani qua cubat unda freti:
Seu placet Æneæ nutrix, seu filia Solis,
Sive salutiferis candidus Anxur aquis;

Mitti-

Mittit librum ad Domitianum, rogatque uti gratum accipiat; seu lecturus, seu neglecturus.

1. *Hoc tibi.*] Hoc quicquid id est libri, hunc qualemcunque librum mittimus tibi ô Cæsar. *Palladiæ, &c.*] Seu degis in monte Albano. Quem locum tanquam arcem elegerat, & ubi quinquatria in honorem Minervæ quotannis celebravit. lib. 4. epigr. 1. ℣ſ. 6. *Palladiæ Albæ.*] Raderus notat à Martiale blandiendo *Palladiam Albam* vocari, quod sciret Domitiano gratissimam. Nihil hic adulationis. *Palladia Alba*, ubi foci Palladii, Minervæ signum fatale. Hæc duo sacra plerumque conjungebantur. Vide Gronov. ad Stat. Papin. pag. 277.

2. *Triviam prospicis.*] Artemisium templum in nemore Dianæ Triviæ prope Aticinam. *Inde Thetin.*] Ab altera parte prospicis mare.

3. *Seu tua veridicæ, &c.*] Seu degis Antii, ubi Fortuna colitur sub imagine geminarum sororum, quas Antiatinas dicit; quarum & meminit Sueton. in Calig. Hinc Horat.

O Diva gratum quæ regis Antium.

Sed quare geminæ? an quia alia, prospera; alia infausta. Per adulationem autem Domitiano nomen majus & oraculum certius attribuit, dictanti scilicet his tanquam minoribus Diis responsa.

4. *Plana suburbani, &c.*] Quam urbem mare alluit, cujus suburbia occupat mare. Quum enim Antium sit ἐπὶ πέτραις ἱδρυμένον (ut scribit Strabo) & abluatur mari, cui adjacet; videtur mare esse veluti in suburbio Antii, καὶ εἶναι οἱονεὶ προάστειόν τι. Hodie urbs ea Principum otio, & vacationi civilium occupationum dicata est.

5. *Seu placet, &c.*] Seu recessisti in Cajetam urbem Campaniæ, ab Æneæ nutrice dictam, ut vult Virg. 7. Æneid. ut alii, à καίειν, quod ibi classis Trojana incensa. ut alii, à sinuosa cavitate, quam Lacones *Cajattam* dixerunt. *Seu filia Solis.*] Seu versaris *Circeis*, promontorio Italiæ, à Circe filia Solis & Perses quondam habitato.

6. *Salutiferis.*] Propter Pontinam, vel alias paludes, in quas pronum est Anxur ab Ufenti fluv. non parva aquarum salubritate. sic epigr. 5 1. l. 10. ℣ſ. 6. *Candidus, &c.*] *Impositum late saxis candentibus Anxur.* Horat. Sat. 5. libro 1.

8. *Gra-*

Mittimus, ô rerum felix tutela, salusque,
Sospite quo gratum credimus esse Jovem.
Tu tantum accipias: ego te legisse putabo,
Et tumidus Galla credulitate fruar.

8. *Gratum credimus, &c.*] Non immemorem Capitolii à Domitiano puero defensi. epigr. 104. lib. 9. vel restituti cum iterum arsisset. Sueton. cap 5. Domit. vide epigr. 59. lib. 7.

9. *Accipias.*] Vulgò *Accipies.*

10. *Et tumidus.*] Superbus gloriabor librum à Cæsare lectum esse. *Galla credulitate fruar.*] Facili. Galli enim tunc simplices, &c. creduli, Strabo lib. 4.

Ad Lectores. II.

MAtronæ, puerique, virginesque,
Vobis pagina nostra dedicatur.
Tu, quem nequitiæ procaciores
Delectant nimium, salesque nudi,
Lascivos lege quattuor libellos;
Quinctus cum Domino liber jocetur;
Quem Germanicus ore non rubenti
Coram Cecropia legat puella.

Verecundum ait hunc libellum & castum, nempe Cæsari inscriptum, cujus majestas & reverentia excludat omnem verborum rerumque licentiam; quod & lib. 8. docet epigrammate ad suum librum, quem ita affatur:

Laurigeros Domini liber intrature penates,
Disce verecundo sanctius ore loqui.

1. *Matronæ, &c.*] Vide epigr. 67. lib. 3. ℣. 4.

5. *Quatuor libellos.*] Præcedentes.

6. *Domino.*] Domitiano.

7. *Germanicus.*] Domitianus. Qui se tanquam à Germania devicta ita appellari voluit. *Ore non rubenti.*] Sine rubore.

8. *Cecropia, &c.*] Pallade, peculiari Domitiani numine; cujus filium se dici credique voluit. Suet. Domit. c. 4. Vel virginem Palladi sacram Liber hic, inquit poëta, tam sanctus est & purus, ut possit coram sanctissimis Minervæ sacerdotibus sine rubore legi. *Rad.*

Ad Domitianum. III.

ACcola jam nostræ Degis, Germanice, ripæ,
A famulis Istri qui tibi venit aquis,
Lætus & attonitus, viso modo præside mundi,

Affa-

1. *Accola jam, &c.*] Degis missus ad te in provinciam Rom. cis Danubium à Decebalo Dacorum rege (qui ultra Danubium) legatus de pace & obsidibus tradendis, ubi te vidit, beatiotem se fratre suo (forte, Decebalo) prædicabat, inquiens, *Sors mea, &c.* *Germanice, ripæ.*] Epig. præcedente. ℣. 4.

6. *Deum.*]

Affatus comites dicitur esse suos:
Sors mea quam fratris melior! cui tam prope fas est
Cernere, tam longe quem colit ille Deum.

6. *Deum.*] Domitianum.

Ad Paullum de Myrtale. IV.

FOEtere multo Myrtale solet vino:
Sed fallat ut nos, folia devorat lauri,
Merumque cautâ fronde non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire, Paulle, videris contra;
Dicas, licebit: Myrtale bibit laurum.

Ebriam Myrtalem insectatur.

2. *Fallat ut nos, &c.*] Ut gravior lauri vis, obruat vini odorem, vel ut ebrietatem defendat. Laurus enim inimica Baccho, arcet ebrietatem. Athenæus lib 4. Dipnos.

3. *Cautâ fronde, &c.*] Qua cavet graveolentiam à vino.

4. *Hanc tu, &c.*] Quoties itaque Myrtalem rubicundam & venas inflatam conspexeris, ne imputes Baccho sed Apollini, noli illam ebriam dicere sed vatem numine afflatam, epota lauro, non secus ac alii vates ἐνθουσιασμὸν procurant manducata lauro. Lycophr. Cass. δαφνηφάγων φοιβάζειν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Ad Sextum. V.

SExte, Palatinæ cultor facunde Minervæ,
Ingenio frueris qui propiore Dei;
Nam tibi nascentes Domini cognoscere curas,
Et secreta ducis pectora nosse licet;
Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis,
Qua Pedo, qua Marsus, quaque Catullus erit.

Epigrammata mittit Sexto (qui Domitiano à secretis erat, & bibliothecæ curam habebat) quæ poni cupit inter alios epigrammatarios. *Rad.*

1. *Sexte, Palatinæ, &c.*] Sexte, qui es Imperatori à sacræ religionis cultu, ab ingenii studiis, & à consiliis secretioribus, Bibliothecarius Palatinus.

2. *Ingenio frueris, &c.*] Versaris enim cum ipso Domitiano, & ejus consilia, rationes, negotia, caussas pernoscis & litteris mandas.

4. *Et secreta ducis.*] Periphrasis secretarii.

5. *Sit locus, &c.*] Dignare loco, repone libros meos in bibliotheca tua, vel Imperatoris, inter cæteros epigrammatarios, Catullum, Pedonem, Marsum.

Ad Capitolini cœlestia carmina belli,
Grande cothurnati pone Maronis opus.

7. *Ad Capitolini, &c.*] Sed carmina illa de bello Vitelliano ipsiusque Domitiani periculo, flagrante Capitolio, (à te, vel ipso forte Domitiano condita. namque his vacasse eum studiis constat ex Plinii præfat. ad hist.) repone juxta Æneida sublimis Virgilii. Sueton. cap. 1. Domit. Scriverius putat Sextum Epicum poëtam composuisse bellum Vitellianum: quod & Radero quam maximè verisimile videtur.

Ad Musas. Vel, librum commendat Parthenio. VI.

SI non est grave, nec nimis molestum,
Musæ, Parthenium rogate vestrum:
Sic te serior & beata quondam
Salvo Cæsare finiat senectus,
Et sis invidiâ favente felix;
Sic Burrus cito sentiat parentem;
Admittas timidam, brevemque chartam
Intra limina sanctioris aulæ.
Nosti tempora tu Jovis sereni,
Cum fulget placidus, suoque vultu,

Quo

Poëta Musas; Musæ Parthenium rogant, ut Parthenius Cæsari libellum porrigat, quum tempestivum erit: vel non porrigat, sed legat videnie Domitiano; qui quum sit studiosus litterarum, statim poscet libellum. *Rad. Domit.*

2. *Parthenium.*] Qui Cæsari est à cubiculis. *Vestrum.*] Vestri cultorem, ô Musæ. epigr. 28. lib. 8. ỽ. 1. & epigramm. 1. lib. 11.

3. *Sic te serior, &c.*] *Precationem hanc concipit, Musarum verbis.* Sic diu sospes & superstes & felix agas cum Cæsare.

5. *Et sis invidiâ, &c.*] Quæ grassatur maximè in aulis regum. sic ergò invidia superiot sis, ut ipsa cogatur tibi favere, hoc est, invidis etiam faventibus, semper retineas istum gratiæ locum. *Rad. Domit.*

6. *Burrus.*] Filius tuus, de quo epigramm. 45. lib. 4. *Sentiat parentem.*] Patris fortunas sapiat, intelligat laudes & felicitatem patris; indolis paternæ det specimen. vide & epigr. 38. lib. 6.

7. *Timidam, &c.*] Hunc verecundum, nec longum epigrammatum libellum.

8. *Intra limina, &c.*] In palatium vel in conclave Cæsaris. Vel *sanctioris* forte, propter Lararium, in quo Minerva: aut quia ipse Domitianus volebat dici haberique Deus.

9. *Jovis sereni.*] Ubi placidus & lætus est Domitianus. *Metaph.*

10. *Suoque vultu.*] Vultus sane Domitiani venustus erat, & quo se commendari voluit. Suet. Domitian. c. 18. Sic quidem in principio; sed postea, avarissimus, ut non solum non sua largiretur, sed alia raperet; ut idem testatur cap. 12.

12. Non

Quo nil ſupplicibus ſolet negare.
Non eſt, quod metuas preces iniquas:
Nunquam grandia, nec moleſta poſcit,
Quæ cedro decorata, purpuraque
Nigris pagina crevit umbilicis.
Nec porrexeris iſta, ſed teneto,
Sic tanquam nihil offeras agaſque.
Si novi dominum novem ſororum,
Ultro purpureum petet libellum.

12. *Non iniquas.*] Neque enim poëta (inquiunt Muſæ) oblato libello hoc ornato, quicquam impudenter aut immodice petit.

13. *Nunquam grandia.*] Nunquam mea charta, meuſque liber cedro tinctus, purpuraque tectus, magnam vim pecuniæ, aut prædia impudenter petit. De umbilicis, vide epigr. 67. lib. 1. ℣. 10.

14. *Cedro, purpuraque, umbilicis.*] Vide epigr. 67. lib. 1. ℣. 11. & ep. 2. lib. 3.

18. *Dominum, &c.*] Domitianum, Muſarum cultorem, imo dominum. *Adulatorie.*

* Ad Volcanum. VII.

QUaliter Aſſyrios renovant incendia nidos,
Una decem quoties ſecula vixit avis:
Taliter exuta eſt veterem nova Roma ſenectam,
Et ſumpſit vultus præſidis ipſa ſui.
Jam precor oblitus noſtræ, Volcane, querelæ
Parce: ſumus Martis turba, ſed & Veneris.

* Vel de Roma poſt incendium reſtaurata.

1. *Qualiter Aſſyrios, &c.*] Ut Phœnix avis illa Aſſyria, ubi annos M. vixerit, conſtructo rogo cremans ſeſe, renovari dicitur: ita Domitianus ſenio & incendio deformem urbem reſtituit.

2. *Una.*] Duo tamen viſi aliquando, pater & filius, Pierius Hieroglyph. l. 20. *Decem quoties, &c.*] De numero annorum variant autores. Lactantius Martiali aſtipulatur. vide Plin. lib. 10. cap. 2. Communis ferè omnium ſententia eſt, quingentos vivere annos Phœnicem. Tacitus libro 6. Annal. Ovid. 15. Metam.
Hic ubi quinq; ſuæ complevit ſæcula vitæ.

3. *Exuta, &c.*] Eutropius lib. 7. & Sueton. Domit. cap. 5.

4. *Vultus, &c.*] Epig. præced. ℣. 9.

5. *Jam precor, &c.*] Noli ulterius in nos nepotes & genus Martis, cui tu ob adulterium ejus cum Venere tua infenſus es, flamma vindice furibundus graſſari. Signantius ergo eſt quod præferunt MSS. *natæ, Volcane, querelæ.*

6. *Sumus Martis, &c.*] Sumus quidem proles Martis adulteri tui, à Romulo: ſed & Veneris uxoris tuæ, ab Ænea, &c. *Turba.*] Reſcribendum hic eſſet *turma*, ſi *turba* ſemper de re abjecta & vili diceretur, quod quidam volunt. ſed hic *turba* τὸ πᾶν, ſeu potius τὸ ἄπαν ſignificat.

Parce pater: ſic Lemniacis laſciva catenis
Ignoſcat conjux, & patienter amet.

7. *Lemniacis laſciva.*] Quas in Lemno fabricaſti. *Catenis.*] Quibus deprehenſam cum Marte, expoſuiſti ludibrio diis.

8. *Ignoſcat conjux, &c.*] Tuæ illi injuriæ, & ſuam condonet Venus. *Patienter amet.*] Etſi deformis ſit, non coacta & obſervata. vel ſine æmulo. Rutgerſ. legend. cenſet: *ſapienter amet.* ut illud *Deprendi veto te Leſbia non futui.* Gronovius exponit *patienter amet*, moderate amet, & ne laboret impatientia ergà Martem.

De Phaſide. VIII.

EDictum Domini, Deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recepit,
Dum laudat modo Phaſis in theatro,
Phaſis purpureis rubens lacernis,
Et jactat tumido ſuperbus ore:
Tandem commodius licet ſedere,
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris;
Turba non premimur, nec inquinamur.
Hæc, & talia dum refert ſupinus,
Illas purpureas, & arrogantes

Juſſit

Phaſidem libertum, ut fictum equitem, irridet Martialis hoc epigrammate: is enim quum legitimum equitis cenſum non haberet, lacernis purpureis volebat videri eques, & jactabundus in theatro jactabat legem Othonis, quam Domitianus reſtituerat; ſed Lectius, cui ordinis Theatralis cura erat demandata, juſſit eum ſurgere.

1. *Edictum.*] De renovanda lege Roſcia, qua nulli in 14. gradibus ſedere licuit, niſi cui cenſus equeſtris. Sueton. cap. 8. Domit. *Domini, &c.*] *Dominum* ſe *ac Deum* appellari inſtituit Domitianus. Xiphilinus & Suetonius in Domit. cap. 13. *Pari arrogantia, quum procuratorum ſuorum nomine, formalem dictaret epiſtolam, ſic cupit; Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet. Unde inſtitutum poſthac, ut ne ſcripto quidem, ac ſermone cujuſquam appellaretur aliter.*

2. *Subſellia.*] Quæ triplicia, in Circo, Theatro, & Amphitheatro: tum ſubſellia prima ſeu proxima caveæ, in quibus Senatus. Secunda, Equeſtria; in quibus Equites. Tertia popularia, in quibus populus & plebs. lege Amphitheatrum Lipſii, cap. 14. *Certiora.*] Quæ à certo ordine occupentur, non promiſcue, ut antea.

3. *Puros ordines.*] Plebi non admiſtos.

4. *Phaſis in theatro.*] Plebejus neſcio quis, qui ex veſtitu ſe equitem videri voluit.

7. *Tandem, &c.*] *Verba hæc Phaſidis, ſe ex lacernis purpureis equitem gloriantis.*

11. *Illas purpureas, &c.*] Phaſidem verbis & veſtibus ſe pro equite jactantem, gradibus equeſtribus ejecit adveniens deſignator Lectius, qui illum probe noverat. lib. 3. epigr. 94. y. ſ. 7.

12. *Lacer-*

Jussit surgere Lectius lacernas.

12. *Lacernas.*] *Lacernas* ergò Metonymicôs: Jussit indutum lacernis purpureis loco cedere, & ad plebem transire.

In Symmachum. IX.

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus Aquilone gelatæ.
Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

Symmachus ætate Martialis, medicus, cujus mentio est lib. 6. & 7. Quum ille Martialem, ægrum, viseret cum suis auditoribus, qui etiam poëtæ arteriam quum manu explorarent, ex attactu tot frigidarum, horridam illi febrem conciliarunt, morbumque non tam curarunt, quam crearunt. *Rad.*

1. *Languebam, &c.*] Non plane ægrotabam, inclinabam tantum in morbum.

2. *Venisti centum, &c.*] Venisti, ô medice, comitatus multis tuis discipulis (pro more visendi illius temporis) qui singuli longo ordine venam meam tangebant, vel potius arteriam explorabant. *felt my pulse.*

3. *Aquilone gelatæ.*] Frigidissimæ, tanquam Boreâ gelatæ.

4. *Non habui febrem, &c.*] Et latenti in me febris causæ προηγουμένῃ, frigidus vester contactus adjecit extrinsecus προκαταρκτικῶς, ita plane accessit febris, in quam prius solum disponebar.

Ad Regulum; de fama poëtarum. X.

Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,
Et sua quod rarus tempora lector amat?
Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores,
Præferat antiquos semper ut illa novis.
Sic veterem ingrati Pompeji quærimus umbram;
Sic laudant Catuli vilia templa senes.

Ennius

Præsentia fastidiri, desiderati remota, & cæteris in rebus, & in poësi docet.

3. *Regule, mores.*] De hoc Regulo vide epigr. 112. lib. 1.

5. *Sic veterem, &c.*] Sic novis Domit. ambulacris & porticibus pulcherrimis præferimus porticum Pomp. de qua epigr. 9. lib. 2. ℣s. 11. *Umbram.*] Sic lib. 11. epigr. 48. Porticum Pompeii, vocat *umbram Pompejam.*

6. *Et laudant Catuli, &c.*] Et senes, laudatores temporis acti præconesque vetustatis, Capitolio magnificentissime à Domit. instaurato, præferunt tamen illud prius à Luct. Catulo perfectum dedicatumque, quod bellis nuper Vitellianis conflagrarat. Alii leg. *Julia* templa. Sed non satis video, quomodo Capitolium vocetur templum Julium. nam quod est apud Dionem lib. 43. *decretum, ut eraso Catuli nomine, substitueretur Cæsaris.* decretum quidem, sed non factum, si fides Tacito: qui asseverat Catuli nomen mansisse usque ad ævum Vitellii; hoc est, dum rursus incenderetur Capitolium.

Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone,
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.
Rara coronato plausere theatra Menandro:
Norat Nasonem sola Corinna suum.
Vos tamen, ô nostri, ne festinate libelli:
Si post fata venit gloria, non propero.

Nec est quod huc trahamus epigr. 38. lib. 6. *Et infanti Julia tecta placent*, quæ Calderinus non rectè sumit pro Capitolio: quum sit *Basilica Julia*, ubi oratores, ubi judicia. ut satis innuit versus præcedens. *Gruterus*. Sed Gontius sic exponit: *Catuli senes*, seu nobiles Romani & illustres laudant Julia templa Basilica Cæsaris in foro Romano, præ templis novis à Domitiano conditis.

7. *Ennius est lectus, &c.*] Neglectum erat opus Maronis, dum ipse erat in vivis, prælato Ennio; sed hoc poëtice amplificat, ut de Homero & Ovidio.

10. *Norat Nasonem, &c.*] Ovidii amica falso hoc nomine celebrata, vide Gyraldum in vita Ovid.

12. *Si post, &c.*] Mihi sufficiet gloria postuma. *Non.*] Dorleans leg. *mox*.

De Stella. XI.

SArdonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno
Versat in articulo Stella, Severe, meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies: inde est hæc, puto, culta manus.

Elegantissime laudat Stellæ Musam.

1. *Smaragdos, &c.*] Mediam hic corripit exemplo Græcorum. Nonnii in Dionys. βίϐλ. Theocrit. εἰδυλ. 17. Hom. Batrach.

2. *Articulo.*] Digito. *Stella, &c.*] Epigr. 8. lib. 1. ℣ſ. 1.

3. *Plures, &c.*] Lumina & ornamenta carminum vocat gemmas.

4. *Inde est hæc, &c.*] Gemmeis annulis ornatur, quod elegantias & lumina in carmine ponere sciat.

De eodem. XII.

QUod nutantia fronte perticatâ
Gestat pondera Masthlion superbus,
Aut

Venustè jocatur in gemmas Stellæ, quibus credo puellarum vel ora, vel nominum literæ erant inscriptæ. Alii, inquit, gravia cervicibus onera; alii humeris & brachiis septem octove pueros gestarunt. hoc nihil est; Stella uno digito portat decem puellas. *Rad.*

1. *Perticatâ.*] P. Scriv. ex opt. Cod. autoritate, judicioque opt. suo, reponit *perticata*, cum prius lectum esset *pertinaci*. censentque Masthliona & Linum fuisse θαυμαζοποιοὺς, cujusmodi fuisse Athanatum & Fusium meminit Plinius lib. 7. cap. 20. illum autem resupinum (quocirca in seq. versu legerim *supinus*, loco τοῦ *superbus*) contum seu perticam stupendæ molis erectam in area frontis gestasse; hunc utroque brachio

Aut grandis Linus omnibus lacertis
Septem quod pueros levat, vel octo;
Res non difficilis mihi videtur:
Uno cum digito, vel hoc, vel illo,
Portet Stella meus decem puellas.

brachio pueros multos. Salmasius dicit Phalangarium hic intelligi. *Phalangarii*, *οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμῶντες βάρη καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες*: Paulò diversus abit à Nonio. Ille *Phalangarios* vocatos tradit, qui singuli per se fustibus onera vectant: talis ille Maschlion Martialis. At Glossarum auctor de pluribus intelligit, qui conjuncti fustibus onera portant. Et veteres Grammatici notant *phalangarum* vocabulo significari bacillos sive fustes teretes modicos. Martialis perticas vocat, atque inde *perticata fions*. Hesych. *φαλάγγια, στρόγγυλα ξύλα καὶ σύμμετρα*. *Salmas.*

6. *Uno cum digito, &c.*] Cum Stella uno digitulo portet 10. annulos, totidem puellarum pignora, vel potius ora seu effigies 10. puellarum (forte 9. Musarum & Hiantidis suæ, atque allusum ad Pyrrhi gemmam, qua effingebatur Apollo cum 9. Musis) in unius annuli seu plurium gemmis insculptas portet.

In Callistratum. XIII.

SUm, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,
Sed non obscurus, nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens, & dicitur, hic est:
Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et libertinas arca flagellat opes:
Magnaque Niliacæ servit tibi gleba Syenes;
Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

Hoc

Se divitibus anteponit; quod divites multi, & è populo vel sint, vel esse possint; poëtæ rari numerentur.

2. *Non obscurus, &c.*] Ingenio clarus, honore equitis & titulo donatus. lib.2.epigr.91. & 92. non censu eques. Equester enim ordo temporibus Domitiani fœdè contaminatus, cum pessimis artibus ad eum honorem pessimi quique & infames admitterentur. Quod Juvenalis Sat. 3. deplorat. *Exeat*, inquit, *Cujus res legi non sufficit, & sedeant hic Lenonum pueri, &c.*

3. *Dicitur, hic est.*] Digito monstror.

4. *Quodque cinis, &c.*] Epigr. 1. lib. 1. ỳs. 4.

6. *Libertinas arca.*] Ingentes, quales possederunt liberti ditissimi, Chrysoponus, Narcissus, Pallas, Callistus, &c. quos enumerat Plinius lib. 36. cap. 18. *Flagellat opes.*] Libro 2. epigrammate 30. ỳs. 4. & epigramm. 42. lib. 4. ỳs. 7.

7. *Magnaque, &c.*] Sunt tibi latifundia in fertili Ægypto, cujus civitas *umbram nusquam flexura Syene.*

8. *Gallica, &c.*] Galliæ Cisalpinæ urbs, lana nobilis. epigr. 43. lib. 2. ỳs. 4. & lib. 14. epigr. 155.

Hoc ego, tuque ſumus. ſed quod ſum, non potes eſſe:
Tu quod es, è populo quilibet eſſe poteſt.

9. *Hoc ego, &c.*] Quod ſupra dixi, ego ſcilicet Pauper doctus: tu Dives indoctus.

De Nannejo. XIV.

SEdere primo ſolitus in gradu ſemper,
Tunc cum liceret occupare, Nannejus;
Bis excitatus terque tranſtulit caſtra,
Et inter ipſas pene tertius ſellas
Poſt Cajumque Luciumque conſedit.
Illinc cucullo proſpicit caput tectus,
Oculoque ludos ſpectat indecens uno.
Et hinc miſer dejectus in viam tranſit,
Subſellioque ſemifultus extremo,
Et male receptus altero genu, jactat:
Equiti ſedere; Lectioque ſe ſtare.

Venuſtum ſane & elegans epigramma, & ſummo lepore tinctum. Nanneium ſcil. ſolitum ante Domitiani edictum ſedere inter equites, & quidem in equeſtrium primo gradu, qui ad Orcheſtram. Sed agnitum & pulſum aliquoties à deſignatore Lectio, transiſſe tandem ad ſummam caveam, & ſpectaſſe inter plebem & pullatos. *Rad.*

1. *Primo ſolitus, &c.*] Proximo Orcheſtræ.

2. *Tunc cum liceret.*] Ante Domitiani edictum, de quo ſupra epigr. 8. *v*ſ. 1. *Occupare, &c.*] Præripere equitibus.

3. *Bis excitatus, &c.*] Bis terque excitatus à deſignatoribus & coactus migrare in remotiorem locum cum ſella ſua (& hoc lepide dicit *caſtra transferre*) quam in ipſis gradibus poſuit inter duos equites Ca. & Lu. etiam inde extractus eſt in viam. ſellas autem inferre moris erat.

7. *Oculoque uno.*] An quia luſcus? an credo quod altero tantum oculo proſpiceret, cucullo obvolutus?

8. *Dejectus in viam.*] Vocabantur *viæ* in ſpectaculis interſtitia illa; tum quæ inter ordines erant; tum quibus per proclivum deſcendebatur. Sic igitur plures vias conſtituo: circa balthea ſcil. quæ theatrum cingebant; & in popularibus per proclivum. Nam Romani illi majorum gentium, loca diſtincta habebant, & cardinibus obſepta, ne vulgus temere ingrederetur. At populi gradus non ita poterant occludi. *Her. Viam.*] Interſtitia in ſpectaculis inter ordines erant, inter cuneos & circa balthea quæ theatrum cingebant.

9. *Semifultus.*] Semi-ſedens & ſemi-ſtans.

10. *Jactat.*] Velut ipſe eques.

11. *Sedere ſe.*] Dele *ſe. Lectioq., &c.*] Deſignatori, metuens ne & inde ejiceretur.

Ad Cæſ. Domitianum. XV.

QUinctus noſtrorum liber eſt, Auguſte, jocorum,
Et queritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato ſed multus nomine lector,
Cui victura meo munere fama datur.
Quid tamen hæc proſunt, quamvis venerantia multos?
Non proſint: ſane me tamen iſta juvant.

Planum & apertum eſt hoc epigr. quo multis vitam, hoc eſt, memoriam nominis ſempiternam ſe peperiſſe, offendiſſe dicet neminem. Nam ubi laudes carmen habet, vera nomina præſcribit; ubi carpit improborum mores; ficta. *Rad.*

2. *Et queritur, &c.*] Nemo queritur ſe læſum eſſe. *Helleniſ.*

3. *Honorato.*] Honoris cauſſa expreſſo. quod immortalitati conſecravit.

6. *Non proſint, &c.*] MS. Bodl. *Quid tamen hæc proſunt? quamvis venerantia multis Non proſunt: ſane me tamen iſta juvant.*

Ad Lectorem. XVI.

SEria cum poſſim, quod delectantia malim
Scribere, tu cauſſa es, lector amice, mihi,
Qui legis, & tota cantas mea carmina Roma,
Sed neſcis, quanti ſtet mihi talis amor.
Nam ſi falciferi defendere templa tonantis,
Sollicitiſque velim vendere verba reis;
Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas,
Et fiet vario ſordidus ære ſinus.

At

Laudari ſe verbis queritur, & nullo munere beari.

1. *Seria.*] Res graves & ſerii argumenti.

4. *Quanti ſtet mihi, &c.*] Inopia ſcil. & rerum indigentia. dum enim amorem capto ex his nugis, mercedem amitto quam ex aliis ſtudiis capere poſſem. Ita dum aliis placeo, mihi pereo.

5. *Si falciferi, &c.*] Si velim patronus cauſas defendere in foro, ubi Saturni falcem ferentis ædes. Macrob. lib. 1. cap. 8. *Falciferi defendere.*] Id eſt, cauſas agere, quæ juvant ærarium. Vide lib. 3. de Pec. Vet. cap. 3. *Gronovius.*

6. *Vendere, &c.*] Locare linguam, & *voces proſtituiſſe foro.* epigr. 63. l. 7. ✝ſ. 7.

7. *Plurimus, &c.*] Mittentur mihi à clientibus quos defendi, cadi vini Hiſpani; nummo æreo implebitur ſinus, &c. *Metretas.*] Metreta idem genus menſuræ quod cadus; de Attico loquor. Cæterum μετρητὴς dicitur Græcis & Latinis *metretes*, maſc. gen. Et *metreta* f. gen. De qua ingens inter auctores ſacros & civiles diſputatio, quantum *metretes* capiat. Et ſciendum Syriacum metretem capaciorem Attico; Atticum Romano. Vide Raderum.

8. *Vario.*] Scribend. *Phario.* Rutgerſ.

At nunc conviva est, comissatorque libellus,
Et tantum gratis pagina nostra placet.
Sed non hac veteres contenti laude fuerunt,
Cum minimum vati munus Alexis erat.
Belle, inquis, dixti: satis est: laudabimur usque.
Dissimulas? facies me, puto, caussidicum.

9. *At nunc conviva, &c.*] Nunc tantum ad convivia admittitur, & inter compotationes lectitatur lib. meus. atque ipse ego adeo.

10. *Gratis placet.*] Quia inde non ditesco, *Nec sentit laudes sacculus iste meus.* Ergò *Gratis* est sine pretio, quia nemo solvit mihi jocos & hilaritudinem.

11. *Sed non hac vet.*] Amplissimis enim muneribus culti fuere poëtæ quondam; ita ut singuli versus, singulis aureis redimerentur.

12. *Minimum, &c.*] Virgilio donatus à Pollione Alexis puer formosus. eclog. 2. Virgil. nec tamen pro magno munere.

13. *Belle, inquis, &c.*] Acclamas mihi *Belle*, & laudas, quasi hoc satis sit. sed *Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?* vide Juven. Satyr. 7. ℣. 1.80. & Dial. Quintiliani seu Taciti.

14. *Dissimulas?*] Non vis intelligere, me aliud poscere præter laudem? infra epigr. 26. *Facies me, &c.*] Certe nihil largiendo coges me mutare studium, & foro servire, ubi seges ampla. epigr. 77. lib. 1.

In Gelliam. XVII.

Dum proavos, atavosque refers, & nomina magna;
Dum tibi noster eques sordida conditio est:
Dum te posse negas nisi lato, Gellia, clavo
Nube-

Gellia sæpe agitata à poëta, ridetur iterum, quæ ob majorum imagines, & nobilitatem jactabunda negabat se nisi senatori nupturam; quum postea propè mendico nupserit. *Rad.*

2. *Dum tibi, &c.*] Dum sordet tibi maritus ex ordine equestri.

3. *Nisi lato, &c.*] Nisi senatori, cujus insigne erat latus clavus, vestis cui attexti clavi aurei seu coccinei. *Clavo.*] Variis enim figuris, qua rotundis, qua quadratis, veterum luxuria lusit in vestibus auro purpurave illudendis: quæ rotundæ erant & in circulum flexæ, *plumas* vocabant Latini, & etiam *clavos*, Gr. ἧλυς, capita enim clavorum rotunda. Unde & ἀσπιδίσκους Græci etiam vocant. dixerunt & *oculos.* hinc *vestes purpura oculare* apud Tertullianum. *Plumatæ* ergò *vestes*, & *plumatiles*, & *plumata Babylonica*, quæ pluribus notis ex auro purpurave, acu intextis, sparsa erant & variata. σημεῖα Græcis, Latinis *notæ* & *signa*, hæc vestium ποικίλματα. unde χρυσόσημος vestis, & πορφυρόσημος, aureis purpureisque notis insignita. ut contra ἄσημος, quæ nihil auri aut purpuræ intextum haberet. *Plumæ* itaque erant notæ ex auro vel purpura rotundæ, & in modum plumarum factæ, quibus vestes intertexebantur ac variabantur. Sic *clavata* vestis dicebatur, quæ unius formæ clavos, aureos aut purpureos, suis locis insertos & insutos haberet. *Picta*, quæ diversis coloribus intexta esset, ac varias rerum animaliumque formas acu expressas ostenderet. *Clavi*

verò

Nubere: nupsisti, Gellia, cistifero.

verò tam aurei quam purpurei, particulæ erant ex auro vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ, quæ tanquam emblemata quædam vestibus inserebantur atque insuebantur, quæ etiam à veste poterant separari, & inde eximi, ut in aliam vestem transferrentur, & de novo consuerentur. *Tunicam* itaque *laticlaviam* aut *angusticlaviam* vocamus, quæ pluribus latis clavis & angustis esset insignita. Qualitate clavi discernebantur equites à senatoribus. tunicam isti habebant, cui consuti erant multi latiores clavi; equitum verò tunica clavos angustiores insutos habebat. hinc illa *laticlavia* dicebatur, hoc est, πλατύσημος: ista *angusticlavia*, στενόσημος, ψιχόσημον etiam veteres Glossæ interpretantur, quasi quæ micas tantum purpuræ, non clavos haberet. accedebat & illa differentia, quod senatores, & reliqui omnes, quibus lati clavi jus erat, non cingerentur, sed laticlaviam tunicam rectam pectore demitterent, cinctura minime strictam: inde accipienda illa Horatii:

—— Et latum demisit pectore clavum.

Equites autem super tunicam angusti clavi cingebantur. vide Quinctil. l. XI. cap. 3. *Salmasius.* Idem ad Vopisci pag. 505. 507. existimat πλέγματα in veste esse clavos auctos intextos. Cui non omninò adsentior: credo enim πλέγματα esse omne id quod in vestibus plumaria arte intextum erat, sive essent tabulæ, sive orbiculi vel rotæ.

4. *Nubere, nupsisti, &c.*] Hæc Gellia tumida ob nobilitatem, dum non vult nubere angusticlavo, nec ad Senatorias nuptias pervenire potest; ut tamen non nisi Laticlavio nubat, nupsit cistifero, id est, externæ religionis sacrificulo, qui tamen Laticlavius erat, portabat enim Calasirin lineum lato clavo ornatum. *Rubens.* *Cistifero.*] Abjectissimo Cybeles sacrificulo, qui ferebat cistulam, in qua religionis Isiacæ erant arcana. Turnebus lib. 3. cap. 21. & Baptist. Pii Annot. Prior. Calderinus de Judæo intelligit, cui *cophinum fœnumque suppellex.* Inepte legunt alii *Celtibero.*

Ad Quinctianum. XVIII.

QUod tibi Decembri mense, quo volant mappæ,
Gracilesque ligulæ, cereique, chartæque,
Et acuta senibus testa cum damascenis,
Præter libellos vernulas nihil misi:

For-

Excusat non missa Saturnalibus munera, & eo se liberaliorem dicit Martialis, quod pauper nil donarit diviti, id est, nihil petiverit ab illo: sed multum donavit, qui æternum victurum carmen misit, quo amicum fecit immortalem.

1. *Decembri mense.*] In Saturnalibus epigr. 46. lib. 4. ℣. 1. *Volant mappæ.*] Ultro citroque inter amicos amicis missæ per clientes. *Mappæ.*] Dict. epigr. 89. ℣. 4.

2. *Ligulæ.*] Gladioli argentei seu spathulæ. epigr. 120. lib. 14. *Cerei.*] Festus: *Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus; quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.* Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 7. & vide lib. 14. epigr. 42. *Chartæque.*] Lib. 14. epigr. 10. & 11.

3. *Acuta testa.*] Vase testaceo metæ seu turbinis formam habente, à larre. *turbine conditus ruenti Prunorum globus.* Papin. *Senibus damascenis.*] Prunis rugosis (ut epigr. 29. lib. 13.) à Damasco Syriæ urbe.

4. *Vernulas, &c.*] Domi meæ natos, vel procaces, dicaces, jocosos æque ac vernas. vide epigr. 42. lib. 1. ℣. 2.

 5. *Ava-*

Fortasse avarus videar, aut inhumanus.
Odi dolosas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: namque quis nescit,
Avidum voratâ decipi scarum muscâ?
Quoties amico diviti nihil donat,
O Quinctiane, liberalis est pauper.

5. *Avarus videar.*] Alii, *videor.* Benè.

7. *Imitantur, &c.*] Epigr. 56. l. 4. ℣. 5.

8. *Avidum vorata.*] Brodæus legendum censet: *Avidum vorato decipi scarum musco.* Id est, alga. Nam Athenæus lib. 7. Χαίρει δὲ τῇ τῶν φυκίων τροφῇ. διὸ καὶ τούτοις θηρεύεται. *Gaudet algis vesci, quare & illis capitur.*

10. *Liberalis, &c.*] Dona non inescat, non cauponatur, infra epigr. 60.

Ad Cæs. Domitianum. XIX.

SI qua fides veri, præferri, maxime Cæsar,
Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triumphos?
Quando Palatini plus meruere dei?
Pulchrior & major quo sub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Est tamen hoc vitium, sed non leve, sit licet unum,
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri, fidoque sodali,
Aut quem prosequitur non alienus eques?

Satur-

Κολακικὸν est: mulget laudando Cæsaris marsupium; & quiritando occultè petit, ut quod amici non præstant, præstet ipse Cæsar.

1. *Veri, &c.*] *Immo adulationis.*

3. *Magis dignos.*] Imò indignos. *Triumphos.*] In spectaculis certe, non de hostibus, nisi falsos: ut de Dacis & Cattis victoribus magis quam victis. vide Sueton. cap. 6. & Dionem. Videtur ergò, heic non tantum militares hos triumphos; sed ludorum & spectaculorum celebritates memorare.

4. *Quando Palatini, &c.*] Quando Palat. dei, Jupiter, Juno, Minerva, beneficiis suis majorem cultum & plures meruerunt honores, quam hoc ævo?

6. *Tanta fuit.*] Immo, quando minor? cum nemini de Rep. mutire quidem liceret.

8. *Colit.*] Propriè. Corn. Tacit. l. 1. Hist. *Insignes amicitias juvenis ambitiose coluerat.* Cultores inde designati. *Ingratas, &c.*] Donis, beneficiis, officiis. Quasi diceret: Abutuntur divites clientum officiis & obsequiis, quæ nullo munere compensant.

10. *Aut quem prosequitur.*] Non accipio, beneficiis, donis: sed quem deducit, comitatur, adsectatur, eques non alienus, hoc est, vere cliens, ipsius regis beneficio eques factus, dum ei supplevit, donato quod deerat ad equestrem censum, & sic habet non alienum,

Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ,
Flammatæve togæ ſcriptula tota decem,
Luxuria eſt, tumidique vocant hæc munera reges.
Qui crepet aureolos, forſitan unus erit.
Quatenus hi non ſunt, eſto tu, Cæſar, amicus.
Nulla ducis virtus dulcior eſſe poteſt.
Jam dudum tacito rides, Germanice, naſo:
Utile quod nobis, do tibi conſilium.

num, ſed in ære ſuo. Adde ep. 67. libri præcedentis. *Gron. Proſequitur.*] Beneficiis, donis. *Non alienus eques.*] Qui nobilitate & cenſu eques eſt: non autem equo ſtipendia faciens, aut titulo equitis ab Imperatore honoratus. Gruterus & Scriverius, ſequens epigramma huic adjungunt & addendum cenſent.

11. *Saturnalicia.*] Hic vulgo faciunt novum epigramma: ſed rectè notarunt Gruterus & Scriverius hanc partem & concluſionem eſſe prioris. *Gronovius. Saturnalitiæ.*] In Saturnalibus mitti ſolitæ epigr. 46. l. 4. ℣ſ. 1. *Ligulam, &c.*] Supra epigr. 18. ℣ſ. 2. *Selibræ.*] Semilibræ. Libra enim in duodecim uncias dividitur: & veteres *ſe* pro *ſemis* uſurparunt. *Ligulam* ergò *ſelibræ* vocat, quod ſex unciarum eſſet.

12. *Flammatæve, &c.*] Aut mittere togam purpura micantem & quaſi flammantem, quæ vix ſtetit 10. ſcrupulis, ſed auri; neque enim 10. ſcrupulis argenti, veſtis purpurea emi poterat. vide epigr. 89. lib. 4. ℣ſ. 3.

13. *Luxuria eſt.*] Luxurioſæ & nimiæ largitionis videtur eſſe divitibus noſtris. *Tumidique, &c.*] Et divites patroni vocant hæc magna munera. Alii, *reges.*

14. *Qui crepet aureolos, &c.*] Qui donet ultra unum numum aureolum, & qui agitati ſonent. epigr. 36. l. 12. ℣ſ. 3. *Crepet.*] Crepat enim cum numeratur, id eſt, ſonat.

15. *Quatenus hi non ſunt.*] Quando ergò tam ſordidi & illiberales Romani, eſto tu munificus.

16. *Dulcior, &c.*] Q[illegible] munificentia.

17. *Tacito rides, &c.*] Suboluit me tibi hoc in rem meam conſuluiſſe, ideoque ſubrides.

18. *Utile quod nobis.*] Vulgo, *quod non vis:* ſed iſtud conjecit J. Rutgerſius, & habetur in optimis MSS. Quum ſuaſoris ſit finis, utilitas ejus cui ſuadet; Martialis contra conſilium ſibi utile, Domitiano vero, cui ſuadebat damnoſum dabat. Hunc fucum à Cæſare animadverſum, & ſe ab illo rideri fingit. *Scriverius.*

Ad Julium Martialem. XX.

SI tecum mihi, care Martialis,
Securis liceat frui diebus;
Si diſponere tempus otioſum,

Et

Julium Martialem hortatur ad vitam beatam, id eſt, voluptuariam.

1. *Martialis.*] Vide epigr. 64. lib. 4.

3. *Diſponere tempus.*] Propriè & eleganter. Plin. epiſt. 23. lib. 4. *Magnam cepi voluptatem, quum ex omnibus amicis cognovi, te, ut ſapientia tua dignum eſt, & diſponere otium & ferre.* Auſonius epiſt. 10.

Tempora diſponas ubi tu tua: Juſque tuum ſit,
Ut nihil agas, vel quod voles.

Sic

Et veræ pariter vacare vitæ:
Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, forumque triste
Nossemus, nec imagines superbas:
Sed gestatio, fabulæ, libelli,
Campus, porticus, umbra, Virgo, thermæ;
Hæc essent loca semper, hi labores.
Nunc vivit sibi neuter, heu, bonosque
Soles effugere, atque abire sentit;
Qui nobis pereunt, & imputantur.
Quisquam vivere cum sciat, moratur?

Sic Græci χολλῶ διαβιῶς. quod tamen proprie de iis, qui tempus absumunt, ut iis lubet, quum nullis occupationibus distringantur. Sic Seneca Consolat. ad Polybium, cap. 25. *Aut spectaculorum varietate animum detinere, ex tuo arbitrio diem disponere.* Herald.

4. *V... vitæ.*] Epigr. 16. lib. 1. ỷs. 4. & epigr. 90. lib. 2. ỷs. 3.

5. *Nec nos atria, &c.*] Non curaremus nosse.

7. *Imagines superbas.*] In quibus stemmata nobilium, quibus sæpe magis gloriabantur, quam virtute propria. Quibus oriundi essent parentibus & majoribus, harum imaginum inscriptionibus cognoscebant. Res enim præclare gestas imaginibus inscribere mos erat. *Herald.* Vide epigramm. 90. lib. 2. ỷs. 6.

8. *Gestatio.*] Duplicem habet intellectum: Primo sensu notat vectionem, quæ lectica, sella, vehiculo, navi soli ta fieri. Altero ipsum locum, in quo gestabantur. Fuit autem gestatio, & valetudinis & voluptatis caussa veteribus comparata. vide Celsum lib. 2. de re Med. cap. 15. epigr. 13. lib. 1. ỷs. 2.

9. *Virgo, thermæ.*] Virgo aqua, quam adduxit Agrippa via Prænestina. Plin. lib. 31. cap. 3. Marlian. lib. 6. cap. 15. noster lib. 6. epigr. 42. ỷs. 17.

12. *Soles effugere, &c.*] Dies, quibus bene uti ad vitæ hilaritatem licuit.

13. *Qui nobis, &c.*] Quod eos inutiles abire passi sumus, non aliis nobis redditis pro eis quibus non viximus genialiter. *Imputantur.*] Sic alibi Martialis: *Omnis scribitur hora tibi*, quomodocunque diem absumis, datus imputatur, nec alius pro illo redit.

14. *Quisquam, &c.*] Sic epig. 16. l. 1. *Vivere cum sciat.*] Id est, cum possit. Horat. Nescit vox missa reverti. Sic ἐπίσταται Græcis.

De Apollonio. XXI.

QUinctum pro Decimo, pro Crasso, Regule, Macrum
Ante

Εἰρωνικὸν est, plenum salis & leporis; & præcipuum hujus loci acumen est, ἐν ἀντιθέσει nominum. Irridet enim Apollonium Rhetorem ἀμνήμονα, cui tam felix erat memoria, ut duo amicorum nomina retinere non posset, nisi scriberet & edisceret velut orationem. *Rader.*

1. *Marcum.*] Acutius legas *Macrum.* nam & hinc inepti rhetoris infelicem arguit

Ante ſalutabat rhetor Apollonius,
Nunc utrumque ſuo reſalutat nomine: quantum
Cura, laborque poteſt! ſcripſit, & edidicit.

arguit memoriam, qui *Decimum* ſalutaret dimidio nomine, *Quinctum*: *Craſſum*, contrario nomine, *Macrum*.

2. *Rhetor Apollonius.*] Memini audire ex Cl. V. Iſ. Voſſio in MS. eſſe, *Apollodorus*, ex quo faciendum *Apollodotus*: de quo dubitandum non eſt. nam τὸ Ἀπολλώνιος repugnat legi verſus, ut & Ἀπολλόδωρος. *Gronovius.*

3. *Quantum.*] Ironice & Scoptice.

In Paullum. XXII.

Mane domi niſi te volui, meruique videre,
Sint mihi, Paulle, tuæ longius Exquiliæ.
Sed Tiburtinæ ſum proximus accola pilæ;
Qua videt antiquum ruſtica Flora Jovem.
Alta Suburrani vincenda eſt ſemita clivi,
Et numquam ſicco ſordida ſaxa gradu:
Vixque datur longas mulorum rumpere mandras;

Quæ-

Cur Paullo non dicat *Ave*, excuſat iter & abſentiam Paulli. Paullus hic Cauſſidicus nobilis fuit, de quo ſæpe Martialis, & Juvenal. Sat. 7.

1. *Mane domi, &c.*] Haud dubio vera lectio eſt: *niſi te volui meruique.* Sed ejus ſententia eſt, non quam ponit Raderus: verum hæc: Et voluntas fuit mihi te mane ſalutandi, & tantum in id operæ ſumſi, ut dignum eſſet eam non perire. Si ſciens fallo, vel ulterius abſis, & longe plus mihi operæ ſumendum ſit. *Gronovius.* *Mane domi, &c.*] Si tanti ſit tibi officium meum ut te videre mereatur, amor quidem meus is eſt ut ad te ire velim, etiamſi longius forent Exquiliæ, ubi tu habitas. *Si te merui.*] Palat. leg. *Niſi te volui meruique.* Vett. edd. *niſi te merui voluique*, hoc ſenſu: tam mihi charus es, ut ſi te modo merear videre, non recuſem longiſſimum iter; Tu enim in Exquiliis, ego ad Pilam Tiburtinam habito. Sed es tanti, ut ſi vel longius illæ forent, ad te ſim venturus, modo domi reperiam. *Rader.* Sed Farnabius cenſet, ſcribendum, *metui*, volebat amicum viſere, ſed metuebat ne Paulus vel domi non eſſet, vel negaretur eſſe.

2. *Exquiliæ.*] Quinta regione urbis. Vide Marlian. libro 5. capite 9. Panvin. &c.

3. *Sed Tiburtinæ, &c.*] Sed ego habito ad pilam in via Tiburtina. lib. 1. epigr. 118. ℣ſ. 6. *Pila*, id eſt, columna.

4. *Qua videt, &c.*] Prope Floræ deæ ruſticæ & florum præſidis templum, atque vetus Capitolium Jovis. Templum enim Floræ deæ, erat è regione domus Martialis. vide Ovidium Faſtor. lib. 5.

5. *Alta Suburrani, &c.*] Qua per Suburram aſcenditur ad montem Exquilinum. Clivus enim *Suburanus* inter urbis Romæ notiora.

6. *Numquam, &c.*] Perpetuo cœnoſa ſaxa.

7. *Vincere.*] Superare, præterire. *to baſſe by.* Palat. leg. *Rumpere*, pro perrumpere optimè. *Mandras.*] Proprie caulas. ſtabula hîc, ut apud Juvenalem Sat. 3. ℣ſ. 237. ſeries mulorum, onera portantium.

8. *Qua-*

Quæque trahi multo marmora fune vides.
Illud adhuc gravius, quod te post mille labores,
Paulle, negat lasso janitor esse domi.
Exitus hic operis vani, togulæque madentis:
Vix tanti Paullum mane videre fuit.
Semper inhumanos habet officiosus amicos:
Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

8. *Quæque trahi, &c.*] Ad fabricam excitandam attrahi machinis, trochleisque saxa vides. *Fune vides.*] Machinis, vel plaustris. ut Juvenal. Satyr. 3. ẏſ. 255.

10. *Negat lasso, &c.*] Lib. 2. epigramm. 5.

11. *Madentis.*] Nimbo, luto, sudore.

12. *Vix tanti, &c.*] Vix suscipiendus sit labor tantus, etiam si certum esset te domi tuæ repertum iri.

13. *Semper inhumanos.*] Conclusio gnomica. Quo officiosior eliens, hoc inhumanior patronus.

14. *Rex, nisi dormieris, &c.*] Si ergò cupis esse meus, seu Dominus, seu patronus, dormi tantisper, donec salutatum te veniam, ut te domi offendam. Ergò aut domi mane sis, aut ego non subibo tantas itineris molestias tui salutandi gratia. innuit autem Paulum exire & ipsum, alios salutatum, ut epigr. 18. lib. 2. ẏſ. 1.

Ad Bassum. XXIII.

HErbarum fueras indutus, Basse, colores,
Jura theatralis dum siluere loci.
Quæ postquam placidi censoris cura renasci
Jussit, & Oceanum certior audit eques.
Non nisi vel cocco madidâ, vel murice tinctâ

Veste

1. *Herbarum, &c.*] Lacernas virides seu galbaneas. Ante enim legem theatralem promulgatam, seu revocatam, sedebas ubi libebat, inter equites, quamvis non eques; & *virides*, hoc est, viles & abjectas gestabas vestes; nec arcebaris à 14. gradibus. At postquam Domitianus Imperator legem revocavit, & Oceanus designator, fictos equites jubet surgere; tu purpuram & coccina gestas, quo videaris eques, nec ab Oceano suscitetis. *Viridis* ergò color fœmineus, ut ex Juvenale docet Lipsius lib. 1. Elect. cap. 13. Græcis χλωρὸς dicitur, Latinus etiam galbeus & galbanus: inde *galbanos mores*, id est, molles, fœmineos. *Rad.*

2. *Jura theatralis, &c.*] Lex Roscia supra epigr. 8. & 14.

3. *Quæ postquam.*] At postquam Domitianus Imp. assumpta censura revocavit legem Rosciam. ibid. 8. supra. *Placidi censoris.*] Domitianus enim morum præfecturam susceperat, ut scribit Sueton. Unde *judex morum* à Juvenale appellatur εἰρωνικῶς. Dio scribit cæteros Imperatores suis temporibus ab hoc magistratu abstinuisse: Caussam addit, quia absque nomine τὸ ἔργον τῆς τιμητείας εἶχον. *Herald.*

4. *Oceanum.*] Designatorem theatralem. *Certior audit eques.*] Non plebi immistus, ut ante.

5. *Cocco murice, &c.*] Purpurea, pi-

scis

Veste nites, & te sic dare verba putas.
Quadringentorum nullæ sunt, Basse, lacernæ:
Aut meus ante omnes Codrus haberet equum.

scis muricis sanguine seu flore, quem ore habet moriensque expuit, tincta; vel cocco, *cochineale.* grano scapis aquifoliæ ilicis detaso. Plin. lib. 16. cap. 8.

6. *Et te, &c.*] Et veste equitem mentiri, atque designatorem fallere credis.

7. *Quadringentorum, &c.*] Non qui habet lacernam purpuream, habet etiam censum equestrem. epigrammate 67. lib. 4. ℣. 1. hac ratione Codrus pauper, foret eques, nam & illi purpurea vestis.

De Hermete. XXIV.

Hermes Martia sæculi voluptas;
Hermes omnibus eruditus armis;
Hermes & gladiator, & magister;
Hermes turba sui tremorque ludi;
Hermes quem timet Helius, sed unum;
Hermes cui cadit Advolans, sed uni;
Hermes vincere, nec ferire doctus;
Hermes suppostititius sibi ipsi;
Hermes divitiæ locariorum;
Hermes cura, laborque ludiarum;

Hermes

Variis præconiis Hermetem gladiatorem, in omni genere armorum principem laudat. Et verè ter maximum, ut Hermetem Trismegistum in philosophia; sic Hermetem hunc in arena prædicat. *Rad.*

1. *Martia, &c.*] Ævi hujus & Romæ Martiæ, deliciæ & gloria, propter eruditionem in omni genere armorum. ut mox.

3. *Et gladiator, &c.*] Et ipse gladiator & gladiatorum magister, id est, lanista.

4. *Turba, &c.*] Quo arma tractante, tota familia gladiatorum turbatur & timet.

5. *Quem timet, &c.*] Quem solum nobilis gladiator Helius timet.

6. *Cui cadit, &c.*] A quo solo vincitur Advol. nobilis glad.

7. *Nec ferire doctus.*] Premendo & involvendo vincere sine ictu. vel adversario parcere, ubi posset ferire.

8. *Suppostititius sibi ipsi.*] Pugnando non defatigatus, sed perinde ac recens gladiatoribus novis congreditur, nec indiget ut sibi alius sufficiatur, vide Lips. Saturnal. Gladiatores enim suppositicii erant, qui fessis & victis gladiatoribus sufficiebantur, qui cum victore contenderent, quos & *subditicios*, Græci ἐφίδρυς nominabant: substituebantur autem unus, alter, etiam tertius, sorte tamen, non casu. *Rad.*

9. *Divitiæ locariorum.*] Unde quæstum faciant qui loca populo in spectaculis designant locantque. Et jam *locar* dictum, quod prius *locar*: æs nimirum ex locis sive sedibus Theatralibus collectum.

10. *Cura, &c.*] Quem ludiæ omnes (id est gladiatorum uxores amicæve, vel etiam aliæ quæ gladiatoribus favent) certatim amant, & salvum cupiunt.

11. *Belli-*

Hermes belligera superbus hasta;
Hermes æquoreo minax tridente;
Hermes casside languida timendus;
Hermes gloria Martis universi;
Hermes omnia solus, & ter unus.

11. *Belligera superbus hasta.*] Gladiatoris Samnitis more valide vibrat hastam. In prælusione scil. se mirificè ostentans, & ita hastam vibrans, ut plausum inde populi ferret.

12. *Æquoreo minax tridente.*] Retiarii more movet fuscinam directam in Mirmillonem. vide quæ ad ✠s. 143. Sat. 2. Juven. & Lips. Saturn. l. 2. c. 8.

13. *Casside.*] Andabatarum more pugnat. hi autem ex equis galea frontem oculosque tecti pugnabant. Lips. Sat. lib. 2. cap. 12. *Languida.*] Quæ tenebras & languidam caliginem inducit. Unde & natum est verbum: *Andabatarum more pugnare*, id est, cæcorum.

14. *Gloria Martis universi.*] Ut supra ✠s. 1.

15. *Omnia solus, &c.*] Colligit quæ dixerat de Hermete, versibus 1, 4, 5, 7, 10, 11, 12. & potest allusisse ad Hermetem Trismegistum, cujus summam scientiam in Philosophia, æquat hujus in arena.

De Chærestrato. XXV.

QUadringenta tibi non sunt, Chærestrate, surge,
Lectius ecce venit: sta, fuge, curre, late.
Ecquis, iô, revocat, discedentemque reducit?
Ecquis, iô, largas pandit amicus opes?

Quem

Queritur poëta, Equites quamvis equitum satu vero priscoque editos, ob egestatem tamen pelli gradu in spectaculis, nec à quoquam juvari; quum tamen divites eò, immo tale sibi nomen comparare possent. sed plus equum quam equitem amant. *Rad.*

1. *Quadringenta.*] Censum nempe equestrem non habes. epigr. 67. lib. 4. & epigr. 8. supra.

2. *Lectius ecce venit.*] Designator, qui excitabat & ejiciebat equites censu carentes, ex XIV. gradibus, id est, equestri loco. Est ergò vox amici admonentis, ut sponte abeat, ne cum rubore postea, jubente Lectio, cogatur abire. *Sta, fuge, &c.*] Verba designatoris excitantis Chærestratum ex 14. gradibus. *vel*, amici monentis. *vel*, poëtæ. *Sta.*] Quæritur, num licuerit non equiti, in equestribus tamen stare, sic ut gradum non occuparet? vide suprà epigr. 14. Sed credo intrà gradus nec stare quidem licuisse, alioqui non adderet poëta, *fuge, curre.* & addit *late*, id est, inter populum, ne Lectius deptehensum inter equites, latentem protrahat. *Rad.*

3. *Ecquis.*] Ecquis *inquit Poëta* tam honoris & immortalis nominis amans, ut bonum virum Chærestratum liberalitate sua donatum, in equitis honore servatum malit, quam majores sumptus effundere in res inanes? *Iô.*] Vox hæc varium habet usum, frequentissimè gestientis est, ut *Io triumphe.* alias irridentis; alias dolentis. hoc loco vocantis videtur, vel plausum captantis: quasi dicat: Quis cum laude & applausu omnium vult hunc Chærestratum servatum.

5. Quem

Quem chartis famæque damus, populisque loquendum?
Quis Stygios non vult totus adire lacus?
Hoc, rogo, non melius, quam rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuso permaduisse croco?
Quam non sensuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi nasus ubique micet?
O frustra locuples, ô dissimulator amici,
Hæc legis & laudas? quæ tibi fama perit?

5. *Quem chartis famaque.*] Eos enim à poëtis immortali carmine celebratum iri dicit.

7. *Rubro, &c.*] Aspersiones odoratas croceas è tubis ejaculatas in Amphitheatro. epigr. 3. lib. Spect. vers. 8. Gloss. *Sparsio* κρόκος ὁ ῥαινόμενος. Sed de hac re Lipsius in Amphitheatro. Ut autem *nimbum rubrum* dicit Martial. sic Apulejus *imbrem odoratum* dixit. *Pulpita.*] Hoc propriè de theatris dictum, in quibus scenæ & pulpita.

9. *Non sensuro, &c.*] Statuas equorum atque aurigarum? epigr. 67. lib. 4. Ut enim ἆθλος est certamen: τὸ ἆθλον præmium certaminis: sic ad hoc exemplum, quum missus equorum sit certamen; & *missum* vel *missarium* de præmio missibus proposito dictum. A præmiis *miliarii* dicti agitatores, ut & equi *ducenarii* & *centenarii*, qui ducenta & centum sestertia merebant. ab eadem ratione *ducenarii* procuratores, à ducenis sestertiis. Sic non ducenta tantum sestertia, sed quadringenta equis dabantur. Legitimum præmium quinque aurei. *Salmas. Non sensuro.*] Caballus enim fictus non sentit.

10. *Aureus ut Scorpi, &c.*] Bulengerus emendat *Æreus.* Ærea scilicet Scorpi statua. *Synecd.* Sed stant à vulgato MSS. omnes: & dicit alibi noster lib. x. epigr. 74.

Cum Scorpus unâ quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat saccos.

Nihil igitur mirum, tam diviti statuas aureas. Inquit enim poëta, Confers aurum ad statuam equestrem Scorpi agitatoris, & negligis amicum nobilem.

11. *O frustra locuples.*] O qui nescis usum divitiarum. *Dissimulator amice.*] Epigramm. 89. lib. 4. vers. 10. & supra epigr. 20. vers. 7. Alii, *amici.* Rectè.

12. *Hæc legis, &c.*] Probe hæc & vere à me moneri fateris, & tamen famæ hujus & immortalitatis rationem inire non vis? supra epigr. 20. vers. 9.

Ad Codrum. XXVI.

Quod alpha dixi, Codre, penulatorum
Te nuper, aliqua cum jocarer in charta:
Si forte bilem movit hic tibi versus,
Dicas licebit beta me togatorum.

In

Fingit offensum antehac Codrum, eique reponendi convitii facit potestatem.

2. *Aliqua, &c.*] Epigr. 57. lib. 2. vers. 4.

4. *Beta me togatorum.*] Secundum vel non primum inter pauperes, quorum toga est, & sic me ultum iveris. & jocus quæsitus est à ratione numerandi per literas.

In fictum equitem. XXVII.

INgenium, studiumque tibi, moresque, genusque
Sunt equitis, fateor: cætera plebis habes.
Bis septena tibi non sunt subsellia tanti,
Ut sedeas viso pallidus Oceano.

Inscriptio hujus epigrammatis in MS. bibliothecæ Lugdunensis est. non, *In fictum equitem*, sed, *De non respondenti natalibus suis*: multo melior vulgatâ. Nec enim iste, quicumque est, inserebat se equestri ordini, unde non erat, sed quum equestri loco natus esset, vitabat tamen quatuordecim ordines propter deficientem censum; & id æquo animo ferebat. *Gronovius.*

2. *Cætera, &c.*] Censum non habes equestrem.

3. *Bis septena.*] Male Farnabius interrogantem facit Martialem: Cur autem adeo delectaris sede equestri intra quatuordecim ordines, &c. Immo Martialis ultro laudat hunc suum, quod sede equestri abstineat, & quum habeat omnia, quæ decent equitem, præter censum, volens honore sedis careat, nec velit Oceanum Lectiumve timere: secus ac multi faciebant, non modo censu, sed & ingenio, moribusque & studiis & genere equestri destituti. Gruterus notat in posterioribus notis, Pal. habere *sint*: quod si recipimus aliquo modo tolerari altera interpretatio potest. *Gronovius. Bis septena, &c.*] Cur autem adeo delectaris sede equestri intra 14. gradus, ut opus habeas timere designatorem? supra epigr. 8. & epigr. 14. *Bis septem subsellia.*] Male nonnulli *subsellia* hic accipiunt pro scamnis in cuneos & gradus illatis. Ergò *bis septem subsellia* appellat, quatuordecim ordines equitum, sive quatuordecim gradus, quos etiam ἕδρας appellavit Dio lib. 26. τὰς δὲ τῶν ἱππέων τὰς ἐν τοῖς θεάτροις ἕδρας ἀκριβῶς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀφώρισε. *Nam equitum subsellia in theatris ab aliis solicite separavit.* Rectè. Nam in gradibus subsellia componebantur, ut ait Vitruvius. Quatuordecim ordines proptie, & quatuordecim gradus. Item quatuordecim simpliciter sine adjectione. *Heraldus.*

Ad Aulum, de Mamerco. XXVIII.

UT bene loquatur, sentiatque Mamercus,
Efficere nullis, Aule, moribus possis:
Pietate fratres Curtios licet vincas,
Quiete Nervas, comitate Rusones,

Pro-

Occasionem laudandi Romanorum familias, ævi sui principes & optimates à persona ficta Mamerci captat, cui nemo satis bonus, (ut & Cæciliano l. 9. epigr. 72.) videbatur. *Rad.*

2. *Nullis, &c.*] Vel integerrimis.

3. *Curtios, &c.*] Alii leg. *Curios*: male; nam versus repudiat; & constat *Curtios Montanos* pietate insignes circa illa tempora, ex Tacito, & aliis.

4. *Nervas, comitate.*] Intelligi credo de Nerva, qui successit Domitiano. namque is, teste Xiphilino, quietus & mitis. *Rusones.*] Vel *Rufones*. Alii *Drusones*. Addenda, quæ hic habet Gruterus in posterioribus Notis. Tum pro

Marcos

Probitate Macros, æquitate Mauricos,
Oratione Regulos, jocis Paullos:
Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsan esse tu credas:
Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

Marcos lege *Macros*, fide MS. intelligit enim *Bæbium Macrum*, ad quem aliquot Plinii epistolæ exstant. *Gruterus.*

5. *Mauricos.*] Junium Mauricum ab æquitate laudat Plin. Sec. 4. lib. 22. epist. & lib. 1. epist. 5.

6. *Oratione.*] Eloquentia. *Regulos.*] Regulum insinuat an quem sæpe supra. vide epigramm. 112. lib. 1. & lib. 4. epigr. 16. ỳs. 4. *Paullos.*] Forte, ad quem epigramm. 71. lib. 7. & epigramm. 87. lib. 9. & supra epigrammate 23.

7. *Rubiginosis, &c.*] Theoninis & lividis, id est maledicentia.

8. *Hominem malignum.*] Nam is verè malignus, qui supra describitur, nempe, qui nec bene sentire, nec bene loqui de quoquam potest; & qui omnia perperam interpretatur. Livor etiam & obtrectatio, malignitatis asseclæ sunt. *Herald.*

9. *Ego miseram.*] Verè miser, cui nihil placet: cruciatur enim semper, & semper irascitur; amat nullum, omnes odit, omnibus invisus. *Miserum, &c.*]. Sic l. 1. epig. 41. & infra epig. 61. ỳs. 4

Ad Gelliam. XXIX.

SI quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis:
Formosus septem, Marce, diebus eris.
Si non derides, si verum, lux mea, narras:
Edisti nunquam, Gellia, tu leporem.

2. *Formosus septem, &c.*] Ex opinione vulgi, cui persuasum pulchros eos in dies sequentes fore, qui leporinam edissent carnem. Plin. libro 28. capite 19. & Lamprid. in Alex. Severo.

3. *Lux mea, narras.*] Amica, deliciæ, suavium meum, φίλον seu ἱερὸν φῶς. Hom. Il. π. γλυκερὸν φάος. Propertio frequens.

4. *Edisti nunquam, &c.*] Tu enim nunquam formosa videris.

Ad Varronem. XXX.

VArro Sophocleo non inficiande cothurno,
Nec minus in Calabra suspiciende lyra;
Differ

Varronem hortatur ad lectionem suorum epigrammatum Saturnalibus.

1. *Varro.*] Nec Menippæus, nec Atacinus hic Varro. Sed ignotus posteris, notus tantum domi & suis, nisi quod à Martiale illustratus, vivit hodie aliena, non sua Musa redivivus. *Sophocleo.*] Laus Varronis, quem excellentem Tragicum appellat; nam princeps in eo genere Sophocles. *Cothurno.*] Epigr. 20. lib. 3. ỳs. 5.

2. *Calabra, &c.*] Mire artifex carminis lyrici Græci & Latini, uterque enim sermo Calabris familiaris: vel

Differ opus: nec te facundi scena Catulli
Detineat, cultis aut elegia comis.
5 *Sed lege fumoso non aspernanda Decembri*
Carmina, mittuntur quæ tibi mense suo.
Commodius nisi forte tibi, potiusque videtur,
Saturnalicias perdere, Varro, nuces.

non minus cedens Horatio (qui Lucanus an Appulus, anceps; Venusinus scil. Calabriæ vicinus, sat. 1. lib. 2.) in carmine lyrico, quam Sophocli in tragico.

3. *Opus, &c.*] Seria tua & severiora studia per hosce dies sepone. *Scena Catulli.*] Catulli epigrammatωn elegantia & venustas, quæ scenæ omnis voluptatem superat. forte mimos intelligit à Catullo mimographo scriptos, de cujus Phasmate Juven sat. 8. ỷ. 186. utriusque potest meminisse, cum addat *elegiam.*

4. *Cultis comis.*] Cultum propriè requirit Elegia, quia tenera & teneris rebus apta: hinc *cultus Tibullus.*

5. *Fumoso,*] Calet enim hic mensis, foco; hinc fumus. *Non aspernanda Carmina, &c.*] Mea hæc. *Decembri.*] Læto Saturnalibus & libertate Decembri. proinde jocis his meis apto.

7. *Commodius, &c.*] Nisi forte magis his Saturnalibus ludere talis & perdere nuces, quam mea hæc legere, quæ ipsorum est inepta. *modestè hoc de suis.*

De ludo puerorum cum juvencis. XXXI.

ADspice, quam placidis insultet turba juvencis,
Et sua quam facilis pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet summis: vagus ille per armos
Currit, & in toto ventilat arma bove.
5 *At feritas immota riget. non esset arena*
Tutior, & poterant fallere plana magis.
Nec trepidant gestus: sed de discrimine palmæ
Securus puer est, sollicitumque pecus.

Jucundum spectaculum inter pueros & tauros.

1. *Placidis, &c.*] Quam intrepide in spectaculis, pueri desultoria quadam arte discurrant inambulentque per terga boum ludibundi & velitantes. *Placidis.*] Vox *placidis*, non potest nisi ad mansuetos referri. *Turba.*] Puerorum.

2. *Et sua.*] Et hinc patet cicuratos fuisse. *Pondera, &c.*] Et quam patienter submittant se percurrentibus pueris boves. *Pondera.*] Puerorum.

4. *In toto, &c.*] Tela vibrat, batuit, præludit, ab omni parte taurorum.

5. *At.*] Al. *Abs feritas. Feritas immota, &c.*] Tauri dudum feroces, stant immoti, & pueris ubi vestigia sistant, unde batuant, præbent terga sua pavimentum æque firmum ac solidum atque planam arenam.

6. *Et possent.*] Gruterus, *poterant.*

7. *Nec trepidant gressus, &c.*] Ne interturbent puerorum ludos, impediantve victoriam. Al. *Nec trepidant gestus, &c.* Quasi diceret, pecus magis est sollicitum pro homine, quam homo de seipso; pueri non timent, & timet pecus: pueri certi sunt de victoria, feræ timent ne impediant victoriam.

Ad Faustinum, de Crispo. XXXII.

QUadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis
Non dedit uxori; cui dedit ergo? sibi.

1. *Tabulis supremis.*] Testamenti codicillis.

2. *Sibi.*] Ventri suo. ipse enim vivus omnia decoxerat, nec quicquam moriens habuit, quod uxori relinqueret. De Hermocrate, qui moriens se sibi heredem testamento scripsit, vide epist. Lucilii, lib. 2. Anthol. cap. 50.

In Caussidicum. XXXIII.

CArpere caussidicus fertur mea carmina: qui sit
Nescio: si sciero, væ tibi caussidice.

Epitaphium Erotii ad Frontonem & Flaccillam parentes. XXXIV.

HAnc tibi, Fronto Pater, genitrix Flaccilla puellam,
Oscula commendo deliciasque meas:
Paulula ne nigras horrescat Erotion umbras,
Oraque Tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ;
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam veteres ludat lasciva patronos,

Et

Utrique parenti jam defuncto commendat sexennem puellam Erotion, vernulam, immaturo fato extinctam; ut insontem ejux animam apud Manes excipiant, & ne tellus corpusculo gravis sit. *Rad.* Male Raderus utrique parenti ait commendari Erotium. Immo mater superstes defuncto jamdudum patri nuper defunctam filiam commendat. Error ex pravo lemmate, quod in eodice Leidensi tantum est, *Ad Frontonem*, & post primum distichon: *Epitaphium Erotionis:* (sed faciendum est: *Epitaphium Erotii ad Frontonem patrem:*) deinde ex interpunctione inter *Flaccilla* & *puellam*, quæ tollenda est. Nam *Genitrix Flaccilla commendo puellam, oscula deliciasque meas, tibi, pater Fronto*; est ergo genitrix Flaccilla. nam ipsa fingitur loquens. *Gron.*

1. *Hanc tibi, &c.*] Erotion puellam sexennem immaturo extinctam fato, filiam vestram ô Fronto & Flaccilla servi, dum viveretis mei, vernulam & delicias meas vobis commendo, ut excipiatis animulam ejus, deductamque defendatis à larvis illis, monstris, terroribusque Stygiis.

3. *Pallida, &c.*] Al. *Parvula.* aliis, *paulula.* Nam exiguam fuisse Erotion, nullum est dubium: nondum enim erat sexennis. Vide Scriverium. *Ne nigras.*] Ut à vobis apud inferos excepta non timeat monstra, larvasque stygias.

4. *Tartarei canis.*] Cerberi trifaucis.

5. *Impletura fuit, &c.*] Quo minus sextum ætatis annum expleret, defuere illi sex dies.

7. *Patronos, &c.*] Vos parentes.

 8. *Blaso*

Et nomen blæso garriat ore meum.
Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra gravis fueris; non fuit illa tibi.

8. *Blæso garriat, &c.*] Quod in tenellis & infantibus gratum est.

9. *Mollia nec rigidus, &c.*] Fausta & solennis bene precandi mortuis (quos amabant) formula *Sit tibi terra levis*, tumulisque inscripta S. T. T. L. ut scilicet facilis pateret animæ reditio & iter ad sepulchrum in parentalibus. sepultos autem diris & incantationibus urgeri à terra graviori credebant, quibus itaque male volebant, terram gravem imprecabantur. vide quæ ad ult. vers. Hippol. Senecæ adnotavit Farn.

10. *Non fuit, &c.*] Illa enim fuit parvula, nec tibi oneri. epigr. 52. l. 6. vs. 5.

De Euclide. XXXV.

Dum sibi redire de Patrensibus fundis
Ducena clamat coccinatus Euclides,
Corinthioque plura de suburbano:
Longumque pulchra stemma repetit à Leda,
Et suscitanti Lectio reluctatur;
Equiti superbo, nobili, locupleti,
Cecidit repente magna de sinu clavis.
Numquam, Fabulle, nequior fuit clavis.

Gerebat se pro equite Euclides, quum servus esset; quem lepide deridet, dum proditum à clavi de sinu cadente dicit. *Rad.*

1. *Redire, &c.*] Reditum sibi esse annuum ex fundis Patrensibus ducenta. Patra autem non procul à Corintho, urbs Achajæ.

2. *Coccinatus Euclides.*] Supra epigramm. 24. vs. 5.

3. *Corinthioque, &c.*] Græcus enim Euclides è Corintho.

4. *Longumque pulchra.*] Jactatque se ducere genus ab equitibus Castore & Polluce, filiis Ledæ è Jove. *Stemma repetit, &c.*] Lib. 2. epigr. 90. vs. 6.

5. *Lectio reluctatur.*] Designatori, eum ex equestri loco excitanti reluctatur.

6. *Equiti superbo, &c.*] *Ironice.* huic Euclidi tam illustri, potenti & magnifico.

7. *De sinu clavis.*] Clavis erat insigne quasi servorum; gestabant servi claves, & hoc munus illorum. *Lipsius.*

8. *Nequior fuit clavis.*] Quæ prodidit fortunas domini sui, ostenditque Eucliden *vel* ipsum esse servum, cui curæ aliena clavis. *vel* pauperem saltem, cui nemo famulus, qui ipse suam gestaret clavem.

Ad Faustinum. XXXVI.

Laudatus nostro quidam, Faustine, libello,
Dissimulat, quasi nil debeat: imposuit.

De

Carmine meo dedi illi nominis immortalitatem, neque (dissimulante illo se nescire me hinc munus captare, epigr. 89. lib. 4. vs. 10. 11.) præmium accepi, adeoque spem meam falsam habuit.

Luget

De Erotio puella. XXXVII.

Puella senibus dulcior mihi cycnis:
Agnâ Galesi mollior Phalantini:
Concha Lucrini delicatior stagni;
Cui nec lapillos præferas Erythræos,
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Nivesque primas, liliumque non tactum:
Quæ crine vicit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque nitelam:

Fra-

Luget Erotion puellam (de qua supra epigr. 35.) & eam ab elegantia, pulchritudine, suavitate, variis comparatam rebus commendat. Demum vertit stylum in Pætum; qui Martialem velut fractum & mollem reprehendebat, quod vernulæ mortem tantopere deploraret, quum sibi mortua uxore ipse tamen constaret, & fortiter casum suum ferret. Cui Martialis, salse respondet, mortem uxoris videri posse experiisse, quia inde locupletatus. *Rad.*

1. *Puella senibus, &c.*] Erotion, de qua supra, epigr. 35. *Cycnis.*] Qui candore sunt eximio, & morituri dulce canunt, ut placet nonnullis. licet id negent sanioris judicii autores. Quasi innuere vellet Erotion candidiorem fuisse cygno, suaviusque cantasse; & teneriorem fuisse agnellis Tarentinis.

2. *Agnâ Galesi, &c.*] Agna Tarentina mollior. Mollia enim Tarentinarum pecudum vellera, quia pellibus integebantur ad teneritudinem conservandam, ut notat Porphyrion ad Oden 6. l. 2. Carm. Horat. Sic μαλακὰ πρόβατα dicuntur Polybio. *Herald.* Tarentum alluit fl. Galesus, condidit Phalantus Lacon. epigr. 43. lib. 2. ℣. 2.

3. *Concha Lucrini, &c.*] Non quod ostrea Lucrina gulonibus expetebantur, ut exponit Raderus; sed quia, *Levior assiduo detritis æquore conchis.* ut pingui ac rudi fistula cauentem facit Polyphemum Ovid. Metamorph. 13. unde pe-titas has hyperbolicas laudes majori arte adumbravit noster.

4. *Erythræos.*] Lapillos preciosos, gemmas, margaritas, &c. naras in mari Erythræo, quod vulgo dicitur *Rubrum mare*, sed perperam, ut ostendit Farnab. ad Thyesten Senecæ, ℣. 370.

5. *Pecudis, &c.*] Elephantis dentem, id est, ebur.

7. *Crine vicit.*] Crinis colore. *Bætici, &c.*] Oves Bæticæ nativo colore rutilabant. lib. 14. epigr. 133. & lib. 2. epigr. 43. ℣. 2.

8. *Rhenique nodos.*] Germanorum: qui Rheni accolæ, flavos crines seu rufos obliquabant & in nodum cogebant. epigramm. 3. lib. spect. ℣. 9. *Aureamque nitelam.*] Rutilos ac rufos puellæ crines comparat Bætico velleri, Germanorum capillis, & nitelæ pilo. Bæticas lanas, rufas sive rutilas fuisse notissimum est. *Nitela* quoque rutilum habet pilum, & præcipuè Sciurus. ut propterea *nitelam* de Sciuro accipere potius sit. nam etsi *mus agrestis* etiam rubeus sit & rutilus, non tamen ut cum sciuro sit comparandus. Et *nitela* in Glossis est *Sciurus:* nam δενδροβάτης propriè dicitur. hinc color *nitelinus* apud Plin. lib. 16. cap. 37. de rubeo seu rutilo. ita ut non mirum sit, crines ad plenum rufos & rutilos *nitelæ* comparasse Martialem, & *auream* vocasse. *Salmas.* Vel ut alii volunt *Nitellam.* *Aureamque nitelam.*] Micas pulveris

Fragravit ore, quod rosarium Pæsti;
Quod Atticarum prima mella cerarum;
Quod succinorum rapta de manu gleba:
Cui comparatus indecens erat pavo,
Inamabilis sciurus, & frequens Phœnix:
Adhuc recenti tepet Erotion busto,
Quam pessimorum lex avara fatorum,
Sexta peregit hieme, nec tamen tota,
Nostros amores, gaudiumque, lususque.
Et esse tristem me meus vetat Pætus:
Pectusque pulsans, pariter & comam vellens:
Deflere non te vernulæ pudet mortem?
Ego conjugem, inquit, extuli, & tamen vivo,
Notam, superbam, nobilem, locupletem.
Quid esse nostro fortius potest Pæto?

Ducen-

auri repertas in arenis, scobem & ramenta aurea, quibus conspersam comam illuminarunt.

9. *Rosarium.*] Est locus rosis consitus. *Pæsti.*] Oppidi Lucaniæ, rosas bis in anno proferentis, Majo & Septembri epigr. 31. lib. 12.

10. *Quod Atticarum prima, &c.*] Prima dicit, velut illibata, integrumque odorem retinentia. vide epig. 104. lib. 13.

11. *Succinorum, &c.*] Electrum manu tritum suave olet. epigr. 64. l. 2. Diosc. lib. 1. cap. 93. *Gleba.*] Succinum esse fossile, & in duobus locis Scythiæ erui dixit Philemon.

12. *Indecens pavo.*] Quasi dicat, Erotion elegantior pavone, tantoque pulchrior, ut turpis præ illa pavo putari posset.

13. *Inamabilis sciurus.*] Quo tamen nihil amabilius, & hodie pueris in delitiis. à σκιὰ & οὐρὰ, quod cauda corpus inumbret, imò tegat. *Rad. Phœnix.*] Quæ rara avis, &, ut quidam volunt, unica, hac tamen Erotion in genere suo rarior.

14. *Recenti, &c.*] Recens elata est & cremata. epigrammate 35. supra.

16. *Sexta peregit hieme, &c.*] *Nec tamen tota*, dicit; quia sex dies defuerunt, ut ipse supra dixit epigr. 35. Et pro *Peregit* reponendum videri queat *Peremit*. Nam sic omnino epigr. 61. lib. 1.

Hoc festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hyems.

Sed *peragere* etiam pro perimere. Val. Flaccus lib. 1. Argonaut.

Fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus, ardenti peragit Clytus Actora quercu.

Sic διαπερᾶν Græcis. *Herald.* epigramm. 35. supra.

19. *Pectusque pulsans, &c.*] Qui afflictis lugendi mos erat, in funeribus præcipue.

20. *Deflere, &c.*] *Verba Pæti, Martiali luctus modum suadentis, suo exemplo.*

23. *Quid esse nostro, &c.*] Resp. poëta Ironice collaudans Pæti fortitudinem, imo exprobrans illi fictum dolorem seu potius gaudium, cui è conjugis morte obtigerit dos tam ampla.

24. *Du-*

Ducenties accepit, & tamen vivit.

24. *Ducenties accepit.*] Hic epigrammaris aculeus. Male verò cum Pæto nostro agitur: qui cum tantis calamitatibus vexetur, mirum quî possit vivere, nam ducenties sestertium morte uxoris accepit. O fœda calamitas & abominanda! εἰρωνεία. *Herald.* Rigaltius dicit ideo eum fortissimum esse, quia ducenties accepit, & tamen vivat: quasi scil. cc. plagas accepisset, sive cc. ictus sustinuisset. *Et tamen vivit.*] Regerit Ironice in Pætum hæc sua verba.

In Calliodorum. XXXVIII.

CAlliodorus habet censum (quis nescit?) equestrem,
Sexte; sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μέριζε;
Uno credis equo posse sedere duos?
Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce molesto?
Non

Plenum salis & leporis epigramma. Calliodorus cum fratre censum equestrem possidebat, eoque se equitem jactabat. Martialis primum negat Calliodorum esse equitem partitis bonis: deinde docet ridicule, quô pacto possit uterque esse eques; nempe ut vel duo uni insideant equo sive subsellio in spectaculis: vel Castorem & Pollucem imitentur, & per vices, ut illi immortales, ita isti equites sint, hodie Calliodorus, postridie frater. *Rad.*

3. *Quadringenta secat.*] Sed frater (inquit poëta) cogit te dividere quadringenta, sibique ducenta poscit. *Secat, qui dicit, &c.*] *Seca*, legend. censet Ja. Rutgers. lib.6.cap.11. var. lect. Et frater ille tuus qui hæreditatem ad assem usque, & minima quæque ut & ficos dividi ex æquo poscit, aufert tibi medium censum. Rescribendum putat, Petitus:

Quadringenta secat, qui dicit σὺ κ' ἐμὲ ῥ' ἵζε, &c.

Calliodori pater censum habuerat Equestrem: superstites autem reliquit duos filios, hunc Calliodorum, & alterum minorem. Cum autem illi esset tantum equestris census, nec amplius quicquam haberet in bonis; necessario fiebat, ut Calliodorus Equestrem censum non haberet: nam Calliodori minor frater è quadringentis illis, quæ pater in bonis reliquerat, repetebat sive legitimam, quæ ab intestato defertur; sive datum legatum ex testamento. Itaque quadringenta illa Equestris census, quem *Equi* nomine significat Poëta, secabat. Secabat autem, quia dicebat fratri, *σύ κ' ἐμὲ ῥ' ἵζε, tu fac me quoque sidere*, Equo scilicet, id est, da mihi meam de bonis paternis partem, At uno equo sedere duo non possunt, hoc est, neuter totam hæreditatem paternam potest cernere, & censum Equestrem habere. *Petitus.* *Qui dicit.*] Qui habet jus petendi alteram hæreditatis partem, frater nempe. *Σῦκα μέριζε.*] Adagium est in eos, qui quum parvam adierint hæreditatem, eam ipsam tamen coguntur in plures partiri cohæredes, ita ut videantur *ficos dividere.* vel *σῦκα μέριζε*, id est, divide mecum totam sortem hæreditatis æqua ratione, ad usque assem, hoc est, minima, maxima: ita ut *σῦκα* minima bonorum significent, nihilque non esse dividendum.

4. *Uno credis, &c.*] Neque potestis ex uno censu esse duo equites, & uno sedere equo, aut uno subsellio.

5. *Polluce molesto.*] Fratre (ut ille Castoris) qui officit tuo honori, dimidiatus eques.

Non esset Pollux si tibi, Castor eras.
Unus cum sitis; duo, Calliodore, sedetis.
Surge: solæcismum, Calliodore, facis.
Aut imitare genus Ledæ; aut cum fratre sedere
Non potes. alternis, Calliodore, sede.

6. *Non esset Pollux, &c.*] Elegans lusus in nominibus. Pollux enim pugil, Castor eques; frater ille tuus quasi pugil tibi reluctatur ne possis esse eques.

8. *Solæcismum, &c.*] Nec enim fas dicere, *unus sedetis.*

9. *Genus Ledæ, &c.*] E quibus Castor immortalitatem suam cum fratre partitus est, ut alternis vicibus morerentur & reviviscerent. ita vos per vices estote, equites, nisi alterum dicat oportere mori & ad inferos descendere, ut superstes sit eques.

In Carinum. XXXIX.

SUpremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Carine, misi
Hyblæis madidas thymis placentas.
Defeci: miserere jam Carine.
Signa rarius: aut semel fac illud,
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosque sacculumque,
Cræso divitior licet fuissem,
Iro pauperior forem, Carine,
Si conchen toties meam comesses.

Fingit Martialis, se diu frustra muneribus captasse hæreditatem Carini tussientis. Optat enim illi exitialem tussim, quia non amplius habet quod donet. Improbus captantium & captatorum artes carpit sine invidia, dum se ipsum captatorem & Carinum captatum simulat. *Rad.*

1. *Supremas, &c.*] Sæpius mutanti tabulas testamenti, ut illicias captatores quos captes. Luciani dial. Petron.

2. *Misi.*] Poëta se captatorem fingit, quo cautius improbas hæredipetarum artes carpat.

3. *Hyblæis madidas, &c.*] Melle opt. Hybla mons Siciliæ mellificiis clarus, thymo quippe abundat, qui apibus gratus.

4. *Defeci.*] Exhaustus sum, non suppetit quod ultra mittam. *Miserere.*] Quasi diceret; tandem morere.

5. *Signa rarius, &c.*] Vel noli spem nostram eludere toties mutando testamentum; vel semel morere & præsta fidem tussi tuæ mendaci. vide ep. 56. l. 12.

6. *Mentitur.*] Toties mortem tuam pollicita tussis, spem nostram fallit.

7. *Sacculumque.*] Gloss. *sacellus*, βαλάντιον.

8. *Cræso, &c.*] Lydiæ illo rege ditissimo. Herodot. 1.

9. *Iro pauperior, &c.*] Arnæo mendico. Hom. Odyss. 17.

10. *Si conchen, &c.*] Si non mellita placenta, sed vili cibo fabarum in siliquis coctarum te pascerem, quoties signas, vel tussiendo mihi spem mortis tuæ facis.

Ad Auste-

Ad Artemidorum. XL.

PInxiſti Venerem; colis, Artemidore, Minervam:
Et miraris, opus diſplicuiſſe tuum?

Auſterioris Philoſophiæ cliens & tioris diſciplinæ ſtudioſus, oon e, oon cum gratia & Venere aggre- s Veneris jocos & Muſas haſce le- es. quin Gratiis ſacra facis ô Xe- oocrates? vide epigr. 103. l. 1. Vel irata Venere pinxiſti Venerem, & miraris Veneri tuæ deeſſe Venerem. Cur irata? quia anteponis illi Minervam, quam colis. Jocus eſt, io pictorem rudem.

In Didymum. XLI.

SPadone cum ſis eviratior fluxo,
Et concubino mollior Celæneo,
Quem ſectus ululat matris entheæ Gallus,
Theatra loqueris, & gradus, & edicta;
Trabeaſque, & Idūs, fibulaſque, cenſuſque:
Et pumicata pauperes manu monſtras.

Sedere

Io faſtuoſum ſuperbumque ſpadonem Didymum ſcribit, quem ut dubium equitem affirmat; ita maritum, qui hoooratus erat, negat. *Rad.*

1. *Spadone, &c.*] Gallum Cybeles ſacerdotem credo intelligi, propter Atyn in verſu ſeq. *Fluxo.*] Molli. eviratis fluxæ ſunt carnes.

2. *Concubino Celæneo.*] Aty puero Cybele adamato, à quâ offenſâ in furorem actus, ſibi teſtes execuit. *Celænæ* autem Phrygiæ, unde & Cybele, urbs, & tumulus Aſiæ, juxta quam Gallus fluvius. Ovid. 4. Faſt.

3. *Sectus Gallus.*] Caſtratus Cybeles ſacerdos. *Ululat.*] Io ſacris ululatu requirit. *Matris entheæ.*] Cybeles numine ſuo afflaotis, & ſacerdotes io furorem vertentis.

4. *Theatra loqueris.*] Jus io theatro ſpectaodi. Quaſi ad te ſpectent illa Equeſtria inſignia, ſedes & honores. *Gradus.*] Quatuordecim gradus. *Edicta.*] Decreta Domitiani. vide ſupra epigr. 8.

Edictum Domini Deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora.

5. *Trabeaſque, & Idus.*] Equites Rom. trabeati ſeu induti veſtes trabibus pannorum albis & purpureis intertextas tranſvehebantur Idibus Juliis. Valer. Max. lib. 11. cap. 11. Coronabantur & oleæ ramis in ea tranſvectione, ut docet Dionyſ. Halic. lib. 6. Antiq. Rom. Quare *Idibus Juliis*? Quod eo die equites, Caſtore & Polluce viſis in prælio pro re Romaoa ſtantibus, Latioos vicerint. *Fibulaſq.*] Non aſtrigmenta illa & cuſtodias pudoris, de quibus epigr. 81. l. 7. & epigr. 215. l. 14. ſed fibulas illas in nobilitatis inſigne equitibus indultas, & Tribunis aureas in trabea vel chlamyde geſtatas. Liv. Plut. Pancirol. & alii. *Cenſuſque.*] Equeſtres libro 4. epigrammate 67. 𝔳ſ. 1.

6. *Pumicata, &c.*] Pumice levigata, quæ delicarorum erat mollities. Nam eo mollitiei, noo dicam elegantiæ, devoluti erant, ut non ſolum manus; ſed & alias corporis partes, pumice ſibi lævigareot: Expono ergò *pumicatam manum*, teneram, lævam, mollem, delicatam, quales ſunt oobilium fæminarum & puerorum. Plin. lib. 36. & lib. 2. cap. 11. Juven. Sat. 6. & 8. Sidoo. Apol. epiſt. 7. lib. 1. &c. *Monſtras.*] Per contemptum.

7. *Sede-*

Sedere in equitum liceat an tibi scamnis,
Videbo, Didyme: non licet maritorum.

7. *Sedere, &c.*] Utrum permiserint te sedere designatores ordine equestr.

8. *Non licet maritorum.*] Quia spado es. Maritis autem in spectaculis proprii & honestiores loci assignati ab Augusto. Suet. cap. 44. & Tacit. 3. Annal. A. Gell. lib. 2. cap. 15.

Amicis quod datur, non perire. XLII.

CAllidus effracta nummos fur auferet arca:
Prosternet patrios impia flamma Lares.
Debitor usuram pariter, sortemque negabit:
Non reddet sterilis semina jacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica:
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est quidquid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes.

1. *Callidus effracta, &c.*] Laudat hoc Epigrammate munificentiam, & eas opes perpetuo servari affirmat, quæ amicis dantur, quum omnes aliæ divitiæ incertis fortuuæ casibus eripi possint.

3. *Sortemque negabit.*] *The Principall.*

5. *Dispensatorem.*] Dispensator est servus, qui familiæ rationes dispensar, peculiique administrationem habet, & herilem pecuniam expendit. Quasi dicat, Sæpe dispensator donat pecuniam domini amicæ, amatorem circumvenienti, pretium nequitiæ. *Raderus.*

7. *Extra fortunam, &c.*] Extra fortunæ aleam, nullatenus fortunæ obnoxium. M. Antonius apud Rabirium Poëtam, *Hoc habeo quodcunque dedi, &c.* Senec. lib. 6. de Benef. cap. 3. Notum & illud Alexandri, interrogati ubi suos reconderet thesauros: *Apud amicos*, inquit, Plutarch.

De Thaide & Lecania. XLIII.

THais habet nigros, niveos Lecania, dentes.
Quæ ratio est? emptos hæc habet, illa suos.

Vide epigr. 73. lib. 1. ỳs. 2. & epigramm. 23. lib. 12. & lib. 2. Anthol. cap. 13. Ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρὸν, ὀδόντας, &c.

In Dentonem. XLIV.

QUid factum est, rogo, quid repente factum est?
Ad cœnam mihi, Dento, quod vocanti
(*Quis*

1. *Quid factum, &c.*] Quo casu accidit, ut Dento, quater à me ad cœnam vocatus recusarit, qui alias me per totam urbem & omnes cœnationes quæritare solebat? Invenit lautiorem popinam.

2. *Dento, &c.*] Nomen ex re natum, dente scilicet strenuus.

4. *Sequen-*

(Quis credat?) quater ausus es negare.
Sed nec respicis, & fugis sequentem;
Quem thermis modo quærere, & theatris,
Et conclavibus omnibus solebas.
Sic est: captus es unctiore cœna,
Et major rapuit canem culina
Jam te: sed cito cognitum & relictum
Cum fastidierit popina dives,
Antiquæ venies ad ossa cœnæ.

4. *Sequentem.*] Me sequentem ut invitem te.

5. *Thermis, theatris.*] Vide epigr. 14. lib. 2.

6. *Conclavibus, &c.*] Cœnationibus, cellis.

7. *Unctiore cœna.*] Gruterus legendum censet, ex tribus MSS. *mensa.*

8. *Canem culina.*] Cœnipetam Dextonem, instar canis odorantem lautiorem culinam.

9. *Sed cito, &c.*] Sed agnitus fastiditusque divitibus, redibis ad tenuem mensam meam.

In Bassam. XLV.

DIcis formosam, dicis te, Bassa, puellam,
Istud quæ non est, dicere Bassa solet.

1. *Dicis formosam, &c.*] Negare soles & contrarium dicere (ut Galla epig. 25. lib. 2.) hic sane præter mentem tuam non es quod dicis, formosa & puella, sed anicula & γεροάς. vide epig. 91. l. 1.

2. *Istud quod non est.*] Gruterus & Scriverius ex MSS. melius: *Istud, quæ non est, dicere Bassa solet.*

Ad Diadumenum. XLVI.

BAsia dum nolo, nisi quæ luctantia carpsi,
Et placet ira mihi plus tua, quam facies:
Ut te sæpe rogem, cædo, Diadumene, sæpe;
Consequor hoc, ut me nec timeas, nec ames.

3. *Cædo, Diadumene, sæpe.*] Ita J. Gruterus, non ut alii *cedo*, hac mente: Ut mihi amorem, tibi iram commoveam, verberibus sæpe rem ago. Inde consequor, &c. Janus Rutgess. *cedo, ô Diad.*

De Philone. XLVII.

NUmquam se cœnasse domi Philo jurat: & hoc est:
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.

De

1. *Et hoc est.*] Nec pejerat. jejunat enim quoties non alio invitatur.

Vide

De Encolpo. XLVIII.

Quid non cogit amor? secuit nolente capillos
Encolpus domino, nec prohibente tamen.
Permisit, flevitque Pudens. sic cessit habenis
Audaci questus de Phaëthonte pater.
Talis raptus Hylas, talis deprensus Achilles
Deposuit gaudens, matre dolente, comas.
Sed tu nec propera, brevibus nec crede capillis;
Tardaque pro tanto munere, barba veni.

Vide lib. 1. epigr. 32. Illic voverat Encolpus, Auli Pudentis centurionis Amasius, crines suos Phœbo, ut primum dominus suus, ad primipilatum (quæ proxima erat dignitas) eveheretur: nunc quum creatus esset primipilatis, puer damnatus voti, tondet crines Aulo non prohibente, sed tamen dolente.

1. *Quid, &c.*] Imitatio Virgiliana. *Quid non mortalia pectora cogis, &c.*

2. *Nec prohibente tamen.*] Quia ex voto, propter dominum, primipilatem assecutum dignitatem. vide epigr. 32. lib. 1. unde huic lux.

3. *Sic cessit habenis.*] Sic, id est, animo volente nolente, Phœbus dedit Phaëthonti currus sui moderamen.

5. *Talis raptus Hylas.*] Tres afferunt interpretationes, sed omnes falsas. Tam formosus, inquit, tam delicatam comam posuit Hylas raptus. Etenim quum maritum Nymphæ, quæ illum rapuit, agere deberet, æquum erat illum exsuere faciem pueri, assumere viri, id est, tonderi. *Gronov.* *Talis raptus Hylas.*] Sic Theodamas arma adversus Herculem movens, filium Hylam domi manere voluit, sed petenti puero concessit ut una proficisceretur, atque ita ab Hercule raptus est. *vel*, Sic Hylas Herculi offensus ob patrem occisum, amore tamen Herculis victus se illi comitem cessit. *Vel*, Sic impetrata & extorta invito Herculi venia eundi aquatum, periit Hylas à Nymphis raptus. *Talis deprensus Achilles.*] Sic Ach. ubi virgineo habitu apud Lycomedem latuit matris suasu, deprensus ab Ulysse, depositis comis ex ephebis excessit, & lætus, nolente licet matre, Trojam profectus est.

7. *Tu nec, propera.*] O barba. *Crede.*] Non crede Encolpum propterea grandem esse & virum factum, quod absciderit crines primos, quos alere solebant delicati pueri ad annum 17. *Capillis.*] Detonsæ comæ in honorem domini sui.

8. *Tardaque, &c.*] Ita epigr. 32. lib. 1. ỳs. 8.

Ad Labienum. XLIX.

Vidissem modo forte cum sedentem
Solum te, Labiene: tres putavi.
Calvæ me numerus tuæ fefellit.

Sunt

1. *Vidissem, &c.*] Calvam Labieni ridet.

2. *Tres putavi.*] Quod tribus in capite partibus esset capillatus, fronte & utrisque temporibus.

3. *Calvæ me numerus, &c.*] Quæ à fronte & utroque tempore capillata, & medio capite glabra, visa est mihi terna. vide epigramm. 83. libro 10. ỳs. 10.

4. Capil-

Sunt illinc tibi, sunt & hinc capilli,
Quales nec puerum decere possint.
Nudum est in medio caput, nec ullus
In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit Decembri,
Tunc cum prandia misit Imperator;
Cum panariolis tribus redisti.
Talem Geryonem fuisse credo.
Vites, censeo, porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, peristi.

4. *Capilli.*] Promissi forte & cirrati, quales alunt pueri.

7. *Area notatur.*] Summa calva. sic Petron. *Areaque attritis videt adusta pilis.*

9. *Tunc cum, &c.*] Ubi ex numero calvæ tuæ pro tribus numeratus accepisti tria panaria (sive panes illi, sive corbes viminei pane referti fuerint) quæ in Saturnalitiis, vel ut refert Suetonius cap. 4. in Septimontiali sacro Domitianus Senatui equitique distribuit.

10. *Cum panariolis.*] Sueton. in Domit. de hac largitione. *Panaria sparsa, &c.* Et in Caligula: *Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim divisit.* Id autem est, mea quidem sententia, quod Persius appellat *Artocreas*, Sat. VI.

—— Oleum, artocreasque popello
Largior, an prohibes? ——

Visceratio sola carne constabat: verum panis postremis temporibus additus, & idcirco Visceratione interpretantur ἀρτόκρεας. Cum visceratione epulum quandoque dabant, οἱ μεγαλοπρεπεῖς. Sueton. in Jul. Cæs. *Adjecit epulum ac viscerationem, & post Hispaniensem victoriam, duo prandia.* Herald.

11. *Talem Geryonem, &c.*] Tricipitem, namque illum tricorporem fingunt Poëtæ, quem Hercules in Hispania interfecit, abactis in Italiam bubus, de quo infra, epigramm. 66. ℣. 12.

12. *Porticum Philippi.*] Porticum & ædes Herculis atque Musarum Martius Philippus Augusti vitricus restauravit, & in iis imaginem Herculis.

13. *Si te viderit Hercules.*] Est enim ille ἀλεξίκακος, & monstrorum profligator. *Peristi.*] Ex calva, te tricorporem Geryonem creditum invadet. Geryon autem ab Hesiodo τρικέφαλος dictus, ab aliis τρικάρηνος.

In Charopinum. L.

COEno domi quoties, nisi te, Charopine, vocavi;
Protinus ingentes sunt inimicitiæ:
Meque petis stricto medium transfigere ferro,
Si nostrum sine te scis caluisse focum.

Nec

1. *Cœno domi quoties, &c.*] Charopinum importunum cœnipetam notat. Sensus & ordo verborum est: Quoties domi cœno, te non invitato, irasceris non secus ac juratus hostis. *Raderus.*

3. *Stricto medium, &c.*] Gulæ ejus iratæ rabiem amplificat Poëta.

5. Nec

Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit?
Improbius nihil est hac, Charopine, gula.
Desine jam nostram, precor, observare culinam,
Atque aliquando meus det tibi verba coquus.

5. *Nec semel, &c.*] Non licebit mihi vel semel domi absque te clam cœnare? *Furtum facere*, est: Celate tuam gulam, & resupinantem nasum, qui cœnam meam usque odorat.

8. *Coquus.*] Lateat, fallat te. Al. *focus.*

Ad Rufum. LI.

HIc qui libellis prægravem gerit lævam,
Notariorum quem premit chorus levis,
Qui codicillis hinc, & inde prolatis,
Epistolisque commodat gravem vultum,
Similis Catoni, Tullioque, Brutoque;
Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non potest Græcum.
Si fingere istud me putas, salutemus.

Carpit insolentem cujusdam indocti illaudatique caussidici arrogantiam, qui non salutet, nec salutanti respondeat, quod in ἀλαζόνα convenit. Vel videtur potius illius caussidici inscitiam, & in dicendo infantiam velle notare; qui quo magis se pro caussidico & erudito viro venditet, hoc minus sciat; ut qui ne salutantes quidem possit officiose salutare.

1. *Libellis, &c.*] Supplicibus accusatoriis, seu judiciariis libellis onustam. captans hinc existimationem apud populum periti caussidici, ut cui multitudo negociorum.

2. *Notariorum, &c.*] Puerorum amanuensium *Clerkes.* qui ejus tanquam pluribus districti negotiis dictata scribant. *Notariorum.*] Cingebatur etiam & quasi stipabatur pluribus notariis, tanquam multa dictare soleret, & diversis negotiis distringeretur. Glossæ. *Notarius*, σημειογράφος. Rectè. *Notare*, ἐπισημειῶσαι, σημειογραφεῖν, ταχυγραφεῖν. Harum notarum repertor Mæcenas perhibetur. Diol. 4. Notarii enim sunt ταχυγράφοι Græcis.

3. *Codicillis, &c.*] Quibus testamentorum perfectiones, vel publicæ autoritatis mandata continentur.

4. *Gravem vultum.*] Graphicè, fastum Ardelionis depingit: Attendit enim legentes sublato supercilio, caperata fronte, totoque vultu ad severitatem composito; velut rerum omnium solus arbiter, judex, patronus. *Rad.*

5. *Catoni.*] Viro gravissimo & max. autoritatis. *Tullioque.*] Patrono attentissimo. *Brutoque.*] Literis assidue affixo. percussorem Cæsaris intelligo.

6. *Exprimere, &c.*] Ita tamen inhumanus est, adeo indoctus & insciens, ut adhibitis tormentis illi extorquere non possis *Ave Lat.* multo minus χαῖρε Græcum. Avere & χαίρειν sibi mutuo respondent. Nam & *Avere* propriè in salutationibus matutinis (Martial. epigramm. 56. & 99. lib. 1. & alibi sæpe) & generalius alias; sic & χαίρειν. *Salvere* tamen crebrò in salutatione matutina. *Valere* verò in salutatione vespertina. *Herald.*

8. *Salutemus.*] Specimen facturi & periculum hominis.

In Postumum. LII.

Quæ mihi præstiteris memini, semperque tenebo,
Cur igitur taceo? Postume, tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat; dixerat ipse mihi.
Non belle quædam faciunt duo: sufficit unus
Huic operi: si vis, ut loquar, ipse tace.
Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dona
Auctoris pereunt garrulitate sui.

Dantem oportere oblivisci ait, meminisse accipientem, ut olim docuerunt è sapientum numero Lacon ille Chilo: si contrà fiat, corrumpitur beneficium.

4. *Ipse mihi.*] Postumus.

5. *Sufficit unus.*] Vide Senec. de Benefic. lib. 2. c. 10. & 11. & lib. 7. c. 22.

7. *Dones.*] Gruterus ex Palat. legit *dona*. Alii *donas*.

8. *Pereunt garrulitate sui.*] Amittunt gratiam.

Ad Bassum. LIII.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?
Quo tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion; vel, si non placet hic, Phaëthon.

De

1. *Colchida quid scribis, &c.*] Cur sumis tibi tragœdiarum argumenta omnia tuis carminibus negata? scilicet Medeæ per æthera volantis, Thyestæ contumacis, Niobes in saxum versæ, Andromaches Trojæ flammis superstitis. hæc fata non manent tuas chartas. quin potius sumis materiam tuis scriptis dignam: Deucaliona aut Phaëthonta, quorum hic flammis periit, ille aquis, qui exitus tuis chartis convenit. Sic Leonidas Anthol. 2. Γράψας Δευκαλίωνα Μενέστρατε ϗ φαέθοντα, &c. sic alias de suis jocatur noster. epigr. 6. lib. 1. & 99. lib. 3.

2. *Quid tibi vel Niebe, &c.*] Quid tibi materia est Niobe vel Andromache? alii leg. *Nioben* & *Andromachen*, atque subintelligunt, *Scriptio est*, ut Plaut. *Quid tibi meam tactio est?* Sed Gruterus mavult elicere sensum ex versu Horatii:

Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?

Quum alii leg. *fortuna*. J. Gruterum secutus Scriv. *Quo tibi vel*, nec sine autoritate Cod. Palat. & al. Vide Gronovium ad Senecæ Nat. Quæst. 1, 16.

3. *Materia est.*] Argutissimè poëtæ malo dictat materiam carminis, vel Deucalionem, vel Phaëthontem: qua monet carmina Bassi digna esse, vel aquis, vel flammis.

V Apol-

Differ opus: nec te facundi ſcena Catulli
Detineat, cultis aut elegia comis.
Sed lege fumoſo non aſpernanda Decembri
Carmina, mittuntur quæ tibi menſe ſuo.
Commodius niſi forte tibi, potiuſque videtur,
Saturnalicias perdere, Varro, nuces.

non minus cedens Horatio (qui Lucanus an Appulus, anceps; Venuſinus ſcil. Calabriæ vicinus, ſat. 1. lib. 2.) in carmine lyrico, quam Sophocli in tragico.

3. *Opus, &c.*] Seria tua & ſeveriora ſtudia per hoſce dies ſepone. *Scena Catulli.*] Catulli epigrammatωn elegantia & venuſtas, quæ ſcenæ omnis voluptatem ſuperat. forte mimos intelligit à Catullo mimographo ſcripros, de cujus Phaſmate Juven ſat. 8. ꝟſ. 186. utriuſque poteſt meminiſſe, cum addat *elegiam.*

4. *Cultis comis.*] Cultum propriè requirit Elegia, quia tenera & teneris rebus apra: hinc *cultus Tibullus.*

5. *Fumoſo,*] Calet enim hic menſis, foco; hinc fumus. *Non aſpernanda Carmina, &c.*] Mea hæc. *Decembri.*] Læto Saturnalibus & libertate Decembri. proinde jocis his meis apto.

7. *Commodius, &c.*] Niſi forte malis his Saturnalibus ludere talis & perdere nuces, quam mea hæc legere, quæ ipſorum eſt ineptia. *modeſte hoc de ſuis.*

De ludo puerorum cum juvencis. XXXI.

ADſpice, quam placidis inſultet turba juvencis,
Et ſua quam facilis pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet ſummis: vagus ille per armos
Currit, & in toto ventilat arma bove.
At feritas immota riget. non eſſet arena
Tutior, & poterant fallere plana magis.
Nec trepidant geſtus: ſed de diſcrimine palmæ
Securus puer eſt, ſollicitumque pecus.

Jucundum ſpectaculum inter pueros & tauros.

1. *Placidis, &c.*] Quam intrepide in ſpectaculis, pueri deſultoria quadam arte diſcurrant inambulentque per terga boum ludibundi & velitantes. *Placidis.*] Vox *placidis*, non poteſt niſi ad manſuetos referri. *Turba.*] Puerorum.

2. *Et ſua.*] Et hinc patet cicuratos fuiſſe. *Pondera, &c.*] Et quam patienter ſubmittant ſe percurrentibus pueris boves. *Pondera.*] Puerorum.

4. *In toto, &c.*] Tela vibrat, batuit, præludit, ab omni parte taurorum.

5. *At.*] Al. *Ab feritas. Feritas immota, &c.*] Tauti dudum feroces, ſtant immoti, & pueris ubi veſtigia ſiſtant, unde batuant, præbent terga ſua pavimentum æque firmum ac ſolidum atque planam arenam.

6. *Et poſſent.*] Gruterus, *poterant.*

7. *Nec trepidant greſſus, &c.*] Ne interturbent puerorum ludos, impediantve victoriam. Al. *Nec trepidant geſtus, &c.* Quaſi diceret, pecus magis eſt ſollicitum pro homine, quam homo de ſeipſo; pueri non timent, & timet pecus: pueri certi ſunt de victoria, feræ timent ne impediant victoriam.

Ad

1. Talu-

Ad Faustinum, de Crispo. XXXII.

QUadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis
Non dedit uxori; cui dedit ergo? sibi.

1. *Tabulis supremis.*] Testamenti codicillis.

2. *Sibi.*] Ventri suo. ipse enim vivus omnia decoxerat, nec quicquam moriens habuit, quod uxori relinqueret. De Hermocrate, qui moriens se sibi heredem testamento scripsit, vide epist. Lucilii, lib. 2. Anthol. cap. 50.

In Caussidicum. XXXIII.

CArpere caussidicus fertur mea carmina: qui sit
Nescio: si sciero, væ tibi caussidice.

Epitaphium Erotii ad Frontonem & Flaccillam parentes. XXXIV.

HAnc tibi, Fronto Pater, genitrix Flaccilla puellam,
Oscula commendo deliciasque meas:
Paulula ne nigras horrescat Erotion umbras,
Oraque Tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ;
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam veteres ludat lasciva patronos,

Et

Utrique parenti jam defuncto commendat sexennem puellam Erotion, vernulam, immaturo fato extinctam; ut insontem ejux animam apud Manes excipiant, & ne tellus corpusculo gravis sit. *Rad.* Male Raderus utrique parenti ait commendari Erotium. Immo mater superstes defuncto jamdudum patri nuper defunctam filiam commendat. Error ex pravo lemmate, quod in codice Leidensi tantum est, *Ad Frontonem*, & post primum distichon: *Epitaphium Erotionis:* (sed faciendum est: *Epitaphium Erotii ad Frontonem patrem:*) deinde ex interpunctione inter *Flaccilla* & *puellam*, quæ tollenda est. Nam *Genitrix Flaccilla commendo puellam, oscula deliciasque meas, tibi, pater Fronto*; est ergo genitrix Flaccilla. nam ipsa fingitur loquens. *Gron.*

1. *Hanc tibi, &c.*] Erotion puellam sexennem immaturo extinctam fato, filiam vestram ô Fronto & Flaccilla servi, dum viveretis mei, vernulam & delicias meas vobis commendo, ut excipiatis animulam ejus, deductamque defendatis à larvis illis, monstris, terroribusque Stygiis.

3. *Pallida, &c.*] Al. *Parvula.* aliis, *paulula.* Nam exiguam fuisse Erotion, nullum est dubium: nondum enim erat sexennis. Vide Scriverium. *Ne nigras.*] Ut à vobis apud inferos excepta non timeat monstra, larvasque stygias.

4. *Tartarei canis.*] Cerberi trifaucis.

5. *Impletura fuit, &c.*] Quo minus sextum ætatis annum expleret, defuere illi sex dies.

7. *Patronos, &c.*] Vos parentes.

 8. *Blæsa*

Et nomen blæſo garriat ore meum.
Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa, nec illi
Terra gravis fueris; non fuit illa tibi.

8. *Blæſo garriat, &c.*] Quod in tenellis & infantibus gratum eſt.

9. *Mollia nec rigidus, &c.*] Fauſta & ſolennis bene precandi mortuis (quos amabant) formula *Sit tibi terra levis*, tumuliſque inſcripta S. T. T. L. ut ſcilicet facilis pateret animæ reditio & iter ad ſepulchrum in parentalibus. ſepultos autem diris & incantationibus urgeri à terra graviori credebant, quibus itaque male volebant, terram gravem imprecabantur. vide quæ ad ult. verſ. Hippol. Senecæ adnotavit Farn.

10. *Non fuit, &c.*] Illa enim fuit parvula, nec tibi oneri. epigr. 52. l. 6. ✝ſ. 5.

De Euclide. XXXV.

DUm ſibi redire de Patrenſibus fundis
Ducena clamat coccinatus Euclides,
Corinthioque plura de ſuburbano:
Longumque pulchra ſtemma repetit à Leda,
Et ſuſcitanti Lectio reluctatur;
Equiti ſuperbo, nobili, locupleti,
Cecidit repente magna de ſinu clavis.
Numquam, Fabulle, nequior fuit clavis.

Gerebat ſe pro equite Euclides, quum ſervus eſſet; quem lepide deridet, dum proditum à clavi de ſinu cadente dicit. *Rad.*

1. *Redire, &c.*] Reditum ſibi eſſe annuum ex fundis Patrenſibus ducenta. Patra autem non procul à Corintho, urbs Achajæ.

2. *Coccinatus Euclides.*] Supra epigramm. 24. ✝ſ. 5.

3. *Corinthioque, &c.*] Græcus enim Euclides è Corintho.

4. *Longumque pulchra.*] Jactatque ſe ducere genus ab equitibus Caſtore & Polluce, filiis Ledæ è Jove. *Stemma repetit, &c.*] Lib. 2. epigr. 90. ✝ſ. 6.

5. *Lectio reluctatur.*] Deſignatori, eum ex equeſtri loco excitanti reluctatur.

6. *Equiti ſuperbo, &c.*] *Ironice.* huic Euclidi tam illuſtri, potenti & magnifico.

7. *De ſinu clavis.*] Clavis erat inſigne quaſi ſervorum; geſtabant ſervi claves, & hoc munus illorum. *Lipſius.*

8. *Nequior fuit clavis.*] Quæ prodidit fortunas domini ſui, oſtenditque Eucliden *vel* ipſum eſſe ſervum, cui curæ aliena clavis. *vel* pauperem ſaltem, cui nemo famulus, qui ipſe ſuam geſtaret clavem.

Ad Fauſtinum. XXXVI.

LAudatus noſtro quidam, Fauſtine, libello,
Diſſimulat, quaſi nil debeat: impoſuit.

De

Carmine meo dedi illi nominis immortalitatem, neque (diſſimulante illo ſe neſcire me hinc munus captare, epigr. 89. lib. 4. ✝ſ. 10. 11.) præmium accepi, adeoque ſpem meam falſam habuit.

Luget

De Erotio puella. XXXVII.

Puella senibus dulcior mihi cycnis:
Agnâ Galesi mollior Phalantini:
Concha Lucrini delicatior stagni;
Cui nec lapillos præferas Erythræos,
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Nivesque primas, liliumque non tactum:
Quæ crine vicit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque nitelam:

Luget Erotion puellam (de qua supra epigr. 35.) & eam ab elegantia, pulchritudine, suavitate, variis comparatam rebus commendat. Demum verrit stylum in Pætum; qui Martialem velut fractum & mollem reprehendebat, quod vernulæ mortem tantopere deploraret, quum sibi mortua uxore ipse tamen constaret, & fortiter casum suum ferret. Cui Martialis, salse respondet, mortem uxoris videri posse expetiisse, quia inde locupletatus. *Rad.*

1. *Puella senibus, &c.*] Erotion, de qua supra, epigr. 35. *Cycnis.*] Qui candore sunt eximio, & morituri dulce canunt, ut placet nonnllis. licet id negent sanioris judicii autores. Quasi innuere vellet Erotion candidiorem fuisse cygno, suaviusque cantasse; & teneriorem fuisse agnellis Tarentinis.

2. *Agnâ Galesi, &c.*] Agna Tarentina mollior. Mollia enim Tarentinarum pecudum vellera, quia pellibus inregebantur ad teneritudinem conservandam, ut notat Porphyrion ad Oden 6. l. 2. Carm. Horat. Sic *μάλακα πρόβατα* dicuntur Polybio. *Herald.* Tarentum alluit fl. Galesus, condidit Phalantus Lacon. epigr. 43. lib. 2. ỷſ. 2.

3. *Concha Lucrini, &c.*] Non quod ostrea Lucrina gulonibus expetebantur, ut exponit Raderus; sed quia, *Levior assiduo detritis æquore conchis.* ut pingui ac rudi fistula canentem facit Polyphemum Ovid. Metamorph. 13. unde pe-titas has hyperbolicas laudes majori arte adumbravit noster.

4. *Erythræos.*] Lapillos preciosos, gemmas, margaritas, &c. natas in mari Erythræo, quod vulgo dicitur *Rubrum mare*, sed perperam, ut ostendit Farnab. ad Thyesten Senecæ, ỷſ. 370.

5. *Pecudis, &c.*] Elephantis dentem, id est, ebur.

7. *Crine vicit.*] Crinis colore. *Bætici, &c.*] Oves Bæticæ nativo colore rutilabant. lib. 14. epigr. 133. & lib. 2. epigr. 43. ỷſ. 2.

8. *Rhenique nodos.*] Germanorum: qui Rheni accolæ, flavos crines seu rufos obliquabant & in nodum cogebant. epigramm. 3. lib. spect. ỷſ. 9. *Aureamque nitelam.*] Rutilos ac rufos puellæ crines comparat Bætico velleri, Germanorum capillis, & nitelæ pilo. Bæticas lanas, rufas sive rutilas fuisse notissimum est. *Nitela* quoque rutilum habet pilum, & præcipuè Sciurus. ut propterea *nitelam* de Sciuro accipere potius sit. nam etsi *mus agrestis* etiam rubeus sit & rutilus, non tamen ut cum sciuro sit comparandus. Et *nitela* in Glossis est *Sciurus:* nam δενδροβάτης propriè dicitur. hinc color *nitelinus* apud Plin. lib. 16. cap. 37. de rubeo seu rutilo. ita ut non mirum sit, crines ad plenum rufos & rurilos *nitelæ* comparasse Martialem, & *auream* vocasse. *Salmas.* Vel ut alii volunt *Nitellam.* *Aureamque nitelam.*] Micas pulveris

Fragravit ore, quod rosarium Pæsti;
Quod Atticarum prima mella cerarum;
Quod succinorum rapta de manu gleba:
Cui comparatus indecens erat pavo,
Inamabilis sciurus, & frequens Phœnix:
Adhuc recenti tepet Erotion busto,
Quam pessimorum lex avara fatorum,
Sexta peregit hieme, nec tamen tota,
Nostros amores, gaudiumque, lususque.
Et esse tristem me meus vetat Pætus:
Pectusque pulsans, pariter & comam vellens:
Deflere non te vernulæ pudet mortem?
Ego conjugem, inquit, extuli, & tamen vivo,
Notam, superbam, nobilem, locupletem.
Quid esse nostro fortius potest Pæto?

Ducen-

auri repertas in arenis, scobem & ramenta aurea, quibus consperſam comam illuminarunt.

9. *Rosarium.*] Est locus rosis consitus. *Pæsti.*] Oppidi Lucaniæ, rosas bis in anno proferentis, Majo & Septembri epigr. 31. lib. 12.

10. *Quod Atticarum prima, &c.*] Prima dicit, velut illibata, integrumque odorem retinentia. vide epig. 104. lib. 13.

11. *Succinorum, &c.*] Electrum manu tritum suave olet. epigr. 64. l. 2. Diosc. lib. 1. cap. 93. *Gleba.*] Succinum esse fossile, & in duobus locis Scythiæ erui dixit Philemon.

12. *Indecens pavo.*] Quasi dicat, Erotion elegantior pavone, tantoque pulchrior, ut turpis præ illa pavo putari posset.

13. *Inamabilis sciurus.*] Quo tamen nihil amabilius, & hodie pueris in delitiis. à σκιὰ & οὐρὰ, quod cauda corpus inumbret, imò tegat. *Rad. Phœnix.*] Quæ rara avis, &, ut quidam volunt, unica, hac tamen Erotion in genere suo rarior.

14. *Recenti, &c.*] Recens elata est & cremata. epigrammate 35. supra.

16. *Sexta peregit hieme, &c.*] *Nec tamen tota*, dicit; quia sex dies defuerunt, ut ipse supra dixit epigr. 35. Et pro *Peregit* reponendum videri queat *Peremit.* Nam sic omnino epigr. 61. lib. 1.

Hoc festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hyems.

Sed *peragere* etiam pro perimere. Val. Flaccus lib. 1. Argonaut.

Fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus, ardenti peragit Clytus Actora quercu.

Sic διαπεραίνειν Græcis. *Herald.* epigramm. 35. supra.

19. *Pectusque pulsans, &c.*] Qui afflictis lugendi mos erat, in funeribus præcipue.

20. *Deflere, &c.*] *Verba Pæti, Martiali luctus modum suadentis, suo exemplo.*

23. *Quid esse nostro, &c.*] Resp. poëta Ironice collaudans Pæti fortitudinem, imo exprobrans illi fictum dolorem seu potius gaudium, cui è conjugis morte obtigerit dos tam ampla.

24. *Du-*

Ducenties accepit, & tamen vivit.

24. *Ducenties accepit.*] Hic epigrammatis aculeus. Male verò cum Pæto nostro agitur: qui cum tantis calamitatibus vexetur, mirum qui possit vivere, nam ducenties sestertium morte uxoris accepit. O fœda calamitas & abominanda! *εἰρωνεία. Herald.* Rigaltius dicit ideo eum fortissimum esse, quia ducenties accepit, & tamen vivat; quasi scil. cc. plagas accepisset, sive cc. ictus sustinuisset. *Et tamen vivit.*] Regerit Ironice in Pætum hæc sua verba.

In Calliodorum. XXXVIII.

Calliodorus habet censum (quis nescit?) equestrem,
Sexte; sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μέριζε;
Uno credis equo posse sedere duos?
Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce molesto?
Non

Plenum salis & lepotis epigramma. Calliodorus eum fratre censum equestrem possidebat, eoque se equitem jactabat. Martialis primum negat Calliodorum esse equitem partitis bonis: deinde docet ridicule, quò pacto possit uterque esse eques; nempe ut vel duo uni insideant equo sive subsellio in spectaculis: vel Castorem & Pollucem imitentur, & per vices, ut illi immortales, ita isti equites sint, hodie Calliodorus, postridie frater. *Rad.*

3. *Quadringenta secat.*] Sed frater (inquit poëta) cogit te dividere quadringenta, sibique ducenta poscit. *Secat, qui dicit, &c.*] *Seca*, legend. censet Ja. Rutgers. lib. 6. cap. 11. var. lect. Et frater ille tuus qui hæreditatem ad assem usque, & minima quæque ut & ficos dividi ex æquo poscit, aufert tibi medium censum. Rescribendum putat, Petitus:

Quadringenta secat, qui dicit σὺ κ' ἐμὲ ῥ' ἵζε, &c.

Calliodori patet censum habuerat Equestrem: superstites autem reliquit duos filios, hunc Calliodorum, & alterum minorem. Cum autem illi esset tantum equestris census, nec amplius quicquam haberet in bonis; necessario fiebat, ut Calliodorus Equestrem censum non haberet: nam Calliodori minor frater è quadringentis illis, quæ pater in bonis reliquerat, repetebat sive legitimam, quæ ab intestato defertur; sive datum legatum ex testamento. Itaque quadringenta illa Equestris census, quem *Equi* nomine significat Poëta, secabat. Secabat autem, quia dicebat fratri, *σύ κ' ἐμοὶ ῥ' ἵζε, tu fac me quoque sedere*, Equo scilicet, id est, da mihi meam de bonis paternis partem. At uno equo sedere duo non possunt, hoc est, neuter totam hæreditatem paternam potest cernere, & censum Equestrem habere. *Petitus. Qui dicit.*] Qui habet jus petendi alteram hæreditatis partem, frater nempe. *Σῦκα μέριζε.*] Adagium est in eos, qui quum parvam adierint hæreditatem, eam ipsam tamen coguntur in plures partiri cohæredes, ita ut videantur *ficos dividere.* vel *σῦκα μέριζε*, id est, divide mecum totam sortem hæreditatis æqua ratione, ad usque assem, hoc est, minima, maxima: ita ut *σῦκα* minima bonorum signent, nihilque non esse dividendum.

4. *Uno credis, &c.*] Neque potestis ex uno censu esse duo equites, & uno sedere equo, aut uno subsellio.

5. *Polluce molesto.*] Fratre (ut ille Castoris) qui officit tuo honori, dimidiatus eques.

Non esset Pollux si tibi, Castor eras.
Unus cum sitis; duo, Calliodore, sedetis.
Surge: solœcismum, Calliodore, facis.
Aut imitare genus Ledæ; aut cum fratre sedere
Non potes. alternis, Calliodore, sede.

6. *Non esset Pollux, &c.*] Elegans lusus in nominibus. Pollux enim pugil, Castor eques; frater ille tuus quasi pugil tibi reluctatur ne possis esse eques.

8. *Solœcismum, &c.*] Nec enim fas dicere, *unus sedetis.*

9. *Genus Ledæ, &c.*] E quibus Castor immortalitatem suam cum fratre partitus est, ut alternis vicibus morerentur & reviviscerent. ita vos per vices estote, equites, nisi alterum dicat oportere mori & ad inferos descendere, ut superstes sit eques.

In Carinum. XXXIX.

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Carine, misi
Hyblæis madidas thymis placentas.
Defeci: miserere jam Carine.
Signa rarius: aut semel fac illud,
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosque sacculumque,
Crœso divitior licet fuissem,
Iro pauperior forem, Carine,
Si conchen toties meam comesses.

Fingit Martialis, se diu frustra muneribus captasse hæreditatem Carini tussientis. Optat enim illi exitialem tussim, quia non amplius habet quod donet. Improbus captantium & captatorum artes carpit sine invidia, dum se ipsum captatorem & Carinum captatum simulat. *Rad.*

1. *Supremas, &c.*] Sæpius mutanti tabulas testamenti, ut illicias captatores quos captes. Luciani dial. Petron.

2. *Misi.*] Poëta se captatorem fingit, quo cautius improbas hæredipetarum artes carpat.

3. *Hyblæis madidas, &c.*] Melle opt. Hybla mons Siciliæ mellificiis clarus, thymo quippe abundat, qui apibus gratus.

4. *Defeci.*] Exhaustus sum, non suppetit quod ultra mittam. *Miserere.*] Quasi diceret; tandem morere.

5. *Signa rarius, &c*] Vel noli spem nostram eludere toties mutando testamentum; vel semel morere & præsta fidem tussi tuæ mendaci. vide ep. 56. l. 12.

6. *Mentitur.*] Toties mortem tuam pollicita tussis, spem nostram fallit.

7. *Sacculumque.*] Gloss. *saccellus*, *βαλάντιον*.

8. *Crœso, &c.*] Lydiæ illo rege ditissimo. Herodot. 1.

9. *Iro pauperior, &c.*] Arnæo mendico. Hom. Odyss. 17.

10. *Si conchen, &c.*] Si non mellita placenta, sed vili cibo fabarum in siliquis coctarum te pascerem, quoties signas, vel tussiendo mihi spem mortis tuæ facis.

Ad

Auste-

Ad Artemidorum. XL.

Pinxisti Venerem; colis, Artemidore, Minervam:
Et miraris, opus displicuisse tuum?

Austerioris Philosophiæ cliens & severioris disciplinæ studiosus, non belle, non cum gratia & Venere aggrederis Veneris jocos & Musas hasce leviores. quin Gratiis sacra facis ô Xenocrates? vide epigr. 103. l. 1. Vel irata Venere pinxisti Venerem, & miraris Veneri tuæ deesse Venerem. Cur irata? quia anteponis illi Minervam, quam colis. Jocus est, in pictorem rudem.

In Didymum. XLI.

Spadone cum sis eviratior fluxo,
Et concubino mollior Celæneo,
Quem sectus ululat matris entheæ Gallus,
Theatra loqueris, & gradus, & edicta;
5 *Trabeasque, & Idus, fibulasque, censusque:*
Et pumicata pauperes manu monstras.

Sedere

In fastuosum superbumque spadonem Didymum scribit, quem ut dubium equitem affirmat; ita maritum, qui honoratus erat, negat. *Rad.*

1. *Spadone, &c.*] Gallum Cybeles sacerdotem credo intelligi, propter Atyn in versu seq. *Fluxo.*] Molli. eviratis fluxæ sunt carnes.

2. *Concubino Celæneo.*] Aty puero Cybele adamato, à quâ offensâ in furorem actus, sibi testes execuit. *Celanæ* autem Phrygiæ, unde & Cybele, urbs, & tumulus Asiæ, juxta quam Gallus fluvius. Ovid. 4. Fast.

3. *Sectus Gallus.*] Castratus Cybeles sacerdos. *Ululat.*] In sacris ululatu requirit. *Matris enthea.*] Cybeles numine suo afflantis, & sacerdotes in furorem vertentis.

4. *Theatra loqueris.*] Jus in theatro spectandi. Quasi ad te spectent illa Equestria insignia, sedes & honores. *Gradus.*] Quatuordecim gradus. *Edicta.*] Decreta Domitiani. vide supra epigr. 8.

Edictum Domini Deique nostri,
Quo subsellia certiora.

5. *Trabeasque, & Idus.*] Equites Rom. trabeati seu induti vestes trabibus pannorum albis & purpureis intertextas transvehebantur Idibus Juliis. Valer. Max. lib. 11. cap. 11. Coronabantur & oleæ ramis in ea transvectione, ut docet Dionys. Halic. lib. 6. Antiq. Rom. Quare *Idibus Juliis*? Quod eo die equites, Castore & Polluce visis in prælio pro re Romana stantibus, Latinos vicerint. *Fibulasq.*] Non astrigmenta illa & custodias pudoris, de quibus epigr. 81. l. 7. & epigr. 215. l. 14. sed fibulas illas in nobilitatis insigne equitibus indultas, & Tribunis aureas in trabea vel chlamyde gestatas. Liv. Plut. Pancirol. & alii. *Censusque.*] Equestres libro 4. epigrammate 67. vs. 1.

6. *Pumicata, &c.*] Pumice levigata, quæ delicatorum erat mollities. Nam eo mollitiei, non dicam elegantiæ, devoluti erant, ut non solum manus; sed & alias corporis partes, pumice sibi lævigarent: Expono ergò *pumicatam manum*, teneram, lævam, mollem, delicatam, quales sunt nobilium fæminarum & puerorum. Plin. lib. 36. & lib. 2. cap. 11. Juven. Sat. 6. & 8. Sidon. Apol. epist. 7. lib. 1. &c. *Monstras.*] Per contemptum.

7. *Sede-*

Sedere in equitum liceat an tibi ſcamnis,
Videbo, Didyme: non licet maritorum.

7. *Sedere, &c.*] Utrum permiſerint te ſedere deſignatores ordine equeſtr.

8. *Non licet maritorum.*] Quia ſpado es. Maritis autem in ſpectaculis proprii & honeſtiores loci aſſignati ab Auguſto. Suet. cap. 44. & Tacit. 3. Annal. A. Gell. lib. 2. cap. 15.

Amicis quod datur, non perire. XLII.

CAllidus effracta nummos fur auferet arca:
Proſternet patrios impia flamma Lares.
Debitor uſuram pariter, ſortemque negabit:
Non reddet ſterilis ſemina jacta ſeges.
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica:
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam eſt quidquid donatur amicis:
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

1. *Callidus effracta, &c.*] Laudat hoc Epigrammate munificentiam, & eas opes perpetuo ſervari affirmat, quæ amicis dantur, quum omnes aliæ divitiæ incertis fortunæ caſibus eripi poſſint.

3. *Sortemque negabit.*] *The Principall.*

5. *Diſpenſatorem.*] Diſpenſator eſt ſervus, qui familiæ rationes diſpenſat, peculiique adminiſtrationem habet, & herilem pecuniam expendit. Quaſi dicat, Sæpe diſpenſator donat pecuniam domini amicæ, amatorem circumvenienti, pretium nequitiæ. *Raderus.*

7. *Extra fortunam, &c.*] Extra fortunæ aleam, nullatenus fortunæ obnoxium. M. Antonius apud Rabirium Poëtam, *Hoc habeo quodcunque dedi, &c.* Senec. lib. 6. de Benef. cap. 3. Notum & illud Alexandri, interrogati ubi ſuos reconderet theſauros: *Apud amicos*, inquit, Plutarch.

De Thaide & Lecania. XLIII.

THais habet nigros, niveos Lecania, dentes.
Quæ ratio eſt? emptos hæc habet, illa ſuos.

Vide epigr. 73. lib. 1. verſ. 2. & epigramm. 23. lib. 12. & lib. 2. Anthol. cap. 13. Ηγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρὸν, ὀδόντας, &c.

In Dentonem. XLIV.

QUid factum eſt, rogo, quid repente factum eſt?
Ad cœnam mihi, Dento, quod vocanti

(*Quis*

1. *Quid factum, &c.*] Quo caſu accidit, ut Dento, quater à me ad cœnam vocatus recuſarit, qui alias me per totam urbem & omnes cœnationes quæritare ſolebat? Invenit lautiorem popinam.

2. *Dento, &c.*] Nomen ex re natum, dente ſcilicet ſtrenuus.

4. *Sequen-*

(Quis credat?) quater ausus es negare.
Sed nec respicis, & fugis sequentem;
Quem thermis modo quærere, & theatris,
Et conclavibus omnibus solebas.
Sic est: captus es unctiore cœna,
Et major rapuit canem culina
Jam te: sed cito cognitum & relictum
Cum fastidierit popina dives,
Antiquæ venies ad ossa cœnæ.

4. *Sequentem.*] Me sequentem ut invitem te.
5. *Thermis, theatris.*] Vide epigr. 14. lib. 2.
6. *Conclavibus, &c.*] Cœnationibus, cellis.
7. *Unctiore cœna.*] Gruterus legendum censet, ex tribus MSS. *mensa.*
8. *Canem culina.*] Cœnipetam Dentonem, instar canis odorantem lautiorem culinam.
9. *Sed cito, &c.*] Sed agnitus fastiditusque divitibus, redibis ad tenuem mensam meam.

In Bassam. XLV.

DIcis formosam, dicis te, Bassa, puellam,
Istud quæ non est, dicere Bassa solet.

1. *Dicis formosam, &c.*] Negare soles & contrarium dicere (ut Galla epig. 25. lib. 2.) hic sane præter mentem tuam non es quod dicis, formosa & puella, sed anicula & τρύβας. vide epig. 91. l. 1.
2. *Istud quod non est.*] Gruterus & Scriverius ex MSS. melius: *Istud, quæ non est, dicere Bassa solet.*

Ad Diadumenum. XLVI.

BAsia dum nolo, nisi quæ luctantia carpsi,
Et placet ira mihi plus tua, quam facies:
Ut te sæpe rogem, cædo, Diadumene, sæpe;
Consequor hoc, ut me nec timeas, nec ames.

3. *Cædo, Diadumene, sæpe.*] Ita J. Gruterus, non ut alii *cedo*, hac mente: Ut mihi amorem, tibi iram commoveam, verberibus sæpe rem ago. Inde consequor, &c. Janus Rutgers. *cedo, ô Diad.*

De Philone. XLVII.

NUmquam se cœnasse domi Philo jurat: & hoc est:
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.

De

1. *Et hoc est.*] Nec pejerat. jejunat enim quoties non alio invitatur.

Vide

De Encolpo. XLVIII.

Quid non cogit amor? secuit nolente capillos
Encolpus domino, nec prohibente tamen.
Permisit, flevitque Pudens. sic cessit habenis
Audaci questus de Phaëthonte pater.
Talis raptus Hylas, talis deprensus Achilles
Deposuit gaudens, matre dolente, comas.
Sed tu nec propera, brevibus nec crede capillis;
Tardaque pro tanto munere, barba veni.

Vide lib. 1. epigr. 32. Illic voverat Encolpus, Auli Pudentis centurionis Amasius, crines suos Phœbo, ut primum dominus suus, ad primipilatum (quæ proxima erat dignitas) eveheretur: nunc quum creatus esset primipilaris, puer damnatus voti, tondet crines Aulo non prohibente, sed tamen dolente.

1. *Quid, &c.*] Imitatio Virgiliana. *Quid non mortalia pectora cogis, &c.*

2. *Nec prohibente tamen.*] Quia ex voto, propter dominum, primipilarem assecutum dignitatem. vide epigr. 32. lib. 1. unde huic lux.

3. *Sic cessit habenis.*] Sic, id est, animo volente nolente, Phœbus dedit Phaëthonti currus sui moderamen.

5. *Talis raptus Hylas.*] Tres afferunt interpretationes, sed omnes falsas. Tam formosus, inquit, tam delicatam comam posuit Hylas raptus. Etenim quum maritum Nymphæ, quæ illum rapuit, agere deberet, æquum erat illum exsuere faciem pueri, assumere viri, id est, tonderi. *Gronov.* *Talis raptus Hylas.*] Sic Theodamas arma adversus Herculem movens, filium Hylam domi manere voluit, sed petenti puero concessit ut una proficisceretur, atque ita ab Hercule raptus est. *vel*, Sic Hylas Herculi offensus ob patrem occisum, amore tamen Herculis victus se illi comitem cessit. *Vel*, Sic impetrata & extorta invito Herculi veniâ eundi aquatum, periit Hylas à Nymphis raptus. *Talis deprensus Achilles.*] Sic Ach. ubi virgineo habitu apud Lycomedem latuit matris suasu, deprensus ab Ulysse, depositis comis ex ephebis excessit, & lætus, nolente licet matre, Trojam profectus est.

7. *Tu nec, propera.*] O barba. *Crede.*] Non crede Encolpum propterea grandem esse & virum factum, quod absciderit crines primos, quos alere solebant delicati pueri ad annum 17. *Capillis.*] Detonsæ comæ in honorem domini sui.

8. *Tardaque, &c.*] Ita epigr. 32. lib. 1. vſ. 8.

Ad Labienum. XLIX.

Vidissem modo forte cum sedentem
Solum te, Labiene: tres putavi.
Calvæ me numerus tuæ fefellit.

Sunt

1. *Vidissem, &c.*] Calvam Labieni rider.

2. *Tres putavi.*] Quod tribus in capite partibus esset capillatus, fronte & utrisque temporibus.

3. *Calvæ me numerus, &c.*] Quæ à fronte & utroque tempore capillata, & medio capite glabra, visa est mihi terna. vide epigramm. 83. libro 10. vſ. 10.

4. *Capil-*

Sunt illinc tibi, sunt & hinc capilli,
Quales nec puerum decere possint.
Nudum est in medio caput, nec ullus
In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit Decembri,
Tunc cum prandia misit Imperator;
Cum panariolis tribus redisti.
Talem Geryonem fuisse credo.
Vites, censeo, porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, peristi.

4. *Capilli.*] Promissi forte & cirrati, quales alunt pueri.

7. *Area notatur.*] Summa calva. sic Petron. *Areaque attritis videt adusta pilis.*

9. *Tunc cum, &c.*] Ubi ex numero calvæ tuæ pro tribus numeratus accepisti tria panaria (sive panes illi, sive corbes viminei pane referti fuerint) quæ in Saturnalitiis, vel ut refert Suetonius cap. 4. in Septimontiali sacro Domitianus Senatui equitique distribuit.

10. *Cum panariolis.*] Sueton. in Domit. de hac largitione. *Panaria sparsa, &c.* Et in Caligula: *Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum obsonio viritim divisit.* Id autem est, mea quidem sententia, quod Persius appellat *Artocreas*, Sat. VI.

—— Oleum, artocreasque popello
Largior, an prohibes? ——

Visceratio sola carne constabat: verum panis postremis temporibus additus, & idcirco Viscerationem interpretamur ἀρτόκρεας. Cum visceratione epulum quandoque dabant, οἱ μεγαλοπρεπεῖς. Sueton. in Jul. Cæs. *Adjecit epulum ac viscerationem, & post Hispaniensem victoriam, duo prandia.* Herald.

11. *Talem Geryonem, &c.*] Tricipitem, namque illum tricorporem fingunt Poëtæ, quem Hercules in Hispania interfecit, abactis in Italiam bubus, de quo infra, epigramm. 66. ℣s. 12.

12. *Porticum Philippi.*] Porticum & ædes Herculis atque Musarum Martius Philippus Augusti vitricus restauravit, & in iis imaginem Herculis.

13. *Si te viderit Hercules.*] Est enim ille ἀλεξίκακος, & monstrorum profligator. *Peristi.*] Ex calva, te tricorporem Geryonem creditum invadet. Geryon autem ab Hesiodo τρικέφαλος dictus, ab aliis τρικάρηνος.

In Charopinum. L.

COEno domi quoties, nisi te, Charopine, vocavi;
Protinus ingentes sunt inimicitiæ:
Meque petis stricto medium transfigere ferro,
Si nostrum sine te scis caluisse focum.

Nec

1. *Cœno domi quoties, &c.*] Charopinum importunum cœnipetam notat. Sensus & ordo verborum est: Quoties domi cœno, te non invitato, irasceris non secus ac juratus hostis. *Raderus.*

3. *Stricto medium, &c.*] Gulæ ejus iratæ rabiem amplificat Poëta.

5. *Nec*

Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit?
Improbius nihil est hac, Charopine, gula.
Desine jam nostram, precor, observare culinam,
Atque aliquando meus det tibi verba coquus.

5. *Nec semel, &c.*] Non licebit mihi vel semel domi absque te clam cœnare? *Furtum facere*, est: Celare ruam gulam, & resupinantem nasum, qui cœnam meam usque odorat.

8. *Coquus.*] Lateat, fallat te. Al. *focus.*

Ad Rufum. LI.

Hic qui libellis prægravem gerit lævam,
Notariorum quem premit chorus levis,
Qui codicillis hinc, & inde prolatis,
Epistolisque commodat gravem vultum,
Similis Catoni, Tullioque, Brutoque;
Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non potest Græcum.
Si fingere istud me putas, salutemus.

In

Carpit insolentem cujusdam indocti illaudatique caussidici arrogantiam, qui non salutet, nec salutanti respondeat, quod in ἀλαζόνα convenit. Vel videtur porius illius caussidici inscitiam, & in dicendo infantiam velle notare; qui quo magis se pro caussidico & erudito viro venditet, hoc minus sciat; ut qui ne salutantes quidem possit officiose salutare.

1. *Libellis, &c.*] Supplicibus accusatoriis, seu judiciariis libellis onustam. captans hinc existimationem apud populum periti caussidici, ut cui multitudo negociorum.

2. *Notariorum, &c.*] Puerorum amanuensium *Clerkes.* qui ejus tanquam pluribus districti negotiis dictata scribant. *Notariorum.*] Cingebatur etiam & quasi stipabatur pluribus notariis, tanquam multa dictare soleret, & diversis negotiis distringeretur. Glossæ. *Notarius*, σημειογράφος. Rectè. *Notare*, ἐπισημειοῦσθαι, σημειογραφεῖν, ταχυγραφεῖν. Harum notarum repertor Mæcenas perhibetur. Dio l. 4. Notarii enim sunt ταχυγράφοι Græcis.

3. *Codicillis, &c.*] Quibus testamentorum perfectiones, vel publicæ autoritatis mandata continentur.

4. *Gravem vultum.*] Graphicè, fastum Ardelionis depingit: Attendit enim legentes sublato supercilio, caperata fronte, totoque vultu ad severitatem composito; velut rerum omnium solus arbiter, judex, patronus. *Rad.*

5. *Catoni.*] Viro gravissimo & max. autoritatis. *Tullioque.*] Patrono attentissimo. *Brutoque.*] Literis assidue affixo. percussorem Cæsaris intelligo.

6. *Exprimere, &c.*] Ita tamen inhumanus est, adeo indoctus & insciens, ut adhibitis tormentis illi extorquere non possis *Ave Lat.* multo minus χαῖρε Græcum. Avere & χαίρειν sibi mutuo respondent. Nam & *Avere* propriè in salutationibus matutinis (Martial. epigramm. 56. & 99. lib. 1. & alibi sæpe) & generalius alias; sic & χαίρειν. *Salvere* tamen crebrò in salutatione matutina. *Valere* verò in salutatione vespertina. *Herald.*

8. *Salutemus.*] Specimen facturi & periculum hominis.

Dantem

In Postumum. LII.

Quæ mihi præstiteris memini, semperque tenebo,
Cur igitur taceo? Postume, tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat; dixerat ipse mihi.
Non belle quædam faciunt duo: sufficit unus
Huic operi: si vis, ut loquar, ipse tace.
Crede mihi, quamvis ingentia, Postume, dona
Auctoris pereunt garrulitate sui.

Dantem oportere oblivisci ait, meminisse accipientem, ut olim docuerunt è sapientum numero Lacon ille Chilo: si contrà fiat, corrumpitur beneficium.

4. *Ipse mihi.*] Postumus.

5. *Sufficit unus.*] Vide Senec. de Benefic. lib. 2. c. 10. & 11. & lib. 7. c. 22.

7. *Dones.*] Gruterus ex Palat. legit *dona.* Alii *donas.*

8. *Pereunt garrulitate sui.*] Amittunt gratiam.

Ad Bassum. LIII.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?
Quo tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion; vel, si non placet hic, Phaëthon.

De

1. *Colchida quid scribis, &c.*] Cur sumis tibi tragœdiarum argumenta omnia tuis carminibus negata? scilicet Medeæ per æthera volantis, Thyestæ contumacis, Niobes in saxum versæ, Andromaches Trojæ flammis superstitis. hæc fata non manent tuas chartas. quin potius sumis materiam tuis scriptis dignam: Deucaliona aut Phaëthonta, quorum hic flammis periit, ille aquis, qui exitus tuis chartis convenit. Sic Leonidas Anthol. 2. Γράψας Δευκαλίωνα μ' ἀριστερεῖς καὶ Φαέθοντα, &c. sic alias de suis jocatur noster. epigr. 6. lib. 1. & 99. lib. 3.

2. *Quid tibi vel Niobe, &c.*] Quid tibi materia est Niobe vel Andromache? alii leg. *Nioben* & *Andromachen*, atque subintelligunt, *Scriptio est*, ut Plaut. *Quid tibi meam tactio est?* Sed Gruterus mavult elicere sensum ex versu Horatii:

Quo mihi fortunas, si non conceditur uti?

Quum alii leg. *fortuna.* J. Gruterum secutus Scriv. *Quo tibi vel*, nec sine autoritate Cod. Palat. & al. Vide Gronovium ad Senecæ Nat. Quæst. 1, 16.

3. *Materia est.*] Argutissimè poëtæ malo dictat materiam carminis, vel Deucalionem, vel Phaëthontem: qua monet carmina Bassi digna esse, vel aquis, vel flammis.

De Rhetore Apollonio. LIV.

EXtemporalis factus est meus Rhetor:
Calpurnium non scripsit, & salutavit.

Apollonius qui modo (epigrammate 22. supra) *scripsit & edidicit*: nunc tantum profecit, ut unum aliquem etiam duri nominis possit salutare, nec tamen scripserit. *Iron. De Rhetore Apollonio.* Scribe, *Apollodoto*, ut supra.

De Aquila portante Jovem. LV.

DIc mihi, quem portes, volucrum regina? tonantem.
Nulla manu quare fulmina gestat? amat.
Quo calet igne deus? pueri. cur mitis aperto
Respicis ore Jovem? de Ganymede loquor.

1. *Dic mihi, &c.*] Vide Alciati emblema de Aquila Jovem gestante & ibidem Minoëm.

3. *Pueri. de Ganymede loquor.*] Ganymedes quem in Jovis gratiam rapui.

Ad Lupum. LVI.

CUi tradas, Lupe, filium magistro,
Quæris sollicitus diu, rogasque.
Omnes grammaticosque rhetorasque
Devites, moneo; nihil sit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis.
Famæ Tutilium suæ relinquat.
Si versus facit, abdices Poëtam.
Artes discere vult pecuniosas?
Fac, discat, citharœdus, aut choraules.

Si

Martialis hoc epigr. docet, non esse locum in urbe bonis artibus. Citharœdos, choraulas, præcones, & hoc genus hominum regnare, ditescereque: Ciceronem & Maronem propè exulare.

2. *Rogasque.*] Ita Gruterus cum prius esset, *diuque tentas.*

3. *Omnes, &c.*] *Quando artibus honestis Nullus in urbe locus, &c.* Juven. Satyr. 3.

6. *Tutilium, &c.*] Non, *Rutilium* ut vulgò, ne cespitet versus, peccantibus duabus primis syllabis. Videtur is esse quem laudat Cicero 1. de oratore, & in Bruto. de quo Valer. Max. lib. 2. cap. 3. & Sueton. in Augusto, cap. 89. alii leg. *Lucilium.* *Suæ famæ.*] Quam maximam habuit, & morum & doctrinæ.

7. *Si versus facit, &c.*] A sterili & inutili poëtices studio illum omni ratione averte.

9. *Discat.*] Discat citharœdi artem, discat fieri citharœdus. *Hellenism.* vide Jos. Mercerum ad epist. 19. lib. 1. Aristæneti. nec opus erit Jani, Gulielmi lima,

Si duri puer ingenî videtur,
Præconem facias, vel architectum.

lima, qui lib. 3. verisimil. cap. 19. legit: *Fac hi fiat, &c. Citharœdus.*] Citharœdi hac tempestate in pretio. epigramm. 4. lib. 3. ꝟſ. 8. *Choraules.*] Qui in choro tibia canit.

11. *Præconem facias.*] Præconum enim ars tunc temporis ad invidiam usque fructuosa. vide epigr. 8. lib. 6. *Architectum.*] Præter privatorum enim in ædificiis hac tempestate luxum, & Domitianus templa & alia publica instauravit. epigr. 4. lib. 9.

Ad Cinnam. LVII.

CUm voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere:
Sæpe etiam servum sic resaluto meum.

1. *Dominum.*] Sir. *Noli tibi.*] Alii *nolo*, minus benè.

2. *Servum, &c.*] Ironice & Scoptice. Pet. Scriv. legit *tuum*.

Ad Postumum. LVIII.

CRas te victurum, cras dicis, Postume, semper
Dic mihi cras istud, Postume, quando venit?
Quam longe cras istud? ubi est? aut unde petendum?
Numquid apud Parthos, Armeniosque latet?
Jam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.
Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?
Cras vives: hodie jam vivere, Postume, serum est.
Ille sapit, quisquis, *Postume*, vixit heri.

Epicurea παραίνεσις, commodis præsentibus fruendum hodie, καὶ μηδὲν ἀναβαλλόμενοι.

1. *Cras te victurum.*] De præsentibus fruendis. epigr. 16. lib. 1. & ep. 90. lib. 2. Anthol. cap 47. *Cras dicis, &c.*] Et cras hoc comperendinat juvenis ignavus, apud Pers. Satyr. 5. ꝟſ. 66.

3. *Quam longe cras.*] Scriverius legit, *Quam longe est cras, &c.*

5. *Jam cras, &c.*] Ita protrusisti horam, ut hora ferè jam protruserit te, senem factum.

6. *Cras istud quanti, &c.*] Cras hoc tuum quod præteriit non potest redimi: futurum quantuli? facili sane pretio, immo nullo, quia sponte venit, si velis uti. sed vide Senec. epist. 12.

7. *Hodie jam vivere, &c.*] Epigrammate 16. lib. 1.

Ad Stellam. LIX.

QUod non argentum, quod non tibi misimus aurum;
Hoc facimus caussa, Stella diserte, tua.

Quis-

1. *Argentum, aurum.*] Vasa argentea & aurea. *Misimus.*] In Saturnalibus. epigr. 46. lib. 2. ꝟſ. 1. *Non tibi misimus.* Alii *mittimus*.

2. *Caussa, tua.*] Ut tibi parcam, ne majora ex more remittas, ut seq. versu. vide & epigrammate 18. supra.

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti:
Fictilibus nostris exoneratus eris.

4. *Exoneratus eris.*] Liberatus onere remittendi munera, quibus respondeas levibus & fictilibus his meis.

Ad detractorem. LX.

ALlatres licet usque nos & usque,
Et gannitibus improbis lacessas:
Certum est hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis,
Qualiscumque legaris ut per orbem,
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas, miser, necesse est.
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Unus, vel duo, tresve, quattuorve,
Pellem rodere qui velint caninam.
Nos hac à scabie tenemus ungues.

Mordet mordentem canem, eique negat immortalitatem nominis, quam à poëta carpendo volebat exprimere.

2. *Gannitibus, &c.*] Conviciis tuis & maledictis. gannire canum est. ut alii, vulpium. Propriè ergo dixit *gannitibus*, quia antea dixit *adlatres*. Gloss. *gannit*, σκύζει. Impensè, benè, quia utrumque canum. *Herald.*

3. *Certum est hanc, &c.*] Non vivet, non notum erit posteritati nomen tuum in carminibus meis vel infami nota inustum.

7. *Miser, necesse est.*] Quia invidus. epigr. 41. lib. 1. & supra epigr. 29. ✝ſ. 9.

10. *Pellem rodere, &c.*] Qui maledicos velint maledictis insectari. Allusum vult Erasmus ad proverb. *Canis caninam non est.* Varro lib. 6. LL. vide epigramm. 2. lib. 13. ✝ſ. 3. Horat. epod. 6.

11. *Nos hac, &c.*] Ego ab hac libidine & contagio maledicendi me contineo, scabie ejus nolo me contaminare, nolo pruritum ejus scabendo levare.

In Marianum. LXI.

CRispulus iste quis est, uxori semper adhæret
Qui, Mariane, tuæ? crispulus iste quis est?
Nescio quid dominæ teneram qui garrit in aurem,
Et sellam cubito dexteriore premit?

Per

Elegantissimum epig. quo nonnullorum stupiditas traducitur, qui formosulos juvenes uxoribus suis adhærere patiebantur sub officii domestici prætextu. Respexit hoc epig. B. Hieron. pluribus locis l. 1. adversus Jovinian. *Herald.*

1. *Crispulus.*] Crispatus crines, & delicatus.

4. *Sellam cubito, &c.*] Incumbit, innititur sellæ uxoris tuæ.

6. *Certa*

Per cujus digitos currit levis annulus omnes:
Crura gerit nullo qui violata pilo?
Nil mihi respondes? uxoris res agit, inquis,
Iste meæ: sane certus, & asper homo est:
Procuratorem vultu qui præferat ipso;
Acrior hoc Chius non erat Aufidius.
O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini:
Te successurum credo ego Panniculo.
Res uxoris agit? res nullas Crispulus iste:
Res non uxoris, res agit iste tuas.

6. *Crura gerit, &c.*] Cui crura depilata. epigr. 29. lib. 2. ℣. 7.

7. *Uxoris, &c.*] Est procurator, qui uxoris negotia obit.

8. *Sane certus, &c.*] *Martialis resp.* Is tibi sane propter diligentiam, attentionem, formam & vultum videtur esse procurator acer, ego autem perspicio illum esse mœchum, quo non Aufidius insignior. de quo Auf. Juven. Satyr. 9. ℣. 25. possunt & hæc Mariano collaudanti crispulum hunc, & præferenti ejus diligentiam attentioni Aufidii Lusci; qui è decuria scribarum factus est prætor, continuari, usque ad *O quam dignus, &c.*

9. *Procuratorem vultu qui præferat æquo.*] Ita scribendum ex membrana MS. Vulgo: *qui præferat ipso.* quod substituerunt illi, qui non tam æquitatem in procuratore requiri putabant, quam ut acriter nitatur pro eo, cujus negotium gerit. Sed *æquo vultu* est respondenti, referenti, æquali. Sic *æquitatem* membrorum Augusti pro æqualitate seu symmetria, laudat Suetonius. Gronov. ad Stat. Papin. pag. 397.

11. *O quam dignus, &c.*] O digne qui in spectaculis theatralibus risum moveas alaparum contumeliis exceptus, non secus ac Panniculus mimus à Latino, mœchi sui partes agente, cæsus, vide epigr. 72. l. 2. *Alapis.*] De alapis ac salapittis, quibus stupidi & de uxoribus suis parum solliciti objurgabantur in mimis, vide Heraldum ad Arnob. l. VII.

13. *Res uxoris agit?*] Cum indignatione repetit hoc Poëta. *Res nullas Crispulus iste.*] Nulla negocia nullas in foro uxoris tuæ partes agit iste procurator Crispulus, immo tuum locum & vices supplet in thalamis iste mœchus. Alii pro *nullas* leg. *ullas.* Et in sequenti pro *iste*, leg. *ipse.*

Ad hospites. LXII.

JUre tuo nostris maneas licet, hospes, in hortis,
Si potes in nudo ponere membra solo:
Aut si portatur tecum tibi magna supellex:
Nam mea jam digitum sustulit hospitibus.

Nulla

1. *Jure tuo nostris, &c.*] Hortum se hospitibus offerre dicit; si hospites sumptum & supellectilem offerant.

2. *Si potes in nudo.*] Mihi enim neque sellæ, neque lecti sunt.

4. *Nam mea jam, &c.*] Meam enim supellectilem, lectos, sellas, &c. alii jam hospites attriverunt, atque usu tanquam suam factam & à domino alienatam consumpserunt. Vel mea supellex,

Nulla tegit fractos nec inanis culcita lectos:
Putris & abruptâ fascia reste jacet.
Sit tamen hospitium nobis commune duobus:
Emi hortos; plus est: instrue tu; minus est.

pellex, jam victa & perdita succubuit. *Metaph. sumpta, vel*, ab arena in qua victi tollebant digitum in signum τῆς ἥττης, epigrammate 29. lib. spectaculorum. *Vel*, à licitationibus, in quibus digito sublato se quis profitebatur emptorem seu conductorem. Cicero 3. in Verrem. *Junius patruus tollit digitum, &c.* vide Brissonii form. lib. 6.

5. *Fractos.*] Al. *farctos. Culcita.*] Culcitæ tomento fartæ erant: & dicit poëta non modo se male fartam, sed omnino nullam habere, quam lecto injiciat. de culcita, plura lib. XIV.

6. *Putris & abruptâ, &c.*] Et fasciæ cancellatæ, quibus lectus tenditur, cadunt putres, rupta reste, *the bed coard.*

Ad Ponticum. LXIII.

QUid sentis, inquis, de nostris, Marce, libellis?
Sic me sollicitus, Pontice, sæpe rogas.
Admiror; stupeo; nihil est perfectius illis:
Ipse tuo cedit Regulus ingenio.
Hoc sentis? inquis; faciat tibi sic bene Cæsar,
Sic Capitolinus Jupiter: imo tibi.

1. *Quid sentis, &c.*] Cæcum φιλαυτίᾳ Ponticum ironicôs laudat, & irridet.

3. *Admiror, &c.*] Respondet Martialis.

4. *Regulus.*] Caussidicus ille nobilis, & bipedum nequissimus. Sic epigr. 16. lib. 4. ℣s. 6. vide epigr. 13. & 112. lib. 1.

5. *Sic bene Cæsar.*] Ut vir bonus es, ô Martialis, & candidus judex. Est ergò formula benè precandi. vide Brisson. lib. 1.

6. *Imo tibi.*] Imo tibi, ô Pontice, *respondet Martialis:* sic faciant Domitianus & Jupiter bene, ut ego bene sentio de tuis libellis, id est, faciant male, neque enim verè & ex animo probavi, sed ut tuæ subservirem φιλαυτίᾳ, ut qui male sanus, palpum malis, quam judicium rectum. vide epigramm. 76. lib. 8.

Ad suos ministros. LXIV.

SExtantes, Calliste, duos infunde Falerni:
Tu super æstivas, Alcime, solve nives.

Pin-

Invitat se ipsum ad genialem vitam, quod omnibus moriendum, etiam Cæsaribus.

1. *Sextantes duos, &c.*] Triens 4. cyathos, sextans duos continet cyathos, & est sexta pars sextarii. ep. 28. lib. 1. ℣s. 2. *Calliste.*] Minister poëtæ.

2. *Æstivas nives.*] Aquam nivatam seu gelidam è nivibus expressam, qua vina generosissima diluebant, ep. 117. lib. 14. vel decoctam & vitris demissam in nives ut refrigeretur. Neronis inventum. Gruterus, *solve nives.* Antiquæ hæ deliciæ. Senec. epist. 79. *O infelicem*

Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturque rosis tempora sutilibus.
Jam vicina jubent nos vivere Mausolea:
Cum doceant, ipsos posse perire deos.

felicem ægrum! Quare. Quia non vino nivem diluit: quia non rigorem potionis suæ, quam capaci scypho miscuit, renovat fracta insuper glacie. Sed & meram nivem bibebant. Unde Mart. lib. XIV.

Non potare nivem, sed aquam potare rigentem
De nive, commenta est ingeniosa sitis.

Ex utraque consuetudine, ut opinor, Plin. lib. 19. cap. 4. *Et ipsa naturæ elementa vi pecuniæ discreta sunt. Hi nives; illi glaciem potant, pœnasque montium in voluptatem gulæ vertunt. Servatur algor æstibus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat.* Nix autem venalis erat ad hunc usum. Cæterum aqua nivata utebantur etiam ad lavationem, οἱ ἄσωτοι καὶ διάθρυπτοι τῶν πλουσίων. Quomodo autem servaretur nix ista, docet Plutarch. lib. 6. symph. probl. 6. *Herald.*

3. *Pinguescat nimio, &c.*] Unguentis delibuti, & floribus coronati convivabantur veteres. *Pinguescat nimio.*] Sic λιπαροὺς πλοκάμους dixerunt Græci. *Nimio* autem, id est, multo. Gloss. *Nimis*, ἄγαν, πάνυ, σφόδρα. Plaut. in Amphit.

Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.

Amomo.] Unguento inde facto, cum valetudinis, tum voluptatis causa.

4. *Rosis sutilibus.*] Coronas è rosarum foliis consuebant. *Sutilibus.*] Plectilibus, quæ è ramulis innectebantur plectebanturque, unde & dictæ; ut *serta* à serendo: *sutiles* ergò, quæ è floribus, mero imprimis rosarum folio consuebantur. Florum itaque fasciculis coronisque capita revinctæ, in conviviis potare soliti erant: primum quidem hederaceis & ex apio; mox myrteis, quippe quæ adstringunt, & vini exhalationes arcent: tum è rosis, quæ & gravitatem capitis sedant, & potione æstuantes refrigerant. Corona insuper plenitudinis & libertatis symbolum, festis conviviisque competit, ut & capiti quod rationalis animæ sedes. *Farnab.*

5. *Jam vicina.*] Gruterus mavult, è MSS. *Tam vicina, &c.* Et rectè. Pro eo quod solebant conviviis inferre sceleton vel oscillum, ut eo conspectu admonerent præsentes, caperent voluptates, antequam isti similes fierent quod brevi futurum erat: Martialis mentionem facit sepulcri Cæsarei, quod propinquum erat, & proximum ei loco, in quo potabat. *Gronov. Vicina jubent nos.*] In valle Murtia erat sepulchrum Augusti. *Vel*, propiora, quam illud Cariæ Mausoleum. *Vivere.*] Vita uti, genialiter vivere. epigr. 16. lib. 1. vſ. 4. *Mausolea.*] Sepulchra Augusti, Imperatorum atque cognatorum, ab Augusto extructa ad similitudinem Mausolei Artemisiæ. epigr. 1. lib. spect. vſ. 5. vide epigr. 59. lib. 2. vſ. 2.

6. *Deos.*] Imperatores, qui se pro diis haberi volebant.

Ad Cæsarem. LXV.

Astra, polumque dedit, quamvis obstante noverca,
Alci-

Refertur hoc Epigramma ad Carpophorum, quod admodum affine epigramm. 27. lib. Spect. sed laudem totam tribuit Domitiano. Et tamen non ab ipso Domitiano confectas has feras ex hoc versu potest colligi:

Reddatur si pugna triplex pastoris Iberi,
Est tibi qui possit vincere Geryonem.

1. *Astra, &c.*] Cœlo donavere Herculem gesta sua, etiam ingratiis Junonis.

Alcidæ, Nemeæ terror, & Arcas aper;
Et castigatum Libycæ ceroma palæstræ;
Et gravis in Siculo pulvere fusus Eryx:
Sylvarumque tremor, tacitâ qui fraude solebat
Ducere neç rectas Cacus in antra boves:
Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur arenæ?
Dat majora novus prælia mane dies.
Quot graviora cadunt Nemeæo pondera monstro?
Quot tua Mænalios collocat hasta sues?
Reddatur si pugna triplex pastoris Iberi;

Est

2. *Nemeæ terror, &c.*] Leo in sylva Nemeea interfectus ab Hercule, epigramm.27. lib. spect. ℣s. 3.

3. *Et castigatum ceroma, &c.*] *Castigatum ceroma*, est destrictum: qui enim luctabantur, stringebant invicem. Manilius: *in varias destringunt membra palæstras.* Frustra dubitat Ramiresius; utrum stringo lucta corpus; an stringo palæstræ pulvere intellexerit. Ita stringendo *castigabant ceroma*, id est, destringebant. Eo Virgil. exerceri palæstras dicit, *oleo labente*, hoc est, *castigato ceromate*. Hoc enim propriè est *castigare*, stringere, vincire: non loco cædere, aut cesto, ut putat vir summus ad Persium; sed loro cingere. Quod Martialis *castigare ceroma* dixit, id alibi appellavit *ceroma terere*. Et lib. III. perdere oleum. Vide latius & accuratius ea de re differentem Cl. Virum Gronovium in lib. II. Sylv. VI. pag. 146. *Et castigatum Libycæ.*] Et Antæi Libyci insolentia in provocandis ad palæstram hospitibus, ab Hercule castigata morte. *Ceroma.*] Quod hic ponitur pro ipso Antæo ceromate inuncto. Ceroma ergò fiebat ex oleo, pulvere, & cera commixtum, quo ungebantur Athletæ. *Libycæ palæstræ.*] Libyci certaminis. nam sumitur hic pro ipsa lucta & certamine, quod in Libya commissum est. vide epigrammate 57. libro 3. versu 25.

4. *Gravis.*] Veneris filius ab Hercule cæstuum certamine devictus. Virgil. 5. Æneid.

6. *Nec rectas.*] Aversas, per caudam tractas. Virgil. 8. Æneid. Alii leg. *neglectas.* malim *non rectas.* *Cacus.*] Vulcani filius triceps erat, fur & latro, eoque viatoribus timebatur. Quia ideo boves in antrum suum aversas trahebat, ne quærentibus factum deprehenderetur, cum vestigia foras ducerent, non intro.

7. *Ista tuæ, Cæsar, &c.*] Hæc vel ista omnia Herculis facta collata cum Cæsaris spectaculis in Amphitheatro, quota pars sunt? quasi diceret, minima.

8. *Majora.*] Dicit ergò Poëta, Romæ in Amphitheatro majores bestias, monstraque uno die, & quidem dimidiato & matutino confici, quam Hercules tota vita confecit. *Novus dies.*] Matutinum spectaculum, quo bestiarii cum bestiis depugnabant: post meridiem, qui supererant, inter se.

10. *Collocat hasta sues.*] Interficit. *Metaph.* Sumpta ab antiquo collocandi cadaveris more: de quo multa Lipsius lib. I. Elect. cap. 6. Sic προτίθεσθαι Græcis. Et non solum pro collocare in vestibulo ædium; verum & in loco publico, ut pro Rostris Romæ, ubi & laudatio peragebatur. *Her.* *Tua hasta.*] Pro Carpophori hasta, qui est tuus venator; quodque ipse fecit, tu videris fecisse.

11. *Pastoris Iberi.*] Geryonis tricorporis,

Est tibi, qui possit vincere Geryonem,
Sæpe licet Grajæ numeretur bellua Lernæ,
Improba Niliacis quod facit Hydra feris?
Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt
Alcidæ cito Di: sed tibi sero dabunt.

poris, Hispanorum regis. vide Mythologos. Sed res ita se habet. Geryon tres habuit filios Geryones, quos Hercules Libycus, cum in subjectos Hispanos tyrannidem exercerent, comparato exercitu, ex provocatione unus omnes, tres solus confecit. unde nata est fabula, Geryonem tricipitem ab Hercule victum. *Rad.*

12. *Qui possit, &c.*] Carpophorus, seu quis alius. lib. spect. epigrammate 27.

13. *Numeretur bellua Lernæ.*] Hydra, numerosum (repullulantibus quæ excidebantur capitibus) malum. epigramm. 27. lib. spect.

14. *Improba Niliacis, &c.*] Non tamen conferenda est cum Crocodilis Niligenis, qui in theatro interfecti sunt.

15. *Pro meritis, &c.*] Conclusio ex adulatione & comparatione gestorum ab Hercule & Domitiano. Ex quibus par præmium, vel majus sit Domitiano exspectandum. Dii Herculi ob ærumnas & labores citò dederunt cœlum: *Tibi* serò dabunt, tam serò, ut nec adhuc dederint, nec daturi sint unquam. *Rad.*

16. *Sero dabunt.*] Ut diu præesse & prodesse Reipubl. possis. sic epigr. 39. lib. 8.

In Pontilianum. LXVI.

SÆpe salutatus, numquam prior ipse salutas:
Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

Cum adeo sis inhumanus, ut nec salutes nec resalutes (ut epigr. 51. supra) quoniam tibi non placet *salve* illud vel *Ave* in congressu solenne: tibi inhumano & quasi mortuo dicemus usque *Vale*, vel *æternum vale*: qui mos veteribus fuit salutandi mortuos, qui resalutare non poterant. vide epigramma 8. libro 9. & Lucianus: ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.

2. *Sic erit æternum.*] Tunc enim salutaberis, neque resalutare poteris. Placet ut legatur, *Æternum Pontiliane vale*, conjunctim, ut sint verba salutantis Pontilianum, jam μηδὲν ὄντα. Virgilius XI. Æneid. *Salve mi maxime Palla, Æternumque vale.* Nota res, & verbi ac φράσεως proprietas. Inde autem nata, quia existimabant miselli illi τοὺς μακαρίτας, se in æternum amittere. *Herald.*

De hirundine. LXVII.

HIbernos peterent solito cum more recessus
Atthides, in nidis una remansit avis.

Sub tecto & tegulis, ubi nidificant hirundines, Martialis habitabat, avesque contubernales habebat hirundines; ex quibus unam cum reliquis non avolasse in autumno notarat; eamque à reversis altero vere laniatam. Et brevi fabulam Prognes exponit. *Rad.*

1. *Hibernos peterent, &c.*] Cum hirundines, appetente jam hyeme, à nobis advolarent Africam (teste Plinio) unde verni nos visunt.

2. *Atthides.*] Hirundines, à Progne

Deprendêre nefas ad tempora verna reversæ,
Et profugam volucres diripuere suæ.
Sero dedit pœnas. discerpi noxia mater
Debuerat: sed tunc, cum laceravit Itym.

Pandionis Atticæ regis filia in hirundinem conversa. *In nidis una, &c.*] Hoc forte sub tegulis, ubi scalis habitavit tribus, in contubernalibus suis hirundinibus animadverterat Martialis.

3. *Nefas ad tempora, &c.*] Mansisse, contra morem & naturam hanc hirundinem deprendêre cæteræ vere reversæ.

4. *Suæ.*] Ejusdem generis aves, cognatæ inter se: *profugam*, desertricem agminis, quod ut in re militari capitale est, ita fuit huic hirundini, cum discerperetur. *Raderus.*

5. *Sero dedit pœnas, &c.*] Alludit ad fab. Prognes, quam dicit tum discerpendam fuisse, ubi ipsa suum filium Itym discerpebat. simulque ludit in verbis *discerpi* & *lacerare.* vide fab. 6. Metamorph. Ovid. & apud Mythologos.

Ad Lesbiam. LXVIII.

ARctoâ de gente comam tibi, Lesbia, misi:
Ut scires quanto sit tua flava magis.

Aureus color capillorum Germanicorum, ϗ πάντων σχεδὸν τῶν πρὸς ἄρκτον οἰκούντων. Juvenal. Satyr. XIII.

Cærula quis stupuit Germani lumina? flavam Cæsariem?

Emptæ autem hæ comæ à plerisque mulieribus capillorum colorem mentientibus. *Herald.*

1. *Arctoâ de gente, &c.*] E Germania, quæ ad Arctum. Germani autem flavâ cæsarie spectabiles.

2. *Ut scires, &c.*] Ut videas quam impudenter fucum facias meretricium, cui placet caliendrum, seu coma empta & factiria, quæ vel Germanos flavo colore superet. Matronæ autem nigra, lupæ flava gaudebant comâ. videtur hujus epigr. argumentum desumptum ex Ovid. lib. I. Amor. eleg. 14. *Nunc tibi captivos mittit Germania crines, &c.*

In M. Antonium. LXIX.

ANtoni Phario nil objecture Pothino,
Et levius tabulâ quam Cicerone nocens:
Quid gladium demens Romana stringis in ora?

Hoc

Ingens & æternum æterni Ciceronis elogium. & simul execratur scelus Antonii.

1. *Phario.*] Ægyptio. Notant autem historiæ omnes, pessimum istum Eunuchum, Pothinum, qui magno illi Pompeio perniciem molitus est, justas tandem sceleris sui pœnas luisse. vide epigr. 65. lib. 3. unde huic fax. *Nil objecture.*] Nihil habes quod illi exprobres.

2. *Levius tabulâ, &c.*] Minus totâ proscriptorum tabulâ nocens, quam uno Cicerone.

3. *Romana, &c.*] In Ciceronis os: *Quod tibi Roma caput cum loquereris, eras.* epigr. 65. lib. 3. ℣. 4.

4. *Nec*

Hoc admisisset nec Catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro:
Et tantis opibus vox tacet una tibi.
Quid prosunt sacrae pretiosa silentia linguae?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

4. *Nec Catilina nefas.*] Si revixisset, cui tamen major odii caussa Ciceronis, quam tibi.

5. *Impius infando, &c.*] Popilius Lenas percussor Ciceronis, qui illum capitis reum defenderat.

6. *Tantis opibus, &c.*] 250000. drachmis Atticis. Appian. lib. 4. Tanto ergò pretio emisti silentium, recisâ Ciceronis lingua. *Una linguae.*] Ciceronis, qui te Philippicis exagitavit.

7. *Quid prosunt.*] Quasi dicat, frustra laborasti in emendo hoc iam pretioso silentio; quod tamen haud prodest, nam ut sequitur: *Incipient omnes pro Cic. loqui.*

8. *Incipient omnes, &c.*] Omnes jam in crudele hoc tuum facinus invehentur. sic epigr 82. lib. 2. Rad. legendum censet, *Incipiunt.*

De Syrisco ad Maximum. LXX.

INfusum sibi nuper à patrono
Plenum, Maxime, centies Syriscus
In sellariolis vagus popinis
Circa balnea quattuor, peregit.
O quanta est gula, centies comesse!
Quanto major adhuc, nec accubare!

Ad

Syriscum libertum ganeonem & conturbatorem illustrem, inter paucos dies decoxisse ait centies centena millia HS, id est, ducenta quinquaginta millia Philippaeorum. *Syriscus* autem est nomen fictum & servile. Syri enim plerique servi à poëtis introducuntur.

1. *Infusum, &c.*] Donatum.

2. *Plenum, &c.*] Justum, integrum centies. epigr. 37. lib. 4. ✝ſ. 4.

3. *Sellariolis, &c.*] Ganeis & tabernis, ubi non honeste accumbebant, sed ventri indulgebant sedentes. de Sellaria item vide quae Torrentius ad 43. cap. Suet. Tib. Sic *sellariam* appellavit cellam suam, & sedem arcanarum libidinum Tiberius. Sueton. in Tib. Hinc illustrandus Juvenal. Satyr. x.

— Tutor haberi Principis, Augusta
Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldaeo.

Nota *Sedentis*, propter sellariam. H. *Vagus popinis.*] Quo honesti homines, imo & paulo honestiora mancipia raro intrabant, praecipue Athenis. Sed nunc apud nos. O mores!

4. *Quatuor.*] Neronis, Grilli, Titi, Agrippae. *Peregit.*] Consumpsit, decoxit.

5. *Comesse.*] Comessationibus absumpsisse.

6. *Quanto major, &c.*] Atqui id non justis conviviis & coenis, sed jentaculis, prandiolis, repotiis, &c. in quibus non accubuit. Quasi dicat, quantum consumpsisset, si accubuisset, id est, si convivium justum apparasset.

Invi-

Ad Faustinum. LXXI.

HUmida quà gelidas summittit Trebula valles,
Et viridis Cancri mensibus alget ager;
Rura Cleonæo numquam temerata leone,
Et domus Æolio semper amica Noto,
Te, Faustine, vocant: longas his exige messes
Collibus; hibernum jam tibi Tibur erit.

Invitat Faustinum æstu fervente in Trebulanum agrum, ipso Tibure frigidiorem.

1. *Trebula valles.*] Oppidum seu vicus in Sabin.

2. *Cancri mensibus, &c.*] Julio mense, quo Cancer solem accendit, & Augusto quo Leonis fervent pectora. epigr. 57. lib. 4. vs. 5. 6. 7.

3. *Rura Cleonæo.*] Rura Trebulæ te invitant. *Rura Cleonæo.*] Rura Trebulana nunquam usta sunt calore Solis, Augusto mense, quo leo ardet, semper frigida sunt, etiam summa æstate.

4. *Domus Æolio, &c.*] Villa Austro exposita. Venti in Æoli ditione esse perhibentur. Notus autem propriè ab Æolia Italiam adflat: & à meridie spirat, ventus humidus, unde rectè suprà poëta, *humidam Trebulam* vocavit.

5. *Longas his, &c.*] Æstatem longam, dies æstivos longos.

6. *Hibernum jam tibi Tibur erit.*] Tibur frigidissimum habitum, si Trebulæ conferatur, videbitur hyeme fervere. ep. 57. 60. & 62. lib. 4.

Ad Rufum, de origine Bacchi. LXXII.

QUi potuit Bacchi matrem dixisse Tonantem,
Ille potest Semelen dicere, Rufe, patrem.

Jocus ex nomine Bacchi sumptus: Græcis enim διμήτωρ, seu *bimater* dictus: quasi duas habuerit matres: Jovem ex cujus femore natum ajunt, & Semelen Cadmi filiam, ex qua denuo flammata, velut igne prodiit. Qui in monstroso Bacchi διμήτορος καὶ διθύρου Jovis scilicet femore perfecti & renati partu, monstroso ludit ingenio, Jovem Bacchi matrem vocans, cur non æque αὐτοπῶς & Semelen appellat patrem Bacchi? verum non tam rationem & analogiam hic vel ignoravit vel non examinavit Martialis, quam jocum affectavit. vide Mureti var. lection. 19. cap. 1.

Ad Theodorum. LXXIII.

NOn donem tibi cur meos libellos
Oranti toties, & exigenti,
Miraris, Theodore? magna caussa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

Vide lib. 7. epigr. 2. quod huic consonat.

De

1. Pom-

De Pompejo & filiis. LXXIV.

Pompejos juvenes Asiâ, atque Europâ, sed ipsum
Terra tegit Libyes; si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? jacere
Uno non poterat tanta ruina loco.

1. *Pompejos, &c.*] Cnejus Pompeji Magni filius interiit in Europa, victus à Cæsare ad Mundam in Hispania: Sextus periit à militibus Antonianis interceptus Mileti in Asia. *Sed ipsum, &c.*] Pompejus Magnus occisus, ut epig. 65. lib. 3. ℣. 1. in Libya seu Africa ad Pelusium Nili ostium sepultus est. Strabo lib. 16. in monte Cassio sepultum refert.

2. *Si tamen ulla tegit.*] Neque enim constat an sepultus fuerit.

—— *Jacet ingens litore truncus.*

Dixit Virgil. de Priamo, sed respexit Pompejum, 2. Æneid. & illud,

Marmoreo in tumulo Licinus jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo. Quis putat esse deos?

3. *Toto si spargitur orbe.*] Per tres orbis partes quæ tum notæ, nondum inventa America. de his autem 3. partibus Pompejus triumpharat.

Et quasi non posset tellus tot ferre sepulchra,
Divisit cineres. ——

Petronius antea, de Crasso, Pompejo, Jul. Cæsare.

Ad Quinctum. LXXV.

Quæ legis caussa nupsit tibi Lælia, Quincte,
Uxorem potes hanc dicere legitimam?

1. *Legis caussa nupsit, &c.*] Quæ lege & jure nupsit. sed ludit Poëta cum à notatione *legis* & *legitimæ*, tum ab homonymia τῦ *legitimam*. quasi dicat, adultera Lælia nupsit Quincto mœcho: ideoque metu legis Juliæ in adulteros latæ & à Domitiano revocatæ. vide epigr. 7. lib. 6. lege & 88. Ausonii. Uxor legitima erat νόμιμος, quæ secundum leges in manum mariti convenerat κτ̓ νόμιμον συνόδον, ut loquitur Philo alicubi; & opponitur παλλακῇ & concubinæ. Hic ergò *uxor legitima*, quæ Juliæ legis metu nupsit. *Herald.*

Ad Cinnam. LXXVI.

Profecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæva nocere sibi.
Tu quoque cavisti cœnando tam male semper:
Ne posses unquam, Cinna, perire, fame.

Ad

Jocus in Cinnam pauperem, à comparatione Mithridatis, veneno adsueti, & Cinnæ, fami.

1. *Profecit poto, &c.*] Vide Plin. nat. hist. lib. 25. cap. 2. & A. Gell. lib. 17. cap. 16.

2. *Ferre*

Ad Marullum. LXXVII.

NArratur belle quidam dixisse, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

2. *Ferre oleum.*] Assentationem & blanditias potentiorum auribus instillare. vide adag. *ferre ore oleum.* *Auriculam.*] Al. *auricula.* id est, te esse aure supinâ, qui alios audire adverseris. inverso adagio, *oleum ore gestare.* quod de eo dicitur qui loqui cavet. vide epigramm. 42. lib. 6. Vel poëta hic habitum capitis in Marullo irridet ac notat, ut qui perinde incedat & caput in dextrum aut sinistrum humerum inclinet, ac si oleum in illa ferret, ac sollicitus esset, ne effunderet, quos incurvi cervicum pecus nominant. *Rad.*

Ad Turanium. LXXVIII.

SI tristi domicœnio laboras,
Turani; potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, si soles προπίνειν,
Viles Cappadocæ, gravesque porri.
Divisis cybium latebit ovis:

Pone-

Turanii nomen verum est, ad quem Epistola Martialis libro 1x. *Ave mi Turani, &c.* singularis fuit poëtæ amicus, quem & fratrem appellat.

1. *Si tristi, &c.*] Ne tristis & solus domi cœnes, poteris apud me cœnare, frugali & parabili mensa contentus. ad ejusmodi cœnam invitat Persicum Juvenalis Satyr. 11. & Septitium Plinius, epist. 15. lib. 1. *Tristi domicœnio.*] Non quod Turanius pauper; sed quod domi sine familiarium affatu & usu, tristius quam inter sodales cœnaturus esset.

3. *Si soles προπίνειν.*] Apponentur tibi indibationem, promulsidem, antecœnium, gustationem seu gustum, de quo lib. 10. epigr. 31. ℣ſ. 4. lib. 11. epigr. 32. ℣ſ. 4. & ep. 53. ℣ſ. 12. Προπίνειν ergò est prægustare ante cœnam. Verbum enim *propino* apud Latinos non de potione tantum, sed de cibo etiam usurpatum reperio. Jul. Capitolin. in M. Antonio, *venenatam partem fratri edendam propinans.* Terent. in Eunucho:

Hunc ego vobis comedendum & deridendum propino:

Et translate aliquem ridendum aliis propinare. Placet Radero quod Bisciola notavit: dicit enim Martialem voluisse dicere:

Non deerunt tibi, si voles προπίνειν,
Viles Capp. &c.

Quasi dicat, Non defutura illi genera ciborum, quæ si vellet libere Toranius, desiderium possent excitare bibendi. Hodieque cum ad bibendum invitamus, id facimus, olivis, porris, &c. Merula verò legendum censet: *Sessiles propinquæ*, id est, lactucæ vulgares in urbanis hortis usque obviæ. Nam, inquit, *propinare*, non de cibo dicitur, sed de potu. Præterea, quis vidit unquam herbas propinari, & in principio cœnæ?

4. *Viles Cappadocæ.*] Lactucæ Cappadocæ. lib. 13. epigr. 14. *Graves.*] Odorene? An graves stomacho, capiti, oculis.

5. *Cybium latebit ovis.*] Piscis è pelamidum genere concisi frusta; ovis ruptis frixa & tecta. Plin. lib. 32. cap. 11. & Athenæus lib. 3. cap. 52.

6. *Unctis.*]

Ponetur digitis tenendus unctis
Nigrâ cauliculus virens patellâ,
Algentem modo qui reliquit hortum:
Et pultem niveam premens botellus,
Et pallens faba cum rubente lardo.
Mensæ munera si voles secundæ,
Marcentes tibi porrigentur uvæ,
Et nomen pyra quæ ferunt Syrorum;
Et quas docta Neapolis creavit
Lento castaneæ vapore tostæ:
Vinum tu facies bonum bibendo.
Post hæc omnia forte si movebit
Bacchus, quam solet, esuritionem,
Succurrent tibi nobiles olivæ,
Piceni modo quas tulere rami,

Et

6. *Unctis.*] Propter oleum cauliculis superfundi solitum. Lips. 5. epist. quæst. 1. lib. Gruterus retinet *ustis*, propter ἀντίθεσιν τῷ *Algentis horti.* quod seq.

7. *Cauliculus.*] Coliculus seu cauliculus, à caulibus dictus; brassicæ est interior pars, resecta à caule: ita ut thyrsus ipse sit brassica, caulis coliculus. vide lib. 13. epigr. 17. Sæpe brassica & cauliculi pro eodem sumuntur. *Rad.*

9. *Pultem niveam, &c.*] Pulti ex alicæ farinâ impositus botellus, qui conficiebatur ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, cepa, porro, thure, pipere, liquamine & vino, quibus intestinum farciebatur. *à pudding or salsage.* Apic. lib. 2. cap. 5. erat & χορδὴ αἱματίτης. Athenæus l. 3. c. 36. *Niveam.*] Nempe ex alica sectam: alicæ autem farina candidissima. *Botellus* ergò genus farciminis fuit, sine carnibus tamen. Alii sanguine fartum fuisse. Belg. *Een Bloet-worst.*

10. *Rubente lardo.*] Fumoso, vel rancidulo.

12. *Marcentes, &c.*] Maturæ, vel duracinæ. epigr. 44. lib. 1. Brodæus vult: Aliis dici, *tempore corruptas.* quibusdam *liquore plenas.*

13. *Nomen pyra, &c.*] Pyra Syra, ex Syria allata.

14. *Docta Neapolis creavit.*] Studiis literarum & gymnasiis celebris. Neapolitanæ autem castaneæ laudatæ, quæ & torrentur & elixantur.

15. *Tostæ.*] MS. B. *coctæ.*

16. *Vinum tu facies, &c.*] Vinum qualecunque sapiet tibi non ante sitim bibenti. ita Socrati ποτὸν πᾶν ἡδὺ ἦν διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῴη. Xenoph. Apomnem. α. *Vel*, liberalius bibendo videberis approbare vinum meum qualecunque.

17. *Post hæc omnia, &c.*] Quod si vinum tibi moverit appetitum novum, naturali calore accenso; vel etiam vomitu. hoc autem ante vel in cœna factitabant veteres ad purgandum stomachum & provocandum appetitum. Juven. 6. vers. 428. Athen. lib. 15. c. 1. & Seneca Epist. 95. *Vomunt ut edant, edunt ut vomant.* Mox, *Et vinum omnè vomitu remetiuntur.*

21. *Fer-*

Et fervens cicer, & tepens lupinus.
Parva est cœnula, (quis potest negare?)
Sed finges nihil, audiesve fictum,
Et vultu placidus tuo recumbes;
Nec crassum dominus leget volumen:
Nec de Gadibus improbis puellæ
Vibrabunt sine fine prurientes
Lascivos docili tremore lumbos:
Sed, quod non grave sit, nec inficetum,
Parvi tibia condyli sonabit.
Hæc est cœnula. Claudiam sequeris:
Quam nobis cupis esse te priorem.

21. *Fervens cicer, &c.*] Ab igne coctum: *vel*, naturæ fervidæ; comburit enim, urinam movet, &c. Athenæus lib. 2. cap. 14. *Tepens lupinus.*] Aquâ maceratus tepenti.

23. *Sed finges.*] Sed cœnæ tenuitatem compensabit libertas & sinceritas, ubi non erit opus simulatione & dissimulatione, ut in mensis divitum.

24. *Tuo recumbes.*] Non ficto, non ad alterius gratiam composito.

25. *Nec crassum, &c.*] Nec ego molestus tibi ero, longo volumine legendo inter mensam. epigr. 53. l. 11. ꝟs. 19. Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ κεχαλκειμένος Antholog. lib. 2. cap. 47.

26. *Gadibus improbis, &c.*] Vide epigramm. 42. lib. 2. ꝟs. 11. & Juvenal. Satyr. 11. ꝟs. 162.

30. *Parvi tibia, &c.*] Parvi foraminis tibia instar condyli, qui pars est digiti eminens in commissura pugni. Sunt qui per *Condylum*, tibicinem intelligant; ut tibia Condyli.

31. *Claudiam sequeris.*] Aderit & Claudia deliciæ tuæ, quam scio te libenter secuturum. imo cupies te priorem nobis esse propter eam, quam vel nobis magis adesse velis. *Et nisi cœna prior potiorque puella, &c.* Horat. epist. 5. lib. 1. Commodius ergo scriberetur:

Jam nobis cupis esse te priorem.

Alii aliter legunt. Vel:

Hæc est cœnula: Claudium sequeris?
Quam nullis cupis esse turpiorem.

Herald.

Hæc est cœnula: credo jam sequeris,
Jam nobis cupis esse te priorem.

Vel.

—— Claudiam sequeris
Quæ nobis cupit esse te priorem.

In Zoilum. LXXIX.

Undecies una surrexti, Zoile, cœnâ;
Et mutata tibi est synthesis undecies:
Sudor inhæreret madidâ ne veste retentus,

Et

Zoilum vestium ostentatorem exagitat.

1. *Surrexti.*] Mutandæ vestis causa, quum te sudore perfusum fingeres.

2. *Synthesis undecies.*] Vestis cœnatoria, vide epigr. 46. lib. 2. ꝟs. 3.

4. *Laxam*

Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo, qui tecum, Zoïle, cœno?
Frigus enim magnum synthesis una facit.

4. *Laxam tenuis, &c.*] Ex sudore porosam. Vel *laxam*, distentam & turgentem: corpus scil. tuum præpingue & obesum. *Rad.*

6. *Frigus enim, &c.*] Quia mihi non ea vestium copia quæ tibi, qui sudare te fingis ut syntheses ostentes. sic epigr. 16. lib. 2. ℣ſ. 6.

Ad Severum. LXXX.

NOn totam mihi, si vacabis, horam,
Dones, & licet imputes, Severe,
Dum nostras legis, exigisque nugas.
Durum est perdere ferias: rogamus,
Jacturam patiaris hanc, ferasque.
Quod si legeris ipse cum diserto,
(Sed numquid sumus improbi?) Secundo?
Plus multo tibi debiturus hic est,
Quam debet domino suo libellus.
Nam securus erit, nec inquieta
Lassi marmora Sisyphi videbit;
Quem censoria cum meo Severo
Docti lima momorderit Secundi.

Librum Severo censendum mittit, quem immortalem futurum dicit, à Severi & Secundi castigatione prodeuntem. Ordo verborum est: Severe, si vacabis (malim *vacabit*) non totam horam mihi dones & imputes, legendo libello.

2. *Imputes Severe.*] Me tibi debitorem ejus facias.

3. *Exigisque nugas.*] Ad examen judicii castigas.

4. *Durum est, &c.*] *Objectio ex persona Severi.* Non est æquum me otia mea perdere nugis tuis impensa. *Rogamus.*] *Resp. Poeta.*

5. *Jacturam patiaris.*] Quasi dicat, Perdes tu quidem ferias; sed rogo perde nostra caussa semi horulam.

7. *Improbi.*] Qui tibi adjungimus comitem æque gravibus, ac tu, districtum negotiis. *Improbi.*] Impudentes, quod hoc abs te petamus. *Secundo.*] Libertus hic Lucensis ille? de quo lib. 1. epigr. 2. ℣ſ. 7. An Plinius Junior qui nostro amicus (ut testatur ipse Plin. epist. ult. lib. 3.) qui & Secundus cognominatus est, disertumque eum vocat Martialis, epigrammate 19. libro 10.

8. *Plus multo, &c.*] Plus tibi castigatori, quam mihi autori. Vide quanti faciat poëta limam, & castigationes doctorum.

10. *Nec inquieta, &c.*] Effugiet mortem, non interibit ad inferos, ubi saxum ingens volvit Sisyphus, damnatus. sic epigr. 2. lib. 10. *Marmora inquieta*, Sisyphi saxum sc.

13. *Lima momorderit Secundi.*] Castigatio, expolitio, Metaph. à fabris.

Ad Æmilianum. LXXXI.

Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane:
Dantur opes nulli nunc nisi divitibus.

2. *Nulli.*] Al. *nullis.*

In Gaurum. LXXXII.

Quid promittebas mihi millia, Gaure, ducenta:
Si dare non poteras millia, Gaure, decem?
An potes, & non vis? rogo, non est turpius istud?
I, tibi disperdas, Gaure: pusillus homo es.

Avarum carpit Gaurum, qui cum Poëtæ ducenta millia HS. in fœnus promisisset; petenti, nec decem millia credere voluit.

1. *Quid.*] In denegando quis pudor est paululum; post ubi tempus est promissa jam perfici. Charinus apud Terent. *Promittebas, &c.*] Mutuo, fœnore, vel gratis. *Millia ducenta.*] Quinque millia Philippæorum.

3. *An potes, &c.*] Si poteras, inquit poëta, & nolebas, cur es pollicitus? nonne hoc est turpius, quam si mihi petenti, statim à principio negasses; aut nihil petenti, nihil pollicitus esses. Quæ noluisti mihi dare, ea tibi habeas, male iis utaris, quæ nec bene tibi vertant. Ita emendavit Scrivetius de consilio Scaligeri; cum antea legeretur *disperas.*

4. *I, tibi disperdas.*] Sic vero illos versus corrigit eximius Lipsius lib. 1. Epist. quæst. epist. 5.

An potes, & non vis, rogo? Non est turpius istud

Si tibi: Disperеas Gaure pusillus homo es.

Sed hæc lectio non minus intricata. Quid si ita?

An potes, & non vis? Rogo non est turpius istud

Sic tibi? Dispeream, Gaure, pusillus homo es.

Pusillus homo es.] Μικρόλογος, parvi animi. *a base fellow.*

Ad Dindymum. LXXXIII.

Insequeris, fugio; fugis, insequor; hæc mihi mens est.
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

1. *Insequeris, &c.*] Disparia nobis studia, voluntates diversæ. Sic ep. 47. lib. 12. vide & epigrammate 47. supra.

Ad Gallam. LXXXIV.

Jam tristis nucibus puer relictis
Clamoso revocatur à Magistro:

Et

Queritur nil sibi Xeniorum à Galla missum Saturnalibus, se tantundem Gallæ remissurum Martialibus.

1. *Nucibus puer relictis.*] Pueris nucum lusus indultus fuit in Saturnalibus, viris alea, finitis vero Saturnalibus, revocabantur in scholam pueri à magistris. *Plinius epist. 7. lib. 8.* alea viris inhibita, cujus animadvertendæ cura ad Ædiles spectabat.

2. *Revocatur.*] In scholam scilicet. Nam Saturnalibus ferventibus cessa-

Et blando male proditus fritillo,
Arcanâ modo raptus è popinâ,
Ædilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota.
Nec munuscula parva, nec minora
Misisti mihi, Galla, quæ solebas.
Sane sic abeat meus December.
Scis certe puto vestra jam venire
Saturnalia, Martias Kalendas.
Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.

cessabant scholæ: exactis aperiebantur.

3. *Proditus.*] A rotati concussique fritilli sono proditus Ædili ganeas perquirenti. *Fritillo.*] Epigr. 14. lib. 4. ℣. 8.

4. *Arcanâ modo, &c.*] Palam ludere post Saturnalia nefas erat. *E popina.*] Ubi lurcones, ganeones & aleatores ab Ædilibus vestigabantur. Senec. lib de Vita Beata, cap 8.

5. *Ædilem rogat.*] Neque enim jus Ædili in aleatores, Saturni tempore: quo elapso, pristina eidem auctoritas. Martial. lib. 13.

Nec timet Ædilem moto spectare fritillo.

Saturnalibus enim totum aleatorium calfaciebant. *Rogat.*] Ut sibi parcat, nec in jus trahat. *Udus aleator.*] Vino madens.

6. *Saturnalia transiere tota.*] Epigr. 89. lib. 4. ℣. 2.

9. *Sane sic abeat, &c.*] Nihil mihi misisti nostris Saturnalibus Decembr. nihil tibi mittam Calendis Martiis. Quæ vobis tanquam Saturnalia sunt, & in quibus celebratus erat natalis Veneris, missaque mulieribus munera à maritis & amatoribus. vide tit. Apophoreton. lib. 14.

11. *Saturnalia, Martias Calendas.*] Juvenalis Sat. 9.

Munera fœmineis tractas secreta Calendis.

Sed nihil tritius in tota antiquitate. Idcirco autem docet amandi magister, ne eo tempore puellarum captentur amicitiæ: quia solent tunc temporis plurima pro jure suo flagitare: dicit enim:

Magna superstitio tibi sit natalis amicæ
Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM LIBER VI.

Ad Julium Martialem. I.



Sextus mittitur hic tibi libellus,
In primis mihi care Martialis:
Quem si terseris aure diligenti,
Audebit minus anxius tremensque,
Magnas Cæsaris in manus venire.

AD Julium Martialem mittit castigandum novum libellum, ut exire securius, & in manus Cæsaris venire posset.

2. *Martialis.*] Ad quem, lib. 5. epigramm. 21.

3. *Si terseris, &c.*] Si acri digiti, auris, judicii censura castigaris. *Terseris.*] Ad spongiam ergò alludere videtur, de qua supra lib. 4. epigr. 10.

5. *Magnas Cæsaris, &c.*] Cæsareas. sic epigr. 8. lib. 4. ✠s. 10. *Magnas.*] Sunt qui legant *Magni.* *Cæsaris.*] Domitiani.

Adulatorium. II.

LUsus erat sacræ connubia fallere tedæ:
Lusus & immeritos exsecuisse mares.
Utraque tu probibes, Cæsar, populisque futuris
Succurris, nasci quos sine fraude jubes.
Nec spado jam, nec mœchus erit, te præside, quisquam:
At prius (ô mores) & spado mœchus erat.

De

1. *Lusus erat, &c.*] Pro ludo habebantur adulteria.

2. *Lusus & immeritos.*] Suetonius. *Castrari mares vetuit.* Spadonum qui apud mangones erant, pretia moderatus est. Papinius IV. Sylv. de hoc edicto Domitiani:

Qui fortem vetat interire sexum,
Et censor probibet mares adultos
Pulchræ supplicium timere formæ.

Hoc autem ideo vetuit, quia cum memoriam Titi fratris odio haberet, & is Eunuchos amasset, hoc in ejus contumeliam edictum proscribendum censuit. Xiphilinus in Domitiano. *Herald.* *Execuisse mares.*] Castrare. *Exsecuisse.*] Exsecare, ἐκτέμνειν. Sic *circumsectos.* Judæos dixit Sueton. in Domitian. quos *circumcisos* vulgo appellamus.

3. *Probibes, &c.*] Edictis. Sueton. Domit. cap. 7. Xiphilin. Dom. Dio. Amm. Marcellin. lib. 18. Papin. 4. Sylv.

4. *Sine fraude jubes.*] Legitime, non ex adulterio.

6. *Et spado, &c.*] *Eleganter utrunque conjungit Poëta.* vide Juv. Sat. 1. ✠s. 22. & Sat. 6. ✠s. 367. & epigr. 67. lib. 6. unde huic lux.

* Ex

De * filio Domitiani. III.

NAſcere Dardanio promiſſum nomen Iülo,
Vera deûm ſoboles: naſcere magne puer.
Cui pater æternas poſt ſecula tradat habenas,
Quique regas orbem cum ſeniore ſenex.
Ipſa tibi niveo trahet aurea pollice fila,
Et totam Phryxi Julia nebit ovem.

* Ex Domitia uxore, cujus meminit Suet. cap. 3. Neque enim placet hoc de conceptu Juliæ, quem ipſe pater & patruus abortivum eſſe voluit, intelligi; ut vult Calderinus.

1. *Naſcere.*] Naſcentem puerum alloquitur poëta, vel potius natum & creſcentem; ſicut ſtirpem dicimus naſci dum creſcit. *Dardanio.*] Trojano. à Dardano. *Promiſſum, &c.*] Imitatio Virgiliana.

Julius à magno demiſſum nomen Iülo.
1. Æneid. &
Chara deûm ſoboles, &c. —
hæc autem *vera*, Domitiani ſcilicet Dei ac Domini. epigr. 8. lib. 5.

3. *Habenas.*] Imperium Romanum.

4. *Quique regas, &c.*] Imit. Ovidiana. *Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes: & olim Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.* 2. Triſt. ꝟſ. 165.

5. *Ipſa tibi niveo, &c.*] Parcæ Deæ dabunt patrueli tuæ Juliæ filiæ Titi, partes ſuas: atque Julia pro amore ſuo tibi nebit pollice niveo (qui longævitatem figurat) fila aurea, quæ ſummam portendunt felicitatem. namque ex diſciplina Hetruſcorum aries inſolito colore indutus, regi vel Imperatori omnium rerum largitionem portendebat. vide quæ ad ꝟſ. 228. Thyeſt. Senecæ.

6. *Phryxi, &c.*] Vellus aureum, quale erat arietis illius quo Phryxus vectus è Bæotia in Colchos tranſfretavit. *Julia.*] Titi filia, neptis Domitiani. Illa ergo Domitiani filium non poterat non, ut pote ſanguinem patrui, amare: ſive amarit, ſive oderit, hoc poëta ex decoro fingit. Senſus ergò eſt: Julia quaſi dea, Parcarum loco tibi naſcenti, natoque nebit felicia vitæ ſtamina & aurea fila, totumque vellus aureum, id eſt, meram felicitatem.

Adulatorium. IV.

CEnſor maxime, principumque princeps,
Cum tot jam tibi debeat triumphos,
Tot naſcentia templa, tot renata,

Tot

Laudat Domitianum, quod legem Juliam de ſtupris; & Scatiniam de impudicitia, & adulteris puniendis revocarit, atque hiſtrionibus ſcenam interdixerit; pueros caſtrari à mangonibus vetuerit, &c. præfertque hanc Cæſaris laudem & factum, cæteris omnibus ſeu triumphis, ſeu templis.

1. *Cenſor maxime.*] Cenſuram ſibi aſſumpſit maximam. Suet. c. 8. perpetuam. Dio. *Principumque.*] Imperator.

2. *Triumphos.*] Ex Dacis ſc. Cattis & Sarmatis. epigr. 2. lib. 2. ꝟſ. 6. & epigr. 19. lib. 5. ꝟſ. 3.

3. *Tot naſcentia.*] Tot nova, & ab integro ex fundamentis erecta, & tot renata ſeu reſtituta. Sueton. cap. 5. Eutrop. lib. 7. Caſſiod. Chron.

Tot spectacula, tot deos, tot urbes:
5 Plus debet tibi Roma, quod pudica est.

4. *Tot spectacula.*] Suet. cap. 4. vide epigr. 19. lib. 5. ibid. *Tot deos, &c.*] Novos Deos, seipsum, patrem, fratrem & Julium, cum antiquis, Jove custode, Hercule, Fortuna reduce, Jano, &c. Xiphilin. & Sueton. vide epigramm. 19. lib. 5.
5. *Pudica est.*] Vide quæ ad ep. 2. supra.

Ad Cæcilianum. V.

RUstica mercatus multis sum prædia nummis:
Mutua des centum, Cæciliane, rogo.
Nil mihi respondes? tacitum te dicere credo:
Non reddes: ideo, Cæciliane, rogo.

3. *Nil mihi respondes.*] Id est, tacitè negas: nam silentium tuum honesta denegatio est. *Tacitum, &c.*] Tacendo videris dicere me non redditurum.
4. *Ideo, &c.*] Ut non reddam, rogo gratis & dono, non mutuo.

Ad Lupercum. VI.

COmœdi tres sunt: sed amat tua Paulla, Luperce,
Quattuor, & κωφὸν Paulla προσώπον amat.

Scoptice excusat Paullam quod amet quatuor comœdos, inquiens eam non facere præter legem Dramatis. quamvis enim in scena plures tribus simul loqui non conveniat, inducitur tamen sæpe persona quarta, quæ vel muta est vel loqui non laborat: id est parce loquitur. Sed, mentem Poëtæ petat, qui volet, ex epigrammate 33. libro 9. vers. 3.

De Thelesina. VII.

JUlia lex populis ex quo, Faustine, renata est;
Atque intrare domos jussa Pudicitia est:
Aut minus, aut certe non plus tricesima lux est,
Et nubit decimo jam Thelesina viro.
5 Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est.
Offendor mœchâ simpliciore minus.

Ad

1. *Julia lex populis, &c.*] Ex quo tempore Domitianus revocavit legem Juliam à C. Julio Cæsare Octaviano contra adulteros latam. vide Suet. Domit. 7. & cap. 8. & supra epigr. 2. & 4. primum hoc distichon in ed. Scriveriana desideratur, consilione ipsius? an incuria Typographica? hoc videtur ex lemmate, ubi Faustini mentio.
3. *Aut minus, &c.*] Intra mensem vel 30. dies Thelesina nupsit decies.
5. *Non nubit, &c.*] Fraudem facit legi, conjugii nomine prætexit adulterium, vim legis eludit, neque jam uxor, est sed adultera legitima. epig. 76. lib. 5. vide & 22. epigr. infra.
6. *Mœchâ, &c.*] Quæ simpliciter mœcha est, neque legem ipsasque nuptias adulterat. epigr. 88. lib. 1. & epigr. 42. lib. 3.

3. Pra-

Ad Severum. VIII.

PRætores duo, quattuor tribuni,
Septem cauſſidici, decem Poëtæ,
Cujuſdam modo nuptias petebant
A quodam ſene. non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam.
Dignum quid fatuo, Severe, fecit?

1. *Pratores duo, &c.*] Honores ait jacere & bonas artes: in pretio eſſe citharœdos, choraulas, præcones, uti & queritur Juvenal. Satyr. 3. vide & lib. 5. epigr. 57.

5. *Præconi dedit, &c.*] Iis enim temporibus præconum fortuna ad invidiam uſque lauta; quod Martiali indignationem excitabat ſupra epigr. 58. l. 5. At olim infimorum & miſerorum homunciorum miniſterium erat. *Her.*

6. *Dignum quid fatuo, &c.*] Immo ſapienter fecit, pro more hodierno locandarum filiarum: qui tenuioris conditionis hominibus prælatum elegit generum artis pecunioſæ. epigr. 57. l. 5. Alii leg. *Dic nunquid fatuè, Severe, fecit?*

Ad Lævinum. IX.

IN Pompejano dormis, Lævine, theatro:
Et quereris, ſi te ſuſcitat Oceanus?

1. *Dormis, Lævine, &c.*] Vel, ſimulas ſomnum, ne ejiciaris à deſignatore Oceano.

2. *Te ſuſcitat Oceanus.*] Ludit in ambiguitate τῦ *ſuſcitat.* quod ſignificat, excitare è ſomno & ex equeſtribus ſedibus. epigr. 94. lib. 3. ꝟſ. 10. & epigr. 8. lib. 5.

Petit latenter à Domitiano pecuniam. X.

PAuca Jovem nuper cum millia forte rogarem:
Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.
Templa quidem dedit ille Jovi: ſed millia nobis
Nulla dedit: pudeat pauca rogaſſe Jovem.
At quam non tetricus, quam nullâ nubilus irâ,
Quam placido noſtras legerat ore preces!
Talis ſupplicibus tribuit diademata Dacis:
Et Capitolinas itque reditque vias.

2. *Ille dabit.*] Domitianus.

3. *Templa quidem, &c.*] Suet. Domit. c. 5. vide & epigr. 1. l. 5. ꝟſ. 11.

4. *Pudeat pauca.*] Al. *Pudet heu, Pauca rog.*

5. *At quam non tetricus.*] Carmen tamen vel libellum ſupplicem legit vultu non minus ſereno, quam quo jura victis dat, quam quo triumphat.

7. *Dacis.*] Epigr. 3. lib. 5.

8. *Capitolinas itque, &c.*] Capitolium aſcendit triumphans per viam ſacram.

Dic precor, ô nostri dic conscia virgo Tonantis:
Si negat hoc vultu, quo solet ergo dare?
Sic ego: sic breviter posita mihi Gorgone Pallas:
Quæ nondum data sunt, stulte, negata putas?

9. *Conscia virgo.*] O Pallas, familiare Domitiani numen, quam eximiè colit, & cujus filium se esse vult. epigr. 1. lib. 4. ℣s. 5. Scitè Palladem interrogat: nam ipsum Domitianum interrogare, quare nil donarit, & verecundiæ & impudentiæ fuisset. *Tonantis.*] Domitiani. vide lib. 5. epigr. 1.

11. *Sic ego, &c.*] Sic ego quærebam inquit Martialis, sic autem Pallas respondit. *Posita mihi.*] Personam scilicet induta mitem. ita Silius, *Jam bellica Virgo Ægide deposita, &c.* vel alludit ad statuam Palladis in Capitolio positam sine ægide, ut quam Domitianus habet. epigr. 179. lib. 14. *Gorgone.*] Scuto, cui pictura Medusei capitis inerat.

12. *Quæ nondum, &c.*] Exspecta modo, dabit, neque enim negavit quia non statim dedit.

In Marcum. XI.

QUod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes,
Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem.
Nec melior panis, turdusve dabatur Oresti:
Sed par, atque eadem cœna duobus erat.
Tu Lucrina voras: me pascit aquosa Peloris:
Non minus ingenua est & mihi, Marce, gula.
Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit:
Vis te purpureum, Marce, sagatus amem?

Ut

1. *Quod non sit Pylades, &c.*] Quod nullum hodie reperiatur amicorum par, non est mirum cum nulla inter eos, qui amici esse volunt, inveniatur conditionum paritas, rerum communio, aut studiorum similitudo. Orestis cum Pylade amicitia vel pueris audita.

3. *Nec melior panis, &c.*] Vide epigramm. 43. lib. 2. & epigr. 59. lib. 3. E Codd. Petr. Scriv. reponit, *rhombus*, Alii habent *pavus*.

5. *Lucrina voras.*] Ostrea Lucrina, quæ in laude erant & pretio. *Aquosa Peloris.*] Flaccida concha & sine collo, à Peloro Siciliæ promontorio dicta.

6. *Non minus, &c.*] Non mihi minus exacta est tenuis saporum ratio, nec minus deliciarum cupido quam tibi.

7. *Cadmea.*] Epigr. 43. lib. 2. ℣s. 7. *Pinguis Gallia vestit.*] Sagum Gallicum crassioris villi, vide epigramma 19. libro 4. & Juvenal. Satyr. 9. ℣s. 30. Pinguiores enim crassioresque olim vestes à textoribus Gallis. Juvenalis Satyr. ix.

—— Pingues aliquando lacernas,
Et malè percussas textoris pectine Galli
Accipimus.

Pingues lacernas dicit Juvenalis *παχείας*.

8. *Sagatus amem.*] Dixit: *Me pinguis Gallia vestit.* Sagum autem Gallicum erat: quin & ipsum nomen, si credimus Isidoro, Sed & Hispanicum.

10. *Marce,*

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Orestem.
Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama.

10. *Marce, ut ameris, ama.*] Verum præceptum, & è sapientiæ fontibus. Seneca Epist. 9. Hecaton ait: *Ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine: Si vis amari, ama.*

De Fabulla. XII.

JUrat capillos esse, quos emit, suos
Fabulla: numquid, Paulle, pejerat? nego.

1. *Suos.*] Mentali quidem restrictione ambigui *suos*, ad emptitios scilicet, non nativos. sic epigr. 20. lib. 2. & epigr. 30. lib. 1.

2. *Nego.*] Supplet è duobus codd. Scriverius, cum antea claudicaret jambus, monstrose vulg. quinarius. Alii leg. *numquid illa, Paulle, pejerat?*

De statua Juliæ. XIII.

QUis te Phidiaco formatam, Julia, cælo:
Vel quis Palladiæ non putet artis opus?
Candida non tacitâ respondet imagine Lygdos,
Et placido fulget vivus in ore liquor.
Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo,

Quem

Statuam è candidissimo marmore Domitianus Juliæ, quam impensius amabat, exædificavit, argumentum amoris, quem perceptum, Juliæ manu hærentem declaravit, cum eo se percussum, ut olim Jupiter à Junone, & Mars à Venere significaret; illumque cestum ait poëta, tam verum & potentem, ut videatur ab ipsius Cupidinis collo detractus, imò qui vincat eundem; ut si Juno aut Venus cestum desideret, possit illum non jam à Cupidine, sed à Julia mutuum accipere. *Rad.*

1. *Quis te Phidiaco, &c.*] Quis statuam tuam finxit tanto artificio, ut Phidiæ eximii toreutis superasse, ipsiusque Palladis artem æquare videatur? *Julia.*] Filia Titi Imp. & Martiæ Furvillæ, cui impensius amat. Domitianus patruus insignem statuam tenentem manu cestum, quo se percussum innueret, erexit. *Cælo.*] Stilo sculptorio.

3. *Non tacitâ, &c.*] Ad vivum ita expressa, ut loqui videatur. *Lygdos.*] Marmor Lygdinum. è Tauro & Arabia. epigr. 42. infra.

4. *Vivus in ore liquor.*] Omnino hæc vera lectio: sed quid sibi velit, ostendit Gronovius Diatribis ad Stat. capite XXIV. circa finem pag. 153. Vivus liquor est succus ille & sanguis faciei qui splendet è viventi, viva veraque facie: ille fulget in hac statua: loqui putes, & vivo succo os accendi. *Decor.*] MSS. quidam præferunt *liquor*, splendor scilicet resultans ex statuâ Juliæ, & fulgor defluus oculos præstringens. Turneb. lib. 23. cap. 28.

5. *Ludit.*] Lubidunda & velut tenera ac molli manu gerit cestum, id est, baltheum amoris potentem, Cupidini ereptum, quo Martem Venus, Jovem Juno tactum ad amorem accendere fertur. vide Gyraldi Syntag. 13. de Venere. *Acidalio, &c.*] Venus Acidalia dicta est ab ἀκίδας id est curas quas injicit: vel ab Acidalio fonte in Orchomeno Bœotiæ quo se lavare Gratiæ ferebantur, in hoc autem cingulo omnes

Quem rapuit collo, parve Cupido, tuo.
Ut Martis revocetur amor, summique Tonantis,
A te Juno petat ceston & ipsa Venus.

nes inesse Gratias & Veneres canit Homer. Il. ξ. *Acidalius nodus* seu Cupidineus, pro cesto sumitur, quo percussura videtur Domitianum.

7. *Ut Martis, &c.*] Juno & Venus tanquam minores Deæ à te (ubi conciliatos volunt Jovem & Martem) petant cingulum hoc, quo tu incendis Domitianum Deum & Dom. nostrum. *Revocetur.*] Alii *renovetur*, non ineptè.

8. *Ceston & ipsa Venus.*] Modo. ℣. 5. *Acidalius nodus.*

In Laberium. XIV.

VErsus scribere posse te disertos
Affirmas, Laberi: quid ergo non vis?
Versus scribere quis potest disertos,
Non scribat Laberi; virum putabo.

Difficile Poëta affirmat ingenium excellens artem non ostentare: nullumque fere esse, qui cum aliquid se scire præter cæteros putet, nolit hoc alios de se scire.

2. *Laberi.*] Alius hic à Laberio mimorum scriptore.

4. *Virum putabo.*] Qui possit famam & gloriam contemnere, non ostentando artem suam ac scientiam.

De formica succino inclusa. XV.

DUm Phaëthontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem succina gutta feram:
Sic modo quæ fuerat vitâ contempta manente,
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

1. *Phaëthontea, &c.*] Populea, vide epigr. 25. lib. 4. ℣. 2.

2. *Feram.*] Formicam.

4. *Funeribus facta est, &c.*] Simile de vipera, epigrammate 59. libro 4. vers. 5.

Ad Priapum. XVI.

TU qui pene viros terres, & falce cinædos,
Jugera sepositi pauca tuere loci.
Sic tua non intrent vetuli pomaria fures;
Sed puer, aut longis pulchra puella comis.

In

1. *Viros terres, &c.*] Fortes, nec falcem quam manu geris, timentes; sed te custodem ἀνδρογονίῳ aversatos. epigrammate 36. lib. 1. ℣. 15. *Cinædos.*] Molles, sed falcem tuam veritos. Gronovius hic legendum censet: *Tu qui falce viros terres, & pene cinædos.*

2. *Jugera sepositi, &c.*] Hortum. epigr. 57. lib. 3. ℣. 47.

3. *Sed tua.*] Gruterus legendum censet è MSS. *Sic tua, &c.*

4. *Puer, puella comis.*] Qui talione luant pœnas, si intrarint hortum.

1. *Cin-*

In Cinnamum. XVII.

CInnam, Cinname, te jubes vocari.
Non est hic, rogo, Cinna, barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses,
Fur istâ ratione dicereris.

1. *Cinnam.*] Ut habearis nobilis, & Cinnâ, consulari quidem, sed crudeli viro oriundus. *Cinname, &c.*] Tonsor. de quo epigr. 63. lib. 7.

4. *Istâ ratione dicereris.*] Barbarâ hac Apocope.

Epitaphium Salonini, ad Priscum. XVIII.

SAncta Salonini terris requiescit Iberis,
Qua melior Stygias non videt umbra domos.
Sed lugere nefas, nam qui te, Prisce, reliquit;
Vivit, quâ voluit vivere parte magis.

1. *Sancta Salonini.*] Propriè *Sancta*: nam Manes sancti. vide Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 3. Virgil. XI. Æneid. *Tuque ô sanctissima conjux Felix morte tua.* Nota etiam *felix* μακαρίτης: Et *Deorum manium jura sancta sunt*, apud M. Tull. lib. II. de Legib. Et *Sanctitas* propriè *justitia ergà manes*, ut idem ait in Topicis. Rectè igitur in gloss. *Sanctus*, ὅσιος, ἅγιος. *Herald. Terris requiescit Iberis.*] In Hispania.

2. *Qua melior, &c.*] Quâ umbrâ non est alia apud inferos sanctior.

3. *Sed lugere, &c.*] *Absint inani funere naeniæ, &c.* Horat. ode 20. lib. 2. quia *multa pars mei Vitabit Libitinam. usque ego postera Crescam laude recens:* inquit idem ode 30. lib. 3. Magna quidem ejus pars est superstes, cui superest gloria ex claris factis, & ex bene meritis, nominis celebritas. sed alia hic mens Poetæ nostri & ratio Pythagorica, φίλων σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. vivit itaque melior Salonini pars in eo quod te superstitem reliquerit, quem vel anima sua chariorem habuit.

In Postumum caussidicum. XIX.

NOn de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.

1. *Non de vi, &c.*] Ineptos hujusmodi & umbraticos caussidicos, qui figurarum tumore & sententiarum vanissimo strepitu crepantes, nihil ex iis quæ in usu sunt aut vident aut loquuntur, exagitat Petronius statim ab initio Sat. Ita hic Postumus vel ex alia oratione (ut ait Cicero pro Roscio Amerino) quam in alium reum fuerat commentatus hæc declamavit: vel arcessitos hos artis colores & purpureum, qui late splendeat, pannum assuit caussæ levi, quam actam oportuit de tribus capellis. vide Lucilli epigramm. lib. 2. cap. 46. Antholog unde hoc expressum. vide & Lucianum in Ῥητόρων διδάσκαλον.

2. *De tribus capellis.*] De re levi contendebam cum adversario; & tu perinde ac si de imperio orbis ageretur, memoras gravissima bella, quasi dicat, omitte hæc & redi in viam.

Vicini queror has abesse furto.
Hoc judex sibi postulat probari:
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et perjuria Punici furoris,
Et Syllas, Mariosque, Mutiosque
Magna voce sonas, manuque totâ.
Jam dic, Postume, de tribus capellis.

5. *Tu Cannas, &c.*] Tu nescio quid grande sonas de elade Cannensi, bello cum Mithridaté, Hannibale, Porsenna, quem Mutius Scævola adortus est, epigr. 22. lib. 1. & bellis eivilibus Marii & Syllæ. extra chorum quidem, & mira de lente.

8. *Manuque totâ.*] Omni gestu & actionis vitibus. ita magno conatu magnas nugas agis.

In Phœbum. XX.

MUtua te centum sestertia, Phœbe, rogavi:
Cum mihi dixisses, exigis ergo nihil?
Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus
Teque decem crucias: jam rogo, Phœbe, nega.

1. *Mutua te centum.*] Heie est χαρακτὴρ hominis vani, & ut ajebat Comicus, lingua factiosi, inertis opera & sublesta fide. Multi reperiuntur ejusmodi, qui non modo facile promittunt, sed sese ultrò offerunt; quorum amicitiam si vis experiri, nihil invenies alienius. *Herald.*

2. *Cum mihi dixisses, &c.*] Quæ est oratio hominis prompti ad beneficia conferenda. Cum ipse me sæpe hortatus fueris prius ut aliquid à te peterem. Jam tàmen dubitas, cunctaris, &c.

3. *Inquiris, dubitas.*] Solicitus es, qualis ille infieiator ac fraudulentus solet, ut observat Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 17. Al. *anquiris.*

4. *Nega.*] Amarum est diu pendere, æquius erat mihi spem præcidi, tibi metum; quam utrumque sic trahi, sic eruciati. vide Senec. de Benef. lib. c. r. & epigr. 30. infra. & lib. 7. epigramma 42.

De Stella & Ianthide. XXI.

PErpetuam Stellæ dum jungit Ianthida vati
Læta Venus, dixit: plus dare non potui.
Hæc coram dominâ: sed nequius illud in aurem,
Tu ne quid pecces, exitiose, vide.

Sæpe

1. *Perpetuam Stellæ, &c.*] Cum Venus Violantillam duram diu & inexorabilem jungeret tandem connubio stabili Stellæ Poëtæ, dixit; cape munus quo non potui dare majus. Papin. sylv. 1. *Ianthida vati.*] Diminutiv. ab ἴον, ut Violantilla à viola.

3. *Dominâ.*] Violantilla.

4. *Pecces exitiose, vide.*] Amore furens & zelotypia.

5. Cels-

Sæpe ego laſcivum Martem furibunda cecîdi,
Legitimos iſſet cum vagus ante toros.
Sed poſtquam meus eſt, nulla me pellice læſit:
Tam frugi Juno vellet habere Jovem.
Dixit, & arcano percuſſit pectora loro.
Plaga juvat: ſed tu jam dea cæde duos.

5. *Cecîdi.*] Ceſto illum mihi conciliatura. epigr. 13. ſupra.
6. *Vagus ante toros.*] Adulteriis.
8. *Tam frugi, &c.*] Tam continentem & thalamo ſuo fidelem.
9. *Arcano loro.*] Arcanæ virtutis baltheo. de quo ſupra epigrammate 13.
10. *Plaga juvat*] Ut illam amet. *Sed tu jam, &c.*] Ut Stella Violantillam & hanc ille viciſſim mutua amoris fide amplectatur.

In Proculinam. XXII.

Quod nubis, Proculina, concubino,
Et mœchum modo, nunc facis maritum;
Ne lex Julia te notare poſſit:
Non nubis, Proculina, ſed fateris.

2. *Mœchum modo, &c.*] Qui modo mœchus erat. Μοιχεύειν μὲν θέλουσιν ἐν λανθάνουσι χρόνον, γαμεῖν δὲ ὡς ἐμφιχθῶσιν, ὅταν ἐπ' αὐταῖς ληφθῶσι. Apollonius apud Philoſtratum, lib. 8.
3. *Lex Iulia, &c.*] Supra epig. 7. verſ. 2. & epigr. 2. & 4.
4. *Non nubis, &c.*] Supra epig. 7. verſ. 5. & epigr. 76. lib. 5. & epigr. 75. lib. 1. *Sed fateris.*] Illum fuiſſe mœchum.

In Leſbiam. XXIII.

Stare jubes noſtrum ſemper tibi, Leſbia, penem;
Crede mihi, non eſt mentula, quod digitus.
Tu licet & manibus, blandis & vocibus inſtes:
Contra te facies imperioſa tua eſt.

Σύγχρονοι fuerunt Martialis & Juvenalis. acumen ſæpe convenit, & vel Philo Platoniſſat, vel Plato Philoniſſat. uter utri acceptum ferat utriuſque interpres non dico. verum hoc epigrammate vide expreſſum Satyr. 6. Juvenalis verſ. 196. ibidemque expoſitum.

De Chariſiano. XXIV.

Nil laſcivius eſt Chariſiano;
Saturnalibus ambulat togatus.

Laſciviæ id eſſe in Chariſiano jocatur, quod revera paupertatis erat: ut cui non erat veſtis cœnatoria quam ſumeret in Saturnalibus; ubi Senatores & equites poſitis togis induebant ſyntheſes. vide epigr. 141. lib. 14. & Lipſ. 1. Sat. 1. æque, inquit, laſcivum eſt gravitatem inducere, ubi cæteri pro ritu civitatis laſciviunt, ac laſcivire ubi cæteri cives gravia agunt.

Ad Marcellinum. XXV.

Marcelline boni soboles sincera parentis,
Horrida Parrhasio quem tegit ursa jugo:
Ille vetus pro te patriusque quod optat amicus,
Accipe, & hæc memori pectore vota tene:
Cauta sit ut virtus, nec te temerarius ardor
In medios enses, sævaque tela ferat.
Bella velint, Martemque ferum rationis egentes:
Tu potes & patriæ miles, & esse decus.

Marcellinum in Dacia, tirocinia militaria ponentem, monet, ut cautè fortis sit. illum nihilominus, ut Ulyssem, patriam propugnare, eique decus immortale parere posse. *Rad.*

1. *Sincera parentis.*] Vera, ingenua, ingenio, moribus, pectore patrem referens, fortis forti create: purum aurum à puro auro.

2. *Parrhasio quem, &c.*] Qui mereris tyro in Dacia, quæ spectat ad Septentrionem. militasse eum in Dacis & Getis restantur epigr. 46. lib. 9. & epigr. 79. lib. 7. de Parrhasia ursa, vide ✱. 3. epigr. 11. lib. 4.

3. *Ille.*] Ego. *Patrius amicus*] Fuit enim familiaris patri, cujus caussa amavit filium.

7. *Bella velint, &c.*] Temere pugnent furiosi, tu caute & uti fortem decet; qui *non timebit, cavebit tamen.* Senec. epist. 85. & Arist. Eth. 3. lib. habes enim in te artium ornamenta quibus togatus non minus quam armatus patriam cohonestare possis. *licet eminus esse fortibus, Antæo nocuit temeraria virtus.*

8. *Tu potes, &c.*] Alii leg. *Tu potes & patris miles & esse ducis.* Vide Turneb. lib. 25. cap. 27. non placet.

De Sotade. XXVI.

Periclitatur capite Sotades noster.
Reum putatis esse Sotadem? non est.
Arrigere desit posse Sotades: lingit.

1. *Periclitatur capite.*] In judicio rei dicuntur *capite periclitari.* Sotaden λείχοντα, capitis vel oris ministerio maleusum, *capite periclitari* ait. qui patitur, *ore morigerari*; qui agit, *capiti illudere* rectius & ambigue dicitur.

Ad Nepotem. XXVII.

Bis vicine nepos (nam tu quoque proxima Floræ
Incolis, & veteres tu quoque Ficelias)

Nepotem vicinum hortatur ad genialem vitam.

1. *Bis vicine nepos, &c.*] Duplici modo ait Nepotem sibi esse vicinum: primo in urbe Roma circa Floræ templum: tum in Sabinis, Ficeliarum oppido: inter quod & Nomentum Martialis prædium habuit. Cluv. Ital. l 2. c. 9. *Proxima Floræ.*] Epigr. 23. l. 5. ✱. 4.

2. *Ficelias.*] Oppidum in Sabinis. Alii

Est tibi, quæ patria signatur imagine vultus,
Testis maternæ nata pudicitiæ.
Tu tamen annoso nimium ne parce Falerno:
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia, sit locuples, sed potet filia mustum;
Amphora cum dominâ, nunc nova fiat anus.
Cæcuba non solos vindemia nutriat orbos:
Possunt & patres vivere, crede mihi.

Alii leg. *Fregellas:* alii *Ficedulas:* illud frigidè sanè & contra versum: hoc æquè obscurè ac Ficelias: rurine illæ ne fuerint, an in urbe. alii *Ficuleas.* vide Brod. Miscell. 10. lib. 28. cap.

3. *Est tibi.*] Procreasti filiam tui simillimam, quæ planè refert omnibus oris lineamentis patrem, quod argumento est, esse tibi uxorem castam, & filiam hanc legitimam. *Rad.* *Patris signatur, &c.*] Sic Catullus in nuptiis Juliæ & Torquati: *Sit suo similis patri, &c.* mox, *Et pudicitiam suæ matris indicet ore.* & Horat. *Laudantur simili prole puerperæ.* Al. *Patria.* Et sic Gruterus ex MSS. non *patrii.* Sed ut illius elegantia intelligatur, sciendum τὸ *vultus* esse accusativum pluralem: *Signata vultus patria imagine*, est in vultibus signatam patriam imaginem habens. Notus hellenismus. *Gronovius.*

5. *Tu tamen annoso, &c.*] Ne parce veteri vino, verum bibe uti ante natam filiam; nec reconde vina, sed nummos illi relinquendos. epigr. 126. lib. 13.

7. *Mustum.*] Non vinum à te reconditum, sed quod ipsa levit, & quod cum ipsa simul consenescat.

8. *Amphora, &c.*] Quo enim die, seu mas, seu fæmina nata, condebant vinum novum, ut cùm prole cresceret, & die natali inde tantum hauriretur.

9. *Cæcuba non solos, &c.*] Non orbis tantum, sed & iis qui liberos habent liceat genialiter vivere & cæcubi culullos exhaurire.

Epitaphium Glauciæ. XXVIII.

Libertus Melioris ille notus,
Tota qui cecidit dolente Roma,
Cari deliciæ breves patroni,
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Juncto Flaminiæ jacet sepulchro:
Castus moribus, innocens pudore,
Velox ingenio, decore felix.

Bis

1. *Libertus.*] Lege epicedion Glauciæ Melioris lib. 2. sylv. Statii. quod huic concinit ac facem præfert. *Melioris.*] Mel. Attedii.

3. *Breves.*] Puer enim extinctus. *Patroni.*] Melioris Attedii, qui Glauciam etiamnum infantem propter formam & ingenium manumiserat. epigr. seq.

5. *Flaminiæ, &c.*] Via Flam. extra urbem, in qua tumuli frequentes.

6. *Innocens pudore.*] Al. *integer pudore.*

8. *Messi-*

Bis senis modo messibus peractis
Vix unum puer applicabat annum.
Qui fles talia, nil fleas viator.

8. *Messibus peractis.*] Alii, *mensibus.* vitiosissime. unde enim bimulo ingenium, mores casti, pudor, &c. prædicta?

9. *Vix unum, &c.*] Prope erat tredecennis.

10. *Qui fles talia, &c.*] Qui Glauciæ fatum immaturum atque Melioris miseram orbitatem defles, sis precor felix, neque habeas ex tuo quod fleas. ut lib. 10. epigr. 61.

De eodem. XXIX.

NOn de plebe domus, nec avaræ verna catastæ,
Sed domini sancto dignus amore puer:
Munera cum posset nondum sentire patroni,
Glaucia libertus jam Melioris erat.
Moribus hoc formæque datum. quis blandior illo?
Aut quis Apollineo pulchrior ore fuit?
Immodicis brevis est ætas, & rara senectus.
Quid-

1. *Non de plebe domus.*] Non pars Niliacæ plebis aut Alexandrinæ, non è familia plebeja. *vel*, non è grege atque turba domesticorum servorum. sic l. 8. epigr. 51. *Avaræ.*] Avarorum mangonum quibus hinc quæstus. *Verna, &c.*] Neces verna venalitius, ita natus domi, ut venum in catasta cum reliquis servis exponerêre: sed ita natus, ut meritò à Meliore amarêre. Statius:

Non te barbaricæ versabat turbo catastæ.

Epigr. 42. lib. 1. ℣s. 1. *Catastæ.*] Pegmatis lignei, quo venalès exponebantur servi. à καταστῆναι. Vel ut Raderus exponit: Est machina lignea longaque, compedis forma, servis credo venalitiis injecta: unde dicti ipsi servi *catasti.*

3. *Munera, &c.*] Infans enim manumissus est. Vide & epigr. præced. vers. 3.

6. *Apollineo, &c.*] Formoso, instar Apollinis.

7. *Immodicis brevis est, &c.*] Pulcherrima quæque brevis ævi sunt. præcox indoles immaturi plerunque fati. τὰ γὰρ περισσὰ σώματα πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις, ἔφασχ' ὁ μάντις. Calchas scilicet referente nuncio Sophocleo in Ajace μεσαγγέλῳ. ex opinione impiâ, Deos invidere eximiæ & enormiori gloriæ. hinc & fascini adhibiti, sputum, salivæ aliæque res turpiculæ, quibus gloriam temperari, arcerique invidiam credebant. *Immodicis brevis est.*] Hæc fuit antiquorum sententia, immodicis & humanam sortem quacunque in re superantibus hominibus invidere Deos; & inde fieri, ne inter nos diurnent. Quare dicebat Cato Censorius: *senilem juventam prœmaturæ mortis esse signum.* Plin. lib. 7. cap. 51. Optabant igitur ne quid nimis placeret, ut præcipit hic Martialis: & nimiam laudationem nocere existimabant. Quidam enim prodiderunt esse homines nimia laudatione effascinantes, vide A. Gell. lib. 9. cap. 4. Et hic propriè *fascinum.* Unde *Præfiscine* dixerunt, ad avertendum fascinum. Notus hic Virgilii locus:

—— Bacchare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Nota *mala lingua*: nam *fascinum* à fando, in-

Quidquid ames, cupias non placuisse nimis.

do, inquit Festus. At Cloatius Verrius quasi *βάσκανον* dictum autumat, & commodè sane & condecenter, ait Gell. lib. 6. cap. 12. Cæterum tota illa opinio ex eo fluxit, quod opinabantur Deos invidere *enormiori gloriæ*, ut loquitur Tertullianus. Impia sententia. Invidiam autem istam ita metuebant, ut eam quocunque modo placare conarentur; & idcirco res turpiculas puerorum collo appendebant, bonæ scævæ caussa, ut notat Varro in libris de Ling. Lat. Quo sanè videtur allusisse Plautus in Milite:

Enim jam dudum gestio, mæcho, hoc abdomen abdimere,
Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.

Et in suis ædibus hæc ἀσελγόσκαυλα (Mutonia appellat γλωσσογράφος) habebant. Plutarch. & Pollux. *Heraldus.*

8. *Non placuisse nimis.*] Ne cito pereat, neque jactura cruciet.

In Pætum. XXX.

SEx sestertia si statim dedisses,
Cum dixti mihi; sume, tolle, dono:
Deberem tibi, Pæte, pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus,
Post septem puto, vel novem Kalendas:
Vis dicam tibi veriora veris?
Sex sestertia, Pæte, perdidisti.

1. *Sex sestertia.*] Sensus est: Si mihi tantum donasses sex sestertia, quum pollicitus es, deberem tibi tantas gratias, quantas solverem, si donasses ducenta. Nunc quia serò admodum & vix tandem, quod promisisti largitus es, amisisti omnem gratiam: qui enim citò dat, bis dat.

3. *Deberem tibi.*] Gratiam aut fœnus pro ducentis sestertiis, id est, pro ducentis millibus sestertiûm. *Rad. Pro ducentis.*] Ac si donasses mihi ducenta sestertia. nam quod exponunt, *sex ratione fœnoris ducentorum*, non placet.

5. *Kalendas.*] Menses.

7. *Perdidisti.*] *Bis dat, qui citò dat, minimi gratia tarda pretii est.* Alciat. embl. 162. vide epigr. 20. supra.

In Charidemum. XXXI.

UXorem, Charideme, tuam scis ipse, sinisque
A medico futui. vis sine febre mori.

De

2. *Vis sine febre mori.*] Valetudinis forte gratia vigilanti stertis naso, & medicum palpas hac, hoc volui dicere munere.

De morte Othonis. XXXII.

CUm dubitaret adhuc belli civilis Enyo,
Forsitan & posset vincere mollis Otho:
Damnavit multo staturum sanguine Martem,
Et fodit certâ pectora nuda manu.
Sit Cato, dum vivit, sanè vel Cæsare major:
Dum moritur, numquid major Othone fuit?

1. *Cum dubitaret.*] Cum adhuc ancipiti, dubioque Marte, Otho cum Vitellio pugnaret. *Enyo.*] Bellona, furor bellicus. epigr. 24. lib. spect. ℣s. 3.

2. *Posset vincere.*] Neque enim se Galbæ opposuisset, nisi sperasset sine bello civili rem geri potuisse; atque ubi jam à Vitellianis ad Bebriacum fraude superato, satis superesset spei, integræque ferè copiæ, supervenientibus & aliis; odio tamen civilium armorum, & ne periret populus, se pugione transfodit. Sueton. Dio. & Tacit. 2. Hist. *Mollis Otho.*] De mollitie ejus, Sueton. cap. 12. & Juven. Sat. 2. ℣s. 102.

3. *Damnavit, &c.*] Civilia bella exosum Othonem, etiam privatum adhuc, refert Suet. cap. 10. Sed pulcherrimè apud Dionem loquitur Otho, quum inquit: *Multo melius est, multoque justius unum pro multis, quam pro uno multos interire. Ego quidem Mutius esse malim, aut Curtius; quam Marius quam Sylla, &c.* *Staturum, &c.*] Alii, *laturum jam:* alii, *saturatum:* ego *staturum* probo, ut ℣s. 2. *Stare* enim pro *constare*, dixit lib. 3. epigramm. 74. ℣s. 8.

5. *Vel Cæsare major.*] Quo vel victore majorem se & meliorem affirmavit Cato.

6. *Major Othone fuit?*] Minor certe. Cato enim rebus fractis & desperatis, Otho salvis jam & integris: ille tædio, hic odio belli civilis se interfecit. vitam mollem forti morte cohonestavit. *alii* (inquit Tacitus) *diutius imperium tenuerunt, nemo tam fortiter reliquit.*

In Sabellum. XXXIII.

NIl miserabilius, Matho, pædicone Sabello
Vidisti, quo nil lætius ante fuit.
Furta, fugæ, mortes servorum, incendia, luctus
Affligunt hominem. tam miser, & futuit.

4. *Tam miser, & futuit.*] Et miseria miseriarum hæc est, quod amissis fuga & morte pueris, detrusus est ad mulieres. *Scopticè.* Turneb. lib. 26. cap. 27.

Ad Diadumenum. XXXIV.

BAsia da nobis, Diadumene, pressa. quot, inquis?
Oceani fluctus me numerare jubes.
Et maris Ægæi sparsas per littora conchas.
Et quæ Cecropio monte vagantur apes:

Quæ-

1. *Basia da nobis, &c.*] Vide epig. 64. lib. 3. & epigr. 47. lib. 5.

4. *Cecropio monte, &c.*] Hymetto monte prope Athenas Cecropi regnatas;

Quæque sonant pleno vocesque, manusque theatro,
Cum populus subiti Cæsaris ora videt.
Nolo quot arguto dedit exorata Catullo
Lesbia: pauca cupit, qui numerare potest.

gnatas: Thymo, apibus & melle celebri.

5. *Vocesque, manusque theatro.*] Plausu enim & faustis acclamationibus excipiebantur in spectaculis Imperatores. Et his acclamationibus Imperatori felicitatem comprecabantur, Nota τὸ Ῥωμαίοις συνήθες εὐτυχίαν ἐπιβο-χειρῶν. Nam vox erat *feliciter.* Aliis etiam blanditiis onerabantur. Vide Tertull. lib. de spectaculis, cap. 25.

6. *Cum populus, &c.*] Ubi plausu & faustis acclamationibus excipitur in spectaculis Cæsar.

7. *Quot arguto dedit, &c.*] *Mille, deinde centum, Dein mille altera. dein secunda centum, &c.* Catull. epigr. 5. ad Lesbiam.

8. *Pauca cupit, &c.*] *Pauperis est numerare pecus.* & Horat. *numerabilis, utpote paucus,* epigrammate ad Pisones.

Ad Cæcilianum. XXXV.

Septem clepsydras magnâ tibi voce petenti
Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.
At tu multa diu dicis: vitreisque tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.

Ut

In molestum caussidicum, quem inter dicendum bibentem, ut vires revocaret, horasque orando expleret, poëta monet, ut si velit bibere, exhauriat aquam clepsydræ; id est, ut citò finiat orationem, qua occidebat auditores. *Rad.*

1. *Clepsydras.*] Horologia aquaria, phialas è vitro, cupro, argento, &c. è κλέπτω & ὕδωρ. per quæ guttatim defluit aqua ad temporum spatia dimetienda priscis in usu, ut hodie horologia arenaria. *houre-glasses.* clepsydra autem tertiam fere horæ partem continebat. vide Plin. lib. 2. epist. 11. & epigr. 2. lib. 6. & Budæum in Pandect. pag. 371. Lucianus in Ἀλιεῦσι simpliciter ὕδωρ pro clepsydra ponit. Dabantur clepsydræ à judicibus, ut hinc etiam manifestum est, & plures defendenti quam accusanti. vide Plin. epist. 9. lib. 4. unde fiebat, ut aliquando Oratores elaboratas suas orationes, & multarum noctium pretio æstimatas, totas recitare non possent. M. Antoninus Imperator & Philosophus, clepsydras Oratoribus liberaliter dedit. Cæterum unaquæque clepsydra effluebat, ut opinor, spatio tertiæ partis unius horæ. vide Plin. lib. 11. Epist. xi. *Her. Magnâ tibi voce petenti.*] Tanquam gratum tibi faceret judex longum dicendi spatium concedendo.

2. *Arbiter.*] Judex.

3. *Tepentem.*] Morâ egelidam. an à sole vel igne calidam? quam supino ore bibis ad vocem & vires reficiendas, simulque ut tempus protrahas. bibendi autem inter agendum morem hunc à suo oratore procul abesse vult Fabius lib. 11. cap. ult.

4. *Semisupinus.*] Exprimit gestum bibentis, & ampullam exhaurientis, quum caput supinant, ut ii, qui amphoras totas siccant. *Rad.*

Ut tandem saties vocemque sitimque; rogamus
Jam de clepsydra, Cæciliane, bibas.

5. *Ut tandem saties, &c.*] Et exhausta tandem clepsydra finias, tuæque voci ac nostris auribus parcas. Vide Turneb. lib. 25. cap. 27.

Ad Papilum. XXXVI.

MEntula tam magna est, tantus tibi, Papile, nasus:
Ut possis, quoties arrigis, olfacere.

Tricubitales & ad omne ministerium instrumentales nasos emungunt aliquanto honestius epigrammatistæ Græci. Antholog. lib. 2. cap. 23.

In Carinum. XXXVII.

SEcti podicis usque ad umbilicum
Nullas relliquias habet Carinus.
Et prurit tamen usque ad umbilicum:
O quantâ scabie miser laborat!
Culum non habet, est tamen cinædus.

3. *Prurit tamen, &c.*] Catamito tamen diffisso & inutili sævit circa jecur ulcerosum prurigo turpitudinis.

De filio Reguli. XXXVIII.

ADspicis ut parvus, nec adhuc trieteride plenâ
Regulus auditum laudet & ipse patrem?
Maternosque sinus viso genitore relinquat,
Et patrias laudes sentiat esse suas?
Jam clamor, centumque viri, densumque coronæ
Vul-

Laudat filium Reguli oratoris, faustaque eidem ominatur, quod tamen votum inane fuit.

1. *Parvus.*] Filiolus Reguli. de quo vide Plin. epist. 2. lib. 4. *Nec adhuc trieteride plenâ.*] Nondum trimulus. ἀπὸ τῆς τελετῆς trieteris, spatium 3. annorum & festum Baccho sacrum, propter expeditionem ad Indos triennio exactam.

3. *Maternosque sinus.*] Avidus sc. patris audiendi, negligit matrem; velut jam tum ætatem ingenio præcurrens, nucibus relictis, majora spectaret.

4. *Suas?*] In se derivari: vel heredem non bonorum, sed laudum etiam & virtutum. *Rad.*

5. *Centumque viri, &c.*] Causæ actæ coram Centumviris. qui tamen erant 105. cum ex 35. tribuum singulis terni eligerentur ad judicandum de hæreditatibus. vide Tacit. Dialog. de Oratorib. & Plin. epist. 14. lib. 2. & mox ѵſ. 5. vide & epigramma 62. lib. 7. ѵſ. 5. *Coronâ.*] Tribunalia circumstante.

6. *Julia*

Vulgus, & infanti Julia tecta placent.
Acris equi soboles magno sic pulvere gaudet;
Sic vitulus molli prælia fronte cupit.
Dî servate, precor, matri sua vota, patrique:
Audiat ut natum Regulus, illa duos.

6. *Julia tecta.*] Julia Basilica, Julii Cæs. templum in foro, in quo cogebantur C. virorum quatuor concilia ad caussas de testamentis audiendas. vide Plin. epist. 21. lib. 5. & lib. 6. epist. 33. vide & Jani Parrhasii epist. 57. *Placent.*] Reguli filio placent actiones apud Centumviros; quasi & ipse jam cuperet insistere vestigia patris.

7. *Acris equi soboles, &c.*] Alludit ad Horat.

Fortes creantur fortibus:
Est in juvencis, est in equis patrum virtus, &c.

8. *Molli fronte.*] Ἀκέρως, nondum cornutus.

10. *Natum.*] Filium, paternæ eloquentiæ æmulum. *Duos.*] Maritum & filium. Irritum autem hoc fecerunt Parcæ votum. vide 2. epist. 4. Plin.

In Cinnam. XXXIX.

Pater ex Marullâ, Cinna, factus es septem,
Non liberorum: namque nec tuus quisquam,
Nec est amici, filiusve vicini:
Sed in grabatis tegetibusque concepti
Materna produnt capitibus suis furta.
Hic qui retorto crine Maurus incedit,
Sobolem fatetur esse se coci Santræ.
At ille simâ nare, turgidis labris,

Ipsa

Adulteria uxoris Marullæ, jocando commemorat Cinnæ: nam Cinna habebatur pater septem liberorum, quum nullum procreasset: simul sordes adulteriorum accusat, quod mulier sectetur moriones, pistores, servos, &c.

4. *Sed in grabatis, &c.*] Sed à servis tibi geniti, vel in grabatis quæ humiliorum servorum lecti sunt: vel super tegetibus, quas lupæ, ut & servi, pro lectis habent. Juv. Sat. 6. ✝s. 118.

—— Dormire virum cum senserat uxor,
Ausa Palatino tegetem præferre cubili, &c.

Sed nonne allusit poëta eruditissimus ad dictum Diogenis canis, qui περὶ παιδὸς πεπορνευκότος ἐρωτηθεὶς πόθεν εἴη, τεγεάτης, ἔφη. Nempe τεγεάτης ibi à τέγος, quod & τέγος; quo verbo *lupanar* aliquando significari alibi ostendimus. *Herald.*

5. *Furta.*] Adulteria.

6. *Retorto crine.*] Nam Æthiopes & Mauri οὐλότριχες. Vide Arist. lib. 5. de Generat. Anim. cap. 3. Martial. in Amphith.

Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

Tales propriè qui prope Nilum habitabant: quod observat Diod. Siculus lib. III. *Maurus incedit.*] Maurum referens. vide epigr. 3. lib. spect. ✝s. 7. Aristot. lib. 5. generat. anim. cap. 3.

7. *Coci Santræ.*] Al. *Cogisantræ.* servi scil. Mauri.

9. *Pale-*

Ipsa est imago Pannici palæstritæ.
Pistoris esse tertium, quis ignorat,
Quicunque lippum novit & videt Damam?
Quartus cinæda fronte, candido vultu,
Ex concubino natus est tibi Lygdo:
Percide si vis filium, nefas non est.
Hunc vero acuto capite, & auribus longis,
Quæ sic moventur ut solent asellorum,
Quis morionis filium neget Cyrrhæ?
Duæ sorores; illa nigra, & hæc rufa,
Croti choraulæ, villicique sunt Carpi.
Jamque hybridarum grex tibi foret plenus,
Si spado Coresus, Dindymusque non esset.

9. *Palæstritæ.*] Qui familiam ad palæstram ungit atque exercet. ep. 57. lib. 3. & 82.

11. *Lippum, &c.*] Pistorem ab igne lippum.

12. *Cinæda.*] Impudica.

13. *Concubino.*] Catamito tuo.

14. *Præcide.*] Alii, *Percide.* Epig. 72. lib. 2. *Nefas non est.*] Est enim concubini tui filius.

16. *Quæ sic moventur, &c.*] Rarum hoc: nam verè scribit Arist. lib. 1. de hist. Animal. cap. xi. Hominem solum esse auribus immotis inter animalia: verum accidere aliquando, ut violata pæne naturæ lege, quibusdam aures moveantur. *Herald. Ut solent asellorum.*] Hos ut plurimum stolidos ac fatuos esse tradunt Physiognomici; ita ut hunc tanquam morionis filium subsannet Martialis.

19. *Choraulæ.*] Epigr. 57. lib. 5. & 59.

20. *Hybridarum.*] Servi liberorum, ingenua matre & servis hominibus natorum, quos epigr. 85. lib. 1. appellavit *equites vernas*. Quod cogitans aliquis fecit in MS. Bodlejano: *Jam Vernularum grex*. Hybrida est fœtus ex imparibus parentibus: ut canis ex venatico & gregario. *a mungrell.* vide epigramm. 22. lib. 8. *Grex plenus.*] Ut musarum è numero novenario, qui Pythagoreis numerus perfectissimus, nempe ab impari unitate primo quadratus, tribusque constans ternariis.

21. *Spado Coresus, &c.*] Qui testibus evulsis ad imprægnandum impotens est, coit tamen. J. C. Scal. Exercit. 275.

Ad Lycorim. XL.

FOEmina præferri potuit tibi nulla, Lycori:
Præferri Glyceræ fæmina nulla potest.
Hæc erit hoc, quod tu, tu non potes esse, quod hæc est.
Tempora quid faciunt! hanc volo, te volui.

1. *Tibi nulla, Lycori.*] Quondam juveni.

2. *Glyceræ fæmina, &c.*] Jam in flore ipso.

3. *Hæc erit hoc.*] Gl. erit anus. ut Lycoris, vivat modo. *Tu non potes esse, &c.*] Tu Ly. non potes esse puella ut Glycera.

In

Ravi

In raucum Poëtam. XLI.

Qui recitat lanâ fauces & colla revinctus,
Hic se posse loqui, posse tacere negat.

Ravi laborans poëta quispiam, focale ad fauces & guttur servandum adhibebat. Martialis absurdum ejus factum à contrariis & pugnantibus notat. Tu, quia fauces obligas, ostendis te raucum esse, non posse loqui; idem tamen quum raucus ascendis & recitas, negas te posse tacere. Nec tacere ergò, nec loqui nosti. De more verò fauces obligandi, vide ep. 142. l. 14. *Rad.*

1. *Qui recitat.*] Vide epigr. 41. l. 4. *Et colla revinctus.*] MSS. noster, *Et tempora vincta*: & mox, *posse tacere*. quod vulg. *nosse*.

2. *Hic se posse loqui, &c.*] Alludere videtur ad illud Epicharmi, Οὐ λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. Citat A. Gell. lib. 1. cap. 15.

De Etrusci thermis, ad Oppianum. XLII.

Etrusci nisi thermulis lavaris,
Illotus morieris, Oppiane.
Nullæ sic tibi blandientur undæ:
Nec fontes Aponi rudes puellis,
Non mollis Sinuessa, fervidique
Fluctus Passeris, aut superbus Anxur,
Non Phœbi vada, principesque Bajæ.

Nus-

A morbo Oppiani sumit occasionem laudandarum Etrusci thermarum, quas lib. 1. Silvarum Papinius eleganter describit: Romæ erant in ipsa urbe. Oppianum autem poëtam sua opinione, non Poëtam Martialis judicio, in his thermis luem morbi abstersurum dicit, aut illotum moriturum. Oppianus enim, ut lib. 7. leges, pallidus affectabat poësin, eo solum nomine quod palleret: pallent enim ob studium boni poëtæ. Sed Oppianus naturæ vitio laborabat, non alio.

1. *Etrusci, &c.*] Claudii Etrusci balneis. *Lavaris.*] Alii *laveris*.

2. *Illotus morieris.*] Neque enim aliæ thermæ labes tuas & malum colorem (epigr. 3. lib. 7.) eluere valent. vel ludit in homonymia τοῦ *illotus*, ut opponatur *lauto*, id est, sordidus liberali. Mortui verò lavabantur aqua calida, unde joci occasio. *Herald.*

4. *Aponi.*] Patavio vicini, quem celebrat Claudianus epigr. [illegible] & Cassiod. lib. 2. Var. 39. *Rudes puellis.*] Intacti puellis. scribit enim Theodoricus rex esse in aquis Aponi stupendam quandam continentiæ disciplinam: nam in undam qua viri reficiuntur si mulier descendat, incenditur, & calore exuritur. vide Cassiodor. epigr. 39. lib. 2. & Cluver. Ital. lib. 1. cap. 18. vel ad verecundiam forte Patavinarum respexit. vide lib. 11. epigr. 17. & Plin. epist. 14. lib. 1.

5. *Mollis Sinuessa, &c.*] Mollitie cœli & salubritate aquarum laudata Sinuessa Campaniæ urbs. Tacit. Annal. 12. vide epigr. 8. lib. 11. [illegible] 10.

6. *Passeris.*] Loci Campaniæ ad inferum mare. *Superbus Anxur.*] *Impositus saxis latè candentibus Anxur.* Horat. Satyr. 5. lib. 1. & epigr. 1. lib. 5.

7. *Phœbi vada.*] *Aquæ Apollinares.* calidæ

Nusquam tam nitidum micat serenum:
Lux ipsa est ibi longior, diesque
Nullo tardius à loco recedit.
Illic Taygeti virent metalla,
Et certant vario decore saxa,
Quæ Phryx, & Libys altius cecîdit.
Siccos pinguis Onyx anhelat æstus,
Et flamma tenui calent Ophitæ.
Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda Virgine Martiave mergi;
Quæ tam candida, tam serena lucet,
Ut nullas ibi suspiceris undas,
Et credas vacuam nitere Lygdon.
Non attendis, & aure me supina,

Jam

calidæ & nobiles, olim *Caretanæ aquæ* seu *Carites*. juxta Cære opp. Etruriæ. Cluv. Ital. lib. 2. cap. 2. *Principesque Bajæ.*] Nobilissimæ aquæ Bajanæ.

8. *Micat.*] Al. *vacat.*

11. *Taygeti metalla.*] Marmor viride ex Taygeto monte Laconiæ. Catachresis, *metalla*, pro lapide.

12. *Certant.*] Marmor Sinadicum è Phrygia purpurei coloris certat marmori Nomadico è Libya flavo. *Vario decore.*] Colorum varietate certant marmora.

13. *Altius cecîdit.*] E terra, è lapicidina. vel propter moles marmorum majores.

14. *Onyx anhelat æstus.*] Onychium marmor (de quo Plin. lib. 36. cap. 7.) æstu sicco anhelat, sudat tamen. Sensus est, ut vult, Raderus: Onyx pinguis seu sudans, anhelat æstus siccos, id est, solem; perinde ac si hominis more æstu balnearum laboret? nec aliud dicit, quam in thermis Etrusci, etiam inter alia marmora reperiri Onychem.

15. *Flamma tenui.*] Vapore temperato. *Ophitæ.*] Marmor maculis distinctum instar serpentis. ab ὄφις.

16. *Ritus si placeant, &c.*] Sudare sicca cella, frigida lavare, &c. ut seq. vide Mercurial. cap. 10. lib. 1. & Plin. epist. 17. lib. 2. & lib. 6. epist. 5.

18. *Crura.*] Frigida, gelida. Nam à sudatione, frigida se mergebant Lacones, quibus calida omnino erat interdicta, frigida quotidiana. Vide Plutarch. lib. de Institut. Laconicis. Tum porrò aquam frigidam vocant *crudam Virginem*: nam *Aqua Virgo* nomen aquæ Romæ nobiliss. ut & aqua Martia. *Virgine.*] Epigr. 21. lib. 5. ℣. 9. *Martiave mergi.*] Aqua, quæ olim Anceja, ab Anco Marrio rege, postea à Q. Martio prætore in urbem invecta & instaurata.

21. *Lygdon.*] Marmor candidissimum ex Lygdo in Tauro monte.

22. *Aure supina.*] Contrà, Aure prona. Sic Tacit. *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.* Quasi dicat: Tu Oppiane, mihi non auscultans, salutaria monenti, morieris illotus. Nam si te non capiunt thermæ Etrusci, nullæ capient: iam salubres enim sunt, ut illæ solæ, vel nullæ te curare possint. *Rad.* vide epigr. 78. lib. 5. ℣. 2.

24. *Illa-*

Jam dudum quasi negligenter audis.
Illotus morieris, Oppiane.

24. *Illotus, &c.*] Supra ѵſ. 2.

Ad Caſtricum. XLIII.

DUm tibi felices indulgent, Caſtrice, Bajæ:
Canaque ſulphureis nympha natatur aquis:
Me Nomentani confirmant otia ruris,
Et caſa jugeribus non oneroſa ſuis.
Hic mihi Bajani Soles, mollisque Lucrinus;
Hîc veſtræ mihi ſunt, Caſtrice, divitiæ.
Quondam laudatas quocunque libebat ad undas
Currere, nec longas pertimuiſſe vias.
Nunc urbi vicina juvant, facileſque receſſus,
Et ſatis eſt, pigro ſi licet eſſe mihi.

Caſtricus Baias petiverat: Martialis, ait, ſibi Baiarum loco eſſe ſuam villam Nomentanam, dum ſe penitus à morbo recreet; ægrum enim fuiſſe, è verbo (*confirmant*) intelligas. *Raderus.*

1. *Felices indulgent, &c.*] Nobiles aquis, amœnæ, ſalubres.

2. *Canaque, &c.*] Quia ſulphurea: vel ob reverentiam numinis aquarum.

3. *Nomentani otia ruris.*] Seceſſus in Nomentanam villam meam. de qua, epigr. 38. lib. 2. *Confirmant.*] A morbo recreant.

4. *Caſa jugeribus, &c.*] Villa non ultra modum & rationem agri exædificata.

5. *Hîc mihi Bajani Soles.*] Non ultra Nomentanum agrum quæro balnea & delicias (legerim itaque *deliciæ* pro *divitiæ* in ſeq. verſu) quas olim Bajis & in lacu Lucrino quærere ſolebam.

6. *Veſtræ.*] Al. *noſtræ.*

7. *Laudatas, &c.*] Bajas. Lucrinum lacum, Tiburrinam, Martia, &c. epigramm. 60. lib. 4.

9. *Nunc urbi vicina juvant.*] Me ætate provectiorem, invalidum, & pigrum juvant vicina. *Facileſque receſſus.*] Suburbani, & quaſi ad manum.

In Calliodorum. XLIV.

FEſtive credis te, Calliodore, jocari;
Te ſolum multo permaduiſſe ſale.
Omnibus adrides, dicteria dicis in omnes;
Sic te convivam poſſe placere putas.
At ſi ego non belle, ſed vere dixero quiddam:
Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

2. *Sale.*] Leporum, jocorum.

4. *Sic te convivam, &c.*] Et dicteriis inſtructus tanquam facetus ſcurra menſas alienas petis.

5. *At ſi ego, &c.*] At ſi ego non ſalſe, ſed vere dixero te eſſe impuri oris φοινικίζοντα, nemo te ad poculum ſuum invitabit, vide epigr. 15. lib. 2.

 In 1. *Luſi-*

In nuptias Lygdi & Lectoriæ. XLV.

Lusistis, satis est; lascivi nubite cunni:
Permissa est vobis non nisi casta Venus.
Hæc est casta Venus? nubit Lætoria Lygdo:
Turpior uxor erit, quam modo mœcha fuit.

1. *Lusistis, satis est.*] Concubine, & mœcha.

2. *Permissa est, &c.*] *Verba hæc edicti legis Iuliæ.* supra epigr. 7. ỳſ. 1.

3. *Lectoria.*] Mœcha. Alii, *Lætoria.* *Lygdo.*] Concubino. epigr. 39. supra ỳſ. 7.

4. *Turpior uxor erit, &c.*] Nubendo enim fateris tuum cum catamito adulterium. vide epigr. 22. supra.

Ad Catianum. XLVI.

Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello,
Nec currit: magnam rem, Catiane, facit.

Ex quatuor aurigarum factionibus Veneta Domitiano erat invisa. Aurigæ itaque Venetæ factionis insultat Poëta. Ironice collaudans eum quod assiduo conamine moliretur, nec tamen metam contingeret victor. Lucillius lib. 2. Antholog. cap. 23. pigrum cujusdam equum comparat Durateo illi Trojano.

1. *Veneti.*] Aurigatoris, seu aurigæ qui in Circo flectebat metas.

2. *Magnam rem facit.*] Εἰρωνικῶς. Nempe, qui cum tantopere vapulet, non currat tamen.

Ad * Ianthida nympham. XLVII.

Nympha, mei Stellæ quæ fonte domestica puro
Laberis, & domini gemmea tecta subis:
Sive Numæ conjux Triviæ te misit ab antro;
Sive Camœnarum de grege nona venis:

Exsol-

Occasionem captat laudandi fontis Stellæ. Æger poëta furtim hauserat aquam ex fonte Stellæ, quæ ut sibi non noceret, vovit Hiantidi porcam. Hic se votum ait solvere, porroque rogat, ut securus fontem illum Hiantidos bibat. Hiantida enim vocat aquam ab uxore Stellæ *Rad.*

* Ita nympham aquæ vocat ab uxore Stellæ. epigr. 21. supra ỳſ. 1. & 2.

1. *Nympha.*] Numen fontis, Lympha, aqua. *Mei.*] Al. *meo.* *Domestica.*] Intra parietes.

2. *Domini.*] Stellæ. *Gemmea tecta subis.*] E vario marmore nitentia, ac si gemmea forent.

3. *Sive Numa conjux.*] Sive è specu Nymphæ Egeriæ conjugis Numæ in valle Dianæ Aricinæ, sive ex fonte Musarum, quibus amica Egeria, vel (ut quidam volunt) una è Musis. Ovid. 3. Fast. *Triviæ, &c.*] Alii leg. *Trivia te misit ab Anna.* & intelligunt Dianam Ariciæ cultam ab Anna Peranna. vide epigr. 64. lib. 4. ỳſ. 11. de Trivia vide epigr. 65. lib. 9. Jan. Rutgersius legi vult *Tyria te misit ab Anna,* quæ Didonis Tyriæ soror.

5. *Tibi*

Exsolvit votis hac se tibi virgine porca
Marcus, furtivam quod bibit æger aquam.
Tu contenta meo jam crimine, gaudia fontis
Da secura tui: sit mihi sana sitis.

5. *Tibi virgine, &c.*] Nymphæ quam clam hauserat, furti piaculum, porcam immolat Martialis, ut hœdum Blandusiæ fonti Horatius, ode 13. lib. 3.
6. *Furtivam, &c.*] Cur furtivam maluit quam ab amico donatam? an ex superstitione? an quia dulcior aqua furtiva?
7. *Gaudia fontes.*] Usum aquæ furtivæ non insalubrem.

In Pomponium. XLVIII.

QUod tam grande sophos clamat tibi turba togata;
Non tu, Pomponi; cœna diserta tua est.

1. *Sophos clamat tibi.*] Ep. 4. lib. 1. *Turba togata.*] Laudicœnæ & σοφοκλεῖς qui in recitationibus solent ἐπισημήνασθαι Ὀρθῶς, Σοφῶς, &c. Theophrast. Charact. περὶ κολακείας.
2. *Cœna diserta tua est.*] Suffragia hæc & acclamationes à blandientibus, & cœna vel trita veste corruptis, exagitat Horat. sub fine epistolæ ad Pisones. & Pers. Sat. 1. ℣s. 54. & Plinius, quem vide de hujus rei origine, modo, fœditate, epist. 14. lib. 1.

De se Priapus. XLIX.

NOn sum de fragili dolatus ulmo,
Nec quæ stat rigidâ supina venâ,
De ligno mihi quolibet columna est,
Sed vivâ generata de cupresso:
Quæ nec secula centies peracta,
Nec longæ cariem timet senectæ.
Hanc, tu quisquis es, ô malus, timeto:
Nam si vel minimos manu rapaci
Hoc de palmite læseris racemos:
Nascetur, licet hoc velis negare,
Inserta tibi ficus à cupresso.

De

1. *Non sum, &c.*] Ex persona Priapi hortorum custodis. epigr. 36. lib. 1. ℣s. 15. & lib. 3. ep. 57. & ep. 16. supra.
2. *Vena.*] Σαύρη.
4. *Vivâ generata, &c.*] Vitalitatis cupressi rationem addit duobus ℣s. seq. vide epigr. 73. infra.
7. *Malus.*] Fur.
10. *Nascetur, &c.*] Tibi ficoso inferetur vena mea cupressea. epigr. 16. supra.

1. Pu-

De Thelesino. L.

CUm coleret puros pauper Thelesinus amicos,
Errabat gelidâ sordidus in togulâ.
Obscœnos postquam cœpit curare cinædos,
Argentum, mensas, prædia solus emit.
Vis fieri dives Bithynice? conscius esto.
Nil tibi, vel minimum, basia pura dabunt.

1. *Puros.*] Castos, probos, pudicos, quorum basia pura. *Amicos.*] Grut. *amores.* rectè.

3. *Curare.*] Gruterus ex uno cod. *servare*, quod sit observare, colere, θεραπεύειν. Ego quidem scio hoc esse *curare.* epigr. 18. lib. XI.

Turba tamen non deest, sterilem quæ curet amicum.

Plin. epist. 5. lib. I. *Nec me præterit esse Regulum δυσκαθαίρετον. Est enim locuples, factiosus, curatur à multis, timetur à pluribus.* Sed non *servare* hoc sensu pro observare nusquam legi. Meliores ergò codices, qui habent, *curare.* Gronovius.

5. *Conscius esto.*] Scelerum alienorum & impuritatis. Juvenalis Sat. 3. ℣. 49. *Quis nunc diligitur, nisi conscius, &c.*

Ad Lupercum. LI.

QUod convivaris sine me tam sæpe, Luperce;
Inveni, noceam qua ratione tibi.
Irascar licet usque voces, mittasque, rogesque,
Quid facies? inquis. quid faciam? veniam.

3. *Irascar.*] Alii leg. *Irascor.*

4. *Veniam.*] Expectarat ex præcedentibus Lupercus dicturum Poëtam se vocatum non venturum. respondet autem ἀπροσδοκήτως se venturum. quod male urit avarum convivatorem.

Epitaphium Pantagathi tonsoris. LII.

HOc jacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus, domini cura, dolorque sui,
Vix tangente vagos ferro resecare capillos
Doctus, & hirsutas excoluisse genas.
Sis licet, ut debes, Tellus placata, levisque;

Arti-

Pantagathi pueri servi & tonsoris expediti & facilis, tumulus.

2. *Domini.*] Forte ipsius Martialis. *Cura, dolorque sui.*] Amor & deliciæ dum viveret, dolor ex morte.

3. *Vix tangente, &c.*] Propter facilem & levem in tondendo radendoque manum, tu sis illi levis ô terra, vide epigr. 35. lib. 5. ℣. 9. Alii leg. *Sis licet, inde sibi, tellus, &c.* Barbare.

6. *Arti-*

Artificis levior non potes esse manu.

6. *Artificis levior.*] Quamvis ô tellus Pantagatho sis levissima, facilitatem tamen Pantagathi vincere non potes; nec potes tam levis esse pondere, quam levis & facilis illius manus fuit, quum tonderet. & hæc tonsorum propria laus, levi manu percutere caput. *Raderus.*

De Andragora. LIII.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnavit; & idem
Inventus mane est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis caussam, Faustine, requiris?
In somnis medicum viderat Hermocratem.

4. *In somnis, &c.*] Perniciosum mehercule medicum! cujus imago vel per somnium visa, faceret ad mortem. Quid ipse fecisset arte sua inerti? habes ejusdem ingenii epigramma Græc. libro 2. capite 21. Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν, &c. Lucillii. & Nicharchi Οὐκ ἔκλυζεν, &c.

De Sextiliano. LIV.

Tantos, & tantas si dicere Sextilianum,
Aule, vetes; junget vix tria verba miser.
Quid sibi vult? inquis. dicam, quid suspicer esse:
Tantos, & tantas Sextilianus amat.

4. *Tantos, &c.*] Prægrandes draucos, eorumque caudas.

In Coracinum. LV.

Quod semper casiaque, cinnamoque,
Et nido niger alitis superbæ
Fragras plumbea Nicerotiana,

Rides

In olentem & infamem, & nimiis notabilem delitiis est Epigramma. Quicunque enim hircum olet, variis pigmentis compescit vel gravem animam, vel corporis vitium; quibus odoribus haud eget nihil olens & purus. *Rad.*

1. *Casiaque, cinnamoque.*] Synecdoch. pro quovis aromate. de casia vide quæ adnotarim ad ✝ſ. 36. Sat. 6. Persii.

2. *Nido niger.*] Unctus thure quod æquè ac cinnamomum & casiam in nidum congetit Phœnix, atque inde discutitur. Plin. lib. 10. cap. 2. & lib. 12. cap. 19. refert, negatque. Thus ergò intelligit, quod cinnamo adjunctum delicatis fragrantiam ministravit. Sidonius epist. 13. lib. 2. *Hinc suffitu cinnamo ac thure cœnatio spargeres peregrinis naribus odores.* *Alitis superbæ.*] Phœnicis, epigr. 7. lib. 5. ✝ſ. 1.

3. *Fragras.*] *Flagras* leg. Salmasius. *Plumbea Nicerotiana.*] Redoles Unguenta à Nicerote (epigr. 38. lib. 10. & epigr. 66. lib. 12.) aromatopolâ confecta, & in vasis plumbeis cocta in umbra, ut docet Plin. lib. 13. cap. 2, alii

Rides nos, Coracine, nil olentes:
Malo, quam bene olere, nil olere.

alii referunt ad sagittas plumbeas, quibus cinnamomum ex Phœnicis nido decussum tradit Aristot. lib. 6. de Nat. Animalium, cap. 13. Papin. 2. sylv. *Phariaque exempla volucri Cinnama.* Vide Turneb. Advers. lib. 26. cap. 27.

5. *Malo, &c.*] Vide epigramm. 12. lib. 2.

In Charidemum. LVI.

Quod tibi crura rigent setis, & pectora villis;
Verba putas famæ te, Charideme, dare.
Extirpa, mihi crede, pilos de corpore toto,
Teque pilare tuas testificare nates.
Quæ ratio est? inquis. scis multos dicere multa.
Fac pædicari te, Charideme, putent.

1. *Quod tibi crura, &c.*] Crura & pectus hispida setosaque præ te ferendo, putas te contra iturum & decepturum famam quæ de tua mollitie increbuit.

3. *Extirpa, &c.*] Epigr. 29. lib. 2. ℣. 6.

5. *Dicere multa.*] Loqui varia de tua turpitudine. Πολλὰ καὶ παντοῖα dicunt Græci eleganter.

6. *Fac, &c.*] Hanc quasi levioris criminis suspicionem oppone illi graviori, quod te suspicantur φοινικίζειν.

In Phœbum. LVII.

Mentiris fictos unguento, Phœbe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calva comis.
Tonsorem capiti non est adhibere necessum:
Radere te melius spongia, Phœbe, potest.

Phœbum canum & calvum, fictitios sibi capillos comparantem irridet. Qui olim enim toto erant capite calvi, sibi solebant unguento perfusi velut fila capillorum imitari.

1. *Mentiris fictos unguento.*] Calvitiem dissimulare vis unguento perfusus, quod fila capillorum imitetur. vide Turneb. Advers. lib. 25. cap. 27. & epigr. 74. infra.

4. *Spongia.*] Quæ pictos crines abstergat.

Ad Aulum Pudentem. LVIII.

Cernere Parrhasios dum te juvat, Aule, Triones
Cominus & Scythici sidera pigra poli;

O quam

Aulo Pudenti in Sarmatico bello occupato, exponit morbum suum, quo se propè ait extinctum: sed nunc revalescere, sperareque mox futurum, ut salvus ipse salvum ex militia venientem Pudentem, & primipilatu, hoc est, equestri honore affectum, salutet. *Rad.*

1. *Cernere Parrhasios, &c.*] Dum tu centurionis stipendia mereris apud Getas in Sarmatia, quæ ad Septentrionem. de Parrhasiis ursis. vide quæ ad epigr. 11. lib. 4. ℣. 3. & epigr. 25. supra ℣. 2.

2. *Scythici.*] Al. *Getici sidera pigra poli.*

O quam pæne tibi Stygias ego raptus ad undas,
Elysiæ vidi nubila fusca plagæ!
Quamvis lassa tuos quærebant lumina vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habet ista deos:
Sospite me sospes Latias revebêris ad urbes,
Et referes pili præmia clarus eques.

poli. Sidera pigra.] Ursas tarde moventes, quia polo vicinas.

3. *O quam pæne tibi, &c.*] Quam pæne mortuus sum. sic Horat. ode 13. lib. 2. *Quam pæne furvæ regna Proserpinæ, &c.*

5. *Quamvis lassa, &c.*] Oculi mei quasi in morte graves & natantes desiderabant tuum conspectum.

7. *Si mihi lanificæ, &c.*] Si Parcæ vitam mihi diuturniorem indulserint. vide notam ad epigr. 73. lib. 4.

8. *Nec surdos, &c.*] Audientes.

9. *Ad urbes.*] MS. noster, *ad oras.*

10. *Referes pili, &c.*] Redibis primipili ceu primi centurionis honore & ornamentis equestribus ornatus. Et pro *clarus*, alii *magnus.*

In Baccaram. LIX.

ET dolet, & queritur, sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Baccara gausapinas:

Optat

Ut Zoilus morbum simulabat, quo ostentaret stragulam vestem, ut videre est, lib. 2. epigr. 16. ita Baccara iste hyemem optabat, qua ferendi gausapinas esset occasio. Poëta indignatur, & non haberi sui rationem à Baccara, qui frigora defendere multis gausapinis possit; in gratiam tenuiorum potius optandam esse æstatem; vel certò mediis caloribus sumendas gausapinas.

1. *Et dolet & queritur, &c.*] De penulis viri docti interpretantur: non tamen obstat quin & lacernæ gausapinæ fuerint. 1. quia ætate Martialis nondum pænulæ in promiscuo usu urbano fuere; sed tantum in itinere sumptæ: & gausapinæ quidem cum sudum erat, scorteæ pluviæ causa. Præterea jocose queritur Martialis lacernas suas tenues ac detritas veluti per injuriam à lacernis gausapinis expelli, dicturus alioqui penulas suas leves à gausapinis Baccaræ penulis extrudi. Quod comperiebat alias lacernas hibernas fuisse, gausapinas nempe villosas & hirsutas arcendo frigori, quæ togæ & tunicæ injicerentur; alias leviores & æstivas, quæ soli tunicæ loco togarum inductæ. Baccara igitur ut plures lacernas gausapinas, quarum non nisi hyeme usus ostentaret, optabat frigus ventosque ac nives. At poëta, cui artis malo genio detritæ, levesque lacernæ erant, crudeliter illum facere dicit, qui male vestitis hyemem imprecetur; humanius ac simplicius facturum, si ipse vel media æstate gausapinas sumat, luxumque in nullius injuriam ostentet. Legendum ergò, ut habent veteres editiones:

Quid fecere mali nostræ tibi, sæve, lacernæ?

Ut Baccara nomen viri sit, non feminæ. lacernarum enim usus nullus mulieribus. *Ferrarius. Sibi non contingere frigus.*] Ut detur illi occasio ferendi ostentandique gausapinas, pænulas crebras

Optat & obscuras luces, ventosque, nivesque:
Odit & hibernos, si tepuere, dies.
Quid fecere mali nostræ tibi, sæve, lacernæ,
Tollere de scapulis quas levis aura potest?
Quanto simplicius, quanto est humanius istud:
Mense vel Augusto sumere gausapinas?

bras & villosas, (*mantles.*) vide epigramm. 16. lib. 2. Zoïlum pari morbo laborantem, propter stragula.

3. *Obscuras luces, &c.*] Ut cœlum sit nubilum, frigidum, &c.

5. *Quid fecere mali.*] Cur petis tu hyemem, cum me videas nudum & ventosa indutum lacerna? nulla tibi pannosorum cura? Sic epigramm. 19. lib. 1. *Quid tantum fecere boni, &c.*

Sava.] Al. *sæve.* ut Baccara sit nomen viri.

6. *Tollere de scapulis, &c.*] Leves nimium & tenues.

7. *Simplicius, humanius istud.*] *Simplicius*, ostentationis tuæ morbum confessa, gausapinas, vel per summum æstatis ardorem gestando; *humanius*, non imprecata frigus nobis, quibus tenues ac tritæ lacernæ.

De Pompillo, ad Faustinum. LX.

Rem factam Pompillus habet, Faustine: legetur,
Et nomen toto sparget in orbe suum.
Sic leve flavorum valeat genus Usipiorum.
Quisquis & Ausonium non amat imperium.
Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur;
Sed famæ non est hoc, mihi crede, satis.
Quam multi tineas pascunt blattasque diserti!
Et redimunt soli carmina docta coci!

Nescio

Ut scripta, librique auctoris æternent, opus esse non tantum ingenio, sed etiam genio affirmat poëta? Atque ingenium quidem esse Pompillo, deesse tamen genium. *Rad.*

1. *Rem factam, &c.*] Famam, & nominis, quam desideravit, celebritatem: eadem phrasis epigr. 28. lib. 1. & epigramm. 26. lib. 2. Diciturque de eo, qui rem spe certa jam devoravit; qui sine dubitatione putat perfectum iri, quod desiderat. *Rad.*

3. *Sic leve flavorum, &c.*] Sic valeant Usipii Germaniæ pop. & quicunque nominis Romani hostes sunt, ut vivent Pompilli scripta, id est, Utinam sic pereant hostes Pop. Rom. ut peribunt Pompilli chartæ. Et hoc respondet Poëta priori distieho è persona vulgi. *Leve genus, &c.*] Quod à Romanis defecissent. Tacit. in vita Agricolæ.

5. *Ingeniosa, &c.*] *Instat vulgus.*

6. *Sed famæ, &c.*] *Resp. Poëta.*

7. *Tineas pascunt, &c.*] Scribunt, quæ, nemine legente, tineis ac blattis relinquantur escæ. epigr. 1. lib. 13.

8. *Carmina docta coci!*] Quæ togæ sunt cordyllis, & piperis cuculli. epigramm. 2. lib. 3. ỽs. 3. & epigr. 87. lib. 4. ỽs. 8.

9. *Quod*

Nescio quid plus est, quod donet secula chartis:
Victurus Genium debet habere liber.

9. *Quod donet, &c.*] Æternitatem, famam, &c.
10. *Genium debet, &c.*] Nativam quandam vim & ingenuam facultatem: non ingenium coactum, quod male respondet. *Vel* felicitatem quandam & quasi genii favorem, cujus patrocinio libris æque opus est ac viris, urbibus, &c. Henric. Steph. Schediasm. lib. 1. cap. 19. genium famæ, ut epigr. 11. lib. 7. vide & Turneb. lib. 22. cap. 32.

In Invidum. LXI.

Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos:
Meque sinus omnes, me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

En quam frequentem habuerit lectorem hic epigrammatarius: non minus certè hodie omnium doctorum, indoctorumque propè manibus teritur. Describit deinde affectus, signaque Zoilorum & liventium. *Rad.*
1. *Mea Roma.*] Mihi favens & amica.
3. *Oscitat, odit.*] Fastidit. vide epigramm. 6. lib. 2. ※. 4.
4. *Hoc volo, &c.*] Ut invidis displiceant mea carmina. namque hoc felicitatis argumentum.

Ad Oppianum. LXII.

Amisit pater unicum Silanus:
Cessas mittere munera, Oppiane?
Heu crudele nefas, malæque Parcæ!
Cujus vulturis hoc erit cadaver?

Oppianum hæredipetam carpit. Quasi dicat: Pater Silanus prædives unico filio privatus est, non captas hanc prædam Oppiane, qui soles omnium hæreditatibus viduorum viduarumque imminere? *Rad.*
2. *Cessas mittere, &c.*] An cessas captare hanc prædam, ô hæredipeta?
3. *Parcæ.*] Quæ unicum Silani filium sustulistis.
4. *Cujus vulturis, &c.*] Cui hæredipetæ continget hæc præda? *Qui, ut hæres scribatur, consolatur aut assidet: vultur est, cadaver exspectat.* Senec. epist. 95. vide Pierii Hieroglyph. l. 18. de Vulture.

Ad Marianum. LXIII.

Scis te captari: scis hunc, qui captat avarum:
Et scis qui captat, quid, Mariane, velit:

Tu

Convenit argumentum cum superiore. Marianum enim indignabundus irridet, quod fraudem captatoris non notet.
1. *Captari, &c.*] Muneribus & officiis allici & oppugnari ab isto, ut scribatur hæres.
2. *Quid, Mariane, velit.*] Mortem tuam, quo citius fruatur bonis tuis. epigr. 27. lib. 8.

Tu tamen hunc tabulis hæredem, ſtulte, ſupremis
Scribis, & eſſe tuo vis, furioſe, loco.
Munera magna tamen miſit, ſed miſit in hamo:
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deflebit vero tua fata dolore?
Si cupis, ut ploret: des, Mariane, nihil.

4. *Eſſe tuo vis, &c.*] In locum, jus, & bona tua ſuccedere.

5. *Munera magna, &c.*] Epigr. 56. lib. 4. ✝ſ. 1. & epigr. 18. lib. 5. ✝ſ. 6. *Magna quidem.*] Alii *tamen.* Et ſequenti disticho, pro *tua fata*, alii leg. *mea fata.* minus bene.

8. *Des, Mariane, nihil.*] Deceptam ſibi ſpem plorabit veris lacrymis. *Hæredis autem fletus riſus eſt.*

In detractorem. LXIV.

CUm ſis nec rigida Fabiorum gente creatus,
Nec qualem Curio, dum prandia portat aranti,
Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice conjux:
Sed patris ad ſpeculum tonſi, matriſque togatæ
Filius, & ſponſam poſſit te ſponſa vocare:
Emendare meos, quos novit fama, libellos,
Et tibi permittis felices carpere nugas:

Has,

Indignatur poëta ſua carmina velut turpia, carpi ab eo, qui turpior ſit ſuis carminibus, qua moribus, qua natalibus; hoc verò ferendum non eſſe, juxta Juvenalis dictum:

—— *Caſtigas turpia, cum ſis*
Inter Socraticos notiſſima foſſa cinædos.

Clam verò occaſionem ſumit commendandi ſua carmina. *Rad.*

1. *Cum ſis.*] Tu, quem neque majores ornant neque propriæ virtutes: auden'tu, ô viliſſime & molliſſime, tibi criticâ arreptâ virgâ mea carpere carmina, eaque à laudatis laudata? *Rigida gente creatus.*] Studiis belli aſperrima.

2. *Curio.*] M. Curio Dentato, agriculturæ ſtudiis non minus quam victoriis & triumphis apud authores celebri. Cum ergò nec ex Fabia gente, nec è M. Curii Dentati natus ſis, audes tamen me carpere.

3. *Hirſuta peperit.*] Nec tu es ille, quem Curio marito *conjux rubicunda*, id eſt, ruſtica & ſole colorata, ſub ilice hirſuta & comata peperit, id eſt, nec tu è gente Curiorum.

4. *Ad ſpeculum tonſi.*] Mollis, effœminati, pathici; qualis erat Otho, cui *ſpeculum civilis ſarcina belli.* Juven. Satyr. 2. ✝ſ. 100. vide Senec. de Brevit. vitæ, cap. 12. Er ex eorum numero qui curioſe & faſtidioſe tondentur; quibus vita inter pectinem & ſpeculum degitur. *Togatæ.*] Famoſæ adulteræ, adulterii enim convictæ, cogebantur togâ indutæ in publicum procedere.

5. *Sponſam poſſit, &c.*] Uſque adeo effœminatus es & mollis, ut ſponſa, cum Diogene dubitare poſſit, vir ne ſis, an mulier?

7. *Felices carpere nugas.*] Doctorum calculo & præconio nobilia atque victura carmina.

10. *Silt.*]

Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam
Non aſpernantur proceres urbiſque, forique:
Quas & perpetui dignantur ſcrinia Sili,
Et repetit toties facundo Regulus ore;
Quique videt propius magni certamina Circi
Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ:
Ipſe etiam tanto dominus ſub pondere rerum
Non dedignatur bis terque revolvere Cæſar.
Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva
Acrius, & tenues finxerunt pectus Athenæ.
Ne valeam, ſi non multo ſapit altius iſtud,
Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et rubro pulmone vetus, naſiſque timendum,
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea, quos nullus noverit, in me
Scribere verſiculos, miſeras & perdere chartas:
At ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor,
Vivet, & hærebit totoque legetur in orbe:
Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.
Sed miſerere tui, rabido nec perditus ore

Fuman-

10. *Sili.*] Silii Italici poëtæ. vide epigr. 14. lib. 4. & epigr. 62. lib. 7.

11. *Regulus ore.*] Ad quem ſæpe ſupra. vide epigr. 13. & epigramm. 112. lib. 1. &c.

12. *Quique videt, &c.*] Quæ carmina laudet Clariſſ. orator Palfurius Sura, qui habitat in Aventino monte ubi Diana colitur, unde deſpicere poteſt in Circum max. ſubjectum.

16. *Sed tibi, &c.*] *Ironice*, tu tamen tibi arrogas plus judicii, &c. *Tibi cor limante Minerva.*] Et tibi artium atque Athenarum (quæ ſapientiæ magiſtra perhibetur) præſes Minerva polivit ingenium & exacuit judicium. *Iron.*

17. *Tenues.*] Subtiles, acutæ. *Finxerunt.*] Alii *Fixerunt*. Sed Horat. tamen ad Piſones: *Quamvis voce paterna Fingeris ad rectum, &c.*

18. *Ne valeam, &c.*] Diſpeream, ſi non cor pecudis jam putridum, quod cum inteſtinis, pedibus, jecore & pulmone lanius circumfert per compita venale, plus ſapiat quam tuum. Turn. lib. 26. cap. 27.

20. *Rubro pulmone vetus.*] Jam corrupto pulmone, putre & fœtens.

22. *Quos miſeras, &c.*] Carmina quæ nemo legat. epigr. 9. lib. 3.

24. *At ſi quid noſtræ, &c.*] At ſi ego in te ſcripſero carmen.

26. *Stigmata, &c.*] Inuſtam tibi ex meis epigrammatis infamiam. Metaph à punctis corpori inuſtis. quæ lepide Petronius *epigrammata* dixit. *Cinnamus arte.*] Tonſor. lib. 7. epigr. 63.

27. *Rabido nec perditus ore.*] Noli latratu tuo ad iram irritare me, quem comperies urſum vivum & in iras pro-

Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.
Sit placidus licet, & lambat digitosque, manusque:
Si dolor, & bilis, si justa coëgerit ira,
Ursus erit: vacua dentes in pelle fatiges,
Et tacitam quæras, quam possis rodere carnem.

num, ubi dabitur occasio. quin potius ô timide ac imbecillis catule, pellem ursi fœno fartam mordicus lacessis, unde tibi nihil impendet periculi? me vivum senties. cave canis, & quære aliam carnem quam tacitus rodas. vide epigramm. 61. lib. 5. & Horat. epod. 6. Vel ne ursum iram spirantem, anima tua & voce irritaris. Hieroglyphici enim vehementem iram significaturi, ursum fingunt, quod id animal immodicis animis soleat excitari. *Nasum* addit, nam in illo sedes iræ. Flatus enim & spiritus vehementior iram prodit. Et versum sequentem sic Scriverius legit: *Fumantem vivi nasum, &c.*

32. *Et tacitus quæras.*] MS. Bodl. *Et tacitam quæras.* ut restituerat Gruterus.

Ad Tuccam. LXV.

HExametris epigramma facis, scio dicere Tuccam:
Tucca solet fieri; denique, Tucca, licet.
Sed tamen hoc longum est. solet hoc quoque Tucca, licetque:
Si breviora probas, disticha sola legas.
Conveniat nobis: ut fas epigrammata longa
Sit transire tibi; scribere, Tucca, mihi.

1. *Hexametris, &c.*] Propter superius forte epigramma.

2. *Tucca solet fieri, &c.*] Respondet Poëta.

5. *Conveniat nobis, &c.*] Ex pacto inter nos ita dispertiamus munia: ut mihi liceat longa epigramm. scribere, tibi transire.

De præcone puellam vendente. LXVI.

FAmæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media sedent Suburra,
Vendebat modo præco Gellianus.
Parvo cum pretio diu liceret,

Dum

2. *Quales in media, &c.*] Epigr. 35. lib. 1. ✠ſ. 5. & epigr. 17. lib. 2. ✠ſ. 1. lupæ scilicet.

4. *Parvo cum pretio diu liceret.*] Volui aliquando *licerent*. Est enim proprie pretium offerentis, quasi empturi. Plautus: *jocos ridiculos vendo: agite, licemini.* Sed tamen vendenti quoque videtur tribuere Suetonius Calig. 38. *Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum à Cajo præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertio nonagies ignoranti addicerentur.* Gron. *When a small price was bidden for her.*

5. *Dum*

Dum puram cupit approbare cunctis:
Attraxit prope se manu negantem:
Et bis terque quaterque basiavit.
Quid profecerit osculo, requiris?
Sexcentos modo qui dabat, negavit.

5. *Dum puram cupit, &c.*] Dum facilem, sed negantis arte instructam puellam, pro pudicâ & purâ approbare cupit, eoque vendibiliorem facere, reluctantem illam & negantem sæpius basiavit. quod ubi fecisset præco, oris non magis puri quam Sabidius. ep. 33. lib. 1. & epigr. 17. lib. 3. vel Postumus, epigr. 10. lib. 2. adeo impuram reddidit, quam puram approbare voluit; ut qui modo sexcentos licitus est, jam se daturum neget.

Ad Pannicum de Gellia uxore. LXVII.

Cur tantùm eunuchos habeat tua Gellia, quæris
Pannice? vult futui Gellia, non parere.

Vide supra epigr. 39. versu ultimo & Juven. Sat. 6. ỷs. 367.

2. *Non parere.*] Alii, *me parere.*

De morte Eutychi pueri. LXVIII.

Flete nefas vestrum, sed toto flete Lucrino
Naides, & luctus sentiat ipsa Thetis.
Inter Bajanas raptus puer occidit undas
Eutychus, ille tuum, Castrice, dulce latus.
Hic tibi curarum socius, blandumque levamen,
Hic amor, hic nostri vatis Alexis erat.
Numquid te vitreis nudum lasciva sub undis
Vidit, & Alcidæ Nympha remisit Hylam?
An Dea fæmineum jam negligit Hermaphroditum,
Am-

1. *Nefas vestrum.*] Quod sit hoc nefas, docebit tertius versus. *Toto flete Lucrino.*] Emisso quasi per lacrymas toto lacu Lucrino & in mare profluente, ut Thetis in mari luctum sentiat.

2. *Naiades, &c.*] Nymphæ aquarum. Scribendum *Naides.* nam altero non sunt usi veteres, nisi ubi quatuor syllabarum eam vocem voluere: *Naïades.* Gronovius.

4. *Latus.*] Latero, qui lateri tuo semper hærebat, qui latus tuum usque tegebat. sic epigr. 46. lib. 2. ỷs. 8. vide Jani Gulielmi Verisimil. lib. 3. cap. 17.

6. *Alexis erat.*] Puer Gastrico in deliciis, ut Virgilio Alexis, *Vel* alter Alexis.

8. *Et Alcidæ Nympha.*] Et rapuit te Hylâ pulchriorem, restituitque Herculi Hylam. vide epigr. 49. lib. 5. ỷs. 5. *Remisit.*] Alii, *revisit.*

9. *Dea fæmineum, &c.*] Nympha, Salmacis. Ovid. Metamorph. 4.

 10. *Sol-*

Amplexu teneri sollicitata viri?
Quidquid id est, subitæ quæcunque est caussa rapinæ:
Sit, precor, & tellus mitis, & unda tibi.

10. *Sollicitata.*] Allecta. *Viri.*] Eutychi.

12. *Sit precor, &c.*] Epigr. 35. lib. 5. versu ultimo.

De Bassa. LXIX.

NOn miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle,
Miror, quod Bassi filia potat aquam.

1. *Non miror, &c.*] Non miror Bassam sumere aquam qua parte opus est (epigrammate 50. lib. 2.) cum norim eam tuam esse cui ore morigeratur: Sed miror eam in tantum degenerasse à patre Basso. utrum sanctus ille fuerit, & filia tam dedecorosa indignus, an temulentus & meracus ebrius?

2. *Bassi filia.*] Gruterus ex Palat. legendum censet *Bassæ filia.* ut in matre anu feratur, quod non in filia ævi florentis, quæque & amatoribus parte sua satisfacere deberet, & simul sibi.

Ad Martianum. LXX.

SExagesima, Martiane, messis
Acta est, &, puto, jam secunda Cottæ;
Nec se tædia lectuli calentis
Expertum meminit die vel uno.
Ostendit digitum, sed impudicum,
Alconti, Dasioque, Symmachoque.
At nostri bene computentur anni,
Et, quantum tetricæ tulere febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vita meliore separentur:
Infantes sumus, & senes videmur.

Acta-

Cottam felicem prædicat, quod tota vita, nullo morbo tentatus fuerit; se infelicem, qui vix ullam à dolore horam vacuam vixerit.

1. *Sexagesima, &c.*] LXII. annos natus est Cotta, neque unquam lecto eum affixit unius dieculæ febris ardens.

3. *Tædia lectuli calentis.*] Nunquam febri ardente jactatus decubuit.

5. *Ostendit digitum, &c.*] Per contemptum & derisionem ostendit medicis medium unguem, infamem & impudicum digitum. vide epigramm. 93. lib. 1. ℣. 2. & epigr. 28. lib. 2. ℣. 2.

6. *Alconti, Dasioque, Symmachoque.*] Medico.

8. *Et, quantum, &c.*] Et à melioris vitæ statu subducatur quantum temporis sit impensum animi vel corporis morbis, facile apparebit nos diu fuisse, parum vixisse.

15. *Non*

Ætatem Priamique, Neſtoriſque
Longam qui putat eſſe, Martiane,
Multum decipiturque, fallitúrque.
Non eſt vivere, ſed valere, vita.

15. *Non eſt vivere, &c.*] Imo. *Valere eſt Philoſophari*, inquit Seneca, *Sine hoc æger eſt animus, &c.* epiſt. 15.

De Telethuſa. LXXI.

EDere laſcivos ad Bætica cruſmata geſtus,
Et Gaditanis ludere docta modis;
Tendere quæ tremulum Pelian, Hecubæque maritum
Poſſet ad Hectoreos ſollicitare rogos;
Urit, & excruciat dominum Telethuſa priorem:
Vendidit ancillam; nunc redimit dominam.

1. *Bætica cruſmata geſtus.*] Κρύμαλα, tympanorum & cymbalorum pulſus cum digitorum crepitu, cujuſmodi ſaltationes Hiſpanis in uſu eſſe docet J. C. Scalig. cap. 18. lib. 1. Poëtic. & hodie videmus.

2. *Modis.*] Quos tres enumerat ibid. Scal. *Chironomiam, Halma, Lactiſma.* vide epigr. 42. l. 11. epigr. 79. l. 5. ℣ſ. 26. idemque expreſſum à Juvenale Sat. 11. ℣ſ. 165.

3. *Tendere quæ tremulum.*] Quibus ad libidinem incendi *Jam frigidus ævo Laomedontiades & Neſtoris hernia poßit.* Juvenal. Satyr. 6. ℣ſ. 326. *Tendere.*] Ad rem Veneream idoneum reddere, rurſuſque ex vieto decrepitoque ſene adoleſcentem facere. *Pelian.*] Patrem Jaſonis longævum. *Hecubæque maritum.*] Priamum.

4. *Ad Hectoreos rogos.*] Vel in medio mœrore, in funere Hectoris. Alii tamen, ſed malè, *Toros.* Et pro *ſollicitare* legunt *ſollicitata.* & ſequenti verſu pro *Telethuſa* leg. *Thelefina.*

6. *Vendidit ancillam.*] Poſtquam deſiderio ejus excruciatur, quam ancillam vendiderat, redimit ut illi ſerviat.

De Cilice fure. LXXII.

FUr notæ nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum:
Ingenti ſed erat, Fabulle, in horto
Præter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire;
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

Egregium ſane cuſtodem, de quo exclamare libet; *ſed quis cuſtodiet ipſum Cuſtodem?* ut Juvenal. Sat. 6. ℣ſ. 348. de fœminarum cuſtodibus. Statuis autem aureis & argenteis addebantur cuſtodes; ligneæ & lapideæ incuſtoditæ erant: lepide itaque cum Apollinis ſtatuâ, quam ſurrepturus erat, jocatur Eutychidas Anthol. libro 2. capite 25.

De Priapo Hilari. LXXIII.

NOn rudis indocta fecit me falce colonus:
Dispensatoris nobile cernis opus.
Nam Cæretani cultor ditissimus agri
Hos Hilarus colles & juga læta tenet.
Adspice, quam certo videar non ligneus ore,
Nec devota focis inguinis arma geram:
Sed mihi perpetua nunquam moritura cupresso
Phidiaca rigeat mentula digna manu.
Vicini, moneo, sanctum celebrate Priapum,
Et bis septenis parcite jugeribus.

1. *Non rudis indocta, &c.*] De Priapo, epigrammate 26. lib. 1. ỳs. 15. & epigrammate 57. lib. 3. & supra epigrammate 49.

2. *Dispensatoris, &c.*] Artificisne, qui custodem effinxit? an fuit hic Hilarus dispensator & cultor agri Ceretani?

3. *Ceretani, &c.*] Ceretum, Umbriæ opp.

5. *Quam certo, &c.*] Quam ad vivum effictus vultus, non videatur esse è ligno.

6. *Nec devota focis, &c.*] Non urenda pro ligno arido & putri, namque è cupresso illis vitalitas. epigr. 49. supra ỳs. 3.

8. *Phidiaca rigeat, &c.*] Affabrefacta, tanquam manu Phidiæ. epigr. 35. lib. 3. & epigr. 13. supra ỳs. 1.

9. *Sanctum, &c.*] Vide epigr. 67. lib. 3. ỳs. 7.

Ad Esculanum. LXXIV.

MEdio recumbit imus ille qui lecto,
Calvam trifilem semitactus unguento,

Fodit-

Calvum quempiam edentulum, qui simulabat se dentatum, mordet.

1. *Medio recumbit.*] De more & ordine Rom. discumbendi in lectis ad mensam. vide Lips. 3. Antiqu. lect. Ciacon. de triclinio & Stuck. convival. 2. *Imus.*] Eum accumbere in honoratissimo loco dicit; nam cum tres essent lecti, imus lecti medii locus erat honoratissimus, ut in Symposiacis auctor est Plutarchus. Turneb. lib. XIV. cap. 27. Palat. pro *imus*, habet *unus*.

2. *Trifilem semitactus unguento.*] Sulcis unguento ductis & pictis in calvâ tripili seu trifili, tres sc. vel paucos admodum habenti capillos. *Semitactus* autem, ἡμίχριστος, *tangere* quippe *oleo*, est *ungere*. Jos. Scal. & P. Scriv. vide & epigr. 57. supra. Turnebus legendum censet pro *semitactus*, *semitatus*; ille enim unguento comam sibi in capite calvo pinxerat & effinxerat; sed quæ trium filorum seu capillorum esset: vel calvam haberet, cui reliqui essent tres capilli: & cum in capite tanquam sulcos duxisset unguenti lituris & veluti vias fecisset, *semitatus* dixit, quæ est antiquorum librorum scriptura. ut mirer quid sit, quod & contra sententiam & versus rationem, multi

segmen-

Foditque tonsis ora laxa lentiscis;
Mentitur, Esculane: non habet dentes.

segmentatus, & defendant & declarent. Turneb. lib. XXVI. cap. XXVII. Sed Radetus Gontii explanationem probat: Qui *Calvam* istius calvi, comparat vineæ, quæ propter senectutem, vel aliud ob vitium, paucas habet vites, & *calvata* dicitur. Vide Catonem de re Rust. cap. 33. Sicut ergo in calvata vinea, quæ paucas habet vites & palos semitæ lucet inter hortulos vitium: sic in calvi recumbentis calva, hinc & hinc ad tempora paululum supra aures erant tres pili, media verò semita late nitebat unguento. Gruterus verò dicit legi in Palat. *Calvam similem:* unde Jan. Rutgersius, legendum putat: *Calvam Sileni.*

3. *Foditque tonsis, &c.*] Qui videtur dentes purgare lentisco. de quo epigramm. 22. lib. 14.

4. *Mentitur, &c.*] Simulat, ne appareat edentulus.

In Pontiam. LXXV.

Cum mittis turdumve mihi, quadramve placentæ,
Sive femur leporis, sive quid his simile;
Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis.
Has ego nec mittam, Pontia, sed nec edam.

Pontiam veneficam exagitat, cujus munera veneno tincta repudiat. lib. 2. epigr. 34. & lib. 4. epigr. 43.

1. *Quadramve placentæ.*] Epigr. 76. lib. 3. ✝︎ſ. 1.

3. *Buccellas, &c.*] *Buccella*; ψωμίον, & buccellum, panis in modum circuli seu coronæ factus, sex fere unciarum. à Latina voce *bucca* vel *buccea*, quæ frustum panis vel panem significat. Vetus Glossarium: *Ientat* βυκκίζει. *Gustare*, βυκκίσαι. hinc *bucca* & *buccellarii*, qui aliena buccea, id est, quadra vivunt, parasiti scil. & adseclæ. *Salm. Marsils.*

4. *Nec mittam, &c.*] Nec amicis mittam, multo minus ipse edam, ut qui sciam tua veneficia. epigramm. 34. lib. 2.

Epitaphium Fusci. LXXVI.

Ille sacri lateris custos, Martisque togati,
Credita cui summi castra fuere ducis:
Hic situs est Fuscus. licet hoc, fortuna, fateri:
Non timet hostiles jam lapis iste minas.

Grande

1. *Sacri lateris custos.*] Imp. Domitiani præfectus prætorii. *Martisque togati.*] Prætorianæ cohortis, quæ in urbe seu ad muros urbis erat, præfectus vel, legatus Domitiani, qui ipse in urbe propter auspicia & imperia residens bella gerit per duces.

2. *Credita cui summi, &c.*] Cui Domitian. commiserat belli Dacici summam. Suet. Dom. cap. 6. Tacit. 2. &, 3. lib. hist.

3. *Fuscus.*] In Dacia bello oppressus interiit. Eutrop. l. 7. Juv. Sat. 4. ✝︎ſ. 111. *Licet hoc, &c.*] Etsi ipse victus ceciderit, jam tamen securus est tumulus ejus, Dacis postea victis à Juliano.

Grande jugum domitâ Dacus cervice recepit,
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

5. *Grande jugum, &c.*] Victi jam Daci retulerunt inferias umbræ Fusci, cui quasi victrici sacratur tumulus cum agello & luco in ipsa Daciâ redactâ in deditionem, vide epigr. 115. & 117. lib. 1.

In Afrum. LXXVII.

CUm sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus;
Tam juvenis, quam nec Parthenopæus erat;
Tam fortis, quam nec, cum vinceret, Artemidorus;
Quid te Cappadocum sex onus esse juvat?
Rideris, multoque magis traduceris, Afer,
Quam nudus medio si spatiere foro.
Non aliter monstratur Atlas cum compare ginno;
Quæque vehit similem bellua nigra Libyn.
Invidiosa tibi quam sit lectica, requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Afri mendicitatem cum summa arrogantia & fastu conjunctam, omnium ludibrio exponit. Pauperrimus enim & valentissimis hexaphoris ferebatur, perinde quasi ditissimus esset, aut æger. *Rad.*

1. *Irus.*] Arnæus mendicus, Homer. Odyss. ζ.

2. *Parthenopæus erat.*] Pulcherrimus juvenis unus è septem ducibus ad Thebas profectis.. Æschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. & Papin. Theb.

3. *Artemidorus.*] Artemid. Trallianus pancratiasta nobilis, sub Impp. Galba & Vitellio. vide quæ Scriver. è Pausaniæ Eliac. posteriore.

4. *Quid te Cappadocum, &c.*] Cur tu perinde ac dives esses senex vel æger, gestaris hexaphoro, lecticam subeuntibus sex servis è Cappadocia gente ad servitutem nata?

5. *Traduceris, Afer.*] Vide quæ ad epigr. 4. lib. spectacul. ✝ſ. 3.

7. *Non aliter monstratur, &c.*] Pro hac lectione ex variis bonis libris pugnat Ang. Politianus cap. 23. hoc sensu. Si quando Atlas nanus (Juvenal. Satyr. 8. ✝ſ. 31.) mulo pumilo & compare utatur, vulgo ridetur, ut & Maurus ubi concolorem sibi elephantum conscendit: sic Afer merito ridetur qui pauper, juvenis & fortis, ab aliis juvenibus suæ prope conditionis gestatur. Ex intima quidem Poëtæ mente. Quando tamen (vel ipso fatente) in MSS. venerandæ vetustatis prope omnibus legatur *gibbo*, primatem palmaremque conciliandi restituendique hujus, inter alia plurima, loci gloriam retulit sagacissimus P. Scriverius, qui in Animadversionibus suis reponit *ginno*, hoc est parvo mulo, quod ex interlineari glossâ vel margine in textum irrepsisse videtur. vide epigr. 197. l. 14.

8. *Bellua, &c.*] Elephas.

9. *Invidiosa, &c.*] Vel mortuo tibi invideretur hexaphorum, nedum vivo, tam pauperi, cui efferendo magis conveniret sandapila. vide epigr. 81. lib. 2.

10. *Non debes ferri mortuus.*] Id est, non effereris hexaphoro, sed sandapila; quippe cum sis persona vilis & intimæ paupertatis. Hellenismus, *Non debes ferri*, οὐ μέλλεις βαστάζεσθαι. Jocabantur autem nonnulli in eos qui lectica vehebantur, tanquam in mortuos, quod & hi lectica efferrentur. *Herald.*

Ad

Ait

Ad Aulum, de Phryge lusco. LXXVIII.

Potor nobilis, Aule, lumine uno
Luscus Phryx erat, alteroque lippus:
Huic Heras medicus, Bibas caveto:
Vinum si biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx, oculo, valebis, inquit.
Misceri sibi protinus deunces,
Sed crebros jubet. exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ait Phrygi huic vinum carius fuisse oculo.

3. *Heras medicus.*] J. Grut. è Palat. cod. restituit, cum in vulg. sit, *Huic dicit medicus.*

5. *Oculo.*] Ita Gallus quidam luscus excusso sibi in ludo gladiatorio punctim batuenti unico oculo: exclamavit, *adieu mon œil, & bon nuict messieurs*, & ep. Lucillii l. 11. Anthologiæ, amissurus oculum dixit, χαῖρ' ἱερὸν φῶς. *Valebis.*] Pereas. Gall. *adieu.*

6. *Deunces.*] Scyphus capax undecim cyathorum.

8. *Oculus bibit venenum.*] Extinctus enim est bibendo oculus. Perditam luxuriam fortasse alludit, quam notat Plin. lib. 14. cap. 22.

Ad Lupum. LXXIX.

Tristis es, & felix; sciat hoc fortuna caveto:
Ingratum dicet te, Lupe, si scierit.

In lætis lætum, tristem in tristibus vult esse Lupum, vulgi sc. non superstitiosa philosophorum ratione, qui eundem & Socraticum in omni fortuna vultum servandum docent. *Rad.*

2. *Ingratum dicet, &c.*] Nec ossi, nec vultu, nec animo læto munera ejus agnoscentem. unde irata levis dea instar Scythiæ capræ rem tibi disturbabit.

Ad Cæsarem de rosis hibernis. LXXX.

Ut nova dona tibi, Cæsar, Nilotica tellus
Miserat hibernas ambitiosa rosas:
Navita derisit Pharios Memphiticus hortos,

Urbis

Ex Ægypto rosæ hibernæ mitti Romam solebant. Ævo Domitiani in urbe etiam educabantur, novo invento. Plin. lib. 22. cap. 4. Et poëta quasi insultans Ægyptiis mercatoribus, sese ob rosarum hibernarum advectionem jactantibus, monet, ut ipsi nunc ex Italia rosas petant, Italis autem mittant frumentum. *Rad.*

1. *Ut nova dona tibi.*] Ubi tibi allatæ sunt ex Ægypto rosæ hibernæ.

2. *Ambitiosa rosas.*] Ex hibernis rosis laudem captans.

3. *Navita derisit, &c.*] Ipse nauta seu mercator Ægyptius visus est contemnere Ægyptios hortos præ nostris, in quibus magnam rosarum hibernarum copiam invenit. lib. 13. ep. 127.

5. Tan-

Urbis ut intravit limina prima tuæ.
Tantus veris honos, & odoræ gratia Floræ,
Tantaque Pæstani gloria ruris erat.
Sic quacumque vagus, gressumque oculosque ferebat,
Tonsilibus sertis omne rubebat iter.
At tu Romanæ jussus jam cedere brumæ,
Mitte tuas messes; accipe, Nile, rosas.

5. *Tantus veris, &c.*] Tam læta per urbem rosaria florebant, ut ver ipsum & Floræ regnum, Pæstanique agri rosetis pleni, in urbem migrasse viderentur. *Floræ.*] Deæ florum. *Metonym.*

6. *Tantaque Pæstani, &c.*] Tanta erat rosarum copia, quarum ferax Pæstus. epigr. 38. lib. 5. ỷs. 9. & lib. 12. epigr. 31.

8. *Textilibus sertis.*] Coronis & sertis textis è rosis. Al. *Sutilibus.* Legendum pro *textilibus* è MSS.

Tonsilibus sertis omne rubebat iter.

Tonsilium coronarum meminit Servius ad hunc versum Virgilii:

Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ.

Quem de corona tonsili interpretatur & rectè. *Tonsæ*, inquit, *olivæ, minutis foliis compositæ. Habiturum se autem coronam tonsilem dixit.* Poëta ipse *tonsam coronam* pro tonsili appellavit:

Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.

Nam tonsa corona & tonsilis idem, ut porrum sectum & sectile. Coronas interdum ex integris frondibus & intonsis nectebant veteres, ut ex lauro, oliva & aliis. Interdum ex mero folio funiculis eas suebant. Hæ *tonsiles* vocatæ; illæ nexiles vel plexiles. Tonsæ vel tonsiles, ideo quod ex foliis detonsis textæ essent; vel quod folia in his parum eminerent, tanquam si tonsa essent. hinc tonsiles tapetas brevibus ac tonsis villis. *Salmas. Omne iter.*] Urbis vicus omnis.

10. *Mitte tuas messes.*] Habe tibi rosas, mitte nobis frumentum.

In Charidemum. LXXXI.

IRatus tamquam populo, Charideme, lavaris:
Inguina sic toto subluis in solio.
Nec caput hîc vellem, sic te, Charideme, lavare;
Et caput, ecce, lavas: inguina malo laves.

1. *Iratus tamquam populo.*] Tanquam volens eos polluere & conspurcare, qui post te in eodem solio loturi sunt.

3. *Nec caput hîc, &c.*] Vide epigramma 42. libri 2. argumenti æque puri.

Ad Rufum. LXXXII.

QUidam me modo, Rufe, diligenter
Inspectum, velut emptor, aut lanista,
Cum

1. *Quidam me modo, &c.*] Tanquam empturus quis servum, aut gladiatorem. mancipia autem venalia empturi diligenter inspiciebant, devestiebant etiam & contrectabant.

5. *Nequi-*

Cum vultu, digitoque ſubnotaſſet,
Tune es, tune, ait, ille Martialis,
Cujus nequitias, jocoſque novit
Aurem qui modo non habet Batavam?
Subriſi modice: levique nutu
Me, quem dixerat eſſe, non negavi.
Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?
Reſpondi: quia ſum malus Poëta.
Hoc ne ſæpius accidat Poëtæ,
Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.

5. *Nequitias, &c.*] Epigrammata laſciva & jocoſa.

6. *Batavam.*] Lectionem hanc, loco motam, ſed opt. MSS. autoritate vindicatam, recipiunt aut certe agnoſcunt tres Batavi, clariſſima Martialis lumina, Hadr. Junius, J. Gruterus, Petr. Scriverius. & ferunt aliquanto clementius quam magnus ille Eraſmus & patriotæ alii. exponunt ſcilicet gratulari ſibi Poëtam, quod legatur ab omnibus Romæ, præterquam à Batavis, qui armis & duriori vitæ aſſueti, corporis Auguſti cuſtodes, non ita curabant jocos iſtos. Prætereunt quippe (juxta Venuſinum Poëtam) poëmata Rhamnes, neque ſapit Centurionum genti nequior iſte ſal. Nam quod in vulgg. legitur *ſeveram*, è gloſsâ videtur huc tranſmigraſſe.

9. *Cur ergo, &c.*] *Ego Poëta ſum, &c, ut ſpero, non humillimi ſpiritus, &c. Quare ergo, inquis, tam male veſtitus es? Propter hoc ipſum, amor ingenii neminem unquam divitem fecit.* Petronius.

11. *Hoc ne ſæpius, &c.*] Ne ſæpius cogar me malum fateri Poëtam.

Ad Cæſarem Domitianum. LXXXIII.

QUantum ſollicito fortuna parentis Etruſco;
Tantum, ſumme ducum, debet uterque tibi.
Nam tu miſſa tua revocaſti fulmina dextra:
Hos cuperem mores ignibus eſſe Jovis.
Si tua ſit ſummo, Cæſar, natura Tonanti,
Utetur toto fulmine rara manus.
Muneris hoc utrumque tui teſtatur Etruſcus,
Eſſe quod & comiti contigit, & reduci.

Laudat Cæſarem, quod Etruſcum revocarit ab exilio.

1. *Quantum ſollicito, &c.*] Quantum Etruſcus, in exilium, ſed non extra Italiam miſſus, debet filio, qui patrem in exilium accomitatus eſt, & cujus pietate & precibus Domitianus permotus eum revocavit: tantum & pater & filius tibi ô Cæſar. vide Papinii ſylv. 3. & epigr. 39. lib. 7.

3. *Fulmina dextra.*] Exilii decretum.

4. *Hos cuperem, &c.*] Ut ſint revocabiles.

6. *Toto.*] Tota vi emiſſo. Heraldus legit *torto*.

8. *Eſſe quod, &c.*] Supra ℣ſ. 1.

De Philippo. LXXXIV.

OCtaphoro ſanus portatur, Avite, Philippus:
Hunc tu ſi ſanum credis, Avite, furis.

Arrogantem carpit & ſuperbum.

1. *Octaphoro.*] Lectica ab octo ſervis geſtara. Is fuit potentiorum faſtus tunc temporis, eleganter notatus à Cynico Luciani. Nam & in illis lecticis cubabant reſupini. Sed de Lecticis & de earum uſu multa ſcripſit Lipſius libro 1. Elect. cap. 19. *Sanus.*] Corpore.

2. *Si ſanum credis, &c.*] Animo. *quod ipſe non ſani eſſe hominis, non ſanus juret Oreſtes.* Perſ. Satyr. 3. ult. verſ.

In mortem Rufi Camonii. LXXXV.

EDitus eſt ſextus ſine te mihi, Rufe Camoni,
Nec te Lectorem ſperat, amice, liber.
Impia Cappadocum tellus, & numine lævo
Viſa tibi, cineres reddit, & oſſa patri.
Funde tuo lacrymas, orbata Bononia, Rufo:
Et reſonet tota planctus in Æmilia.
Heu qualis pietas, heu quam brevis occidit ætas!
Viderat Alphei præmia quinque modo.
Pectore tu memori noſtros evolvere luſus;
Tu ſolitus noſtros, Rufe, tenere jocos.

Accipe

Plurima ſunt epigrammata ad Rufum, natum annos quinque ſupra viginti, qui in Cappadocia diem obiit.

1. *Editus eſt ſextus, &c.*] Te in Cappadocia peregre, vel etiam fatis functo, ſextum hunc edidi lib. Al. leg. *Editur en (en vel hen) ſextus ſine te mihi, Rufe Camoni*, cujus familiæ meminit & lib. 9. epigr. 76. & 78. neque enim ferenda lectio vulg. *Camœnis.*

2. *Nec te Lectorem, &c.*] Quia jam mortuum.

3. *Impia, &c.*] Propter ingenia ſua mala & ſervilia. *Vel* propter mortem tuam à peſtilitate ejus aëris. *Et numine lævo.*] Aut religionis inconſtantia heic notanda; aut legendum *lumine lævo*, ut in Junii codice ſcriptum. Ut pede ſiniſtro iter ingredi: ſic lumine lævo quid adſpicere infauſtum. *Numine lævo* tamen dixerunt quidam in ſiniſteritate. Nam malos quoſdam genios hominibus infortunatis adhærentes exiſtimabant, & adfixos, donec eos in imum exitii barathrum deturbaſſent. *Herald.* *Numine lævo.*] Averſante Deo. ſidere non fauſto.

5. *Orbata Bononia.*] Hinc collige, Rufum fuiſſe Bononienſem.

6. *Æmilia.*] Lombardia cis Padum. epigr. 4 lib. 3. ỳſ. 2.

8. *Viderat Alphei.*] Quinque luſtra, vel Olympiadas, quinque Olympica certamina ad Alpheum amnem celebrata. vide quæ ad ỳſ. 480. Herc. Fu. Senec. *Præmia quinque.*] Pal. leg. *præmia quanta:* ut forte fuerit, *quarta.* Grut.

10. *Noſtros.*] J. Gruterus, *totos.* *Tenere.*] Tu ſolitus es ediſcere noſtra epigrammata.

12. *Atque*

Accipe cum fletu mæsti breve carmen amici,
Atque hæc absentis thura fuisse puta.

12. *Atque hæc absentis, &c.*] Vice thuris, quod ipse præsens rogo injecissem, (nam thus & odores rogo amicorum injiciebant amici) cape hoc carmen absentis. epigramm. 26. lib. 10. vers. 8.

In bibentes aquam calidam. LXXXVI.

SEtinum, dominæque nives, densique trientes,
Quando ego vos, medico non prohibente, bibam?
Stultus, & ingratus, nec tanto munere dignus,
Qui mavult hæres divitis esse Midæ.
Possideat Libycas messes, Hermumque, Tagumque,
Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

Queritur sibi ægro, assidue bibendam calidam ex præscripto Medici; mallet Setinum nobile, vel gelidam aquam, quæ decocta temperabatur.

1. *Setinum.*] Vinum nobile è Setia Campaniæ oppido. *Dominæque.*] Nobiles, vel quæ temperant calorem vini. *Densi trientes.*] Vide ep. 65. lib. 5.

3. *Stultus, &c.*] Demens est & fortunæ ingratus, qui ex voto Midæ, aurea siti mavult perire, quam delicata vina & nobilem decoctam bibere. Quasi dicat, Insanit, qui colligit opes, & bibit calidam.

5. *Possideat Libycas messes, &c.*] Medicus vel alius quispiam possideat quantum metit Africa, habeat aurifluos amnes, dum aquam bibat calidam: mihi vel pauperi liceat vinum bibere. *tanti mihi non sit opaci Omnis arena Tagi, &c.* ut caream nobili vino nivibus diluto. vide epigramma χθιζὸν ἐμοὶ νοσέοντι. lib. 2. Anthol. cap. 47. Scriverius ex scripturâ in orâ Ed. Junianæ prostante *libet.* quam & agnoscit Turnebus esse in suo MS. & suspicatur legendum *livet*, id est, qui mihi invidet aquam frigidam. Gronovius etiam legendum censet *livet*; sed paullo alia significatione. Non enim, qui mihi invidet aquam prorie frigidam: qui non potest intelligi nisi medicus. Generali utitur detestatione. Sic dicebant; *Hoc illis accidat, qui nobis male volunt: hoc inimicis & invidis nostris accidat.*

Ad Cæsarem. LXXXVII.

DI tibi dent, & tu Cæsar, quæcunque mereris:
Dî mibi dent, & tu, quæ volo, si merui.

Ad

1. *Tu Cæsar, &c.*] Qui tibi potes dare, nec opus habes ab alio quam à Diis & teipso quicquam expectare. epigr. 33. lib. 10.

Mihi

Ad Cæcilianum. LXXXVIII.

MAne ſalutavi vero te nomine caſu:
Nec dixi Dominum, Cæciliane, meum.
Quanti libertas conſtet mihi tanta, requiris?
Centum quadrantes abſtulit illa mihi.

Mihi excidit nomen tuum te ſalutanti, tu multaſti me ſportula.

1. *Vero te nomine caſu.*] Mero tuo nomine, nec appellavi te dominum ſeu patronum, ex more clientum ſalutantium.

3. *Quanti libertas, &c.*] Vis ſcire quantuli me aſſeruerim in hanc libertatem ut domino carerem? mulctâ certe & jacturâ ſportulæ; id eſt, decem nummorum. Libertas ἀντὶ παῤῥησίας non uno loco. Heic autem videtur accipi poſſe propria ſignificatione. Nam qui dominum non habet, liber eſt. ut contrà. Unde Mart. lib. 1.

E ſervo ſcis te genitum, blandeque fateris:
Cum dicis Dominum Soſibiane patrem.

Multa enim ſimul cum libertate Romana aboleverunt: plurima verterunt. Domini vox in ſalutationibus frequens, tempore Martialis; imo antea. Nam & Seneca teſtatur ignotos ita ſalutari ſolitos. Sic δεσπότην uſurparunt Græci in ſalutationibus: & promiſcuè hac ſalutatione uſi ſunt, Romano imperio additi. *Herald. Conſtet.*] Quia libertatem adipiſcebantur, qui eam redimere poterant.

De Panareto potore. LXXXIX.

CUm peteret ſeram mediâ jam nocte matellam
Arguto madidus pollice Panaretus:
Spoletina data eſt, ſed quam ſiccaverat ipſe:
Nec fuerat ſoli tanta lagena ſatis.
Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus,
Reddidit œnophori pondera plena ſui.
Miraris, quantum biberat, cepiſſe lagenam?
Deſine mirari, Rufe: merum biberat.

2. *Arguto pollice.*] Digitis enim inter ſe colliſis, pollice ſcil. & medio digito, crepitum edebant, ſignum nempe matulæ porrigendæ. vide epigr. 81. lib. 3. ℣ſ. 15. & epigr. 119. lib. 14. *Madidus.*] Vino.

3. *Spoletina data eſt, &c.*] Fictilis lagena, quam prius vino Spoletino plenam exſiccarat, etiamſi capacior fuiſſet, exhauſturus.

5. *Ille fide ſumma, &c.*] Convenit ratio accepti ac redditi, non auxit vinum adhibitâ ad diluendum aquâ. quod vel ex ratione redditæ ad juſtam menſuram urinæ, jocatur Poëta, conſtare Panaretum bibiſſe merum.

8. *Deſine mirari.*] Rufus mirabatur, quod cum Panaretus lagenam integram exſiccaſſet, non plus urinæ reddiderit, quam quantum lagena cepiſſet; cum ex ratione aquæ affuſæ, multo amplius & debuerit, & bibiſſe, & remenſus fuiſſe. Reſpondet Poëta Panaretum non adhibuiſſe aquam, ſed meracum vinum bibiſſe: atque hinc ſumma fide remenſum eſſe, quod exhauſiſſet. *Rader.*

De

Exte-

De Gellia. XC.

MOEchum Gellia non habet, nisi unum.
Turpe est hoc magis; uxor est duorum.

Extenuabat culpam suam Gellia, quasi tolerabiliorem quod non nisi unum haberet mœchum, ut epigrammate 92. lib. 3. Redarguit eam Poëta, æque turpe esse *inquiens* uxori, unum habere mœchum, ac non nuptæ multos. esse quippe uxorem duorum, mariti scilicet legitimi & adulteri. Si enim juxta Senecam 3. Benef. cap. 16. adulterium unius vocatur matrimonium, & uxor certe erit adulteri, quæ illi dedit.

In Zoilum. XCI.

SAncta ducis summi prohibet censura, vetatque
Mœchari. gaude, Zoile, non futues.

1. *Sancta, &c.*] Vide 2. 4. 6. & 7. epigr. supra.

2. *Gaude, Zoile, non futues.*] Zoilus enim erat fellator, ut epigrammate 13. lib. 2. & epigrammate 81. lib. 3. Alii leg. *non futuis.*

In Ammianum. XCII.

CÆlatus tibi cum sit, Ammiane,
Serpens in paterâ Myronis arte;
Vaticana bibis: bibis venenum

2. *Myronis arte.*] Sculptoris nobilis. epigr. 39. lib. 4. ✠ℂ 2.

3. *Vaticana bibis, &c.*] Pulchre convenit serpenti expresso in poculo cum vino Vaticano, quod omnium pessimum est, & (ut dixit epigrammate 19. libro 1. versu 6.) sævum toxicum.

De Thaide. XCIII.

TAm male Thaïs olet, quam non fullonis avari
Testa vetus, mediâ sed modo fracta viâ.
Non ab amore recens hircus, non ora leonis,

Non

1. *Tam male Thaïs olet, &c.*] Aliquam lupam seu prostibulum, nomine Thaïdis vexat poëta, propter graveolentiam, quæ Harpyiis & Chimæris hisce communis. Fuere Thaïdes amicæ, poëtis multis celebratæ. *Fullonis.*] Fullo est, qui togas recentat, & maculas ac sordes è toga eluit, & addito sulphure & creta rursum candefacit. Plin. lib. 35. cap. 17. *Avari* dicit, quia magnum pretium pro vestibus candefactis aut emaculatis exigebant. *Rad.*

2. *Testa vetus, &c.*] Qua urinam (camelorum maxime, teste Plinio l. 28. cap. 8.) ad purgandarum vestium usum excipiebant fullones, hæc autem dolia stabant in publico. *Fracta.*] Tum enim gravissimus & teterrimus exhalat odor.

3. *Ab amore recens hircus.*] Sic epigramm. 4. lib. 4. Nam & hirci & cervi, &c

Aa

Non detracta cani Transtiberina cutis.
Pullus abortivo nec cum putrescit in ovo,
Amphora corrupto nec vitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
Depositâ quoties balnea veste petit:
Psilotro viret, aut acidâ latet oblita cretâ:
Aut tegitur pingui terque quaterque fabâ.
Cum bene se tutam per fraudes mille putavit:
Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

vi, & alia animalia, cum coëunt, deterrime fœtent. *Ora leonis.*] Animæ leonis virus grave. Plin. lib. 11. cap. 53. vide Annot. prior. Baptistæ Pii. capite 15.

4. *Detracta, &c.*] Urbis pars trans Tiberim viliori plebeculæ colebatur, & in ea exercebantur sordida & fœtida opera, ut excoriationes, sulphurata, &c. vide epigr. 42. lib. 1. vers. 3. Juvenal. Satyr. 14. vers. 203.

5. *Pullus abortivo, &c.*] Nec pejus olet ovum putridum.

6. *Garo.*] Ex intestinis & tabe scombrorum confecto, sed corrupto.

7. *Virus ut hoc alio, &c.*] Graveolentiam ut lotura dissimulet. Vel illa Thais *fallax*, quamvis fœtorem corporis tegere conetur & obruere, &c. vide epigr. 88. lib. 1.

9. *Psilotro.*] Psilotra sunt medicamenta seu unguenta, quibus pilosæ corporis partes glabrantur. epigr. 29. lib. 2. vers. 7. & epigr. 73. lib. 3. vers. 1. vulg. *nitet.* *Acida latet oblita.*] Aceto maceratâ epigr. 73. lib. 3. vers. 4. *Cretâ.*] Cimoliâ, Chiâ seu Samiâ, qua utebantur fœminæ ad cutim emendandam.

10. *Pingui fabâ.*] Oleo, unguento seu farinâ fabarum, quæ & faciem commendant.

11. *Tutam, &c.*] A graveolentia & fœditate.

12. *Thaida Thais olet.*] Impuram lupam & olidam capram. Nam mulier optimè olet, quum nihil olet.

De Calpetino. XCIV.

Ponuntur semper chrysendeta Calpetiano,
Sive foris, seu cum cœnat in urbe domi.
Sic etiam in stabulo semper, sic cœnat in agro.
Non habet ergo aliud? non habet immo suum.

Irridet splendidam Calpetiani, seu ut alii leg. *Calpetani*, mendicitatem.


1. *Chrysendeta.*] Lances auro circumvinctæ. epigrammate 43. lib. 2. vers. 11.

3. *Stabulo semper, &c.*] Diversorio, πανδοχείῳ. Stabularius, πανδοχεύς.

4. *Non habet, &c.*] Itane lautus est, ut gemmeis aureisque bibat? *Non habet, &c.*] *Resp. poëta.* immo hæc non sunt ipsius, sed mutuo sumpta. Ipse enim, nec aurea, nec argentea, Codro pauperior, possidet. Nisi forte etiam oblique hæc ipse chrysendeta furto ablata velit à Calpetiano. Martialis enim quum dicit, *non habet suum*, ergo alienum, nec quomodo alienum exponit, sed relinquit lectori cogitandum.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM LIBER VII.

Ad Domitianum, de lorica. I.



Ccipe belligeræ crudum thoraca Minervæ,
Ipsa Medusææ quem timet ira comæ.
Dum vacat hæc, Cæsar, poterit lorica vocari:
Pectore cum sacro sederit, Ægis erit.

1. A *Ccipe belligeræ.*] Domitianus in expeditione quam suscepit adversus Sarmatas seu Dacos infra ℣. 8. videtur sibi fieri curasse loricam, instar Ægidos Minervæ, quam peculiariter coluit & cujus se filium esse voluit. Lorica autem hæc & Minervæ ægida, ex squamoso draconum corio contextam repræsentavit: vel Sarmaticum thoraca, de quo infra. ℣. 4. *Accipe.*] Accipe Cæsar, & indue loricam impenetrabilem telis belligeræ Minervæ, est enim togata & militaris Minerva. *Crudum, &c.*] Militaremne & crudum, ut volunt? an respicit primos thoracas è crudis loris corioque confectos?

2. *Ipsa Medusææ, &c.*] Quem vel ipsa Minervæ Ægis, Medusæ capite formidabilis, timeat. Vulgg. edd. *ira Deæ.* Calderin. & MS. Bodl. *quo tumet ira Deæ.* Id est, quo irata Pallas utitur, quem sumit Pallas pugnatura. *Medusæa* dicitur Pallas, quod Palladis ope Perseus Medusam interfecerit. Medusa una ex Gorgonibus, filia Phorbi fuit. comam ejus vertit in serpentes Pallas, & ori dedit hanc vim, ut qui illud aspicerent, in lapides verterentur. *Rad.*

3. *Dum vacat hæc, &c.*] Quam, ubi non gestatur à Domitiano, loricam voces, cum autem induerit eam Cæsar, jam Ægis erit. Dii enim Ægidas gestant, mortales verò, loricas. Ægis propriè munimentum est pectoris æreum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput.

4. *Sacro sederit, &c.*] Domitiani, æque Dei, ac Minervæ & Jovis, quorum peculiaris Ægis. supra ℣. 1.

Ad ipsam loricam. II.

INvia Sarmaticis domini lorica sagittis,

Et

1. *Invia Sarmaticis domini.*] Distinctum hoc à priore tetrasticho epigr. præfert Calderina Ed. quam alii secuti. Hic ergò loricam ipsam alloquitur; superiori tetrasticho Cæsarem est affatus. Felicem enim prædicat loricam, quod pectus Dei, id est, Cæsaris attingat, & comes eat in hostes. *Invia.*] Domitianus ad modum Sarmaticarum loricarum sibi thoracem fieri curarat. Sarmaticæ autem loricæ tam duræ & firmæ erant, ut ictus omnes sustinerent, quod testatur Pausan. lib. 1. Varia verò genera loricarum celebravit antiquitas: nam lineas, coriaceas, æneas, ac ferreas fuisse constat: de singulis copiosissime Lipsius lib. 3. de Milit. Rom. dial. 6. De Sarmatarum, seu Polonorum,

Et Martis Getico tergore fida magis:
Quam vel ad Ætolæ securam cuspidis ictus
Texuit innumeri lubricus unguis apri.
5 *Felix sorte tua! sacrum cui tangere pectus*
Fas erit, & nostri mente calere Dei.
I comes, & magnos illæsa merere triumphos,
Palmatæque ducem, sed cito, redde togæ.

rum, ut hodie appellantur telis, sæpe Ovid. lib. de Tristib. & de Ponto. *Rad.* *Lorica sagittis.*] Supra ỷſ. 1.

2. *Martis Getico.*] Qui loricatus tergore, colitur à Getis. vel qui è Getis oriundus est. Amplificat duritiem loricæ Domitiani, à comparatione. durissimas habent Getæ loricas, durior est tamen Domitiani lorica. Quia ergo Mars à Getis oriundus, armaturam illi poëta Geticam rectè induit. *Rad.*

3. *Ætolæ.*] Ab Ætolis inventæ lanceæ: *vel*, Meleagri Ætoli lanceæ impenetrabilem. *Securam.*] Ictum non timentem.

4. *Texuit.*] An lorica hæc squamis æneis aprinas ungulas imitantibus conserta fuit? an ex veris ungulis ad imitationem Sarmatarum, (qui teste Pausania lib. 1.) ex ungulis collectis, loricas instar draconum squameas consuebant. *Innumeri apri.*] Synecdoch. innumeri ungues aprorum. *Lubricus*, politus.

5. *Felix sorte tua.*] O felicem loricam, non tam quod tam firma & dura videare, quam quod mox à Cæsare induêre, & cælestem ac divinum illius animum continebis. *Sacrum Dei.*] Domitiani, qui se ipsum Deum vocabat.

7. *Et magnos, &c.*] Et Domitianum incolumem restitue urbi, triumphantem palmatâ indutum togâ. cui intexebantur victoriæ cum ramulis palmarum.

8. *Palmatæque.*] Dionysius *palmatam tunicam* χρυσόσημον semper appellat, hoc est, auro clavatam, vel aureos clavos habentem. Communes enim Romanorum tunicæ albæ erant, purpura clavatæ, quas *palmatas* dicebant à clavorum latitudine. postea tamen & ipsæ quoque pingi cœperunt, & *palmatæ* dici à picturæ genere, quod palmas scilicet intextas haberent. Postquam ergò & tunicæ quoque triumphales pingi cœptæ sunt, & à picturæ argumento palmatæ sunt appellatæ, inde factum est, ut & pictis togis hoc idem nominis donaretur, & *palmatæ* passim ipsæ vocarentur. *Salmas.* Sed Brodæus vult, eam vestem à *palma*, id est, victoria, nomen invenisse. *Palmatæ togæ.*] Triumphantes & thensas ducentes eâ utebantur: Jovis tunica dicta. Tarquinius à Tuscis accepit tunicam palmatam & omnem alium triumphantium cultum, ut Florus & alii tradidere. Erat ea purpurea & aureo lato clavo ornata, unde & palmata dicta est, quia clavus aureus palmi magnitudine erat, si Festo fides. χρυσόσημον Græci appellant. *Rubens.*

Ad Pontilianum. III.

Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

De

1. *Cur non mitto, &c.*] Verebatur Poëta ne Pontilianus beneficium maleficio compensaret, sibique pro suis bonis, mitteret pessima epigrammata. Sic lib. 5. epigr. 74.

1. *Mali*

De Oppiano. IV.

ESset, Castrice, cum mali coloris,
Versus scribere cœpit Oppianus.

1. *Mali coloris.*] Valetudinarius & morbo pallidus. epigr. 42. lib. 6 ℣. 2.
2. *Versus scribere, &c.*] Vel hinc nomen pretiumque poëtæ aucupatus quod palleat. ut credatur studio crudus ac pallidus. *Decipit exemplar vitiis imitabile, quod si Pallerem casu, biberent exangue cuminum.* Horat. epist. 19. lib. 1.

Ad Cæsarem Domitianum. V.

SI desiderium, Cæsar, populique patrumque
Respicis, & Latiæ gaudia vera togæ;
Redde Deum votis poscentibus; invidet hosti
Roma suo, veniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propius videt ille, tuoque
Terretur vultu barbarus, & fruitur.

Palpat Domitianum, quem incredibili desiderio exspectari dicit à patria. Si te charitas civium tuorum movet; si Senatus & plebis vota non negligis, redi in urbem.
2. *Togæ*] Gentis togatæ, Romanæ.
3. *Deum, &c.*] Te ô Domit. *Invidet hosti.*] Quod tua fruitur præsentia.
4. *Veniat laurea, &c.*] Etsi magnam referres victoriam laureatis literis significatam, &c. ut epigr. seq. lauream simul de Sarmatis Domitianus intulit Jovi Capitolino.
5. *Terrarum Dominum.*] En caussam, cur hosti Roma invideat, quia præsentem videt Dominum & Deum nostrum. *Ille.*] Hostis.
6. *Terretur, &c.*] Vultu hostis & victoris. *Fruitur.*] Vultu specioso & augusto Dei.

De fama reditus Domitiani. VI.

ECquid Hyperboreis ad nos conversus ab oris
Ausonias Cæsar jam parat ire vias?
Certus abest auctor, sed vox hoc nunciat omnis:
Credo tibi; verum dicere, Fama, soles.
Publica victrices testantur gaudia chartæ:
Mar-

De reditu Cæsaris ait, passim rumores spargi, sed absque auctore, rogat Cæsarem, ut ipse auctor nuntiusque sit triumphi, & mox veniat. *Rad.*
1. *Hyperboreis, &c.*] A Sarmatis qui Septentrioni finitimi.
2. *Ausonias Cæsar, &c.*] Italas, ab Ausone Ulyssis & Calypsus filio.
3. *Certus abest auctor.*] Auctorem certum non habemus, fama tamen constans est, & famæ fidem habere lubet.
5. *Publica.*] Si litteræ Romam missæ testantur venturum principem, quid est quod dicat, *Certus abest auctor?* litteras intellige missas de victoria Cæsaris adversus Sarmatas, non de adventu: quamquam poëta rectè conjiciat, venturum principem bello patrato. argumento à litterarum testimonio ducto. *Victrices testantur, &c.*] Laureatæ literæ ad Senatum missæ, victoriæ indices.

Martia laurigera cuspide pila virent.
Rursus, iô, magnos clamat tibi Roma triumphos,
Invictusque tua, Cæsar, in urbe sonus.
Sed jam lætitiæ quâ sit fiducia major,
Sarmaticæ laurus nuncius ipse veni.

6. *Laurigera, &c.*] Pila & hastæ militum victoriam testantur laureata. Lauro enim & frondibus festis ornabantur pila ἐν κατορθώμασι καὶ νίκαις. Plin. lib. 35. cap. ult. *Ipsa pacifera* (laurus scil.) *ut quam prætendi etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipua lætitiæ, victoriarumque nuncia additur litteris, & militum lanceis, pilisque.* Quare è Romano more Seneca in Agamemnone:

Sed ecce vasto concitus miles gradu
Manifesta properat signa lætitiæ gerens:
Namque hasta summo lauream ferro gerit.

Herald.

7. *Iô, magnos clamat, &c.*] Vox triumphi solennis. *Ipse gerens laurus, lauro devinctus agresti, Miles* Iô *magnâ Voce triumphe canet.* Tibul. lib. 2. epigr. 6.

8. *Invictusque.*] Vocaris jam & proclamaris à toto populo, *invictus Imperator.* Est enim hoc solenne Imperatorum elogium, ut dicantur *Invicti, &c.* Rad.

9. *Sed jam lætitiæ.*] Sed ut expleatur populi desiderium & gaudium, propera in urbem, & ipse nuncius esto tuæ victoriæ.

10. *Nuncius ipse veni.*] Tu ipse ô Domit.

Ad Cæsarem Domitianum. VII.

Hiberna quamvis Arctos, & rudis Peuce,
Et ungularum pulsibus calens Ister,
Fractusque cornu jam ter improbo Rhenus,
Teneat domantem regna perfidæ gentis,
Te summe mundi rector, & parens orbis,
Abesse nostris non tamen potes votis.

Illic

Argumentum de desiderio & amore pop. Romani erga Principem absentem. Quasi dicat. Quamvis procul ab urbe in hostico ad septentrionem degas; tamen es præsens animis & votis nostris. *Rad.*

1. *Hiberna, &c.*] Quamvis te detineant à nobis bella in regionibus septentrionalibus. *Rudis.*] Rudem credo vocat, à barbarie Peucinorum. Arrianus lib. 1. & poëta infra. *Peuce.*] Insula ad primum Istri ostium.

2. *Ungularum pulsibus.*] Cujus *undas Frigore concretas ungula pulsat equi.* Ovid. 3. Trist. eleg. 10. *Calens.*] Poëtica hyperbole. Locum frequentatum sonat vox *caleo.*

3. *Fractusque.*] Et Rheni accolæ Germani, Batavi, & Catti tribus expeditionibus victi. *Cornu jam, &c.*] Alludit ad fluviorum cornua. Ælian. capite 33. libro 2. Variar. historiar.

4. *Teneat.*] Quamvis, ô Cæsar, ibi occupatus sis & detineare, in coërcendis rebellibus. *Perfidæ gentis.*] Rebellis & contumacis.

6. *Abesse nostris, &c.*] Animis tamen & votis te consequimur.

8. *Adeo*

Illic & oculis & animis ſumus, Cæſar:
Adeoque mentes omnium tenes unus,
Ut ipſa magni turba neſciat Circi
Utrumne currat Paſſerinus, an Tigris.

8. *Adeoque mentes.*] Ita omnes quum aliquid narratur, vel de victoria, vel de adventu tuo, animis & oculis avertuntur à ſpectaculis, ut nemo advertat quid illic agatur. *Rad.*

9. *Ut ipſa magni, &c.*] Ut mentes noſtræ quondam Circenſibus ludis attentæ, jam tibi peregrinatæ neſciant quid in circo agatur.

10. *Paſſerinus.*] Palat. leg *Paſſarinus.* Equus. habet enim tabula equorum Circenſium, apud Onuphrium, nomen Paſſerini equi Circenſis. Legendum cenſet Salmaſius:

Ut turba magni ſæpe neſciat Circi
Utrumne currat Paſſerinus an Tigris.

Paſſerini & Tigridis nominibus, qui in illa ætate, equi fuerunt celeberrimi, duas quadrigas intelligi debere certum eſt, in quibus equi illi funales ſiniſtri erant. Non verò illi equi ſingulares currebant, ſed in curru juncti. Per Paſſerinum ergò intelligit currum, in quo Paſſerinus fuit præcipuus equus. Idem dici oportet & de Tigri. *Salmaſius.*

De reditu Domitiani. VIII.

NUnc hilares, ſi quando mihi, nunc ludite Muſæ:
Victor ab Odryſio redditur orbe Deus.
Certa facis populi tu primus vota, December:
Jam licet ingenti dicere voce; Venit.
Felix ſorte tua! poteras non cedere Jano,
Gaudia ſi nobis, quæ dabit ille, dares.
Feſta coronatus ludet convicia miles,
Inter laurigeros cum comes ibit equos.

Fas

Cum nunciatum eſſet Domitianum venturum in urbem, eumque jam eſſe in itinere; alloquitur poëta, primum Muſas, deinde Decembrem; quem dicit Januario anteponi potuiſſe, ſi Cæſar ipſo Decembri veniſſet in urbem. Poſtremo dicit, ſua carmina valde convenire tempori, eſſe enim illa jocoſa; mox etiam militem jocos in triumpho dicturum. *Rad.*

1. *Nunc hilares, &c.*] Si unquam aliis carminibus luſi, nunc poſcit tempus ut læta canam.

2. *Odryſio, &c.*] Septentrionali, ubi Odryſa Thraciæ urbs verſus Euxinum.

3. *Certa facis, &c.*] Menſe tandem Decembri certum accepimus nuncium de Cæſaris reditu. *Vota.*] Deſideria, gaudiaque.

5. *Sorte tua, &c.*] Eo quod nuncius es reditus Domitiani. quod ſi eodem menſe urbem ingreſſurus eſſet Cæſar, nec ipſi Januario cederet December.

7. *Feſta coronatus, &c.*] De jocis & ſcommatis militum in Imperatorem jactis, ſupra diximus. vide epigr. 5. lib. 1. ℣ſ. 3.

8. *Laurigeros.*] In triumphis & ipſi equi laureati incedebant. *Comes.*] Miles.

Fas audire jocos, levioraque carmina, Cæsar,
Et tibi: si lusus ipse triumphus amat.

9. *Jocos, &c.*] Mea hæc jocosa epigrammata.

10. *Sit tibi, &c.*] Gruter. è MSS. *Et tibi.* J.Rutgers. leg. *Et tibi sit. lusus ipse.* *Lusus ipse.*] Solennis enim & magnificus triumphus, admittit quosvis, & quorumvis militum ac hominum jocos.

De Cascelio. IX.

CUm sexaginta numeret Cascelius annos,
Ingeniosus homo est: quando disertus erit?

Jactabat se Cascelius de ingenio ἐξηχηνζαστὴς, volebatque videri doctus. Poëta, nimis sero te inquit, ingeniosum dicis; à puero requirebatur ad doctrinam futuram ingenium. *Raderus.*

2. *Quando disertus erit.*] Disertus scil. futurus post ducentos annos, & acturus causas apud inferos, in quo tandem sexagenario ingenium ad doctrinam futuram elucere incipit. *Quando?*] Nunquam: hactenus enim nihil studuit, & in posterum non poterit; ætas enim negat.

In Olum. X.

PÆdicatur Eros, fellat Linus: Ole, quid ad te,
De cute quid faciant ille, vel ille, sua?
Centenis futuit Matho millibus: Ole, quid ad te?
Non tu propterea, sed Matho pauper erit.
In lucem cœnat Sertorius: Ole, quid ad te?
Cum liceat tota stertere nocte tibi.
Septingenta Tito debet Lupus: Ole, quid ad te?
Assem ne dederis, credideris ve Lupo.
Illud dissimulas, ad te quod pertinet, Ole,
Quodque magis curæ convenit esse tuæ.
Pro togula debes: hoc ad te pertinet, Ole.
Quadrantem nemo jam tibi credet: & hoc.

Uxor

1. *Pædicatur Eros, &c.*] Olus aliis obtrectabat, aliosque prodigere sua dicebat, quum ipsemet nihil haberet. *Ole quid ad te?*] Legendum censet Salmasius: *Olle, quid ad te De cute quid faciant ille vel ille sua?* Nam *De alieno corio ludere* proverb. in eos dicitur qui de alieno liberales. sed chamæleon non de alieno, sed de suo plane corio ludit, quod ita pro libito, versipelle habet ac versatile. Turneb. lib. 24. cap. 28.

5. *In lucem cœnat.*] Pernox in commessationibus, compotariones in lucem protrahit. sic epigr. 29. lib. 1.

8. *Assem ne dederis.*] Si te sollicitum reddunt nomina Lupi quæ Tito debet; tu nil illi credas, cura vacabis.

11. *Pro togula debes.*] Nondum solvisti togam quam gestas; hoc taces & dissimulas, aliorumque debita recenses.

14. *Poscit*

Uxor mœcha tibi est: hoc ad te pertinet, Ole.
Poscit jam dotem filia grandis: & hoc.
Dicere quindecies poteram quod pertinet ad te:
Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil.

14. *Poscit jam dotem.*] Nam filiæ debitor est pater, quum eam dotare teneatur, lib. 19. D. de ritu nupt. l. 1. §. sed si D. si quid in fraud. patron. Quare Artemidorus observat eleganter, filias in somnis sumptum & damnum portendere, quia dos iis debetur. *Her.*

16. *Sed quid agas, &c.*] Sed neque ego in aliena rep. curiosus, neque tu aut tua tanti.

Ad Aulum Pudentem. XI.

COgis me calamo, manuque nostra
Emendare meos, Pudens, libellos.
O quam me nimium probas, amasque,
Qui vis archetypas habere nugas?

4. *Qui vis archetypas, &c.*] Qui vel in nugis, qualia sunt mea carmina, primogenias probas ab ipso autore exaratas vel emendatas.

Ad Faustinum. XII.

SIc me fronte legat dominus, Faustine, serena,
Excipiatque meos qua solet aure jocos:
Ut mea nec juste quos odit, pagina lædit,
Et mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodest? cupiant cum quidam nostra videri,
Si qua Lycambeo sanguine tela madent?
Vipereumque vomant nostro sub nomine virus,
Qui Phœbi radios ferre diemque negant?

Ludi-

Clancularius poëta, ut poëtæ nostro periculum crearet, famosa quædam carmina Martialis nomine ediderat. Jurat poëta nihil à se scriptum, quod cuiquam ruborem adferret, aut notam inureret. *Rad.*

1. *Dominus.*] Domitianus, quem maxime lectorem velim.

2. *Qua.*] Benigna.

4. *Mihi de nullo, &c.*] Non famam capto ex alienâ infamiâ epist. 1. l. ✻ſ.6. ubi *rubet Auditor cui frigida mens est.*

5. *Cupiant cum, &c.*] Clancularius aliquis Poëta, famosa quædam & virulenta carmina sub personâ Martialis ediderat. epigrammare 3. & 33. libro 10.

6. *Lycambeo, &c.*] Mordaci & rabido jambo, quali armatus Archilochus, Lycamben socerum, quod sponsam sibi negasset filiam, ad suspendium adegit.

8. *Qui Phœbi, &c.*] Non ausi nomen suum prodere.

 9. *Ludi-*

Ludimus innocui: scis hoc bene. juro potentis
Per genium Famæ, Castalidumque gregem:
Perque tuas aures magni mihi numinis instar,
Lector, inhumana liber ab invidia.

9. *Ludimus innocui, &c.*] Sic MS. Bodl. sic Scriver. ed. at vulg. *Ludimus innocuis verbis hoc juro.*

10. *Per genium Famæ.*] Me innocuum esse à maledicentia, juro per famam nominis mei, & per tuum favorem lector candide. *Genius* enim est rei cujuscunque gratia, Venus, lepos. epigramm. 60. lib. 6. *Castalidumque gregem.*] Musarum chorum.

De Lycoride. XIII.

DUm *Tiburtinis albescere solibus audit*
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur,
Venit in Herculeos colles. quid Tiburis alti
Aura valet? parvo tempore nigra redit.

Vide consonum huic epigramm. 62. lib. 4.

1. *Tiburtinis albescere collibus.*] Gruterus *solibus*, è MS. quicum consentit, quem nos egregium contulimus. Nuper reduxerunt vulgatum, scilicet ignari *soles* κατ' ἐξοχὴν pro aprico & delicato sole dici. Florus de Hannibale: *invictum Alpibus indomitum armis, Campaniæ soles & tepentes fontibus Bajæ subegerunt.* Ovidius primo Fast. *Tunc blandi soles, ignotaque prodit hirundo.* Et lib. 2. *Solibus & campo corpora nuda dabant.* Idem 13. Met. *Solibus hibernis, æstiva gratior unda.* Noster libro 6. ep. 43. *Bajani soles.* Et lib. 10. ep. 51. *O soles! ô tunicata quies.* Gronov. *Collibus.*] *Solibus*, ex Palatino Gruter. legit.

3. *Quid Tiburis alti Aura.*] Silius Italicus lib. 12. Pun. *Quale micat semperque novum est, quod Tiburis aura Pascit ebur.* Gronovius.

Ad Aulum, de luctu suæ puellæ. XIV.

ACcidit *infandum, nostræ scelus, Aule, puellæ;*
Amisit lusus, deliciasque suas:
Non quales teneri ploravit amica Catulli
Lesbia, nequitiis passeris orba sui;
Vel Stellæ cantata meo, quas flevit Ianthis,
Cujus in Elysio nigra columba volat.

Lux

1. *Scelus, &c.*] Parcarum scilicet malarum, ut epigr. 62. lib. 6.

3. *Ploravit, &c.*] Epigr. 2. & 3. Catulli.

4. *Lesbia, &c.*] Vide & epigr. 8. lib. 1.

5. *Quas flevit.*] Scil. delitias. malè alii leg. *quam flevit:* neque enim referri potest ad *columbam.*

6. *Elysio nigra, &c.*] Poëtice. omnium enim rerum umbras apud inferos volunt esse.

7. *Nec*

Lux mea non capitur nugis, nec amoribus istis,
Nec dominæ pectus talia damna movent.
Bis denos puerum numerantem perdidit annos,
Mentula cui nondum sesquipedalis erat.

7. *Nec amoribus istis.*] Grut. *neque moribus istis.*

Ad Arginum puerum Ianthidos. XV.

QUis puer hic nitidis absistit Ianthidos undis,
Et fugit ad dominam Najada? nunquid Hylas?
O bene, quod sylvâ colitur Tirynthius istâ,
Et quod amatrices tam prope servat aquas!
Securus licet hos fontes, Argine, ministres:
Nil facient Nymphæ: ne velit ipse, cave.

1. *Puer hic nitidis.*] Arginus scilicet. *Absistit Ianthidos.*] Qui abstinet, qui refugit. Alii *adsistit.* *Undis.*] Fonte in ædibus Stellæ.

2. *Et fugit ad dominam Najada.*] Argini effigiem intellige positam in nemore propter fontem, quem Stella ab uxoris Violantillæ nomine appellaverat Ianthida: sed ita proptet, ut modicum intervallum interesset. Ideo fingit poëta puetum sic locatum, quasi vereretur casum Hylæ, quem quum appropinquasset nimium aquæ, Nympha rapuit. Idque tum expressit: *Et fugitat dominam Naida.* Fugitare videtur, dum absistit, nec audet adpropinquare. fontem vocat *Naida dominam* quia gerebat nomen dominæ Argini, uxoris Stellæ, qui ejus dominus. *Gronovius.* *Dominam Najada.*] Cujus Nympham dixerat esse Ianthida, epigramm. 47. lib. 7. *Hylas.*] Lib. 6. epigramm. 68. ꝟs. 8. & epigr. 49. lib. 5. ꝟs. 5.

3. *O bene, &c.*] O bene tibi est quod proximo nemore cultus Hercules tibi præsidio est & tutela, ne rapiaris à Nymphis te amantibus. epigr. 49. infra. *O bene quod*, usitata φράσις & elegans. Ovid. Eleg. 2. lib. 1. Trist.

O bene, quod non sum mecum conscendere passus.

Sic Græcis ὡς εὐτυχῶς ὅτι.

5. *Securus, &c.*] Sine metu potes ex hoc fonte haurire aquam, quam ministres. Ianthis nympha hujus fontis non rapiat te, ut Hylam quondam nymphæ. Ascanii. cave tibi ab ipso Stella. Et pro *facient*, alii leg. *faciunt*.

Ad Regulum. XVI.

ÆRa domi non sunt. superest hoc, Regule, solum,
Ut tua vendamus munera: numquid emis?

Ad

Callida emendicatio. Dum inopiæ suæ unicum remedium dicit esse venditionem munerum sibi à Regulo missorum, quæ norat dominum non redempturum, donaturum potius pretium ipsorum.

Ad bibliothecam Julii Martialis. XVII.

Ruris bibliotheca delicati,
Vicinam videt unde lector urbem;
Inter carmina sanctiora si quis
Lascivæ fuerit locus Thaliæ:
Hos nido licet inseras vel imo,
Septem quos tibi mittimus libellos:
Auctoris calamo sui notatos:
Hæc illis pretium facit litura.
At tu munere dedicata parvo,
Quæ cantaberis orbe nota toto:
Pignus pectoris hoc mei tuere
Juli bibliotheca Martialis.

Autographum septem librorum epigrammatum dedicat bibliothecæ Julii Martialis, cujus hortos & rus in Janiculo suburbano descripsit.

1. *Ruris, &c.*] Ruris suburbani Julii Martialis, quod descripsit epigr. 64. l. 4.

2. *Vicinam videt, &c.*] Sic ep. 64. lib. 4. ℣s. 11.

4. *Lasciva Thaliæ.*] Meis his carminibus jocosis floridæ & conviviis aptæ Musæ Θαλείας fœtibus. ut epigr. 8. lib. 4. ℣s. 12.

5. *Nido imo.*] Infima statione, ordine. *Nidi* enim foruli sunt librorum, in quibus velut capsis, certo ordine graduque reponuntur, ut diximus. epigr. 118. lib. 1. ℣s. 15.

8. *Hæc illis pretium, &c.*] Quod autoris autographi sunt, & quos ep. 10. supra, dixit archetypos. *Litura.*] Et majori in pretio erunt, quod manu mea emendati.

9. *Tu munere.*] Cui consecro & dono hos libellos meos. *Dedicata.*] Donata, consecrata. Bibliothecæ enim Musis & Apollini sacræ erant. Dedicabantur & statuæ & imagines in bibliothecis.

10. *Nota.*] Carmine meo.

In Gallam. XVIII.

Cum tibi sit facies, de qua nec fœmina possit
Dicere; cum corpus nulla litura notet:
Cur te tam rarus cupiat, repetatque fututor,
Miraris? vitium est non leve, Galla, tibi.
Accessi quoties ad opus, mistisque movemur
Inguinibus: cunnus non tacet, ipsa taces.
Dî facerent ut tu loquereris, & ipse taceret:

Offen-

2. *Dicere, &c.*] Se talem habere. id est tibi contendere, tibi se æquiparare, præferre saltem non ausit. *Litura notet.*] Menda, nævus. vel lomentum quo rugas condunt linuntque. epigramm. 42. lib. 3.

11. *Fatui*

Offendor cunni garrulitate tui.
Pedere te mallem: namque hoc nec inutile dicit
Symmachus, & risum res movet ista simul.
Quis ridere potest fatui poppysmata cunni?
Cum sonat hic, cui non mentula mensque cadit?
Dic aliquid saltem, clamosoque obstrepe cunno:
Et si adeo muta es, disce vel inde loqui.

11. *Fatui poppysmata cunni?*] Vide epigr. 71. lib. 3. ✠. 8.

De fragmento Argûs. XIX.

FRagmentum, quod vile putas & inutile lignum,
Hæc fuit ignoti prima carina maris.
Quam nec Cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere, nec Scythici tristior ira freti.
Secula vicerunt: sed quamvis cesserit annis,
Sanctior est salva parva tabella rate.

De Argo nave, doctissime disertissimeque unus in paucis Hieronymus Columna ad Ennii Medeam disputat pag. 314. Hujus fragmentum tempore Martialis Romæ exstabat, in quod est hoc epigramma. *Rad.*

1. *Fragmentum, &c.*] Quod Romæ extabat tempore Martialis, ut videtur.

2. *Ignoti prima, &c.*] Non prius tentati mortalibus. *Nullaque mortales præter sua litora norant.* Argonautas primum tentasse mare volunt poëtæ.

3. *Cyaneæ quondam, &c.*] Duæ insulæ in Ponti Euxini ostio, quæ & Symplegades, quas transmisere Argonautæ non sine periculo, mutilata summa puppis parte. has ergò transmisere, Phinæi monitu, præmissa vix duce columba. *Ruinæ* addit, quia ad Cyaneos hosce scopulos magnum adiere discrimen. vide quæ ad ✠. 1210. Herc. Fu. & ✠. 341. Medeæ Senecæ notavit Farnabius.

4. *Ira freti.*] Al. *unda.*

5. *Secula vicerunt, &c.*] Fluctus, scopulos, Syrtes prætervectam & superantem, vicit tandem ætas. Hoc est, & quæ non cesserat fluctibus, scopulis & Syrtibus, cessit tandem tempori, quod exedit, consumitque omnia.

6. *Sanctior est, &c.*] Fragmentum hoc religione & antiquitatis veneratione vel ipsam integram, vel alias quasvis naves superat.

In Sanctram. XX.

NIhil est miserius, nec gulosius Sanctrâ.
Rectam vocatus cum cucurrit ad cœnam,

Quam

Emptorem cœnarum, & venditorem earundem Sanctram describit.

1. *Miserius.*] Tum labore & officiis quibus cœnam captavit: tum maxime avaritia, qui analecta vendidit. *Gulosius Sanctra.*] Rapacius, qui tantum suffuratus est.

2. *Rectam vocatus.*] In qua accumbit. Domitianus enim abrogatis sportulis, revocarat rectas cœnas, ut supra dict.

4. *Ter*

Quam tot diebus, noctibusque captavit;
Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,
Et utramque coxam leporis, & duos armos:
Nec erubescit pejerare de turdo;
Et ostreorum rapere lividos cirros.
Buccis placentæ sordidam linit mappam.
Illic & uvæ collocantur ollares,
Et Punicorum pauca grana malorum,
Et excavatæ pellis indecens vulvæ,
Et lippa ficus, debilisque boletus.
Sed mappa cum jam mille rumpitur furtis,
Rosos tepenti spondylos sinu condit,
Et devorato capite turturem truncum.
Colligere longa turpe nec putat dextra
Analecta, quicquid & canes reliquerunt.
Nec esculenta sufficit gulæ præda,

4. *Ter poscit.*] Liberaliores convivatores clientibus & convivis potestatem faciebant poscendi, quæ vellent. epigr. 81. lib. 3. ※s. 20.

5. *Utramque coxam.*] Nempe meliores leporis partes.

6. *Pejerare de turdo.*] Jurare sibi turdum non appositum, cum plures appositos subduxisset.

7. *Ostreorum, &c.*] Cirros ostreorum Raderus opinatur dici purpureos crines, qui fibras ostreorum ambiunt; cum vero ostrea proprie citris careant, cum Brodæo lib. 9. Misc. cap. 29. sentio per *ostrea* intelligi, osttacoderma: utpote locustas, squillas, cancros, astacos.

8. *Buccis placentæ, &c.*] Ut, *improbi panis buccas*, epigrammate 5. lib. 10. & *sectæ quadræ placentæ*, epigr. 7. lib. 3. Vulg. *Dulci placenta.* *Mappam.*] Dum mappæ involvit placentam subductam. vel simpliciter, sordidam.

9. *Ollares.*] Quæ in olla servabantur. Platina lib. 2. & Plin. lib. 5. c. 17. Columell. cap. 43. lib. 12.

11. *Excavatæ, &c.*] Granatorum mal. Exesis carnibus. *Vulvæ.*] Ejectitiæ. vide epig. 56. l. 13. & Apitii l. 7. c. 1.

12. *Lippa ficus.*] E qua lactens fluit humor. *Debilisque boletus.*] Non optimus. *Farnabius.* Immo recisus, vel nullo aut debili caule. Ut Statio, *debilisque perna.* Gronovius.

14. *Spondylos sinu condit.*] Vertebrasne animalium? an pisces, cum Macrobio & Seneca. qui vulgo *schinoli*? an salsamenta, cum Athenæo? Salmasius verò de aliis spondylis non hoc intelligendum dicit, quam de ostrearum cervicibus. Petronio cochlearum cervices dicuntur, qui Græcis τραχηλοι.

15. *Et devorato, &c.*] Sanctra turturem capite detracto furatus est.

16. *Longa.*] Porrecta.

17. *Analecta.*] Quæ sub mensam cadebant vel projiciebantur, erantque ministris relegenda. Rectius Scriverius distinguit: *dextra, Analecta quicquid.* nam *Analecta*, ὁ ἀναλέκτης, non τὰ ἀνάλεκτα. vide lib. 14. ep. 80.

18. *Nec esculenta, &c.*] Nec cibos tantum rapit.

Misto lagenam replet ad pedes vino.
Hæc per ducentas cum domum tulit scalas,
Seque obserata clusit anxius cella,
Gulosus ille postero die vendit.

19. *Misto lagenam, &c.*] Aqua temperato, quod servi ad pedes biberent.

20. *Ducentas, &c.*] Multas scalas, aut scalarum gradus: & Sanctram pauperem sub tegulis altis more pauperum habitasse, ut epigr. 118. lib. 1. vel per multas ædes.

22. *Vendit.*] Ἀπροσδοκήτως, expectabatur ut rapax & gulosus Sanctra voraret ista: ille vero avarus & miser vendidit.

De natali Lucani. XXI.

HÆc est illa dies, quæ magni conscia partus,
Lucanum populis, & tibi, Polla, dedit.
Heu! Nero crudelis, nullaque invisior umbrâ:
Debuit hoc saltem non licuisse tibi.

Natalem diem & fatalem Lucani, eodem epigrammate canit & deplorat. C. Cæsare Germanico, iterum, & L. Cæsiano coss. Cordubæ, quæ Hispaniæ Bæticæ provincia, natus est Lucanus, IV. Nonar. Novembr.

1. *Magni conscia partus.*] Lucani, nobilis poetæ.

2. *Polla dedit.*] Polla Argentaria uxor Lucani.

3. *Heu! Nero crudelis.*] Conspiraverat Lucanus in Neronem, quod fama carminis ejus premebatur à Nerone; contra quem, ut canit Papinius, est in theatro coronatus. *Nullaque invisior umbrâ.*] Nullius cæde invisior quam Lucani. sic de Cicerone epigramm. 70. lib. 5. ✝s. 2.

4. *Non licuisse tibi.*] Respexit id, quod multis à se occisis, dixit Nero, *Nescisse hactenus Cæsarem, quantum Imperatori liceret.*

De eodem. XXII.

VAtis Apollinei magno memorabilis ortu
Lux redit: Aönidum turba favete sacris.
Hæc meruit, cum te terris, Lucane, dedisset,
Mixtus Castaliæ Bætis ut esset aquæ.

De

1. *Vatis, &c.*] Lucani poëtæ sub Apollinis præsidio. *Memorabilis, &c.*] Clarus & celebrandus natalis.

2. *Turba.*] Al. *turma.* vide Jan. Gulielm. in Pseudolum Plauti quæst. c. 6.

3. *Hac meruit, cum te terris, &c.*] Hæc dies vel propter te ô Lucane editum meruit, ut Bætis, patrius Lucani fluvius, numeraretur inter fontes Musarum.

1. *Phœb*

De eodem, ad Phœbum. XXIII.

Phæbe veni; sed quantus eras cum bella tonanti
Ipse dares Latiæ plectra secunda lyræ.
Quid tantâ pro luce precer? tu, Polla, maritum
Sæpe colas, & se sentiat ipse coli.

1. *Phœbe veni; sed quantus, &c.*] Ad sacra hæc quibus celebramus natalem Lucani, cui tu ipse dedisti secundam carminis epici à Virgilio gloriam. Et pro *canenti*, Gruterus legit, *tonanti.*

4. *Sæpe colas, &c.*] Diu vivas ut quotannis colas hunc mariti tui natalem.

In maledicum. XXIV.

Cum Juvenale meo quæ me committere tentas,
Quid non audebis, perfida lingua, loqui?
Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes:
Thesea Pirithoï destituisset amor.
Tu Siculos fratres, & majus nomen Atridas,
Et Ledæ poteras dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis, & talibus imprecor ausis;
Ut facias illud, quod, puto, lingua, facis.

1. *Cum Juvenale, &c.*] Quæ tentas contentionis & dissidii semina serere inter me & Juvenalem meum, egregium illum procul dubio Satyrographum. vide Lips. ep. 20. quæstionum lib. 1.

3. *Pyladen odisset Orestes.*] Adblanditur nimis, *Pylades odisset Oresten*, quæ est scriptura Palat. Vel pueris nota hæc amicorum paria.

5. *Siculos fratres, &c.*] Amphinomum & Anapiam Catanâ Siciliæ oppido oriundos, fratres invicem charos, erga parentem pios. de quibus Seneca 3. de Benef. cap. 17. Strabo lib. 6. Plutarch. orat. ad Apollonium, Silius, &c.

6. *Ledæ genus.*] Castorem & Pollucem.

8. *Ut facias illud, &c.*] *Hæreat inguinibus semper tam noxia lingua, &c.* epigr. 61. lib. 2. *Lingua facit.*] Gruterus ex Palat. legit, *facis.* alloquitur enim ipsam linguam.

In malum poëtam. XXV.

Dulcia cum tantum scribas epigrammata semper,
Et cerussatâ candidiora cute:
Nullaque mica salis, nec amari fellis in illis
Gutta sit, ô demens! vis tamen illa legi.

Nec

2. *Cerussatâ, &c.*] Cerussa exposita.

3. *Salis.*] Ingenii, argutiæ, urbanitatis. *Fellis.*] Amarulentiæ, acerbitatis.

5. *Nec*

Nec cibus ipse juvat morsu fraudatus aceti:
Nec grata est facies, cui gelasinus abest.
Infanti melimela dato, fatuasque mariscas:
Nam mihi, quæ novit pungere, Chia sapit.

5. *Nec cibus, &c.*] Ut acida acuunt & irritant stomachum; ita acriter dicta, invitant lectorem.

6. *Nec grata est facies, &c.*] Qualem ori gratiam addunt rugæ illæ inter ridendum contractæ: tale epigrammati decus addunt quæ risum movent. *Vel*, Ut minus grata est facies cui ridenti deest Deus Gelasinus: ita & epigrammati perit venustas, si absit mordacitas.

7. *Infanti melimela dato, &c.*] Infantibus mellita seu mustea poma dato & propter dulcedinem insipidas ficus, quasi dicat. Insulsis placeant epigrammata dulcia & nec ingenio nec acerbitate condita: mihi placet epigramma salsum, acre, mordax, & piperatum.

8. *Quæ novit, &c.*] Ficus Chia quæ salem & vinum sapit. epigramm. 23. lib. 13.

Scazonta mittit ad Apollinarem. XXVI.

Apollinarem conveni meum, Scazon,
Et si vacabit (ne molestus accedas)
Hoc qualecunque, cujus aliqua pars ipsa est,
Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures.
Si te receptum fronte videris totâ,
Noto rogabis ut favore sustentet.
Quanto mearum, scis, amore nugarum
Flagret: nec ipse plus amare te possum.
Contra malignos esse si cupis tutus,
Apollinarem conveni meum, Scazon.

De

Apollinaris hic extra aleam magnus clarusque vir erat; si modo is est, ad quem Secundi leguntur epistolæ. doctissimum eundem fuisse constat ex hoc carmine, quo testatur hunc aliquam epigrammatum suorum partem esse: monetque Scazontem suum, Jambumve claudicantem, ut in sinum Apollinaris confugiat, ubi tutum fore librum pollicetur. *Rad.*

1. *Apollinarem.*] Ad eundem epigramm. 87. lib. 4. *Scazon.*] Epigr. 97. lib. 1.

2. *Et si vacabit, &c.*] Sed captato oportuno tempore.

3. *Cujus aliqua pars ipse est.*] Limam adhibens, emendans, interpolans partem habet in hoc qualicunque opere.

4. *Hoc facetum.*] Quomodo *facetum*, quod modo vocabat *Qualecumque*? Cui modestiæ istud haud quaquam convenit. Scribe: *faceta*. Aures *facetas* vocat ejus, qui facetus est, qui scit eleganter audire. Ut Nero *solos scire audire Græcos* ajebat. *Gronovius.*

5. *Totâ.*] Plane læta & benigna.

De Apro sibi à Dextro misso. XXVII.

TUscæ glandis aper populator, & ilice multâ
Jam piger, Ætolæ fama secunda feræ,
Quem meus intravit splendenti cuspide Dexter;
Præda jacet nostris invidiosa focis.
Pinguescant madido tetri nidore Penates,
Flagret & exciso festa culina jugo.
Sed coquus ingentem piperis consumet acervum,
Addet & arcano mista Falerna garo.
Ad dominum redeas: noster te non capit ignis,
Conturbator aper. vilius esurio.

1. *Tuscæ glandis, &c.*] Glande pastus in agro Tuscano. *Ilice multâ.*] Saginâ & pinguedine à glande.

2. *Jam piger.*] Gruterus legi posse credit, *Impiger. Ætolæ fama, &c.*] Magnitudine proximus apro illi, quem irata Diana in Ætolorum agros immisit. lib. spect. 15.

3. *Cuspide.*] Venabulo. *Dexter.*] A quo occisum & poëtæ missum arguit supremum distichon. Alii *culter.* Et tunc ad Martialem deberet referri.

4. *Invidiosa focis.*] Opima, cui vel invideri possit; utpote majori, quam mea ferat conditio.

5. *Pinguescant, &c.*] Uncta cœna & lauta instruatur ob pinguem aprum; rideant penates madidi, ebriique lares. *Rad. Penates.*] Qui juxta focum, vel ædes. *Metonymice.* Al. *madido tetri nidore Penates.*

6. *Jugo.*] Sylvâ, *Hyperbolice. Vel* lignis *Synecdochice* è montis jugo. ad aprum scil. assandum.

7. *Sed coquus, &c.*] Sed impensa condiendi, superabit facultates meas, satius itaque est ut remittam Dextro, nisi forte & ille mihi hos sumptus suppeditet.

8. *Arcano mista, &c.*] Interiori melíorique garo, quod admisto Falerno dicebatur œnogarum. vide epig 93. lib. 6. ꝟſ. 6. & lib. 13. epigr. 82. & 102.

9. *Te non capit ignis.*] Nostra culina frugalis, non est instructa tot condimentis, aromatibus, & liquaminibus, &c.

10. *Conturbator aper.*] In quo condiendo conturbabuntur rationes meæ, & decoquentur opes. Qui enim non sunt solvendo, neque se extricare nominibus possunt & ære alieno, illi conturbant; nec enim eorum rationes explicari & expediri possunt. Plautus Amphitryonis prologo, explicat contrariam dicendi formam: cum inquit: *Et ut res rationesque vestrorum omnium Benè expedire voltis.* Turneb. lib. IV. cap. 15. *Vilius esurio.*] Minoris constat fames mea, viliori cibo contenta est, minore sumptu cœnam mihi constare velim.

Ad Fuscum. XXVIII.

SIc Tiburtinæ crescat tibi sylva Dianæ,
Et properet cæsum sæpe redire nemus.

Nec

Ad Fuscum mittit librum Saturnalibus legendum & judicandum.

1. *Sic Tiburtinæ, &c.*] Sic tibi omnia feliciter cedant, precor, sic sylva, quam Tibure habes, cæsa revirescat. *Dianæ.*] Nemorum præsidis ac Deæ.

3. *Nec*

Nec Tartessiacis Pallas tua, Fusce, trapetis
Cedat, & immodici dent bona musta lacus.
Sic fora mirentur, sic te Pallatia laudent,
Excolat & geminas plurima palma fores:
Otia dum medius præstat tibi parva December,
Exige, sed certâ, quos legis, aure jocos.
Scire libet verum: res est hæc ardua: sed tu
Quod tibi vis dici, dicere, Fusce, potes.

3. *Nec Tartessiacis.*] Nec olivetum tuum fertilitate olearum aut olivi copiâ cedat Hispanis olivis: Tartessus Straboni fluvius est, qui aliis Bœtis, unde Bœtica Hisp. *Pallas tua.*] Olei inventrix, quæ, reliquis Diis steriles ad speciem eligentibus arbores, oleam cum forma, tum fructu insignem sumpsit. *Fusce.*] Videtur hic esse, ad quem Plin. Sec. ep. 9. lib. 7. *Trapetis.*] Prælis oleariis. Gloss. *Trapetum*, ἐλαιῶν μύλος, ἐλαιουργεῖον. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Trapetes molæ oleariæ vocantur.* Sidonius Panegyrico:

—— Oleique liquores
Isse per attonitas bacca pendente trapetas.

Bœtica autem oleo abundabat, eoque pretioso. Papin. lib. 2. Sylvarum.

Quæ Tritonide fertiles Athenas
Unctis Bœtica provocas trapetis.

Quanta fuerit Tartessi dignitas, norunt qui de Bœtica quidquam legerunt. *Heraldus.*

4. *Immodici lacus.*] Pleni, immo redundantes musto lacus, qui excipiunt vinum trapetis expressum. epigr. 44. lib. 4. ℣ſ. 2.

5. *Te Pallatia laudent.*] Agentem causas.

6. *Palma fores.*] Palma affigebatur januis caussidicorum, qui in causis vicissent, quam Ausonius vocat *palmam forensem.* vide Sat. 7. Juven. ℣ſ. 117.

Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso
Figantur virides scalarum gloria palmæ.

Scalas hic pro aditu domus, sive janua accipit, ut Oratorum pauperies indicetur, qui more omnium pauperum in cœnaculis habitabant. *Herald.*

7. *Otia dum medius, &c.*] A causis & foro. Justitium in his Saturnalibus.

8. *Certâ quos, &c.*] Criticâ & censoriâ. *Jocos.*] Epigr. hæc mea.

9. *Scire libet verum, &c.*] Al. *Scire licet.* Alii *Scire libet verum? res est hæc ardua.* ex persona Fusci verum pronunciare subtilmentis, ne odium pariat. respondet poëta: *sed tu mihi dic, quod tibi in pari re dici velles, &c.* vide epist. lib. 12. & Horatii epist. ad Pisones sub fine, vide epist. 76. lib. 8.

Ad Testilum puerum. XXIX.

TEstile Victoris tormentum dulce Voconi,
Quo nemo est toto notior orbe puer:
Sic etiam positis formosus amere capillis,

Et

1. *Tormentum Voconî.*] Deliciæ & amor, qui risus lugubris, dolor suavis, timor generosus, mors viva, &c.

2. *Orbe.*] Alii, *urbe.*

3. *Positis capillis.*] Vide epigr. 32. lib. 1. ℣ſ. 1.

Et placeat vati nulla puella tuo:
Paullisper domini doctos sepone libellos,
Carmina Victori dum lego pauca tuo.
Et Mæcenati Maro cum cantaret Alexim,
Nota tamen Marsi fusca Melænis erat.

4. *Placeat, &c.*] Præ te.

7. *Et Mæcenati, &c.*] Etsi capiebatur maxime Mæcenas eclogâ quam scripserat Virgil. de formoso Alexi quem ardebat: non tamen dedignatus est & carmen, quod Marsus inferior poëta, scripserat de fusca Melænide. ita nec Victor, mea hæc aspernabitur, &c.

8. *Melænis erat.*] A μέλαινα.

In Cæliam. XXX.

DAs Parthis, das Germanis: das, Cælia, Dacis:
Nec Cilicum spernis, Cappadocumque toros.
Et tibi de Phariâ Memphiticus urbe fututor
Navigat, à rubris & niger Indus aquis:
Nec recutitorum fugis inguina Judæorum,
Nec te Sarmatico transit Alanus equo.
Qua ratione facis, cum sis Romana puella,
Quod Romana tibi mentula nulla placet?

1. *Das.*] Tui copiam. *Parthis.*] Al. *Cattis.*

3. *Phariâ urbe fututor.*] Memphi. epigr. 1. lib. spectac. ℣. 1.

4. *Rubris & niger, &c.*] A mari Erythræo quod cum ἐρυθραῖον diceretur Græcis, ab Erythra filio Persii & Andromidæ qui ibi regnavit, Latini *Rubrum* verterunt, cujus coloris vel arenas vel undas esse credebant. Hebr. סב id est, papyrosum.

5. *Recutitorum, &c.*] Quibus circumcisis succrescit cutis.

6. *Sarmatico, &c.*] Namque Alanos Scythiæ pop. in Sarmatia Europæa ponunt Plin. & Ptolom.

Ad Regulum. XXXI.

RAucæ cortis aves, & ova matrum,
Et flavas medio vapore Chias,
Et fætum querulæ rudem capellæ,

Nec

Empta foro, non inempta rurive nata Regulo à se missa munera ait.

1. *Raucæ.*] Ab avium domesticarum rauco cantu. *Cortis.*] Pluribus tectis sive muris septæ, instar mapalii. Festus. *a court or barton.* *Aves, & ova.*] Gallinæ, anseres, anates, columbæ, &c. *Matrum.*] Gallinarum, anatum.

2. *Flavas medio, &c.*] Moderato calore siccatas ficus Chias. supra epigramm. 24. ℣. 8. & l. 13. epigr. 23. vel hibernas & gelatas. epigr. 44. lib. 4.

3. *Fætum.*] Hœdum. *Querulæ, &c.*] De fœtu abrepto quiritantis.

4. Nec

Nec jam frigoribus pares olivas,
Et canum gelidis olus pruinis
De nostro tibi rure missa credis?
O quam, Regule, diligenter erras!
Nil nostri, nisi me, ferunt agelli.
Quidquid villicus Umber, aut colonus,
Aut rus marmore tertio notatum,
Aut Tusci tibi, Tusculi-ve mittunt,
Id totâ mihi nascitur Suburrâ.

4. *Nec jam, &c.*] Gelatas & corrugatas frigore, cui non sunt ferendo.

5. *Canum olus.*] Ex horto rigente, modo lectum, & pruinis obsitum.

7. *Quam, Regule, &c.*] Quam dedita opera erras & dissimulas te nescire sterilitatem agelli mei.

8. *Nisi me ferunt.*] Nihil ferunt, nisi me tantum & vix me alunt agelli mei.

9. *Quidquid villicus Umber.*] Quicquid tibi tuus villicus vel ex Umbria, vel coloni ex Tusculanis agris mittunt, id mihi emendum in foro Suburano. *Rad.*

10. *Rus marmore, &c.*] Suburbanum tuum. ad tertium ab urbe lapidem.

12. *Id totâ mihi, &c.*] Id ego emo in foro olitorio in urbe, quod tamen in Subura non erat. de Subura, vide epigr. 35. lib. 1. ℣. 5. *in meretrix.* & epigr. 57. lib. 3.

Ad Atticum. XXXII.

Attice, facundæ renovas qui nomina gentis,
Nec finis ingentem conticuisse domum:
Te pia Cecropiæ comitatur turba Minervæ,
Te secreta quies, te sophos omnis amat.
At juvenes alios fracta colit aure magister,
Et rapit immeritas sordidus unctor opes.

Non

Laudat currendi exercitationem in Attico.

1. *Facundæ renovas, &c.*] Qui doctissimi ac disertissimi viri T. Pomponii mores & doctrinam exprimis.

2. *Nec finis ingentem, &c.*] Nec degener pateris ut conticescat familiæ tuæ & ortus gloria.

3. *Te pia Cecropiæ, &c.*] Tu habes semper comitatum Græcorum philosophorum.

4. *Te secreta quies.*] Secessus ab ambitu, magistratu & turbâ. *Sophos.*] Sapiens.

5. *At juvenes, &c.*] At alii juvenes vacant pugillatui, quem docet Gymnastes, cujus aures, ut & aliorum athletarum contusæ plerunque sunt à plagis concertatorum. vide Turnebum lib. 24. cap. 28. & Mercurialem lib. 5. de re gymnast. cap. 6.

6. *Et rapit, &c.*] Et aliptes non necessario ungendi ministerio præstito, emungit juvenum marsupia.

Non pila, non follis, non te paganica thermis
Præparat, aut nudi stipitis ictus hebes:
Vara nec injecto ceromate brachia tendis;
Non harpasta vagus pulverulenta rapis:
Sed curris niveas tantum prope Virginis undas,
Aut ubi Sidonio taurus amore calet.
Per varias arteis, omnis quibus area servit,
Ludere, cum liceat currere, pigritia est.

7. *Non pila, &c.*] Pilarum quatuor genera. 1. *Trigonalis*, parva, quam tres lusores figurâ trigonem exprimente, distincti sibi invicem reddebant. 2. *Harpastum*, parva item pila è corio facta, quam solo repercussam, raptam revocabant, unde nomen ab *ἁρπάζω*, rapio. 3. *Follis*, magna pila ex aluta confecta, si major, brachiis; si minor, pugnis impelli solita. 4. *Paganica*, qua in pagis ludebatur. vide epigr. 19. lib. 4. ☧s. 5. *Thermis.*] Ante cœnam lavabant prisci, ante lavationem corpus exercebant.

8. *Præparat.*] Ad thermas, ad balneas. *Stipitis ictus.*] Exercitatio ad palum, contra quem in terra defixum tanquam adversarium tirones se exercebant. vide quæ nos ad ☧s. 248. sat. 6. Juvenalis. vide & Vegerium, Stewechium, Mercurialem, & Lipsium. *Ictus hebes.*] Hebetes ergò ictus, non acuti, quia lignei gladii: *Ictus* ergò à sudibus vel rudibus, ligneis gladiis & clavis.

9. *Vara nec injecto.*] Nec luctâ obtorques brachia & lacertos quasi varos. sic Ludovic. Carion. emendat l. 2. c. 9. alii leg. *Rara.* illa lectio melior.

10. *Harpasta.*] Genus pilæ minimæ, ut dictum ☧s. 7. Epigr. 57. lib. 3. ☧s. 25.

11. *Sed curris.*] Sed exerces tantum te cursu ad aquam Virginem, vel ad porticum Europæ. vide epigr. 21. l. 5. ☧s. 9.

12. *Ubi taurus, &c.*] Taurus Jupiter, qui Europen Agenoris Tyri, & Sidonis conditoris filiam per mare in Cretam vexit. Ad porticum Europæ, epigr. 14. lib. 2. ☧s. 3.

13. *Per varias, &c.*] Literato viro conveniunt magis exercitationes faciles & breves, quæ corpus & sine morâ laxent & tempori parcant, quarum præcipua est cursus, quam pigri isti ludi quibus Campus & gymnasium servit. legitur & *area fervet.* Pet. Scriv. *Areas* intelligit, *vitæ spatia*, ut epigr. 24. l. 10. sed vide epist. 15. Senecæ.

In Cinnam. XXXIII.

Sordidior cœno cum sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi, Cinna, nive;
Dejecto quid, inepte, pedes perfundis amictu?

Colli-

Scopticum in Cinnam, quod mundis & candidis calceis utatur; sordida verò & inquinata toga.

1. *Sordidior cæno, &c.*] Vituperat Cinnam, vel quia sordidus erat, lutoque albos ferebat calceos: vel quia cum fœminis communes gerebat, hoc est, albos. *Dempsterus.*

2. *Candidior, &c.*] Calcei albi Romanis elegantioribus in usu. Vel ut Heraldus censet, mulieribus. Ovid.

Pes malus in nivea semper celetur aluta.

3. *Dejecto.*] *Neglecto.* Gruter. ex Palat. & Bodl. MS. Malè, ex mente Scriverii.

4. Colli-

Collige, Cinna, togam; calceus ecce perit.

4. *Collige, &c.*] Tolle, ne inquinet album calceum, cui male convenit cum sordida toga. Docet enim poëta, insanum esse Cinnam, qui majorem calcei, quam togæ rationem habeat: contrarium faciendum fuisse, togam colligendam esse, ne calceis sordidis inquinetur: non ut calcei qui sæpe necessariò collutulantur à toga, & contaminentur. *Rad.*

Ad Severum; de Charino. XXXIV.

QUo possit fieri modo, Severe,
Ut vir pessimus omnium Charinus
Unam rem bene fecerit, requiris?
Dicam, sed cito. quid Nerone pejus?
Quid thermis melius Neronianis?
Non deest protinus, ecce; de malignis,
Qui sic rancidulo loquatur ore:
Quid? tu tot domini, Deique nostri
Præfers muneribus Neronianas?
Thermas præfero balneis cinædi.

Duorum impurissimorum beneficia in P. R. inter se confert, quasi dicat, miraris, qui potuerit à malo homine aliquid boni fieri? etiam Nero pessimus, optimas exstruxit thermas. *Raderus.*

4. *Quid Nerone pejus.*] Ut Nero pessimus exstruxit optimas thermas; ita cinædus hic Charinus balneas excitavit nobiles.

6. *Non deest protinus, &c.*] Quod si quis malignus mihi hîc obstrepat, perinde ac si præferam Neronis thermas aut Charini balneas publicis Domitiani ædificiis: respondeo me id non facere, sed conferre tantum inter se Neronis & Charini opera.

7. *Rancidulo.*] Maligno, infecto detrectationibus & adulationibus. Metaphora sumpta à vitiato jam & propè corrupto cibo.

8. *Ut quid tu domini.*] In optimis libris: *Quid tu tot domini.* Unde rectè Gruterus: *Quid? tu tot domini:* probante quoque Rutgersio. Scriverii, *Ecquid* hic locum non habet. *Gronov.*

Ad Lecaniam. XXXV.

INguina succinctus nigrâ tibi servus alutâ
Stat, quoties calidis tota foveris aquis.
Sed

2. *Tota foveris aquis.*] Leg. *lota.* Rutgers. Tibi in publicis balneis lavanti promiscue, ubi nemo nostrûm, non ipse quidem circumcisus Judæus tegit verenda, adstat servus tuus subligaculo tectus & fibulâ ligatus: perinde quasi nos cæteri non essemus viri & tu privatim lavares. epigr. 76. lib. 11. Fœdissimum hunc morem virorum promiscue cum fœminis lavandi sustulit Trajanus. Xiphilin. in Adriano. & Spartianus.

Sed meus, ut de me taceam, Lecania, servus,
Judæum nullâ sub cute pondus habet.
Et nudi tecum juvenesque senesque lavantur,
An sola est servi mentula vera tui?
Ecquid fæmineos sequeris, matrona, recessus?
Secretusque tua, cunne, lavaris, aqua?

5. *Sed nudi.*] Grut. ex Palat. legendum censet, *Et nudi.* Iisdem enim in locis lavabant viri cum mulieribus simul.

6. *Mentula vera.*] Guilielmius censet legendum *verba*, quod plus habet speciei, quam veritatis. qui enim à Martiale alibi producuntur fibulati, quum interim essent verpi, hoc faciebant, ne penderent tributum tanquam Judæi. at *vera mentula* hic dicitur, quemadmodum infra: *Difficile est vero nubere Galla viro.* Quid quod poëta sibi ipsi interpres lib. 11. epigr. 76. *Omnes an nos tibi sumus spadones, &c.* Grut.

Ad Stellam. XXXVI.

Cum pluvias, madidumque Jovem perferre negaret,
Et rudis hibernis villa nataret aquis:
Plurima, quæ posset subitos effundere nimbos,
Muneribus venit tegula missa tuis.
Horridus, ecce, sonat boreæ stridore December:
Stella, tegis villam, non tegis agricolam.

1. *Cum pluvias, &c.*] Cum perplueret villa, misisti mihi tegulas, ecce horreo frigore, cur non mittis mihi togam?

3. *Effundere nimbos.*] Al. *defendere.* id est, arcere. vide Jani Guliel. Verisimil. lib. 3. cap. 25. Qui hic mavult legere *defendere*, interrogandus erat, talesne putet fuisse formas imbricum tegularumve veterum, atque sæculi nostri? *Grut.*

Ad Castricum, de theta. XXXVII.

Nosti mortiferum quæstoris, Castrice, signum?
Est operæ pretium discere theta novum.

Expri-

1. *Nosti mortiferum, &c.*] Alii leg. *Nostri.* Sensus est. Pro veteri illa condemnationis & mortis *Θανάτυ* litera, Quæstor noster novam habet notam. emuncto scilicet naso dat carnifici signum occidendi hominis. huic aliquando opus erat distillantem nasum emungere, manum naso admorurum impedierunt quæstores collegæ ipsius, quasi daturum hinc cædis signum. Jocatur poëta misere cum illo agi, cui, modo alios populariter occidenti, jam non liceat suum nasum abstergere.

2. *Theta novum.*] Novum enim mortis signum invenit, ut quempiam interfecturus, nasum emungeret: hinc vocat *novum*, aliis inusitatum. *Mortiferum* vocat, quod mortis nuntium adferat: nam *θάνατος* Græcis mors, prima littera, pro voce tota usurpetur. Romani prius A. cum absolverent, C. cum

Exprimeret quoties rorantem frigore nasum,
Lethalem juguli jusserat esse notam.
Turpis ab inviso pendebat stiria naso,
Cum flaret madidâ fauce December atrox.
Collegæ tenuere manus. quid plura requiris?
Emungi misero, Castrice, non licuit.

C. cum condemnarent, N. L. cum non liqueret, usurpabant. Lege Alexandrum ab Alexandro lib.3. cap.5. & Tiraquel. ibid.

5. *Stiria naso.*] *A drop*, stilla gelata, *gutta congelati nasi.* vi frigoris & cœlo pluvio expressa. epigr. 99. lib. 11.

6. *Cum flaret.*] Palat. legit, *fleret.* non bene.

7. *Collegæ.*] Plures enim fuere quæstores; primum duo, mox quatuor; tum plures.

Ad Polyphemum. XXXVIII.

TAntus es, & talis nostri, Polypheme, Severi:
Ut te mirari possit & ipse Cyclops.
Sed nec Scylla minor: quod si fera monstra duorum
Junxeris, alterius fiet uterque timor.

1. *Tantus es, & talis nostri, &c.*] Polyphemus iste & Scylla fueruntne servi Severi; an forte statuæ adeo immanes & ingentes, ut vel Siculo illi Cyclopi & marino monstro possent esse terrori?

3. *Sed nec Scylla minus.*] Sed nec ipsa Scylla possit minus mirari tuum Scyllam, alii leg. *minor.* ut eam Polyphemo non fuisse minorem accipiamus. Turneb. lib.24. cap.28. *Quod si fera, &c.*] Imo & sibi invicem terriculamento esse possint. unde videtur illos fuisse servos deformes.

De Cælio. XXXIX.

DIscursus varios, vagumque mane,
Et fastus, & ave, potentiorum,
Cum perferre patique jam negaret;
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram,
Et sanas linit obligatque plantas,
Inceditque gradu laborioso;

(Quan-

Cælii fraudes & podagram irridet.

1. *Discursus varios, &c.*] Officiosas clientis discursitationes in salutandis patronis superbis.

2. *Potentiorum.*] Divitum.

6. *Et sanas, &c.*] Quales impostorum quorundam sunt artes & mendicorum.

 8. *Quan-*

(Quantum cura poteſt, & ars doloris!)
Deſit fingere Cælsus podagram.

8. *Quantum, &c.*] *Ironice.* ut lib. 5. epigr. 22. ℣ſ. 3.

9. *Deſit fingere, &c.*] Veram enim habet podag.

Epitaphium patris Etruſci. XL.

HIc jacet ille ſenex, Auguſta notus in aula,
Pectore non humili paſſus utrumque Deum;
Natorum pietas ſanctis quem conjugis umbris
Miſcuit: Elyſium poſſidet ambo nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata juventâ:
Hic prope ter ſenas vixit Olympiadas.
Sed feſtinatis raptum tibi credidit annis,
Aſpexit lacrymas quiſquis, Etruſce, tuas.

1. *Ille ſenex, &c.*] Etruſcus. vide epigr. 83. lib. 6.

2. *Non humili paſſus.*] Forti animo. *Utrumque Deum.*] Domitiani Domini ac Dei gratiam & iram. dicto epig. 83. lib. 6. Domit. iratum & placatum.

3. *Natorum.*] Geminorum, qui eodem cum matre, quæ flore ætatis extincta eſt, ſepulchró patrem condiderunt. Tum filius Etruſcum patrem damnatum & in exilium ejectum ſpontè comitatus eſt, nec antea deſtitit fatigare precibus Domitianum, quam pacem illi, reditumque impetraret. *Conjugis.*] Etruſcæ; à qua ſummo loco nata, Etruſcus maritus, & filii nomen accepêre.

4. *Ambo.*] Ambos. imitatione Virgilii; *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros.* Sic autem omnes MSS. Recenter editi: *umbra nemus.* non ex ſententia auctoris. *Gruterus.*

6. *Ter ſenas, &c.*] Nonaginta annos, ſi poëtice Olympiada pro luſtro ſumamus. Sunt qui pro *vixit*, legant *vidit.*

7. *Sed feſtinatis, &c.*] Quem jam nonagenarium fato maturo defunctum deflevit pius filius, perinde ac immaturo fato præreptum.

Ad Sempronium Tuccam. XLI.

COſmicos eſſe tibi, Semproni Tucca, videris:
Coſmica, Semproni, tam mala quam bona ſunt.

Sempronium tam malum videri poſſe, quam bonum dicit. Mundanuſne Socraticus? an ornatus, nitidus, ſeu comis? an forte unguentis delibutus? namque & hæc omnia media & ἀδιάφορα ſunt. vide Turneb. lib. 26. c. 24.

Ad Caſtricum. XLII.

MUneribus cupiat ſi quis contendere tecum,
Audeat hic etiam, Caſtrice, carminibus,

Nos

Ab opibus, liberalitate, eruditione laudat Caſtricum, ſe extenuat, accuſat, excuſat.

1. *Muneribus cupiat, &c.*] Cum æque nobilis ſis Poëta, ac munificus dives.

3. *Nos.*]

Nos tenues in utroque ſumus, vincique parati:
Inde ſopor nobis, & placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris?
Alcinoo nullum poma dediſſe putas?

3. *Nos.*] Ego. *Vincique parati.*] Opibus & carminibus.
6. *Alcinoo, &c.*] Ut Phæacum illi regi, cui ſuppetebant poma nobiliſſima, aliquis forte muneri obtulit minus nobilia: ita ego tibi mala mea carmina.

In Cinnam. XLIII.

PRimum eſt, ut præſtes, ſi quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde ſequens, ut cito, Cinna, neges.
Diligo præſtantem; non odi, Cinna, negantem,
Sed tu nec præſtas, nec cito, Cinna, negas.

Aut dandum, aut citò negandum.

2. *Ut cito, &c.*] Vide epig. 20. & 30. lib. 6.

De imagine Maximi Cæſonii, ad Q. Ovidium. XLIV.

MAximus ille tuus, Ovidi, Cæſonius hic eſt;
Cujus adhuc vultum vivida cera tenet.
Hunc Nero damnavit: ſed tu damnare Neronem
Auſus es, & profugi, non tua, fata ſequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exulis iſti:
Qui modo nolueras conſulis ire comes.
Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas eſt cineri me ſupereſſe meo:

Audiet

Maximus Cæſonius, vir conſularis à Nerone damnatus, in conjuratione Piſoniana in exilium miſſus, comitem voluntarium habuit Q. Ovidium qui expreſſam Cæſonii poſtea mortui imaginem ſervabat, ad quam hoc epigramma ſcripſit poëta. *Rad.*

1. *Maximus, &c.*] Hæc eſt effigies in cera ad vivum expreſſa Max. Cæſonii, quem à Nerone damnatum in conjuratione Piſoniana, *Tacit.* 15. *Annal.* tu Ovidi in exilium comitatus es per mare Siculum, in Siciliam vel Africam, cui modo præfuerat. proconſuli te comitem negabas, exuli offerebas.

2. *Vivida cera.*] Quæ ad unguem refert Cæſonium. Ita enim mortuos ſolebant quaſi in vitam revocare.

3. *Sed tu, &c.*] Iniquum fuiſſe Neronis judicium arguebas, ſponte exulem ejus ſequutus.

5. *Æquora per Scyllæ.*] In Sardiniam aut Siciliam ejectum.

7. *Si victura, &c.*] Si vitale fuerit hoc carmen meum, ſcient inde præſentes & poſteri, Ovidium id præſtitiſſe Cæſonio, quod Cæſonius prius Annæo Sen. à Claudio in Corſicam relegato.

Audiet hoc præſens, venturaque turba; fuiſſe
Illi te, Senecæ quod fuit ille ſuo.

De eadem. XLV.

FAcundi Senecæ potens amicus,
Caro proximus, aut prior Sereno,
Hic eſt Maximus ille quem frequenti
Felix littera pagina ſalutat.
Hunc tu per Siculas ſecutus undas,
O nullis Ovidi tacende linguis,
Spreviſti domini furentis iras.
Miretur Pyladem ſuum vetuſtas,
Hæſit qui comes exuli parentis.
Quis diſcrimina comparet duorum?
Hæſiſti comes exuli Neronis.

Ovidii fidem, & charitatem in Cæſonium, anteponit Pyladis officio Oreſtem comitantis.

1. *Facundi, &c.*] Ejuſdem argumenti cum præcedenti epigram.

2. *Caro, Sereno.*] Carus, Serenus, Cæſonius Maximus, ut epigr. præcedenti, & Seneca epiſt. 87. Senecæ amiciſſimi erant.

3. *Quem frequenti, &c.*] Ad quem toties ſcripſit Seneca.

7. *Domini.*] Neronis.

9. *Exuli parentis.*] Oreſti, non quidem à matre in exilium miſſo, ſed ab Electra ſorore ſubducto & à pædagogo in Phocidem ſublato, unde reverſus matris cæde patris ſui necem ultus rurſum exulavit. Electra Eurip. & Sophoclis.

10. *Duorum.*] Oreſtis & Cæſonii: Ovidii & Pyladis. majus tu diſcrimen adiiſti, ô Ovidi, quam Pylades. ille ſe Oreſti ſine periculo propè adjunxit comitem; tu damnatum à Cæſare crudeliſſimo, non dubitaſti ſequi. *Rad.*

11. *Neronis.*] Crudeliſſimi tyranni & cujus in manu erat te repetiiſſe, quod Clytemnæſtra non potuit.

Ad Priſcum. XLVI.

COmmendare tuum dum vis mihi carmine munus,
Mæonioque cupis doctius ore loqui:
Excrucias multis pariter me teque diebus:
Et tua de noſtro, Priſce, Thalia placet.

Divi-

1. *Commendare, &c.*] Priſcus pollicitus fuerat Martiali munus, trahebat autem moram ut carmine ſuo, quod poëtæ approbari voluit, munus exornaret: poëta, quem premebat egeſtas, petit id ſibi mitti muneris, vel ſine carmine; quod utrique minori foret moleſtiæ.

4. *Tua de noſtro, Priſce.*] De noſtro incommodo, & non ſine damno meo, tibi

Divitibus poteris Musas, elegosque sonantes
Mittere: pauperibus munera pexa dato.

tibi places in tuo carmine, quod dum meditaris, ego munus desidero. Turnebus lib.24. cap.28. legit, *tacet.* Quod enim versus scribere se accuratos simularet, vel etiam meditaretur & tanquam ruminatet, nec interea dona remitteret; silentium ejus meritò sibi conqueritur damnosum Martialis. *Thalia placet.*] Epigr. 16. vs. 4. supra. & lib. 4. epigr. 8 vs. 12.

6. *Munera pexa dato.*] Vestem pexam. Alii legunt *plena.* id est, quorum gratia non diminuitur morâ. Alii *plana.* id est, absque carminibus.

Ad Licinium Suram. XLVII.

DOctorum Licini celeberrime Sura virorum,
Cujus prisca graves lingua reduxit avos:
Redderis, (heu) quanto fatorum munere nobis,
Gustata Lethes pœne remissus aqua!
Perdiderant jam vota metum, securaque flebant
Tristia cum lacrymis: jamque peractus eras.
Non tulit invidiam taciti regnator Averni,
Et raptas fatis reddidit ipse colos.
Scis igitur, quantas hominum mors falsa querelas
Moverit & frueris posteritate tua.

Vive

Gratulatur Licinio reditum in vitam, quæ jam ab omnibus deplorata & conclamata fuerat, hortaturque ut reliquam vitæ partem genio indulgeat. *Rad.*

1. *Sura virorum.*] Sic Plinius Sec. 30. epist. 4. lib. *altissima ista eruditione tua dignissimam quasi. &c.* Al. *celeberrime summe Virorum.*

2. *Cujus prisca, &c.*] Cujus syncera oratio & antiquitatem sapiens, exprimit gravitatem & mores veterum illorum Romanor.

3. *Redderis, &c.*] Quanto nos bearint munere Parcæ, quæ te prope mortuum vitæ restituerunt.

5. *Perdiderant jam vota, &c.*] Ita Pet. Scriv. è Membranis & Junii margine. *Tristitia & lacryma sunt carmina lugubria.* vulg. Ed. *Tristitia, & lacrymis jamque peractus eras.* Tanquam incerta morte deposueramus spem & cum votis metum curamque pro te, qui jam pro mortuo deploratus eras & conclamatus. *Securaque flebant, &c.*] Videtur legendum: *securaque flebant Tristia jam lacrimæ.* Jam lugentium lacrimæ, hoc est, lugentes lacrimis, flebant tristia secura, id est, certum & creditum nec amplius pro dubio habitum casum tuum. Sequenti versu placeat, *ruptas.* Ut Seneca: *Abrupit stolidæ regalia tempora vitæ.* Gronovius.

7. *Non tulit, &c.*] Vidit sensitque Pluto se non fore ferendo invidiam & querelas hominum te lugentium ipsiusque rapacitatem detestantium, itaque eripuit Parcis colos fusosque & te vitæ restituit.

9 *Falsa querelas.*] Te faucibus suis erepto decepta, *Vel* quam nos veram putabamus; teque vere mortuum.

10. *Frueris posteritate tua.*] Et quasi redivivus sentis quam charus fueris nobis,

Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reversa diem.

nobis, tanquam posteris tuis futuris. Plin. epist. 1. lib. 2. *Triginta annis gloriæ suæ supervixit. Legit scripta de se carmina: legit historias, & posteritati suæ interfuit.*

11. *Vive velut rapto, &c.*] Mortis itaque, quam evasisti, memor, rape vitæ restitutæ gaudia. Et quasi utraque manu amplectere vitam fugitivam, & te totum da commodis præsentis vitæ. vide epigr. 16. lib. 1. ℣s. 8. tibi superstes.

12. *Perdiderit nullum diem.*] Qui metuebant & cavebant ne dies ita perderent, *vitam se rapere* dicebant. Eleganter Plinius lib. 14. cap. 22. de iis qui hesterna crapula mentem opprimebant: *Rapere se ita vitam prædicant, quum priorem diem quotidie perdant, imò verò & venientem.* Sic *lethum non perdere* dicunt eos, qui non inulti moriuntur. Lucanus libro 3. *Non perdere lethum Maxima cura fuit.* Perdere se diem illum putabant, quem non indulgebant genio, voluptatibus, &c.

Ad Annio. XLVIII.

CUm mensas habeat fere ducentas,
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt gabatæ, volantque lances.
Has vobis epulas habete lauti;
Nos offendimur ambulante cœnâ.

Annio non desunt mensæ, imo dives & lautus habet ducentas, cur itaque ministri ejus subeunt mensarum vices & nihil apponitur? scilicet ut dapibus suis parcat, quas ministri circumferentes prætereant alios; aliis priusquam quid ad satietatem decerpserint, præripiant. placeant sibi lauti his epulis, nos tenuiores non juvant cœnæ istæ ambulantes (*running banquets*) *quæ & nostris parcipromis inoleverunt in silicernuiis & repotsis.*

1. *Ducentas.*] Alii *trecentas.*

2. *Pro mensis ministros.*] Ipsi ministri subeunt vices mensarum, quia ipsi gerunt cibos in gabatis & paropsidibus. Moris autem erat prioribus, ut singulis missibus singulas mensas inferrent, jam suis epulis dapibusque onustas; easque postea simul auferrent: Annius unam haud dubie mensam apposuerat, sed eam vacuam; deinde ministri ordine circumferebant obsonia, ut quod cuique placeret, inde carperet. *Rader.* Turneb. lib. 26. cap. 24. *Puto*, inquit, *ita intelligendum. Suppetunt illi plurimæ mensæ ad ducentas, non tamen in eis obsonia reponit; sed eas semper servi gerunt, nec epulis frui possunt convivæ. ita ambulatoriam cœnam potius spectant quam comedunt; cum ministri celeriter paropsides & gabatas ante convivas præterferant.*

3. *Gabatæ, &c.*] Lances escariæ.

5. *Nos offendimur.*] Pauperes amant appositam cœnam, qua famem & ventrem, non oculos pascant.

Ad Severum. XLIX.

PArva suburbani munuscula mittimus horti;
Faucibus ova tuis: poma, Severe, gulæ.

1. *Parva.*] Palat. legit *Pauca.*

2. *Faucibus ova tuis.*] Raucis forte vel exulceratis mollia. *Gulæ.*] Palato grata.

Ad fontem Hiantidos. L.

Fons dominæ, regina loci, quo gaudet Ianthis,
Gloria conſpicuæ, deliciumque domus.
Cum tua tot niveis ornetur ripa miniſtris,
Et Ganymedæo luceat unda choro:
Quid facit Alcides ſylvâ ſacratus in iſtâ?
Tam vicina tibi cur tenet antra Deus?
Numquid Nympharum notos obſervat amores,
Tam multi pariter ne rapiantur Hylæ?

1. *Fons dominæ, &c.*] Vide ep. 47. l. 6.
4. *Ganymedæo, &c.*] Pueris delicatis, inſtar Ganymedis.
5. *Quid facit, &c.*] Vide epigrammate 14. ſupra, quod huic concinit. ℣ſ. 3.

Ad Urbicum. LI.

Mercari noſtras ſi te piget, Urbice, nugas:
Et laſciva tamen carmina noſſe libet;
Pompejum quæras (& nôſti forſitan) Auctum,
Ultoris prima Martis in æde ſedet.
Jure madens, varioque togæ limatus in uſu,
Non lector meus hic, Urbice, ſed liber eſt.
Sic tenet abſentis noſtros, cantatque libellos:
Ut pereat chartis littera nulla meis.
Denique, ſi vellet, poterat ſcripſiſſe videri;
Sed famæ mavult illè favere meæ.

Hunc

Pompeium Auctum celebrat, qui Poëtæ verſus, ut ſuum nomen tenebat, poteratque carentibus libro, ipſe liber eſſe. Hunc ut adeat, monet Urbicum, ſi velit inemptum poſſidere Martialem.

3. *Pompejum quæras, &c.*] Adeas Pompejum Auctum, quem & tute fortaſſe noſti.

4. *Æde ſedet.*] Quæ ſignis militaribus à Parthis remiſſis extructa eſt. ut alii, poſt victoriam Philippicam. Suetonius Auguſti capite 29. Dio libro 44.

5. *Jure madens.*] Juriſprudentiâ tinctus, imbutus. ſic infr. epigr. 68. & epigr. 40. lib. 1. ℣ſ. 3. *Calderin.* juſculo madens. *Varioque, &c.*] Studiis pacis & variis cauſis exercitatus. *Calderin.* attrita indutus toga, qua in variis officiis utitur.

6. *Sed liber eſt.*] Adeo ad unguem tenet & memoriter recitat.

7. *Abſentis.*] Hic enim nolo, *abſentis* pro *abſentes*.

9. *Poterat, &c.*] Se authorem profiteri, niſi meæ faveret famæ, poterat. vide Senec. prolog. declam.

11. *Deni-*

Hunc licet à decimâ (nec enim satis ante vacabit)
Sollicites: capiet cœnula parva duos.
Ille leget, bibe tu: nolis licet, ille sonabit:
Et cum, jam satis est, dixeris; ille leget.

11. *Decimâ nec enim, &c.*] Quæ statuta cœnæ hora aliquanto tardior propter occupationes Aucti, vel tenuitatem ejus.

Ad Auctum. LII.

GRatum est, quod Celeri nostros legis, Aucte, libellos;
Si tamen & Celerem quod legis, Aucte, juvat.
Ille meas gentes, & Celtas rexit Iberos;
Nec fuit in nostro certior orbe fides.
Major me tanto reverentia turbat; & aures
Non auditoris, judicis esse puto.

1. *Aucte libellos.*] Epigr. præced.
2. *Si tamen, &c.*] Nisi molestum sit Celeri, audire hujusmodi nugas.
3. *Ille meas, &c.*] Celer fuit præfectus Celtiberiæ, patriæ meæ.
4. *Nec fuit, &c.*] Nec alius quisquam majori fide, & abstinentia administravit nostram Celtiberiam.
5. *Major, &c.*] Terreor viri majestate, nec minus sanctum expecto judicem carminis mei, quam olim gentis meæ. Vulgò legitur *tanti*, sed illepide.

In Umbrum. LIII.

OMnia misisti mihi Saturnalibus, Umber,
Munera, contulerant quæ tibi quinque dies;
Bis senos triplices, & dentiscalpia septem:
His comes accessit spongia, mappa, calix;
Semodiusque fabæ cum vimine Picenarum,
Et Laletanæ nigra lagena sapæ:

Par-

Umbri munera Saturnalibus sibi missa, ironicè elevat.

2. *Contulerant, &c.*] Quæ ab aliis tibi missa sunt per Saturnalia, quæ ad 5. dies protraxit Caligula. vide ep. 46. lib. 4.

3. *Triplices.*] Pugillares. Dicuntur autem *triplices*, à tribus foliis; *quincuplices*, quinque foliorum. fiebant ex citro, ebore, aliisque generibus materiarum; ut hodie ex membrana, lapide, lignis. epigr. 6. lib. 14. *Dentiscalpia septem, &c.*] De his lib. 13. & 14.

5. *Fabæ.*] Epigramm. 46. lib. 4. ✻ f. 6. *Vimine Picenarum.*] Fiscella olivarum Picenarum. lib. 13. epigr. 36.

6. *Laletanæ, &c.*] Lagena ignobilis, fæculenti & turbidi vini ex Laletania in Hisp. Tarraconensi. Gloss. *Sapa*, ἕψημα. *Sapa Laletana* hoc loco, quia hoc vinum crassius. unde & alibi *fæx Laletana.* Tum dicit *Nigra lagena*, quod ad vinum refero, quod purpureum vocat Ovid.

7. *Par-*

Parvaque, cum canis venerunt coctana prunis,
Et Libycæ fici pondere testa gravis.
Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera, quæ grandes octo tulere Syri.
Quanto commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit pondera quinque puer?

7. *Parvaque coctana.*] Ficus parvæ ex Syria. epigramm. 28. lib. 13. *Canis venerunt prunis.*] Quæ epigramm. 18. lib. 5. senes dixit Damascenos. vide epigramm. 29. lib. 13.

8. *Et Libycæ.*] Et vas grave Africanis & hibernis ficis. Epigramm. 46. lib. 4.

9. *Vix puto, &c.*] Puto vix valuisse 30. HS. *nostra moneta* 4. ss. 8. d.

10. *Syri.*] Servi è Syria, *Synecdoch.*

12. *Pondera quinq.*] Libras quinque.

In Nasidienum. LIV.

SEmper mane mihi de me mera somnia narras,
Quæ moveant animum, sollicitentque meum.
Jam prior ad fæcem, sed & hæc vindemia venit;
Exorat noctes dum mihi saga tuas.
Consumpsi salsasque molas, & thuris acervos:
Decrevere greges, dum cadit agna frequens.

Non

Artes captandi damnat in Nasidieno, qui prius poëtæ adulabatur, ut aliquid ab eo muneris; deinde somniorum religione objecta, conabatur emungere. *Rader.*

3. *Jam prior, &c.*] Ad expianda infausta tua de me somnia, in sacrificiis absumpsi vinum omne meum superioris & hornæ vindemiæ. Tantum vini mei exhausisti ad peragendas expiationes tuas, ut neque ex priori, neque ex hac vindemia quidquam mihi supersit. Martial. epigr. 1. lib. 11.

Amphora nunc petitur nigri cariosa falerni,
Expiet ut somnos garrula saga tuos.

Nam vini usus erat in sacrificiis, & post molam salsam sæpe fundebatur. Quum vinum non haberent, aqua utebantur.

4. *Exorat noctes.*] Expiat, avertit omen. *Exorare* heic ἐξιλεώσασθαι, ut rectè in Gloss. *Oramus* τὰ δυσχεζεῖα: *Exoramus* hoc modo τὰ ἀποδυσχεζεῖα. Sic *Exsacrificare*, sacrificare ne quid accidat. *Herald.* *Saga.*] Somniorum interpres & expiatrix. epigr. 50. lib. 11.

5. *Salsasque molas.*] Far sale mistum. Festus: *Mola vocatur etiam far tostum, & sale sparsum, quod eo molito hostiæ aspergantur.* Rectè glossarium, *Mola salsa*, κριθαὶ πεφρυγμέναι. Rectè, inquam, si ritum Græcanicum respexeris. Nam in Græcia mola salsa hordeacea erat; ut farrea in Latio. Nam post tristius aliquod somnium mola salsa & thure Jovi prodigiali comprecabantur.

6. *Decrevere, &c.*] Decrescunt mihi greges crebra immolatione.

Non porcus, non cortis aves, non ova supersunt.
Aut vigila, aut dormi, Nasidiene, tibi.

7. *Cortis aves.*] Epigr. 30. supra, vers. 1. &c. *Non ova supersunt.*] Hæc dicit, quia ova adhibebantur ad expiationes. vide Alexandr. ab Alexandro lib. 5. cap. 27.

8. *Aut vigila, &c.*] Aut nunquam dormias precor, aut de te somnies, tuo damno.

In Chrestum. LV.

NUlli munera, Chreste, si remittis,
Nec nobis dederis, remiserisque;
Credam te satis esse liberalem.
Sed si reddis Apicio, Lupoque,
Et Gallo, Titioque, Gellioque;
Linguas non mihi (nam proba & pusilla est)
Sed quæ de Solymis venit perustis,
Damnatam modo mentulam tributi.

4. *Apicio, Lupoque, &c.*] Turpitudinis tuæ ministris.

5. *Gellioque.*] Palat. & membranæ Anglicanæ *Cæsioque.* Sunt & qui leg. *Celioque.*

6. *Lingas.*] Scriptus codex Turnebi, ut & Palat. *Linges. Non mihi, &c.*] Non meam, quæ castior est, sed servi mei Judæi damnati ad tributum; vel nomine tributi in servitutem damnati. Turneb. leg. *tributi.* lib. 24. cap. 28. grave autem tributum pendebant, cum Judæi, tum qui Judaicæ sectæ initiabantur circumsecti. Sueton. Domit. cap. 12. *Et pusilla est.*] Palat. apertè *puella est.* Et cur non admittam, cum eandem alibi nominet *anum*, mentionemque faciat *chartæ virginis*? Gruter.

Ad Rabirium. LVI.

AStra polumque tua cepisti mente, Rabiri:
Parrhasiam mirâ qui struis arte domum.

Phi-

Architectum Domitiani Rabirium laudat, qui Domitiano nobile palatium extruxit.

1. *Astra polumque.*] Ut Phidias Jovis Olympici simulachrum effecturus, dicitur direxisse mentem suam ad vultum Jovis ab Homero expressum Il. α. Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c. Valer. Max. lib. 3. cap. 7. Ita tu Rabiri Domitiano palatium extructurus concepisti mente cœlestes domos, quibus magistris & exemplaribus utereris ad hanc fabricam. *Tua cepisti mente.*] Al. *pia.* Et pro *cepisti* Scriverius legit *percepisti. Rabiri.*] Architectus erat nobilis, epigrammate 71. libri 10.

2. *Parrhasiam, &c.*] Palatinam, in monte Palatino ubi Euander Arcas primus ædificavit. Parrhasia autem urbs Arcadiæ est: unde Euander Virgilio dictus Parrhasius 11. Æneid.

3. Phi-

Phidiaco si digna Jovi dare templa parabit,
Has petat à nostro Pisa tonante manus.

3. *Phidiaco si digna, &c.*] Si Pisa urbs illa Elidis instituerit ædificare templum dignum illo simulachro à Phidia fabrefacto, petat à nostro Deo Domitiano suum architectum Rabirium.

De Achilla. LVII.

C*Astora de Polluce Gabinia fecit Achillam:*
Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

Alludit Poëta ad versum Homeri Iliad. γ. Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. jocum autem quærit in ambiguitate τοῦ πὺξ, quod significat *pugnis*. atque idem pro πυγῇ usurpatur Aristoteli in physiognom. Ita Achillas puer exoletus (ut epigramm. 90. libri 3.) & modo πὺξ strenuus jam factus est ἱππόδαμος eques *per maneggiare & cavalcare la donna Gabinia.* hoc est, Castor de Polluce.

Ad Gallam. LVIII.

J*Am sex, aut septem nupsisti, Galla, cinædis:*
Dum coma te nimium, pexaque barba juvat.
Deinde experta latus, madidoque simillima loro
Inguina, nec lassa stare coacta manu,
Deseris imbelles thalamos, mollemque maritum:
Rursus & in similes decidis usque toros.
Quære aliquem Curios semper Fabiosque loquentem,
Hirsutum, & durâ rusticitate trucem.
Invenies: sed habet tristis quoque turba cinædos:
Difficile est, vero nubere, Galla, viro.

1. *Cinædis.*] Dum ex cultu & elegantiâ eos judicabas strenuos ad κλινοπάλην.

6. *Similes toros.*] Mollium & imbellium cinædorum.

7. *Quære aliquem, &c.*] Ne ulterius te decipiant pexi isti & comati; quære aliquem ex iis qui sermone & cultus neglectu gravitatem & virilitatem profitentur. epigr. 25. lib. 1.

9. *Sed habet, &c.*] Sed & hi sunt Socratici cinædi.

10. *Difficile est, &c.*] Ita *omnis vicus abundat Tristibus obscœnis, &c.*

De Cæciliano. LIX.

N*On cœnat sine apro noster, Tite, Cæcilianus,*
Bellum convivam Cæcilianus habet.

Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros, animal propter convivia natum, &c. Vacuisque toris tantum ipse jacebis. Juvenal. 1. Satyr. Hic noster *convivam* vocat aprum soli Cæciliano appositum. alii hominem fuisse Aprum volunt.

Ad Jovem Capitolinum. LX.

Tarpejæ venerande rector aulæ,
Quem salvo duce credimus Tonantem,
Cum votis sibi quisque te fatiget,
Et poscat dare, quæ Dei potestis:
Nil pro me mihi, Jupiter, petenti,
Ne succensueris velut superbo.
Te pro Cæsare debeo rogare:
Pro me debeo Cæsarem rogare.

Fœda adulatio ergà Domitianum.

1. *Tarpejæ aulæ.*] Capitolii in colle prius Saturnio, mox *Tarpejo* à Virgine Tarpeja, quæ arcem Sabinis prodidit, dicto.

2. *Quem salvo duce.*] Quem Deum credimus, dum salvus noster Deus est, qui te bello Capitolino servavit, & Capitolium incensum instauravit. Sic epigr. 1. lib. 5. ỷſ. 8.

7. *Te pro Cæsare, &c.*] Tu mea & publica prece rogatus, serva Cæsarem, ille me servabit: tu illi donato, ille mihi donabit.

Ad Cæsarem Germanicum. LXI.

Abstulerat totam temerarius institor urbem,
Inque suo nullum limine limen erat.
Jussisti tenues, Germanice, crescere vicos;
Et modo quæ fuerat semita, facta via est.
Nulla catenatis pila est præcincta lagenis:
Nec prætor medio cogitur ire luto.
Stringitur in densa nec cæca novacula turba:

Occu-

1. *Abstulerat, &c.*] Institores, tonsores, caupones, coqui, &c. modo vicos omnes urbis occuparant tabernis suis & pergulis (quod apud nos in publicis nundinis factum videmus) fores & limina præstruxerant. *Institor* ergò propriè dicitur is, qui tabernis, vinis vendendis, vel alicui alteri negotio est præpositus; sic dictus, quod negotio gerendo instet.

3. *Germanice.*] Lib. 5. ep. 2. ỷſ. 7. *Crescere.*] Remotis tabernis, ampliores & latiores fieri.

4. *Semita, facta, &c.*] Gloss. *Semita*, ἡμιόδιον. Plaut.
A semita in viam regredere.

5. *Nulla catenatis, &c.*] Nullus caupo vendit vinum ad pilas in tabernis quæ lagenis sunt refertæ, & quæ catenis fixæ sunt. Juven. Sat. 3. ỷſ. 304. nisi forte & ipsæ lagenæ pilis affixæ sunt catenis. De pilis vide quæ ad epigramm. 43. lib. 2. ỷſ. 6.

6. *Medio luto.*] Ad canalem, propter tabernas utrinque. Viis scil. utrinque ad ædes tabernis occupatis.

7. *Stringitur, &c.*] Hoc est, tonsores non tondent in media turba. Ergo domi, quia cellæ tonsoriæ publicæ dejectæ, uti & cauponum tabernæ. *Cæca.*] Recondita theca sua; vel quæ non videatur in turba. *Novacula.*] Novaculam

Occupat aut totas nigra popina vias.
Tonſor, caupo, coquus, lanius ſua limina ſervant.
Nunc Roma eſt, nuper magna taberna fuit.

vaculam hanc tonſorum fuiſſe arbitror, quum mox inter cæteros recenſeat *tonſorem*, non βαλαυλοτόμων neque ſicariorum, quorum eſſe putant alii propter epitheton *cæca*.

10. *Nunc Roma eſt, &c.*] Ita ep. 2. lib. ſpectae. *Reddita Roma ſibi eſt, &c.* Nuper Roma videbatur verſa in popinam aut tabernam, nunc urbs à te reſtituta eſt.

In Amillum. LXII.

Recluſis foribus grandes percîdis, Amille,
Et te deprendi, cum facis iſta, cupis;
Ne quid liberti narrent, ſervique paterni,
Et niger obliquâ garrulitate cliens.
Non pædicari ſe qui teſtatur, Amille,
Illud ſæpe facit, quod ſine teſte facit.

1. *Percîdis, Amille.*] Epigr. 72. lib. 2. ≠ſ. 3.

3. *Narrent, &c.*] Te gravius aliquid pati.

4. *Et notet.*] Gruterus ex Palat. & Anglic. legit: *Et niger*:. ut *niger* ille, deſignet garrulum quem, Horatianæ picturæ non diſſimilem.

5. *Teſtatur, teſte facit.*] Ludit in *teſtatur* & *teſte*, nec non in ambiguitate τοῦ *teſte*. hic autem ὄρχεις intelligit, id eſt, λείχει ἢ φοινικίζει.

De Silio (Italico.) LXIII.

Perpetui numquam moritura volumina Sili
Qui legis & Latia carmina digna toga;
Pierios tantum vati placuiſſe receſſus
Credis, & Aoniæ Bacchica ſerta comæ?
Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,

Imple-

1. *Perpetui, &c.*] Latuere Silii opera per multa ſecula; jam vero eruta & vindicata vivunt. epigr. 14. lib. 4.

2. *Latia carmina, &c.*] Digna poëta in Italia vel ipſa Roma nato. Italici enim cognomen habuit ab Italica urbe Pelignorum, alias Corfinio. *vel potius* digna majeſtate oratoris Romani, & conſulis. Plinius Sec. *ſcripſit carmina majore cura quam ingenio.* epiſt. 7. l. 3.

3. *Pierios tantum, &c.*] Credis-ne eum tantum fuiſſe poëtam? imo non optimum attigit poëtam, priuſquam optimum expreſſiſſet oratorem.

5. *Sacra, &c.*] Non ante Maronem attigit, quam Ciceronem expreſſiſſet. Tum ſacri ipſi poëtæ, ut recte Turnebus notat lib. Adv. xxi. cap. 6. Poëtæ enim inter vates & prophetas cenſentur, qui ſacri habentur. Val. Flaccus, lib. 1. Argonaut.

Ecce ſacer, totuſque Dei, per littora Mopſus
Immanis viſu, vittamque, comamque, &c.

Implevit magni quam Ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum;
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Postquam bis senis ingentem fascibus annum
Rexerat, asserto qui sacer orbe fuit:
Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos:
Proque suo celebrat nunc Helicona foro.

Nota, *Totusque Dei*, id est, Deo plenus, & furore divino afflatus. *Herald.* epigr.20.l.3.✝s.7. & epigr.5.l.5.✝s8.

7. *Centum gravis, &c.*] Judicium C. virorum qui de testamentis & hæreditatibus in suo foro hastâ positâ judicabant, quemadmodum auctionarii in atrio auctionario hasta præconis posita. vide epigr. 38. lib.6. ✝s. 5. & consule Cornelium Vitell. Annotat. in Merulam, cap. 21.

9. *Postquam bis senis.*] Postquam consul fuerat eo anno quo Nero periit. Plin. Sec. lib. 3. epist. 7. *Ingentem asserto, &c.*] Quo terrarum orbis in libertatem assertus est, tyranno Nerone ad vim sibi inferendam adacto & occiso.

11. *Emeritos Musis, &c.*] Foro emeritus secessit in Campaniam, ubi Musis vacavit scripsitque carmine heroico 17. libros de Punico bello secundo.

In Cinnamum. LXIV.

QUi tonsor fueras totâ notissimus urbe,
Et posthæc dominæ munere factus eques:
Sicanias urbes, Ætnæaque regna petisti
Cinname, cum fugeres tristia jura fori.
Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos?
Quid facit infelix & fugitiva quies?
Non rhetor, non grammaticus, ludive magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes.

Ven-

Ex tonsore, beneficio fœminæ factus eques Cinnamus, & à nescio quo vocatus in jus, abiit in Siciliam exulatum. Poëta inscitiam illius irridens, ait illum rediturum ad artem assuetam, cum aliam non teneat; iterumque tonsorem fore. *Rad.*

1. *Qui tonsor fueras, &c.*] Hunc credo innuere Juvenalem, Satyr. 1. ✝s. 25.

3. *Sicanias urbes, &c.*] In jus vocatus mutavit solum, vel exulatum abiit in Siciliam.

5. *Inutilis annos.*] Nulla honesta immo nec sordida arte instructus.

6. *Infelix.*] In exilio.

7. *Ludive magister.*] Literator. Domitius de lanista intelligit. magis convenit præcedentibus, ut de liberatore intelligas.

8. *Non Cynicus, &c.*] Nullius sectæ philosophus.

9. *Ven-*

Vendere nec vocem Siculis plausumque theatris:
Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

9. *Vendere, &c.*] Præco, an potius caussidicus, qui *voces prostituere foro.* Ovid. eleg. 15. lib. 1. Amor. *clamosi rabiosa fori jurgia vendere.* Seneca 171. ✠ſ. Herc. Fu. *solicitis vendere verbareis* dicitur nostro, epigr. 16. lib. 5. *Plausumque theatris.*] Histrio, aut citharœdus.

In Gargilianum. LXV.

Is te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit una tribus, Gargiliane, foris.
Ah miser, & demens! viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci, Gargiliane, licet?

2. *Tribus foris.*] 1. Veteri Romano. 2. Caii Jul. Cæſ. 3. Augusti. ep. 38. lib. 3. ✠ſ. 4.
3. *Viginti litigat annis quisquam.*] Satius fuerat semel vinci, quam ducere litem & ferre impendia & molestias viginti annorum, etiam cum victoria.

De Labieno. LXVI.

Hæredem Fabius Labienum ex asse reliquit:
Plus meruisse tamen se Labienus ait.

1. *Ex asse reliquit.*] Bonis universi patrimonii.
2. *Plus meruisse tamen se Labienus ait.*] Labienus ait se plus meruisse, qui plura Fabio donarit quam ex testamento accepit. & ego (innuit Poëta) majori damno & dolo Labienum dignum censeo, qui per fraudem captavit hæreditatem. Ludit enim Poëta in ambiguo, *meruisse* enim & ad pœnam, & ad præmium refertur. Labienus de præmio accipit; poëta de pœna intelligit, quasi majori malo ille hæredipeta fuerit mulctandus, nec unus quidem as legandus. vide Turnebum lib. 24. cap. 28.

In Philænim. LXVII.

Pædicat pueros tribas Philænis,
Et tentigine sævior mariti
Undenas vorat in die puellas.

Har-

1. *Pædicat pueros.*] Τῷ ὀλίσϐῳ. *Tribas Philænis.*] Lacerata carmine Polycratis, cum mulierum omnium esset castissima, si verum quod de ea scribit Æschrion apud Athenæum lib. 8. Sed Æschrionis apologia nihil eam juvit apud posteros. *Her. Tribas.*] Fricatrix.
2. *Tentigine, &c.*] Libidinis prurigine magis inflammata quam maritus.
3. *Vorat in die puellas.*] Λεσϐιάζουσι, φοινικίζουσι καὶ τρίϐουσι. Grut. leg. *dolas.*

4. *Har-*

Harpasto quoque subligata ludit,
Et flavescit haphe, gravesque draucis
Halteras facili rotat lacerto,
Et putri lutulenta de palæstrâ
Uncti verbere vapulat magistri.
Nec cœnat priùs, aut recumbit ante
Quam septem vomuit meros deunces:
Ad quos fas sibi tunc putat redire,
Cum coliphia sexdecim comedit,
Post hæc omnia; cum libidinatur,
Non fellat: putat hoc parum virile:
Sed plane medias vorat puellas.
Dî mentem tibi dent tuam Philæni:
Cunnum lingere quæ putas virile.

Ad

4. *Harpasto quoque.*] Epigr. 19. lib. 4. *Subligata ludit.*] Veste subducta, *Vel*, subligari usa.

5. *Flavescit haphe.*] In palæstra flavescit aspergine arenæ: ita Achelous cum Hercule luctans *fulva tactus flavescit arena.* Ovidius Metam. 9. ἁφὴ autem *tactus* est. Epict. cap. 26. Enchirid. ἔστι δ' ὅτε χεῖρα βαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν. *Gravesque, &c.*] Et pondera illa plumbea seu ferrea corpori exercendo in Gymnasiis & Balneis adhibita, vel ipsis grandibus draucis gravia, agili versat manu. vide epigr. 48. & 49. lib. 14. & Juvenal. satyr. 6. ℣s. 22. quæ huic epigramm. consonat.

7. *Putri.*] Male olenti ab oleo. *Lutulenta, &c.*] Ceromate è luto uncta.

8. *Uncti magistri.*] Aliptæ manus crepitu inter ungendum. vide Juvenal. Satyr. 6. ℣s. 423. *Verbere vapulat.*] Nam & hi Magistri, quos ἐπιστάτας Græci dicunt, jus virgæ habebant.

9. *Nec cœnat, &c.*] *Sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim, &c.* Juvenal. Sat. 6. ℣s. 428. vide epigr. 71. lib. 5. Al. *reverti.*

12. *Cum coliphia.*] Luctatorum panes, qui vires palæstritarum membris addunt, à κῶλον & ἶφι, ut vult Dom. Calderinus; quam etymologiam asserere laborat Corn. Vitellius contra Merulam, Annot. cap. 12. Certo enim ciborum genere ad palæstras, & cæteras ejusmodi exercitationum formas præparabantur. Juvenal. Sat. 2. *Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ.*

15. *Medias, &c.*] Supra ℣s. 3.

16. *Mentem tuam Philæni.*] Mentem sanam, vel quæ fœmineam appetat libidinem. Locum istum nonnulli exagitant: at Grutero elegans videtur; ut videlicet usurus voto aut imprecatione, id præter omnem omnium exspectationem optet, quod jam habebat. Eodem ferè modo hoc lib. epig. XXIII. *Hoc facias, quod puto lingua facis.* Nec admodum dissimiliter Turnus apud Virgilium lib. XI. Æneid. ℣s. 408.

Nunquam animam talem dextra hac (absiste moveri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.

Sic apud Senecam in sui nominis Medea, vers. 968. *Mihi me relinque.* Et Symmachus lib. IV. epist. 48. *Dii illos mentibus suis puniant.*

I. Instan-

Ad Instantium Rufum. LXVIII.

Commendare meas, Instanti Rufe, Camœnas
Parce precor socero: seria forsan amat.
Quod si lascivos admittit & ille libellos,
Hæc ego vel Curio Fabricioque legam.

1. *Instanti Rufe, &c.*] De hoc eodem Instantio Rufo, epigr. 51. lib. 8. & epigr. 97. lib. 12.

4. *Vel Curio, &c.*] Vel continentissimis, gravissimis & severissimis viris. Hoc est, si ô Instanti, socer tuus, libellos meos legerit, nullum existimabo quamtumvis gravem, rejecturum.

De Theophila ad Canium. LXIX.

Hæc est illa tibi promissa Theophila, Cani,
Cujus Cecropia pectora dote madent.
Hanc sibi jure petat magni senis Atticus hortus,
Nec minus esse suam Stoica turba velit.
Vivet opus quodcunque per has, emiseris aures;
Tam non fœmineum nec populare sapit.
Non tua Pantænis nimium se præferat illi,
Quamvis Pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix:

Sponsam Canii poëtæ Theophilam, ab exquisita doctrina & singulari castimonia laudat.

1. *Promissa Theophila.*] Sponsa, conjux. *Cani.*] Poëta, de quo epigram. 62. & epigr. 70. lib. 1. & epigr. 20. lib. 3.

2. *Cujus Cecropia, &c.*] Græce erudita. Al. *pectora voce madent.*

3. *Hanc sibi jure petat.*] Hanc sibi discipulam vendicet, utpote disciplinæ suæ æmulam Epicurus magnus senex horto quo gaudebat celebris. Alii leg. *magni senis altus in hortis*, atque intelligunt Platonem in suburbano Athenis nemore ab Academo in usum scholæ consecrato profitentem. Sed, inquit Scriverius, ego neque Academiam *hortum* vocari concesserim, neque alîus philosophi *hortum* agnosco, præterquam Epicuri. Statius.: *Mallet deserto senior Gargettius horto.* Quod autem Epicurum *senem magnum* vocet, sciendum, magistrum illum otii & hortorum à sectatoribus suis pluris factum quam Platonem à suis.

4. *Nec minus, &c.*] Nec minus suæ disciplinæ æmulam hanc sibi vendicant Stoici.

5. *Quodcunq;*] Quodcunque Theophila recensuerit & emendarit. *Per istas, &c.*] Gruterus ex Palat. legit: *Per has emiseris.* rectè.

7. *Pantænis, &c.*] Doctam nescio quam innuit poëtriam. Ita Scriv. *Panthenis* ex MSS. omn. Gruterus. Vulg. *Parthenis.* Quasi diceret: Nec tu Cani Pantænin tuam familiarem anteposuetis Theophilæ, quamvis doctam poëtriam. An Sulpitiam intelligit eo tempore florentem, an aliam aliquam?

9. *Carmina fingentem, &c.*] Theo-

Castior hæc, & non doctior illa fuit.

philæ carmina vel ipsa Sappho Phaonis amatrix laudarit. legitur namque & *laudarit.*

10. *Castior hæc, &c.*] Theophila vincit Sappho verecundia: ingenio & doctrina illi non cedit.

In Philænim. LXX.

IPsarum tribadum tribas, Philæni,
Recte, quam futuis, vocas amicam.

Male sonat dicta viro *amica*; mulieri, bene. quam vero Philænis amicam vocat male audit, cum ipsa Phil. sit tribas. Καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες καὶ αἱ παρθένοι τὰς συνήθεις καὶ φίλας, ἑταίρας, &c. καλοῦσι γὰρ τὰς μισθαρνούσας, ἑταίρας. Athenæus lib. 14. cap. 4.

De familia ficosa. LXXI.

FIcosa est uxor, ficosus & ipse maritus:
Filia ficosa est, & gener, atque nepos.
Nec dispensator, nec villicus ulcere turpi,
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosi pariter juvenesque senesque,
Res mira est; ficos non habet unus ager.

1. *Ficosa est uxor, &c.*] Tota familia laborat ulcere quam σύκωσιν Græci vocant, de qua Celsus lib. 6. cap. 3. nec tamen in agro fructificant ficus. Jocus ab ambiguo τοῦ *ficus.* vide epigramma 66. lib. 1.

2. *Nepos.*] Ita Gruterus. alii *socer.*

Ad Paullum. LXXII.

GRatus sic tibi, Paulle, sit December:
Nec vani triplices, brevesque mappæ,
Nec thuris veniant leves selibræ;

Sed

A Paulo asseri sua carmina à malignis cupit. Eo sensu: Per gratissima Saturnalia te precor, quibus opto, ut tibi non pauperum, sed divitum munera larga mittantur, non inanes inquam pugillares tribus paginis, non mappæ, aut semilibra turis: sed lances, seu scutulæ & scyphi antiquo opere facti: aut precor lusores Novium & Publinm ludo latrunculorum & vincas ludo trigonalis pilæ Polybum: per hæc inquam te precor, ut si quisquam infamia de aliis, & maledica sparserit, patrocinium mei suscipias. *Rader.*

1. *Gratus sic tibi, &c.*] *Imprecandi formula.* Sic tibi affluant precor larga à clientibus & amicis munera in Saturnalibus missa, ut epigr. 46. lib. 4. ℣ſ. 1. vide epigr. 52. supra.

2. *Vani.*] Leves. *Triplices.*] Pugillares. lib. 14. epigr. 6. *Mappæ.*] Epigrammate 46. lib. 4. ℣ſ. 17.

3. *Leves selibræ.*] Perplacet Grutero lectio Pal. *levesve libræ.* vide ep. 70. l. 8.

4. *Scy.*

Sed lances ferat, aut scyphos avorum,
Aut grandis reus, aut potens amicus:
Seu quod te potius juvat capitque.
Sic vincas Noviumque Publiumque
Mandris & vitreo latrone clausos;
Sic palmam tibi de trigone nudo
Unctæ det favor arbiter coronæ,
Nec laudet Polybi magis sinistras:
Si quisquam mea dixerit malignus
Atro carmina quæ madent veneno:
Ut vocem mihi commodes patronam,

Et,

4. *Scyphos avorum.*] Scyphos veteres & archetypos: vel graves auro, qualibus utebantur prisci, Nestor, &c.

5. *Grandis reus.*] Cliens dives.

7. *Sic vincas, &c.*] Sic vincas latrunculorum ludo peritissimos tuos collusores Novium & Publium.

8. *Mandris.*] Calculorum seu latrunculorum septis & regionibus, vel ipsis latronum gregibus clausos. vide epigr. 23. lib. 5. ℣. 7. fortasse quadrigis eburneis, namque ejusmodi calculis lusisse Neronem autor est Suetonius. *Petr. Scriver. Mandris & vitreo latrone clausos.*] Latini *mandras, septa, vallos, & clausos & carceres* vocabant, loca illa seu sedes in tabula, in quibus veluti clusi tenebantur latrunculi. Græci πόλεις, χώρας & χαραχώματα. Calculus ergo qui in calculi discoloris sedem faciebat impetum, ut eum caperet & sede sua pelleret, mandram ejus sive vallum frangere dicebatur. hinc totum latrunculorum ludum vel tabulam potius in qua latrunculis ludebatur, ζατρίκιον nominarunt. In hoc etiam ludo sunt calculi, qui ordine moventur; alii qui vagè & obliquè. *inciti* autem dicuntur, qui eo sunt redacti, ut cieri moverique nequeant: inde proverbium *ad incitas redigere*, pro ad extremas metas compellere, & in summam desperationem aliquem adducere. Porro quem veteres *calculum incitum* vocabant, eum nos in hoc eodem ludo *scaccum mattum* dicimus, id est, contritum & subactum. *mattus* antiqua vox & Latina, quæ emollitum, subactum, & maceratum significat. inde verbum *mattare*, pro domitare, subigere, & macerare. hinc *via matta* Ciceroni, via lutosa & humecta. lib. epist. ad Atticum XVI. epist. 12. vulgò excuditur, *via inepta*, satis ineptè. inde per Metaph. homo tristis, *mattus* dicebatur. *Salmas. Vitreo latrone clausos.*] Latrunculis è vitro discolori, ad distinguendas diversas partes, epigramm. 17. & 20. lib. 14.

9. *Sic palmam, &c.*] Sic tibi victoriam in ludo trigonalis pilæ adjudicent uncti gymnastæ. vide epigr. 19. lib. 4. *Nudo, &c.*] Quem ludum nudi unctique exercebant.

11. *Polybi.*] Lusoris alicujus periti. *Magis.*] Quam tuam. *Sinistras.*] Agilitatem manus sinistræ, qua in jaciendâ excipiendâque pilâ non minus utebantur quam dextrâ. epigramm. 84. lib. 12.

12. *Si quisquam, &c.*] Ut, si quis famosa & maledica carmina sub meo nomine ediderit mihique adscripserit, patrocineris mihi, meque asseras. vide epigr. 11. supra.

In

Et, quantum poteris, sed usque, clames:
Non scripsit meus ista Martialis.

Ad Maximum. LXXIII.

Esquiliis domus est, domus est tibi colle Dianæ,
Et tua patricius culmina vicus habet:
Hinc viduæ Cybeles, illinc sacraria Vestæ;
Inde novum, veterem prospicis inde Jovem.
Dic, ubi conveniam: dic, qua te parte requiram?
Quisquis ubique habitat; Maxime, nusquam habitat.

In Maximum ludit pluribus in locis habitantem.

1. *Colle Dianæ.*] In monte Aventino, cujus summitas habet templum Dianæ. epigr. 64. lib. 6. vſ. 13.

2. *Et tua patricius, &c.*] Suntque tibi ædes in vico sub Exquiliis, ubi Servius Tullius jussit patricios habitare.

3. *Hinc viduæ, &c.*] Ex domo tua in Exquiliis ab altera parte vides ædem Vestæ & Capitolium novum. Ex ædibus tuis in Aventino prospicis templum Cybeles & Capitolium vetus. *Cybeles.*] Deûm matris templum intelligo.

4. *Inde novum.*] Ex Exquiliis. *Veterem inde.*] Ex Aventino.

6. *Quisquis, &c.*] *Nusquam est, qui ubique est.* Senec. 2. epist.

Pro Caro & Norbana votum. LXXIV.

Cyllenes cœlique decus, facunde minister,
Aurea cui torto virga dracone viret:
Sic tibi lascivi non desit copia furti,
Sive cupis Paphien, seu Ganymede cales:
Maternæque sacris ornentur frondibus Idus,
Et senior parcâ mole prematur avus:
Hunc semper Norbana diem cum conjuge Caro

Læta

1. *Cyllenes cœlique decus.*] Montis Arcadiæ, in quo Maja à Jove compressa. *Facunde minister.*] Nuncie, Διάκτορ.

2. *Aurea, &c.*] Qui geris caduceum draconibus mari & fœmina involutum.

3. *Lascivi furti.*] Callidus quidem fuit Merc. quicquid placuit, jocoso condere furto. hic tamen *lasciva furta* intelligas *adulteria*, propter versum sequentem.

5. *Maternæque, &c.*] Celebreturque natalis tuus Idib. Majis, ornenturque postes frondibus ut in festis. vide epigr. 68. lib. 12. vſ. 1.

6. *Et senior, &c.*] Et cœlum (quod sustinere dicitur) urgeat avum tuum Atlanta, minore pondere.

7. *Caro.*] Al. *Charo.*

8. *Pri-*

Læta colat, primis quo coïere toris.
Hic pius antistes Sophiæ sua dona ministrat:
Hic te thure vocat, fidus & ipse Jovi.

8. *Primis, &c.*] Qui dies illis nuptialis.
9. *Hic prius, &c.*] Namque hic colit sapientiam & eloquentiam, cujus tu Deus es: & minister fidus est nostro Jovi Domitiano, ut tu cœlesti illi.

In anum deformem. LXXV.

VIs futui gratis, cum sis deformis, anusque.
Res perridicula est: vis dare, nec dare vis.

2. *Vis dare, nec dare vis.*] Vide epigramma 89. lib. 3.

Ad Philomusum. LXXVI.

QUod te diripiunt potentiores
Per convivia, porticus, theatra,
Et tecum, quoties ita incidisti,
Gestari juvat, & juvat lavari:
Nolito nimium tibi placere.
Delectas Philomuse: non amaris.

Philomusum scurram ostendit, qui non viri, sed morionis locum occupet apud proceres Romanos.
1. *Te diripiunt, &c.*] Comitem habere certatim cupiunt.
6. *Delectas Philomuse.*] Pro scurra & morione haberis, non pro amico. δι' ἡδονὴν ὡς εὐτράπελον, οὐ κατὰ σεαυτὸν ἢ ὡς φίλον σ' ἀγαπῶσι. Arist. 8. Nicom. Eth. cap. 3.

In Tuccam. LXXVII.

EXigis ut nostros donem tibi, Tucca, libellos.
Non faciam: nam vis vendere, non legere.

Illiberalem & sordidum animum Tuccæ declarat.

In Papilum. LXXVIII.

CUm Saxetani ponatur cauda lacerti;
Et bene si cœnas, conchis inuncta tibi est:
Sumen,

Docet Papilum stultum, qui velit videri lautus foris, & domi egeat, bona sua aliis largiatur, ut ipse careat. *Rad.*
1. *Saxetani.*] Vel *Sexitani*, à patria Bœtica, ut inquit Plinius libro 32. capite 11. & Athenæus libro 3. cap. 33. *Lacerti.*] Vilissimi piscis.
2. *Conchis inuncta tibi est.*] Non quadrant, *ponatur* & *est*: itaque censeo delendum

Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos,
Mittis. habes nec cor, Papile, nec genium.

lendum esse τὸ ἐστὶ. Constat enim satis oratio, si ex praecedenti versu hic quoque intelligas τὸ ponatur. Gronovius. *Conchis, &c.*] Virides fabae, neque eae oleo perfusae.

3. *Sumen.*] Papillae porcae, à faetu edito statim resectae. *Mullos.*] Pisces. lib. 13.

4. *Cor Papile.*] Cui fatuo & insulso viles cibi aeque sapiunt ac pretiosi. *Genium.*] Cui non indulges, quem fraudas, dum aliis lautus es, tibi sordidus.

Ad Severum. LXXIX.

POtavi modo consulare vinum.
Quaeris quam vetus atque liberale?
Ipso consule conditum: sed ipse,
Qui ponebat, erat, Severe, consul.

1. *Consulare vinum.*] Jocatur in verbo *Consulare vinum*: nam videtur dicere *Vetus*, & κατ' ἐξοχὴν Opimianum (de quo epigrammate 27. libro I. versu 4.) vel Anitianum. Sed addit fuisse hornum, & ipso, qui poëtam invitarat, consule diffusum, atque adeo appositum. vide Turnebi adversaria libro 25. capite 24.

2. *Quam vetus, &c.*] Quam generosum & nobile?

3. *Ipso consule conditum.*] Pendebat è vasis vinariis tabella, in qua vini aetas scripta erat; id est, quo tempore, quibusque Consulibus conditum esset. Hinc jocus Martialis.

Ad Faustinum ut libellos suos Marcellino mittat. LXXX.

QUatenus Odrysios jam pax Romana Triones
Temperat, & tetricae conticuere tubae,
Hunc Marcellino poteris, Faustine, libellum
Mittere; jam chartis, jam vacat ille jocis.
5 *Sed si parva tui munuscula quaeris amici*
Commendare, ferat carmina nostra puer:
Non qualis Geticae satiatus lacte juvencae

Sar-

1. *Quatenus.*] Quoniam composita jam pace, Romani qui in Sarmatia & Dacia vacant studiis, &c. *Odrysios jam, &c.*] Epigr. 7. supra ℣. 2. *Triones.*] Ursam, polum, ἅμαξαν, Septentrionem. vide epigr. 58. lib. 6. epigr. 11. lib. 4. ℣. 3.

3. *Marcellino poteris, &c.*] Profecto ad bellum Sarmaticum. ut epigr. 25. lib. 6. & epigr. 46. lib. 9.

5. *Parva ferat, &c.*] Carmina à me illi donata, ferat elegans à te puer.

7. *Non qualis, &c.*] Non barbarus è Getis vel Gelonis γαλακτοφάγοις. vide epigrammate 3. lib. spectacul. vers. 4.

8. *Rigi-*

Sarmatica rigido ludit in amne rota:
Sed Mitylenæi roseus mangonis ephebus,
Vel non cæsus adhuc matre jubente Lacon.
At tibi captivo famulus mittetur ab Istro,
Qui Tiburtinas pascere possit oves.

8. *Rigido, &c.*] Glacie & frigore concreto amne. Al. *gelido*. *Rota.*] Currus rotis, *Vel* trocho, epigramm. 168. lib. 14.

9. *Mitylenæi.*] Græci. Græcia autem nequitiarum officina. Mitylene Lesbi insulæ oppidum. *Mangonis.*] Mangones hominum genus improbissimum, qui pueros exsecabant, & frangebant in Venerem. epigr. 59. lib. 1. ℣. 1.

10. *Non cæsus adhuc matre jubente Lacon.*] Apud Lacedæmonios pueri in ara Dianæ, flagellis cæsi exercebantur ad tolerantiam. Adstabantque parentes & propinqui qui hortabantur Διαχίζεσθαι πρὸς τὸν πόνον, καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς. Lucian. περὶ γυμνασίων.

11. *At tibi captivo, &c.*] Et Marcellinus mittet tibi è Dacia devicta, qui pascat oves in Tiburtina tua villa. epigr. 57. lib. 4.

Ad Lausum. LXXXI.

TRiginta toto mala sunt epigrammata libro:
Si totidem bona sunt; Lause, liber bonus est.

Vide lib. 1. epigramma 17. & epigramma 87. infra.

De Menophilo. LXXXII.

MEnophili penem tam grandis fibula vestit,
Ut sit comœdis omnibus una satis.

Hunc

1. *Menophili penem tam grandis, &c.*] Quo loco notant Interpretes duo fibularum genera fuisse: Indumentum quo comprimebantur simul & tegebantur verenda, tum filum æneum argenteumque præputio trajectum. Utrumque falsum. Nam neque filum fuisse Celsus indicat, qui à filo fibulam distinguit, & filo exempto fibulam inditam docet: neque vestimentum fuit. Annulus enim fuit promiscuus ex ære, in pædagogiis ad luxum argenteus; isque ne facile solvi posset à fabro igne glutinabatur, & ab eodem quum opus esset refibulabatur, sive solvebatur. Quid ergò theca illa & aluta, fibulaque penem vestiens apud Martialem fuit? Nempe subligaculum & vagin a quædam, cujus usus non ad custodiendam vocem. quî enim fieri poterat, si ram facile removebatur & sponte cadebat? sed honestatis caussâ adhibebatur, præcipuè à Judæis ad celandam præcisionem, qui tamen non infibulati, nec enim poterant, cum pellicula carerent, quæ trajiciebatur; quod Jos. Scaligero negotium facessebat: sed quia ferme, qui infibulati erant, etiam thecam hujusmodi, & alutam gestabant; sive ut laterent; sive ne nimio motu atque incussu annulus cutem læderet: sive aliam ob caussam, propterea impropriè eam Martialis fibulam appellavit, quæ fibula non erat, sed potius fibulæ ipsius tutamen. Cum præterea Celsus fibulam meliorem dixerit quo levior:

Hunc ego credideram (nam sæpe lavamur in unum)
Sollicitum voci parcere, Flacce, suæ:
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Delapsa est misero fibula; verpus erat.

levior : at hæc quæ ad celandum inventa, adeo gravis, ut *Judæum pondus* Martialis appellaverit, quo recutitorum inguina trahebantur. *Ferrarius.* *Menophili, &c.*] Comœdi, citharœdi, adolescentulique alii, virilia, fibulâ coërcere solebant, quo à Venere abstinerent, vocis seu valetudinis conservandæ causâ. Celsus libro 7. cap. 25. & Juvenal. Satyr. 6. ꝟſ. 73. & 380. Duo autem harum fibularum erant genera. Vel indumentum, quo comprimebantur, simul & tegebantur inguina: vel filum æneum argenteumve præputio trajectum.

6. *Verpus erat.*] Judæus, vel recutitus, utebatur autem fibulâ (illâ priore modo dictâ) ad velandam [illegible].

De Eutrapelo. LXXXIII.

EUtrapelus tonsor dum circuit ora Luperci,
Expingitque genas: altera barba subit.

2. *Expingitque.*] Sic MSS. nec aliter L.8. ep.52. Vulgo male, *Expungitq́.* Grut. *Altera barba subit.*] Tardus tonsor seu circumspectus tantam operi impendit moram ut vel radenti altera succrescat barba. vide epigr. 52. lib. 8.

Ad Librum. LXXXIV.

DUm mea Cæcilio formatur imago Secundo,
Spirat & argutâ picta tabella manu:
I liber ad Geticam Peucen, Istrumque tacentem:
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.
Parva dabis caro, sed dulcia dona sodali:
Certior in nostro carmine vultus erit.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis
Vivet, Apelleum cum morietur opus.

Ad

1. *Dum mea, &c.*] Dum Cæcilius Secundus (Plinius, ut credo, Junior, namque is Bithyniam & Pontum obtinuit provincias) sibi effingi curat meam imaginem. Quod discessuri amici mutuo factitabant ad memoriam absentium revocandam.

2. *Spirat, &c.*] Ad vivum efficta.

3. *Peucen, Istrumque.*] Insulam ad Istri ostium. *Tacentem.*] Placidis & quasi stagnantibus aquis: vel gelu & frigore concretum. alii leg. *jacentem.*

4. *Hæc loca, &c.*] Supra ꝟſ. 1.

6. *Certior, &c.*] Epigrammata Cæcilio grata, & quæ ingenii mei imaginem certiorem expresserint & diuturniorem retinuerint, quam tabula quævis ab artifice peritissimo efficta.

Facile

Ad Sabellum. LXXXV.

QUod non insulse scribis tetrasticha quædam;
Disticha quod belle pauca, Sabelle, facis:
Laudo, nec admiror: facile est epigrammata belle
Scribere; sed librum scribere difficile est.

Facile esse ait, unum alterumve epigramma commodum condere: sed librum totum, hoc difficile, nec cujusvis; desideratur in tanto numero epigrammatum, magna rerum varietas, & tot argumenta quot sunt epigrammata, nec quælibet apta res epigrammati. *Rad.*

1. *Quædam*] Pauca.

2. *Belle, Sabelle, facis.*] Vide epigr. 39. lib. 12.

3. *Epigrammata belle.*] Scriverius legit, *epigramma Sabelle.*

4. *Sed librum, &c.*] Desideratur enim ad librum perficiendum varietas, acumen, & largus ingenii fons.

In Sextum. LXXXVI.

AD natalicias dapes vocabar,
Essem cum tibi, Sexte, non amicus.
Quid factum est, rogo, quid repente factum est?
Post tot pignora nostra, post tot annos,
Quod sum præteritus vetus sodalis?
Sed caussam scio. nulla venit à me
Hispani tibi libra pustulati,
Nec levis toga, nec rudes lacernæ;
Non est sportula, quæ negotiatur:

Poscis

Ait Sextum munera venari suis cœnis. Eamque ob caussam se præteritum, quod nihil donasset Sexto, in ipsius natali.

1. *Natalicias, &c.*] Festam celebritatem natalis tui.

2. *Non amicus.*] Nondum valde familiaris.

4. *Pignora nostra, &c.*] Amicitiæ mutua pignora.

5. *Præteritus vetus sodalis.*] Metaph. ab iis qui à Censoribus Senatu moti in recitatione Senatorum non nominabantur, & dicebantur *præteriti.* Heraldus dicit esse verbum juris, ubi is, cujus testator non meminit, dicitur *præteritus.* Nihil crebrius. Id παρελθεῖν & παραλείπειν Græci dixerunt.

7. *Pustulati.*] Puti puti, pustulis tumentis ab Ignis excoquentis vi. Turnebus Adv. lib. 24. cap. 2. Al. *pusulati.* quod idem. Sed & Gruterus è MS. *Hispani tibi libra pusulati.* id est, opt. argenti ex Hispania.

8. *Levis toga.*] Impexa. Grut. è MS. *tenuis*, sed contract. in dissyllabum, poscente versu. *Rudes lacernæ.*] Novæ. injiciebantur togis, ut hodie pallia.

9. *Non est sportula, &c.*] Sportula qua me velut clientem donasti, si in lucrum & quæstum largitus eam fuisti, desiit esse sportula: auctio est, & negotiatio, καπηλεία. Non enim invitas nisi qui compensent. Non est ergò beneficium, sed auctio.

Poscis munera, Sexte, non amicos.
Jam dices mihi, vapulet vocator.

10. *Poscis.*] Alii *Pascis.*
11. *Vapulet vocator.*] Confers culpam in servum vocatorem, qui me præterierit imprudens. al. leg. *Vah pudet, vocetur. Vapulet.*] Det pœnas, quod te neglexerit.

De Se. LXXXVII.

SI meus, auritâ gaudet glaucopide Flaccus:
Si fruitur tristi Canius Æthiope:
Publius exiguæ si flagrat amore catellæ;
Si Cronius similem cercopithecon amat:
Delectat Marium si perniciosus ichneumon;
Pica salutatrix si tibi, Lause, placet:

Si

Alia aliis in delitiis esse, se delectari Labyca puero formosissimo.

1. *Si meus, &c.*] Cum alii delectentur deformibus monstris, cur non ego formoso puero Labyca? forte item monstroso, namque luxum tandem in distorta & prodigiosa corpora verterunt Romani. Quintil. decla. 298. & Instit. lib. 11. cap. 5. Idem de mulieribus Rom. Clem. Alexandrinus, & Ammianus Marcel. lib. 14. *Glaucopide.*] Bubone seu ululâ. Alii legunt *lagopode.* alii *lagopece.* & *lagogocepe, &c.*

2. *Tristi.*] Atro, ingrato. *Vel*, infausti ominis si cui matutinus occurrisset. Juvenal. Sat. 6. ꝟs. 601. Appian. 4. ἐμφυλίων. Infaustum enim videbatur, mane, aut in quolibet principio Æthiopi occurrere; quemadmodum & simiæ, atque etiam Eunucho & claudo. Juvenal. Satyr. 6.

Esses Æthiopis fortasse pater, mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi mane videndus.

Duplex causa hujus rei: *Deformitas* & *imperfectio.* Deformitas, ut in Æthiope, simia. *Imperfectio*, ut in Eunucho & claudo. Quare & quocunque alio modo mutilati, malè ominati. Sacerdotes quoque non integri corporis, eligi non poterant; quemadmodum neque victimæ. Idem ritus in Israëlitarum sacrificiis observatus. Cæterum omnia illa, de quibus agimus, in principiis maximè observata. Nam Ovidius 1. Fast.

Omina principiis, inquit, inesse solent.

Unde horis matutinis, & cum aliquid aggrederentur, aut domo egrederentur, ea præcipuè observabant. *Heraldus.* *Canius Æthiope.*] Poëta Gaditanus de quo epigr. 62. & 70. lib. 1. & epigr. 20. lib. 3.

3. *Publius, &c.*] Ep. 110. lib. 1.

4. *Similem.*] Æthiopine? an catellæ? an simiæ? an sibi similem? ut epigram. 202. lib. 14. *Cercopithecon.*] Simio similis. Ex κέρκος, *cauda*, & πίθηκος, *simia.*

5. *Marium.*] Priscum vel Celsum. *Perniciosus ichneumon.*] Mus Indicus, magnitudine felis, perniciosus aspidi & crocodilo, quibus acerrimus est hostis. Plinius lib. 8. cap. 24. Ælian. lib. 8. cap. 25. Athenæus libro 9. cap. 10.

6. *Pica salutatrix.*] Humanam conata vocem. vide epigr. 76. lib. 14. τῶν ὀρνίθων εὐγλωττία μιμεῖται τὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἤχους.

7. *Gla-*

Si gelidum collo nectit Glacilla draconem;
Luſciniæ tumulum ſi Theleſina dedit:
Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ,
Qui videt hæc dominis monſtra placere ſuis.

7. *Glacilla*] Palat. Gladella, & Gradilla. Alii *Flaccilla.* *Draconem.*] Pleræque mulierculæ Rom. in deliciis habebant ſerpentes, quibus ſe in æſtivis menſibus refrigerarent, Senec. 3. de Ira. Lucian. in Alexandro. Sueton. Tiber. cap. 72. Plin. lib. 29. cap. 4.

8. *Luſciniæ, &c.*] Quam vivam in deliciis habuerat, mortuæ tumulum extruxit, ut murenæ Craſſus.

9. *Cupidinei Labycæ.*] Cupidini paris pueri. *Amet ora.*] Quiſquam, vel ipſe amem? *Labycæ.*] Alii *Labyrtæ.*

De ſuis libris. LXXXVIII.

Fertur habere meos, ſi vera eſt fama, libellos
Inter delicias pulcra Vienna ſuas.
Me legit omnis ibi ſenior, juveniſque, puerque,
Et coram tetrico caſta puella viro.
Hoc ego maluerim, quam ſi mea carmina cantent,
Qui Nilum ex ipſo protinus ore bibunt.
Quam meus Hiſpano ſi me Tagus impleat auro,
Paſcat & Hybla meas, paſcat Hymettos apes.
Non nihil ergo ſumus, nec blandæ munere linguæ
Decipimur. credam jam puto, Lauſe, tibi.

In Gallia quoque ſe jam legi gloriatur.

2. *Vienna ſuas.*] Allobrogum ſeu Galliæ Narbonenſis urbs. non illa Auſtriæ.

6. *Qui Nilum, &c.*] Remotiſſimi Æthiopes, ad Lunæ montes, etſi fontes Nili tum latuerint.

7. *Quam Tagus, &c.*] Quam ſi me cantent Hiſpani conterranei mei, Siculi, & Græci. vel quam ſi abundarem auro Hiſpano, ac melle Siculo & Attico, eſt enim Tagus Fl. Hiſpaniæ ſeu Luſitaniæ, Hybla mons Siciliæ, Hymettos, mons Atticæ.

9. *Munere, &c.*] Al. *Murmure.* malè.

10. *Credam jam putó, &c.*] Credam bona mea carmina æquare numerum malorum, atque adeo bonum eſſe librum. epigr. 80. ſupra.

Apollinari mittit coronam roſeam. LXXXIX.

I Felix roſa, mollibuſque ſertus
Noſtri cinge comas Apollinaris;

Quas

Apollinari amiciſſimo ſuo, carminumque ſuorum emendatori mittit ſertum roſaceum, optatque ut comas eo cingat ad multam ſenectam.

2. *Apollinaris.*] Epigr. 87. lib. 4. & epigr. 25. lib. 7.

3. *Olim.*]

Quas tu nectere candidas, sed olim,
Sic te semper amet Venus, memento.

3. *Olim.*] Longa florescentem juventute cingas, nec non sero canescentem & usque ad multam senectutem. Vel quas tu comas candidas rosa cinge, sed nondum, olim tamen futuras canas. quasi dicat; quas opto ut possis in multos annos gestare, donec canescas.

4. *Venus.*] Cui dicata es.

Ad Creticum. XC.

JActat inæqualem Matho me fecisse libellum:
Si verum est, laudat carmina nostra Matho.
Æquales scribit libros Calvinus & Umber.
Æqualis liber est, Cretice, qui malus est.

1. *Jactat, &c.*] Objicit Matho me scripsisse lib. inæqualem, cui vel me fatente epigr. 17. lib. 1. & bona insunt & mala. habet præterea inæqualis liber laudem à rerum varietate.

3. *Æquales, Æqualis liber est.*] Totos malos, cui nihil admisceetur boni. nullus autem liber totus bonus est. *Calvinus.*] Poëta malus.

4. *Cretice.*] Alii leg. *Critice.*

Ad Juvenalem. XCI.

DE nostro facunde tibi, Juvenalis, agello
Saturnalicias mittimus, ecce, nuces.
Cætera lascivis donavit poma puellis
Mentula custodis luxuriosa Dei.

2. *Saturnalicias; &c.*] Quibus luditur in Saturnalibus. epigr. 31. lib. 5. ⅌. 8.

4. *Mentula, &c.*] Ipse Priapus. epigramm. 36. lib. 1. ⅌. 15. epigr. 49. & 73. lib. 6.

In Baccaram. XCII.

SI quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,
Bis nobis dicis, Baccara, terque die.
Appellat rigida tristis me voce Secundus:
Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.
5 *Pensio te coram petitur clareque, palamque:*

Audis,

In vanum promissorem, & pollicitis divitem; aut potius in dissimulatorem. Veri enim amici est, etiam non roganti succurrere.

3. *Appellat, &c.*] Exigit à me fœnus creditor.

4. *Sed nescis, &c.*] Al. *& nescit Baccara quid sit opus?* Illa enim sæpiuscule dixerat Martiali, pete, si quid tibi opus.

5. *Pensio, &c.*] Cellæ, ædium conductarum pretium. l. 3. epigr. 30. ⅌. 3.

7. *Gele-*

Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.
Esse queror gelidasque mihi tritasque lacernas:
Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.
Hoc opus est, subito fias ut sidere mutus;
Dicere ne possis, Baccara, quid sit opus.

7. *Gelidasque, &c.*] Tenues, quæ frigus intromittunt.
9. *Subito, &c.*] Ut instar arboris sideratæ, attoniti stupescant tibi sensus, sitque (ut ait epigr. 86. l. 11.) sidere percussa tibi lingua, ne quenquam posthac vanis pollicitis lactes, & eum, ubi opus est promissa perfici, destituas.

Ad Narniam. XCIII.

NArnia, sulphureo quam gurgite candidus amnis
Circuit, ancipiti vix adeunda jugo:
Quid tam sæpe meum nobis abducere Quinctum
Te juvat, & lenta detinuisse mora?
Quid Nomentani caussam mihi perdis agelli,
Propter vicinum qui pretiosus erat?
Sed jam parce mihi, nec abutere, Narnia, Quincto;
Perpetuo liceat sic tibi ponte frui.

Rogat Narniam civitatem, ne diutius detineat Q. Ovidium agro Nomentano vicinum agrum habentem, se ægrè ipsius absentia carere. *Rad.*
1. *Narnia.*] Civitas Umbriæ. *Amnis.*] Nar. fl. unde civitati nomen.
2. *Ancipiti, &c.*] Gemino monte.
3. *Quid tam sæpe, &c.*] Cur voluptate tua allicitum toties evocas tamdiuque detines Q. Ovidium vicinum meum in agro Nomentano, & cujus unius causa placet mihi fundus meus Nomentanus?
7. *Quincto.*] Qui & ipse gaudet mea vicinia.
8. *Perpetuo, &c.*] Sic vobis incolumis maneat urbs ô Narnia, cum eximio illo ponte, qui duos præaltos & abruptos montes conjungit. vide Schotti Itinerar. lib. 1. pag. 106.

De Papilo. XCIV.

UNguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat:
Olfecit postquam Papilus, ecce garum est.

In

Tam gravem ait, & olentem Papili animam ex infami & impuro ore profectam, ut afflatu etiam nobilissima unguenta corrumpat, & garum reddat. *Garum* autem est liquamen piscium salsum, quod Seneca pretiosam saniem præcordia rodentem appellat.
1. *Onyx.*] Vas unguentarium ex onyche, lib. 6. epigr. 42. Meritò mirantur hic viri docti τὸ *onyx* fœmineo genere. Scribo: *quod onyx modo parve gerebas.* ut ipsum vas alloquatur, quod frequens poëtæ. *Gronovius.*
2. *Garum est.*] Corruptum ab afflatu oris tui impuri. vide epigramma 17. lib. 3. ℣. 6.

In Linum. XCV.

Bruma est; & riget horridus December,
Audes tu tamen osculo nivali
Omnes obvius hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, basiare Romam.
Quid possis graviusque, saeviusque
Percussus facere, atque verberatus?
Hoc me frigore basiet nec uxor,
Blandis filia nec rudis labellis.
Sed tu dulcior, elegantiorque;
Cujus livida naribus caninis,
Dependet glacies, rigetque barba,
Qualem forficibus metit supinis
Tonsor Cinyphio Cilix marito.
Centum occurrere malo cunnilingis:
Et Gallum timeo minus recentem.
Quare si tibi sensus est, pudorque;
Hibernas, Line, basiationes,
In mensem rogo differas Aprilem.

Epita-

Linum monet, ne se basiet hyemali tempore; quum semper sit mucidus. Ille verò quum vellet ambitiosus videri, amicos obvios omnes naribus fluentibus basiabat. *Calderin.*

2. *Osculo.*] Osculis salutare obvios amicos Romanis moris erat, ut & Persis, Judaeis, Graecis, &c. *Nivali.*] Frigido & madido.

5. *Quid possis, &c.*] Non posses melius vindicare injuriam verberum tibi incussorum, quam foedis hisce osculis, ut epigr. 23. lib. 2.

7. *Hoc me frigore, &c.*] Brumali frigore.

9. *Dulcior, elegantiorque.*] Videris tibi dulcior & elegantior, *vel* Ironice.

10. *Livida glacies.*] Mucosa stiria.

12. *Qualem.*] Qualem habent barbam hirci Cinyphii à Cilice pastore tonsi. *Forficibus.*] Al. *forcipibus. Supinis.*] Acie forficum depressa, manubrio sublato.

13. *Cinyphio marito.*] Hirco viroque patreque gregis ad Cinyphem Africae fl. pasto.

15. *Gallum timeo minus recentem.*] An Gallum Cybeles cui recens castrato graviter olet anima? an Boeticum illum Gallum, de quo epigr. 80. lib. 3. Nuper λείξαντα. Sed & vide Turnebum qui significari putat malum odorem, quem corpore suo emittebant Galli Romam venientes recentesque, quum intemperantius viverent, & labore itineris virus intemperantiae augerent, lib. 25. c. 24.

18. *In mensem, &c.*] Tum enim minus erit mucosus & frigidus.

Epitaphium Urbici pueri. XCVI.

Conditus hic ego sum Bassi dolor Urbicus infans:
Cui genus & nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menses,
Ruperunt tetricæ cum mala pensa Deæ.
Quid species, quid lingua mihi, quid profuit ætas?
Da lacrymas tumulo, qui legis ista, meo.
Sic ad Lethæas, nisi Nestore serior, undas
Non eat, optabis quem superesse tibi.

Elegans infantis bimuli tumulus.

1. *Bassi dolor, &c.*] Parenti causa doloris ex morte.

2. *Cui genus, &c.*] Natus in urbe & ab urbe dictus Urbicus, id est, Romanus.

3. *Sex mihi, &c.*] Triennio. erat itaque biennis & semestris, epigr. 38. lib. 6. vers. 1.

4. *Ruperunt, &c.*] Ubi vitæ filum inciderunt Parcæ.

5. *Lingua mihi, &c.*] Blæsa, balbutiens, parentibus grata.

6. *Da lacrymas.*] Exoptatas fuisse morientibus lacrymas, docet Herald. lib. 1. Advers. cap. 9.

7. *Sic ad Lethæas, &c.*] Sic, ut fles & optas mihi vitam tibi superstitem fuisse, vivas ultra annos Nestoreos. *Vel*, Sic, ut me fles, filius tuus quem tibi superstitem optares Nestoris annos superet. Alii *senior*.

Ad librum de Cæsio Sabino. XCVII.

Nosti si bene Cæsium, libelle,
Montanæ decus Umbriæ Sabinum,
Auli municipem mei Pudentis;
Illi tu dabis hæc, vel occupato.
Instent mille licet premantque curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.
Nam me diligit ille, proximumque
Turni nobilibus leget libellis.

O quan-

Mittit librum Cæsio Sabino ex Umbria oriundo, & Auli Pudentis municipi. quantum autem Cæsius amarit Martialem, vel ex hoc intelligas, quod omnibus negotiis anteposuerit poëtæ nova Epigrammata, & ea unus omnibus legerit. *Raderus.*

1. *Cæsium, libelle.*] Vide Baptist. Fontejum de gente Cæsia cap. 20. & 21. vide & ep. 59. lib. 9.

3. *Auli Pudentis.*] De quo epigr. 32. lib. 1. & 49. lib. 5. & ep. 13. lib. 4. &c.

5. *Curæ.*] Negotia, studia.

8. *Turni, &c.*] Satyrographi ex Aurunça, epigr. 11. lib. 11. & Sidonius carm. 9. Rutilius in Itinerario & Juvenalis interpres vetus, ad sat. 1.

O quantum tibi nominis paratur!
O quæ gloria! quam frequens amator!
Te convivia, te forum sonabit,
Ædes, compita, porticus, tabernæ,
Uni mitteris, omnibus legêris.

13. *Uni mitteris.*] Cæsio Sabino.

Ad Castorem. XCVIII.

OMnia, Castor, emis: sic fiet, ut omnia vendas.

Cum ultra facultates omnia vis habere lauta ac nitida, multaque emis, adigeris tandem urgente inopia ad omnia vendenda. Turnebus ait se in quibusdam exemplaribus reperisse hunc versum appensum. *Nil uxore tamen nudius esse poteril.* dispice lector quam conveniat. lib. 25. cap. 24.

Ad Crispinum. XCIX.

SIc placidum videas semper, Crispine, tonantem;
Nec te Roma minus, quam tua Memphis amet:
Carmina Parrhasiâ si nostra legentur in aula;
(Namque solent sacra Cæsaris aure frui.)
Dicere de nobis, ut lector candidus, aude:
Temporibus præstat non nihil iste tuis.
Nec Marso nimium minor est, doctoque Catullo,
Hoc satis est: ipsi cætera mando Deo.

* Ad

Commendat Crispino librum, eumque à Crispino vult Cæsari commendari. Crispinus autem hic, erat Ægyptius, qui plurimum gratia & potentia potuit apud Domitianum, quem acerbè Juvenalis momordit Sat. 1. & 4. quem & vernam Ægyptium appellat. *Rad.*

1. *Tonantem.*] Jovem nostrum Domitianum.

2. *Tua Memphis amet.*] Ægypti civitas. Crispinum autem fuisse Ægyptium juratus testabitur Juvenali, cui satyr. 1. dicitur *pars Niliacæ plebis & verna Canopi.*

3. *Parrhasiâ, &c.*] Palatina. supra epigr. 55. ᵟ. 2.

5. *Aude.*] Aude ô Crispine, ut lectorem decet candidum, Cæsari legenti adspirare hoc eulogio; *Certe & hic Martialis est ævi hujus ornamentum, O Cæsar.*

7. *Marso Catullo.*] De his epigrammate 71. & 77. libri 2. & 62. libri 1.

8. *Deo.*] Domitiano, quasi dicat, Tu tantum illi suggere: ipse Imp. mihi Deus erit abunde beneficus, vide epigr. 8. lib. 5. ᵟ. 1.

* Tria

* Ad Ponticum. C.

Pontice, per reges discurris, & omnia lustras;
Magna quidem sequeris, Pontice; magnus homo es.
Pontice, si qua facis, sine teste facis, sine turba:
*Non adhibes multos, Pontice; * cautus homo es.*
Pontice, te celebrem formâ natura creavit:
*Dignus eras Helenâ Pontice; * pulcher homo es.*
Pontice, voce tua posses adamanta movere:
*Vox tua dulce sonat, Pontice; * dulcis homo es.*
Pontice, sic alios, sic te quoque decipit error:
*Vis dicam verum, Pontice? * nullus homo es.*

* *Tria quæ sequuntur epigrammata è veteri exemplari Anglicano transcripta pro legitimis ægrè agnoscuntur. hoc sane Martialis acumen parum sapit.*

1. *Per reges, &c.*] Patronos salutando.

2. *Magnus homo es.*] Magnus videri vis. *Vel es magnus, malus, mutus, piscis.* Nequam magnus homo, *aut Lucilius.*

3. *Sine teste facis, &c.*] Epigr. 61. supra ☞ſ. 6.

4. *Cautus, pulcher, &c.*] Dum magnus, cautus, pulcher, dulcis esse vis, nullus es.

Ibidem de vetula. CI.

Tacta places, audita places, si non videare,
Tota places: neutro, si videare, places.

Vide epigr. 23. lib. 6.

Ibidem de Milone. CII.

Milo domi non est: peregre Milone profecto
Arva vacant: uxor non minus inde parit.
Cur sit ager sterilis, cur uxor lactitet, edam:
Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.

4. *Quo fodiatur, &c.*] Ager non habet colonum, uxor habet mœchum.

EPIGRAMMATUM
LIBER VIII.

Imperatori Domitiano, Cæsari Augusto, Germanico, Dacico, Valerius Martialis salutem.

Omnes quidem libelli mei, Domine, quibus tu famam, id est, vitam dedisti, tibi supplicant: & puto [1] propter hoc legentur. Hic tamen, qui operis nostri octavus inscribitur, [2] occasione pietatis frequentius fruitur. [3] Minus itaque ingenio laborandum fuit, in cujus locum materia successerat. quam quidem subinde aliqua jocorum mistura variare tentavimus: ne cœlesti verecundiæ tuæ laudes suas, quæ facilius te fatigare possunt, quam nos satiare, [4] omnis versus ingereret. [5] Quamvis autem epigrammata severissimis quoque, & [6] supremæ fortunæ viris ita scripta sint, ut [7] mimicam verborum licentiam affectasse videantur: ego tamen illis non permisi tam lascive loqui, quam solent. Cum pars libri & major & melior ad majestatem sacri nominis tui allegata sit, [8] meminerit [9] non nisi religio-

1. *Propter, &c.*] Quod tibi dicati sunt, quod tu eos vita dignos censes.
2. *Occasione, &c.*] A bellis tuis & victoriis Dacica & Sarmatica, argumenta sæpe petens.
3. *Minus itaque, &c.*] *Facile est Ventis dare vela secundis, Fœcundumque solum varias agitare per artes, Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa Materies nitcat.* Manil. 3. Astr. & Callimach. de Apolline, Ἐστὶ γὰρ εὔυμνος· τίς ἂν οὐ ῥέα Φοῖβον ἀείδοι.
4. *Omnis, &c.*] Omne epigramma.
5. *Quamvis autem, &c.*] Vide epistol. 4. lib. 4. & epist. 3. lib. 5. Plin. Sec. sua excusantis hendeca syllaba.
6. *Supremæ.*] Al. *summæ.*
7. *Mimicam.*] Al. *mimam.*
8. *Meminerit.*] Liber.
9. *Non nisi, &c.*] Tu Deus es. lib. 5. epig. 8. Dii autem non adeundi nisi à castis, puris, ab omni labe lustratis & περιρραινομένοις. Unde lustrationes illæ, de quibus plena manu tota antiquitas. Erant & περιρραντήρια, quibus ἐρραίνοντο καὶ ἐκαθαρίζοντο, antequam in templum introirent. Certi enim æditui τοὺς εἰσιόντας aqua adspergebant. Hujus purificationis meminit & Sozomenus. Ritus iste in Ecclesiam Christianam postea devolutus. Cæterum Diis superis sacra facturi, corpus sæpius

[10] religionis purificatione [11] lustratus accedere ad templa debere. Quod ut custoditurum me lecturi sciant, in ipso libelli hujus limine profiteri brevissimo placuit epigrammate.

pius abluebant: Inferis verò adspergebant tantum. Vide Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 1. *Heraldus.*

10. *Religionis.*] Scriver. leg. *religiosa.*
11. *Lustratus.*] Grut. *lustratos* legendum dubitat.

Ad librum suum. I.

Laurigeros domini liber intrature penates,
Disce verecundo sanctius ore loqui.
Nuda recede Venus: non est tuus iste libellus.
Tu mihi, tu Pallas Cæsariana veni.

Libro Palatinam domum ingressuro mandat verborum rerumque verecundiam & reverentiam.

1. *Laurigeros.*] Palatium propter recentem victoriam Sarmaticam laureatum. quamvis & Augustas fores perpetua ornabat laurus. *Domini.*] Domitiani.

3. *Nuda recede Venus.*] Verborum lascivia, quæ Veneri vel nudæ conveniant. Ad picturam etiam Veneris respicere videtur, quæ nuda pingebatur, cesto tantum præcincta. *Non est tuus.*] Quia castus.

4. *Cæsariana veni.*] Cæs. Domitiani numen peculiare, quam Deam superstitiose coluit, seque ejus filium haberi voluit. Suet. Dom. cap. 4.

Ad Janum. II.

Fastorum genitor, parensque Janus
Victorem modo cum videret Istri,
Tot vultus sibi non satis putavit;
Optavitque oculos habere plures.
5 *Et linguâ pariter locutus omni;*
Terrarum Domino, Deoque rerum

Pro-

Blanditur Domitiano ob reditum.

1. *Fastorum genitor, &c.*] Librorum, qui singulorum annorum gesta continebant, à Jano autem temporum rectore auspicium habent. epigr. 8. infra ℣ſ. 12.

2. *Victorem, &c.*] Cum Domitianum à Sarmatis reducem videret.

3. *Tot vultus, &c.*] Duos, vel quatuor. Bifrons enim fingitur Janus, ut qui annum elapsum respiciat, sequentem prospiciat. Immo & Quadrifrons, propter quatuor elementa vel quatuor anni tempestates. Servius ad 8. Æneid. & Fab. Pictor.

4. *Optavitque oculos.*] Desiderium vehemens videndi Cæsaris significat.

5. *Omni.*] Binis vel quatuor linguis. ut modo, ℣ſ. 3.

6. *Domino, &c.*] Domitiano lib. 5. epigr. 8. ℣ſ. 2.

7. *Pylium*

Promisit Pyliam quater senectam:
Addas, Jane pater, tuam rogamus.

7. *Pyliam quater senectam.*] Quatuor ætates Nestoris, ex ore quaterno. id est 12. secula.

8. *Pater, tuam rogamus.*] Immortalitatem. Janus enim Deus. Veteres bene suis Imperatoribus precabantut, sive natalitiis diebus, sive Calendis, sive in reditu, longosque annos optabant. Et quos eximiè diligebant, eis dicere solebant, patatos se partem annorum suorum dare.

Ad Musam. III.

QUinque satis fuerant; nam sex, septemve libelli,
Est nimium: quid adhuc ludere, Musa, juvat?
Sit pudor, & finis. jam plus nihil addere nobis
Fama potest: teritur noster ubique liber.
Et cum rupta situ Messallæ saxa jacebunt,
Altaque cum Licinî marmora pulvis erunt:
Me tamen ora legent, & secum plurimus hospes
Ad patrias sedes carmina nostra feret.
Finieram, cum sic respondit nona sororum,
Cui coma, & unguento sordida vestis erat:
Tune potes dulces, ingrate, relinquere nugas?
Dic mihi, quid melius desidiosus ages?
An juvat ad tragicos soccum transferre cothurnos?
Aspera vel paribus bella tonare modis?
Prælegat ut tumidus raucâ te voce magister,
Oderit

Fingit se à Musa incitatum, ad prosequendum Epigrammatum scribendorum studium.

5. *Et cum Messalla Licini, &c.*] Atque ubi invidiosa vetustas in pulverem verterit marmoreas ædes vel potius sepulchra. Sic enim loquitur Juvenalis Satyra 10. ℣. 143. & huic consonat noster epigr. 2. lib. 10. M. Val. Corvini Messalæ oratoris clariss. & Licini ditissimi liberti Cæs. Augusti. *Licini.*] Palat. legit *Licinia* & *Licina*, quod ultimum si admittimus, illud *cum* erit præpositio, non adverbium.

9. *Nona sororum.*] Una è novem Musis, non tamen infima, Thalia conviviis apta, uncta itaque pro more à balneis & ante convivia. vide epigr. 8. lib. 4. ℣. 12.

12. *Nugas.*] Epigrammata.

13. *Soccum transferre.*] Versum humilem & levem instar comicorum, quorum proprie est soccus. *Cothurnos.*] Epigr. 20. lib. 3. ℣. 7.

14. *Paribus, &c.*] Versibus heroïcis.

15. *Perlegat, &c.*] Melior lectio *prælegat*. uti in scholis prælegunt & exponunt magistri Homerum, Virgilium, & alios autores epicos. *Rauca voce.*] Qui ad ravim usque clament.

16. *Ode-*

Oderit & grandis virgo bonusque puer?
Scribant ista graves nimium, nimiumque severi,
Quos mediâ miseros nocte lucerna videt.
At tu Romano lepidos sale tinge libellos:
Agnoscat mores vita legatque suos.
Angusta cantare licet videaris avena,
Dum tua multorum vincat avena tubas.

16. *Oderit.*] Tædio: vel propter pœnas irrogatas, ipsos execrentur autores discipuli.

18. *Quos media, &c.*] Quos elucubrationes reddunt miseros. *Miseros.*] Miseret me istorum miserorum(quamvis interpretari queas *laboriosos*) ut puto, non sua nec Martialis culpa: qui *seros* illos concinnasse videtur, non *miseros*: ut Virgilio, *Æneas se matutinus agebat.* Gronovius.

19. *Sale tinge libellos.*] Jocoso acumine.

20. *Agnoscat mores.*] Quos tamen ita describit, ut parcat personis, exponat vitia. Epistolarum 1. lib. ℣. 4.

21. *Angusta avena.*] Tenui carmine, sive versum sive argumentum respicias.

22. *Dum tua, &c.*] Dum plus laudis epigrammate merearis, quam alii heroïco versu, ep. 49. lib. 4. ℣. 7. 8.

Ad Cæsarem Domitianum, vel ut alii, Germanicum. IV.

QUantus, io, Latias mundi conventus ad aras
Suscipit, & solvit pro duce vota suo!
Non sunt hæc hominum, Germanice, gaudia tantum,
Sed faciunt ipsi nunc, puto, sacra Dei.

Ad

Deos & homines, ait, gratulari adventum Cæsari, & sacra, pro gratiarum actione, facere.

1. *Mundi, &c.*] Ab omni orbis loco frequens populus supplicationis & gratulationis causa.

2. *Suscipit.*] Reus voti pro Imperatoris salute de anno præterito solvit vota, & nova vota nuncupat in annum proximum, quæ oppido fiebant redeunte Domitiano mense Januario. Commodum Januario mense redibat Domitianus, quo pro Imperatorum salute vota suscipiebant & solvebant. Suscipiebant in proximum annum; solvebant priori anno suscepta. vide Plin. epist. 44. l. 10. ad Trajanum. Cœpit autem mos temporibus Jul. Cæsaris, cui inter cæteros honores hic quoque decretus, ut vota pro eo quotannis conciperentur. Unde idem honos cæteris Imperatoribus postea habitus. Nuncupabantur vota ista à Magistratibus & Sacerdotibus præcipuè. Celebrabant quoque diem suscepti imperii, & pro Imperatore vota suscipiebant. Neq; pro Imperatoribus tantum, sed & pro eorum liberis & charis vota signabant. *Herald.* *Et solvit.*] Est igitur voti reus. Vide Macrob. l. 3. Saturn. cap. 5.

3. *Nam sunt.*] Scriv. leg. *nam non.* *Germanice, &c.*] Epigr. 2. lib. 5. ℣. 7.

4. *Ipsi dei.*] A te culti, servati, templis donati, ep. 1. l. 5. ℣. 8. & epigr. 4. lib. 9.

1. *Pusi-*

Ad Macrum. V.

DUm donas, Macer, annulos puellis;
Desîsti, Macer, annulos habere.

1. *Puellis.*] Al. *amicis.* id est, impuris fœminis, in quas aurum & opes effundis.

2. *Desîsti, Macer, &c.*] Privatus es equestri dignitate, cui insigne & jus annulorum. *post cuncta novissimus exit Annulus.* Juvenal. satyr. 11. vers. 43.

In Euctum. VI.

ARchetypis vetuli nihil est odiosius Eucti.
Ficta Saguntino cymbia malo luto.
Argenti furiosa sui cum stemmata narrat
Garrulus, & verbis mucida vina facit.
Laomedonteæ fuerant hæc pocula mensæ;
Ferret ut hæc, muros struxit Apollo lyrâ.
Hoc cratere ferox commisit prælia Rhæcus
Cum Lapithis; pugnâ debile cernis opus.
Hi duo longævo censentur Nestore fundi:

Pollice

Ex vana Eucti vasorum ostentatione, captat occasionem laudandi pocula priscis celebrata: Laomedontis, Rhœci, Nestoris, &c. Euctum verò ait habere antiqui operis pocula, sed recentia vina. *Rad.*

1. *Archetypis, &c.*] Poculis primogeniis, originalibus, & quæ ab ipsis dominis per tot seculorum series habere se jactat. *Odiosius Eucti.*] Propter garrulam jactantiam, mendacem vanitatem, vilitatem novi vini in his appositi.

2. *Saguntino.*] Fictiles cyathos ex argilla Saguntina anteposuerim poculis Eucti, quamvis illa jactet. epigr. 46. lib. 4. vers. 15. & 108. lib. 14. *Cymbia malo luto.*] Pocula in cymbæ formam efficta, Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 21.

3. *Furiosa, &c.*] Insana quadam & insensata prædicatione pocula ab ætate & dominis jactans. Al. leg. *fumosa.* id est, caligine neglectæ vetustatis obducta. Ut exponit Boëthius l. 1. de Consol. philosoph. ita Cicero & Seneca *fumosas imagines* dixere. & Juvenalis, *fumosos equitum magistros.*

4. *Verbis mucida, &c.*] Dum per verbosam Eucti ostentationem poculorum, vinum effusum mucescit & vappa fit. Hoc est, ipsa cœnæ gratia, vinique suavitas garrulitate Eucti corrumpitur.

5. *Laomedonteæ, &c.*] Hæc (inquit) fuerant Laomedontis pocula: vel ex auro illo quo pacti & conducti Neptunus & Apollo mœnia Trojana ædificarunt.

6. *Ferret ut hæc.*] Præmii & pretii loco acciperet.

8. *Pugna debile, &c.*] Magis placet hæc distinctio quam vulgata ista, *pugna: debile cernis opus.* ut sit, poculum pugna & rixa collisum (*battered.*) *dum prima pocula pugna Missa volant.*

9. *Hi duo longævo.*] Hic est geminus ille

Pollice de Pylio trita columba nitet.
Hic scyphus est, in quo misceri jussit amicis
Largius Æacides vividiusque merum.
Hac propinavit Bytiæ pulcherrima Dido
In paterâ, Phrygio cum data cœna viro est.
Miratus fueris cum prisca toreumata multum,
In Priami cyathis Astyanacta bibes.

ille crater & ἀμφικύπελλα Nestoris, duos habens fundos, ansas quatuor & earum singulis insidentes 2. columbas, celebratus Homero Il. Athenæo l. 11. cap. 12. & 13. *Censentur, &c.*] In pretio habentur.

10. *Pollice de Pylio, &c.*] Quæ ansis sedebant columbæ aureæ, usu tritæ fulgebant.

11. *In quo misceri, &c.*] Quem Ulyssi, Phœnici, legatis Agamemnonis, I. Iliad. propinavit Achilles.

12. *Vividiusque merum.*] J. Gruterus feliciter è MSS. revocavit, cum prius legeretur *& bibit ipse merum.* Achilles enim Iliad. 1. poscit majus poculum vinumque vividius, μείζονα δὴ κρητῆρα Μενοιτίου υἱὲ καθίστα Ζωρότερον δὲ κέραιε.

13. *Hac propinavit, &c.*] Nota ex 1. Æneid. Virg.
Tum Bitiæ dedit increpitans, &c.

14. *Phrygio viro.*] Æneæ.

16. *In Priami, &c.*] In vetustissimis poculis apponit novum vinum. Torrentius, de poculis novis, quorum antiquitatem Euctus ementitus est, intelligit. Noti sunt Priamus senex & Astyanax filius Hectoris, puer. *Bibes.*] Alii, *bibis.* Gruter. ex MSS. *calathis Astyanacta bibes.* Calathum genus poculi esse, ait Glossarium P. Danielis: in quo præterea: *calathi*, scyphi, cyathi.

In Cinnam. VII.

Hoc agere est caussas, hoc dicere, Cinna, disertè,
Horis, Cinna, decem dicere verba novem?
Sed modo clepsydras ingenti voce petisti
Quattuor: ô quantum, Cinna, tacere potes!

2. *Decem dicere, &c.*] Synecdoche finita.

3. *Clepsydras, &c.*] De his vide epigr. 35. lib. 6. vs. 1.

4. *O quantum, &c.*] Petiisti, credo, tantum spatii, quo taceres, non diceres. Noster MS. *O quantum dicere, Cinna, potes?*

Ad Janum de reditu Cæsaris. VIII.

Principium des, Jane, licet velocibus annis,
Et revoces vultu secula longa tuo:

Te

Quamvis felix prædicari possis, quod abs te anni principium & auspicium ducatur; tuique mensis initio, consules purpuram & fasces sumant; tamen multo es felicior, quod mense tuo Domitianus victor & sospes à Sarmatis est reversus.

1. *Principium.*] Veteres enim Janum præfecerunt reducendis annis & seculis.

2. *Et revoces vultu.*] Biformis enim & bi-

Te primum pia thura rogent, te vota salutent:
Purpura te felix, te colat omnis honos:
Tu tamen hoc mavis, Latiæ quod contigit urbi,
Mense tuo reducem, Jane, videre Deum.

& bifrons fingitur, quod præterita & futura videat & jungat; & finis præcedentis, & principium sequentis anni. *Raderus.* Supra epigramm. 2. vers. 1. &c.

3. *Primum pia.*] Ut tu, qui limina servas, supplicibus aditum ad deos patefacias. Ovidius 1. Fast. *Vel*, ut rerum omnium potentem & principium, epigr. 28. lib. 10. *Thura rogent.*] Al. *turba.* id est, populus, plebs. ut infra epigr. 15. Nisi velimus per *piam turbam* notare sacerdotes, quod non ita absurdum. *Vota salutent.*] Al. *Vota; salutet Purpura.*

4. *Purpura, &c.*] Consules novi, *quibus nova purpura fulget*, ut ait Ovid. 1. Fast. *Vel* Senatus. *Omnis honos.*] Omnis magistratus. sic Statius 4. Sylv. *turmaque, tribusque, Purpureique patres, lucemque à consule ducit Omnis honos.*

5. *Tu tamen hoc mavis, &c.*] Nec tam tibi places ô Jane, quod tuo mense ineat annus, inaugurentur consules, vota quilibet nuncupet: quam quod redeat jam Domitianus.

Ad Quinctum de Hyla. IX.

Solvere dodrantem nuper tibi, Quincte, volebat
Lippus Hylas: luscus vult dare dimidium.
Accipe quamprimum: brevis est occasio lucri.
Si fuerit cæcus, nil tibi solvet Hylas.

Motâ trahet damnum. Hylas qui modo lippus, novem de libra uncias tibi, ô Quincte, vel fœneratori vel ophthalmico volebat solvere, jam altero captus oculo, 6. tantum uncias tibi prius 9. recusanti se ait soluturum. cave sis ne cæcus omnino factus, tibi nihil reddat.

De Basso. X.

Emit lacernas millibus decem Bassus
Tyrias coloris optimi. lucrifecit.
Adeo bene emit? inquis. immo non solvit.

Ad

3. *Adeo bene emit, &c.*] Tantuli, (*so good cheape.*) Id est, tam ne vili pretio lacernas hasce sibi comparavit? *Non solvit.*] Alii, *non solvet.* Immò quod majus est, non solvit. vel non est solvendo. vel furatus est.

Faustas

Ad Cæsarem Domitianum. XI.

PErvenisse tuam jam te scit Rhenus in urbem:
Nam populi voces audit & ille tui.
Sarmaticas etiam gentes, Istrumque, Getasque
Lætitiæ clamor terruit ipse novæ.
Dum te longa sacro venerantur gaudia Circo,
Nemo quater missos currere sensit equos.
Nullum Roma ducem, nec te sic, Cæsar, amavit:
Te quoque jam non plus, ut velit ipsa, potest.

Faustas populi & inusitatas acclamationes Cæsare redeunte, poëta describit, quas affirmat ipsis Sarmatis auditas, unde profectus erat. indeque Cæsaris adventum in urbem, etiam à remotissimis gentibus cognitum esse; adeoque omnium occupatos in Cæsare spectando oculos fuisse, ut nemo, quid in Circo ageretur, animadverteret. *Rad.*

1. *Tuam jam te scit.*] A te magnifice extructam passim & ornatam, vel, simpliciter, Romam. *Rhenus.*] Germani, Rheni fluv. accolæ.

2. *Voces audit, &c.*] Clamores & applausus in Circo. *Hyperbole satis vocalis & clamosa.*

5. *Longa gaudia circo.*] Applausus & acclamationes longæ, geminatæ & reboantes.

6. *Nemo quater, &c.*] E 25. spaciis à carceribus & septem flexibus circa metas ad victoriæ palmam, populus dum tibi studet, in te oculos & mentem convertunt omnes, non advertit quatuor; quamvis alibi *nihil amplius optet quam panem & Circenses*, ut ait Juvenalis. vide epigramm. 6. lib. 7. vers. 9.

7. *Nec te sic, &c.*] Nec teipsum, priusquam tui sensit desiderium; quod tibi reduci læti omnes testantur. Gruter. *Nisi te.* Raderus tamen censet servandam receptam lectionem *nec te*, hoc sensu: Quamvis populus Romanus multos principes vehementer amàvit; tamen hactenus nullum tam ardenter amavit ac te; nec te prius tantopere ut nunc amat; amavit; modo verò ita amat, ut si velit magis amare, non possit.

8. *Ut velit, &c.*] Etiamsi velit.

Ad Priscum. XII.

UXorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
Non aliter fuerint fœmina virque pares.

Ad

Imparia connubia infausta.

2. *Uxori nubere, &c.*] Nolo subjici uxori, quæ proprie viro *nubere* dicetur. nolo dote libertatem vendere, *γυναικὶ, οὐ διακονεῖν θέλω ἧς ἐστὶ δοῦλος ὁ πένης*, Anaxandrides apud Stobæum, epigr. 69. lib. 10.

3. *Matrona.*] Matronam dicit *γυναῖκα γαμετήν*. Sic enim Græci vertere. Unde effatum illud Fortunæ muliebris, quod apud Val. Max. lib. 1. cap. 8. RITE ME MATRONAE VIDISTIS, RITEQVE DEDICASTIS.

4. *Fuerint.*] MSS. *fiunt.*

Ad Gargilianum. XIII.

Morio dictus erat: viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane: sapit.

1. *Viginti millibus emi.*] Fatui isti & moriones in pretio & deliciis erant apud divites, ad hilaritatem. vel, ut hodie apud nostros fatuos divites, ut fit in ædibus aliquis domino ipso stultior.
2. *Sapit.*] Plus justo sapit, id est, plus quam fatuum & morionem vellem. vide epigr. 110. lib. 14.

In crudelem amicum. XIV.

Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam,
Mordeat & tenerum fortior aura nemus:
Hibernis objecta notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem.
At mihi cella datur, non tota clausa fenestra,
In qua nec Boreas ipse manere velit.
Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

Martialis queritur, melius arbores tegi ab amico, quam amicum.

1. *Pallida ne.*] Ab injuria ventorum & frigoris. epigr. 68. infra. *Cilicum timeant, &c.*] Referas *Cilicum* ad arbores potius è Cilicia translatas, quam ad brumam.

2. *Mordeat & tenerum, &c.*] Stirpium teneriorum succrescentem sylvam.

3. *Specularia puros.*] Lapides pellucidi in tenues crustas fissi, quibus Romani in fenestris utebantur ut nos vitro. Seneca epist. 91. & lib. de Provid. Divina cap. 4. Plin. libro 15. capite 16. Columell. lib. 11. cap. 3. Pancirol.

4. *Sine fæce diem.*] Purum, absque pulveris, venti aut atomorum turbine, sine pluvia & tempestate. Al. *& sine sole diem.*

6. *Nec Boreas, &c.*] Non ipse horrens Septentrionis incola Boreas. *Emphasis hyperbolica.*

7. *Sic habitare, &c.*] In hoc versu quodque verbum est Emphaticum.

Ad Domitianum. XV.

Dum nova Pannonici numeratur gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ara Jovem;
Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus,
Et

Epigramma est de laurea Domitiani, quam Jovi Capitolino ex bello Sarmatico intulit, de quibus triumphare noluit.

1. *Pannonici numeratur.*] Sarmatici. *Numeratur.*] Narratur.
2. *Jovem.*] Domitianum.
3. *Dat Populus, &c.*] Ab enumeratione

Et ditant Latias tertia dona tribus;
Hos quoque secretos memorabit Roma triumphos,
Nec minor ista tuæ laurea pacis erit.
Quod tibi de sanctâ credis pietate tuorum.
Principis est virtus maxima, nosse suos.

tione partium ostendit totam urbem & Rempub. effusam in vota, ob principis adventum & victoriam. Supra epigr. 8. ✝ſ. 3. 4. 5. *Dat thura.*] Signatè. Alias, Aris thura imponere: ut *aris imponere honorem* dictum Virgilio. Sic *thura jacere* dixerunt scriptores Ecclesiastici. *Herald.*

4. *Et ditant Latias, &c.*] Et à Domitiano datum plebi pauperique populo congiarium, & tributim epulum, infra epigr. 50. propter relatam è bello Sarmatico lauream tertiam: bis enim ante de Cattis & Dacis triumphaverat. Alii *Et litant.* Theod. Marcilius legend. censet: *Et dicant Latiai, &c.* Antiquè, inquit, scriptum *Latiai* pro Latiæ, unde factum *Latias.* Causa verò triumphis secretis fuit, ut si ex cive parta victoria, qualis laurea C. Antonii ex bello Catilinario: aut ex bello, non acie, sed pace & pactione, qualis hæc Domitiani laurea de Sarmatis. *Et ditant Latias tertia dona.*] Dorleans legend. censet: *Et dicant Latia tres tria dona tribus.* id est, dedicant. Ut sensus sit: Pro reditu Domitiani, omnes dant dona & thura, Senatus, Eques & Populus: & illæ tres partes tribus vocabantur, quo tria dicarunt dona; id est, voverunt Diis tria dona, & speciatim Populus, Eques & Senatus thura dederunt. Reposui autem *dicant*, quod votorum verbum esset solenne, *Do, dedico.* Et reposui, *tres tria dona tribus:* ut unaquæque tribus suum donum dedicarit. *Dorleans.*

6. *Nec minor, &c.*] Quod cum licuisset justum agere triumphum, lauream tantum Jovi Capitolino maluit inferre. Vel ut Raderus exponit: Nec minus celebris hæc tua erit laurea, qua pacem populo Romano attulisti, ac si magnificentissimum triumphum egisses.

7. *Quod tibi de, &c.*] Quam benè sentis de civibus tuis, quum credis te non minore admiratione fore apud tuos, laurea tantum relata, ac si plenum triumphum egisses? sciebas enim quid de te Roma sentiret.

8. *Nosse suos.*] Benevolos animos & amorem subditorum suorum erga se propter bene merita agnoscere.

In Ciperum. XVI.

PIstor qui fueras diu, Cipere,
Nunc caussas agis, & ducena quæris:

Sed

2. *Nunc causas agis, &c.*] Nam facis panem, dum causas agis, & ducenta quæris, quæ tibi contrà legem Cinciam licet immeritò solvuntur. Facis etiam farinam dum consumis quod male quæsivisti. Nam farina dum saccatur defluit & per foramina labitur: ita quod malè quæsivit, deperditur & evanescit. *Dorleans. Ducena.*] Alii *ducenta.* Opulescere vis & rem facere ex causis. sed nihil tibi felicius nunc cedit forum, quam modo pistrinum. namque ut ibi farinam pinsebas, deinde panem conficiebas, è cujus pretio rursus farinam comparasti, atque adeo in circulum laborans vivebas in diem: ita hic quæris, deinde consumis, rursus mutuatis, &c.

Sed consumis, & usque mutuaris.
A pistore, Cipere, non recedis;
Et panem facis, & facis farinam.

5. *Et panem facis, &c.*] Id est, decoquis.

Ad Sextum. XVII.

EGi, Sexte, tuam, pactus duo millia, caussam.
Misisti nummos quot mihi? mille. quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te perdita caussa est:
Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

Plus sibi deberi ait Martialis ob amissam caussam, quam obtentam. quia, inquit, tua caussa erubui, quod gravius est, quam si vicissem, & fuissem laudibus mactatus. *Rad.*

3. *Narrasti nihil, &c.*] Dicis me male egisse & causam prodidisse.

4. *Tanto plus debes, &c.*] In solatium dedecoris mei & jacturæ famæ, quam ex causa tua sustinui.

Ad Cirinium. XVIII.

SI tua, Cirini, promus epigrammata vulgo,
Vel mecum possis, vel prior ipse legi:
Sed tibi tantus inest veteris respectus amici,
Carior ut mea sit quam tua fama tibi.
Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci,
Pindaricos nosset cum superare modos:
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cum posset tragico fortius ore loqui.

Aurum,

1. *Sic tua, &c.*] Gruterus è MSS. ubi & nos invenimus, *Si tua.* & sequenti versu, pro *Ut mecum*, *Vel mecum*, & sexto versu pro *posset*, legit *nosset*, hoc sensu: Si tu, inquit, publicares epigrammata tua, vel æquè magnum nomen in eo genere atque ego consecutus sum, vel majus etiam comparares. Sed tu me sic amas, ut tibi ipsi sis iniquus, ut premas tua, & mihi soli eam famam relinquas; ita major sum, quia te parem esse, ignoratur. *Nosset superare*, etiam exquisitum est: Virgil. in Culice: *Dignus amor venia, parvum si Tartara nossent Peccatum ignovisse.* Gronov.

2. *Vel mecum, &c.*] Bonâ ne hæc fide? an Ironice? videtur sane & ex animo, propter exemplum Virgilii. *Prior ipse legi.*] Majori laude quam ego.

3. *Sed tibi tantus, &c.*] Hâc modestia & amicitia inductus Virgilius cessit Horatio lyrici carminis laudem, & Vario epici carminis, vel tragœdiæ gloriam. cum illum Pindaricæ lyræ modis, hunc Sophoclei cothurni sublimitate vicisse potuit. Varium siquidem uæ epicum & Mæonii aliris æmulum canit Horatius. ode 6. lib. 1. ita Varii tragœdiam Thyesten cuilibet Græcorum compatat Quintil. lib. 10. cap. 1.

9. *Au-*

Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

9. *Aurum, &c.*] Censu se aliis haberi inferiores ferunt non pauci: sed nemo fere est qui se altero minus ingeniosum fateri velit.

De Cinnâ. XIX.

P*Auper videri Cinna vult; & est pauper.*

Cinna his vere pauper, quasi dissimularet opes, ostentabat pannos, & paupertatem usque jactabat, ut stulti & ebrii simulare volunt non raro stultitiam & ebrietatem, cum nil opus sit simulatione. vide epigr. 33. lib. 11.

Ad Varum. XX.

C*Um facias versus nulla non luce ducenos,*
Vare, nihil recitas: non sapis, atque sapis.

Varum schediasten, simul ait sapere & desipere: *desipere*, quod frustrà laboret, & quotidie effundat ducentos versus: *sapere*, quod eosdem non recitet, quos si recitaret, ineptius haberetur. nihil enim dignum auditu memoriaque scribi potest, tam brevi tempore tanto numero. Et pro *ducenos* alii leg. *ducentos*.

2. *Non sapis, atque.*] Qui stans pede in uno, in hora ducentos præcipitas versus, vitiosos scilicet & ineptos qui tibi lutulento, fluenti è bucca excidunt. *Sapis.*] Qui non recitas malos illos versus, unde tibi plus esset dedecoris quam laudis.

Ad Luciferum, vel in adventum Cæsaris. XXI.

P*Hosphore, redde diem. quid gaudia nostra moraris?*
Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.
Roma rogat. placidi numquid te pigra Bootæ

Plau-

Pridie quam Cæsar urbem ingrederetur, Martialis meditatus alloquitur sidera, ut noctem præcipitent: tantum enim esse desiderium & exspectationem populi, ut longissima ei nox videatur. Tandem acutè & venustè concludit, nil opus fore die, sub mediam etiam noctem fore lucem meridianam Cæsare ingrediente; nam ipsum esse solem. *Rad.*

1. *Phosphore, &c.*] Veneris stella, quæ Solis orientis prænuntia, Lucifer dicitur; solem occidentem subsequens, Vesperus. *Gaudia nostra moraris.*] Desiderium Cæsaris expectati & cum die urbem ingressuri.

3. *Rogat.*] Ut diem properes. *Placidi numquid, &c.*] Cur tarde oreris ac si veheteris plaustro, quod insequi videtur Arctophylax, signum tardum, quia polo vicinum? epigr. 3. lib. 4. ỳs. 5. *Bootæ.*] Qui *bubulcus* Latinè, & Græcè *Arctophylax* dicitur, quod quasi servet & custodiat arcton. seu pastor sit boum, unde Bootes. Septem enim stellæ *triones*, quasi teriones, id est, boves dicebantur.

Plaustra vehunt, lento quod nimis igne venis?
Ledæo poteras abducere Cyllaron astro:
Ipse suo cedet nunc tibi Castor equo.
Quid cupidum Titana tenes? jam Xanthus, & Æthon
Fræna volunt: vigilat Memnonis alma parens.
Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,
Et cupit Ausonium Luna videre ducem.
Jam, Cæsar, vel nocte veni: stent astra licebit,
Non deerit populo te veniente dies.

4. *Plaustra.*] Major arctos, Græce vocatur ἅμαξα, Lat. plaustrum. *Lento.*] Tardo. *Igne venis.*] Stella, luce.

5. *Ledæo poteras.*] Sumas licet Castoris equum, illi à Mercurio donatum, & jam astris additum. *Ledæo.*] Ledes natis, geminis. *Adducere.*] Alii & rectè *abducere.* Hoc est, posses abducere seu eripere equum Castori, ut hoc vehens citius diem reduceres. *Cyllarus* enim equus à Mercurio Dioscoris donatus.

6. *Ipse suo.*] Ipse Castor, Cyllarum suum equum tibi interim dabit mutuum, ut citius exoriaris.

7. *Cupidum, &c.*] Exoriri cupientem solem. *Jam Xanthus, &c.*] Jam Solis equi cursum gestiunt.

8. *Memnonis parens.*] Aurora.

9. *Tarda tamen, &c.*] Stant stellæ, nec movetur luna, desiderio (credo) videndi Imperatorem Rom. redeuntem.

11. *Stent astra licebit.*] Ipse Cæsar sibi Sol erit, gloriæque suæ fulgore lustrabit cœlum, vel manente noctis facie. Al. *sint astra licebit.*

12. *Non deerit.*] Conclusio plena adulationis. Ubicunque Cæsar, ibi dies; nam Cæsar noster Sol est.

In Gallicum. XXII.

INvitas ad aprum; ponis mihi, Gallice, porcum.
Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi.

2. *Hybrida sum, &c.*] Hybridam me esse innuis, dum apponis porcum hybridam, id est, ex fero & mansueta natum: vel lege *Sim.* quasi dicat, utinam ego hybrida sim, nisi intelligam fucum mihi factum. sic Chærea Terent. *tum pol ego is essem qui assimulabar, nisi, &c.* de hybrida vide epigr. 39. l. 6. ℣ſ. 20.

Ad Rusticum. XXIII.

ESse tibi videor sævus, nimiumque gulosus,
Qui propter cœnam, Rustice, cædo cocum?
Si levis ista tibi flagrorum caussa videtur,
Ex qua vis caussa vapulet ergo cocus?

Ad

An quæso iniquum est, si quis pendat pœnas ejus quod deliquerit in sua arte? tum sane iniquus esse viderer si delictum alieni artificii in illo punirem.

2. *Impro-*

Ad Cæſarem Domitianum. XXIV.

SI quid fortè petam timido, gracilique libello,
Improba non fuerit ſi mea charta; dato.
Et ſi non dederis, Cæſar, permitte rogari:
Offendunt nunquam thura, preceſque Jovem.
Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille deos: qui rogat, ille facit.

2. *Improba, &c.*] Impudenter petax.
6. *Qui rogat, ille facit.*] Qui ſupplicat, qui adorat, qui rogat, ille numen ineſſe rogato fatetur: ita ego te Deum facio dum rogo. *Adulatorie & paraſitice.*

In Oppianum. XXV.

VIdiſti ſemel, Oppiane, tantum
Ægrum me male, ſæpe te videbo.

Ne mihi inſultes quod me ſemel ægrum vidiſti, ego te ſæpe, & uſque videbo morbo pallidum. ut epigr. 3. lib. 7.

Ad Cæſarem Domitianum. XXVI.

NOn tot in Eois timuit Gangeticus arvis
Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo:
Quot tua Roma novas vidit, Germanice, tigres:
Delicias, potuit nec numerare ſuas.
Vincit Erythræos tua, Cæſar, arena triumphos,
Et victoris opes, divitiaſque dei.
Nam cum captivos ageret ſub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

Tigtides plures in ſpectaculum adduxerat Domitianus, à qua re Martialis illum laudandi occaſionem arripit; ipſique Baccho, qui duabus tigribus triumphavit, anteponendi.

1. *Eois arvis.*] Periphraſis Indiæ orientalis. *Gangeticus*, Aſiaticus dictus, à Gange nobiliſſimo flumine Aſiæ. *Gangeticus Raptor.*] Venator Indus non timet tot tigres in Orientalibus regionibus, quot, &c.

2. *Hyrcano qui fugit.*] Ex Hyrcania. *Vel*, non ſegniori quam ſunt equi Hyrcani. *vel* in Hyrcania, ubi venantur tigres non ſecus ac in India. unde legi poteſt, *& Hyrcano.* vide epigr. 18. lib. Spectac. *Albus equo.*] Metu pallidus.

3. *Tua Roma, &c.*] Supra epigrammate 11. ✠. 1. *Germanice, tigres.*] Epigramm. 2. lib. 5. ✠ſ. 7.

4. *Delicias, &c.*] Spectaculi.

5. *Vincit Erythræos, &c.*] Tuum amphitheatrum, ô Cæſar, ſuperat triumphum Bacchi reducis ex India, Perſia, & littoribus rubri maris devictis. (vide epigr. 38. lib. 5. ✠ſ. 4.) namque ille triumphavit gemina tantum invectus tigride, tu pluribus.

Ad

Ad Gaurum. XXVII.

Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique,
Si sapis & sentis, hic tibi ait: morere.

Captatores testamentorum insidiabantur divitibus ægris & senibus; illisque munera mittebant, ut hæredes scriberentur. de hac fraude monet Gaurum poëta, ut sibi ab hujusmodi vulturum insidiis eaveat.

2. *Morere.*] Ut in bona tua succedat hæredipeta ille. epigr. 63. lib. 6.

* De Partheniana toga. XXVIII.

Dic toga facundi gratum mihi munus amici,
Esse velis cujus fama, decusque gregis?
Apula Ledæi tibi floruit herba Phalanti,
Qua saturat Calabris culta Galesus aquis?
An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi
Bætis in Hesperiâ te quoque lavit ove?
An tua multifidum numeravit lana Timavum,

Quem

Donatus à Parthenio præfecto cubiculi Domitiani nobili toga Martialis, petit tectè meliorem etiam lacernam, alioqui se ludibrio fore populo, si nobilissima candidissimaque toga incedat, & vilem, tritamque lacernam togæ novæ injiciat. *Raderus.*

* Donata Martiali à Parthenio, qui Cæsari à cubiculis, epigr. 6. lib. 5.

1. *Dic toga.*] Per Prosopopœïam, togam alloquitur. *Facundi gratum, &c.*] Docti scilicet atque Poëtæ, ut ep. 50. lib. 9. & epigr. 5. lib. 5. ✝ſ. 1. & epigramm. 1. lib. 11.

2. *Esse velis, &c.*] E cujati vellere es? de laudatissimis lanæ generibus. epigr. 155. lib. 14.

3. *Apula.*] Enumerat præstantissima genera vellerum, inter quæ primum Tarentinum, de quo lib. 14. epigr. 155. *Apulæ?* An à gregibus in pascuis Tarenti in Apulia, quam condidit Phalantus Lacedæmonius? epigr. 38. l. 5. ✝ſ. 2. *Ledæi tibi.*] E Lacedæmone clarâ concubitu Jovis & Ledæ, Ledæque natis. *Floruit herba.*] Quam oves Tarentinæ depastæ sunt. *Phalanti.*] Tarentinæ urbis conditoris.

4. *Qua saturat, &c.*] Qua Galesus à Calabris ortus irrigat culta. epig. 38. lib. 5. ✝ſ. 2. Gronovius è MS. legit: *Calabri culta*, id est, agricolæ Calabri.

5. *An Tartessiacus.*] An ex Hispania, ubi Tartessi fluv. quæ & Bætis, aqua epota vestit oves nobili lana? Juvenal. Satyr. 12. ✝ſ. 41. *Stabuli nutritor.*] Fluvius, qui bibitur Hispānis ovibus.

6. *Lavit ove.*] Ita optime restituit ex eo quod Palatinus codex præferebat *lanitone* ingeniose exutum Cl. Rutgersius, ut epigr. 13. lib. 14. *me mea tinxit ovis.* Antea erat: *lavit aqua.* neque è mente nec arte Poëtæ, cum distichon superius etiam clausum fuerit *aquis.*

7. *An tua multifidum.*] An ab Altino nobili ovibus & lana prope Timavum multis ostiis in mare Adriaticum influentem? ut epigr. 25. lib. 4. ✝ſ. 5. *Numeravit, &c.*] *Pathos.* quasi lana aut ovis nosset numerum ostiorum Timavi, sintne septem an novem.

8. *Quem*

Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?
Te nec Amyclæo decuit livere veneno:
Nec Miletus erat vellere digna tuo.
Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor, Paphiæque columbæ;
Cedet Erythræis eruta gemma vadis.
Sed licet hæc primis nivibus sint æmula dona,
Non sunt Parthenio candidiora suo.
Non ego prætulerim Babylonica picta superbe
Texta, Semiramiâ quæ variantur acu.

Non

8. *Quem prius, &c.*] Cyllarus quidam vexit Castora, qui cum Argonautis Timavum prætervexit. ut epigr. 25. lib. 4. atque ipse Castor in sidus relatus est. cum vero dicat *ore astrifero*, malim de ipso Cyllaro in astrum verso intelligere. supra epigr. 21. ✠s. 5. Alii, *Quem pius astrif.*

9. *Te nec Amyclæo decuit.*] Adeo eximie candida es, ut non esses inficienda purpurâ Lacedæmoniâ nec Milesia. Amycle autem Laconiæ civitas est: Miletus Ioniæ in Asia. *Livere.*] Succo imbui. Metaph.

10. *Miletus.*] Oppidum Asiæ, in quo periit Pompeii filius, tingebantur ibidem lanæ.

11. *Lilia tu vincis.*] Candore. *Ligustra.*] Arbor, florem gignit candidum. vide 2. Eclog. Virgilii.
Alba ligustra cadunt, &c.

12. *Tiburtino.*] Vide epigramm. 62. lib. 4.

13. *Spartanus, &c.*] Cygnus, cujus speciem indutus Jup. compressit Ledam Spartanam. *Paphiæque columbæ.*] Veneri, quæ in Papho colitur, dicatæ.

14. *Gemma vadis.*] Margarita, &c. epigr. 38. lib. 5. ✠s. 4.

15. *Primis nivibus, &c.*] Intactis. *Dona.*] Vestis, toga.

16. *Parthenio, &c.*] Parthenii, qui misit, animo.

17. *Babylonica picta superbè.*] *Babylonica*, acu fieri solita, non minori tamen varietate, nec paucioribus aut minus expressis, minusque mirandis figurarum imitationibus in vestibus contexendis luserunt antiqui artifices sola texturæ ratione, & connexione staminis ad subtemen, quam qui acu pingerent. hinc alicubi dixit Martial. l. XIV. epigr. 150. *Victa est Pectine Niliaco jam Babylonis acus.* Et addit *texta.* Nam *Plumarii*, textores dicti, non solum qui clavos seu plumas vestibus insuerent & intexerent; sed & qui quocunque genere picturæ, quibuscumque coloribus & figuris variatas vestes, acu pingerent. hinc *plumare*, τὸ ποικίλλειν, & plumatum opus, τὸ ποικίλον seu πεποικιλμένον. Qui *Babylonica* ergò peristromata variis coloribus intextis pingebant, *plumarii* vocati; quod & Babylonem maximè celebravisse, & nomen imposuisse refert Plin. hinc ῥαπτὰ Græcis *tapetia* Babylonico opere picta. *Salmas.* Sed Cl. Gronovius legendum hic censet: *Babylones picta superba Texta, &c.* quia in MS. erat *Babylones.* *Picta superbe.*] Coloribus variis radio intextis distincta.

18. *Semiramia, &c.*] Babylonica, à Semiramide regina Babylonis. In summo vero pretio erant tapetia & aulæa Babylonica.

Non Athamanteo potius me mirer in auro;
Æolium dones si mihi, Phryxe, pecus.
O quantos risus pariter spectata movebit
Trita Palatina nostra lacerna toga!

19. *Non Athamanteo, &c.*] Non mihi magis placeret vestis ex aureo vellere Phryxi, cui Athamas pater, quam tua toga Partheni.

20. *Pecus.*] Vellus, πέκος. alii leg. *decus*. Non male de ariete, aureum vellus habente.

21. *O quantus risus, &c.*] O quantum tollent omnes cachinnum ubi viderint novæ huic togæ mihi à Parthenio, qui in Palatio servit Cæsari, missæ injectam vilem meam & tritam lacernam? hinc apparet lacernas togis injici solitas.

22. *Trita Palatina, &c.*] Alii, *Cum Pallatina nostra lacerna toga.* MS. noster & alii, *Culta Palatina.*

De distichis. XXIX.

D*Isticha qui scribit, puto, vult brevitate placere.*
Quid prodest brevitas, dic mihi, si liber est?

Habet quidem epigr. laudem suam à brevitate, & sunt qui distichon vel tetrastichon excedere oportere epigramma negant. Et tamen liber è distichis æque liber est, ac si ex longioribus epigramm. compingeretur.

De spectaculo Scævolæ. XXX.

Q*Ui nunc Cæsareæ lusus spectatur arenæ,*
Temporibus Bruti gloria summa fuit.
Adspicis, ut teneat flammas, pœnâque fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus!
Ipse sui spectator adest, & nobile dextræ
Funus amat: totus pascitur illa sacris.

Quod

Vide epigramm. 7. lib. spectacul. Hic damnatus quispiam, ut videtur ex epigramm. 25. lib. 10. Scævolam (de quo lib. 1. epigr. 22.) agens, dextram foco immissam in Amphitheatro exurere sustinuit.

1. *Qui nunc.*] Quod apud primos Romanos admirandæ erat & celebrandæ fortitudinis opus, nos jam per lusum fieri videmus. *Cæsareæ arenæ.*] In amphitheatro Cæsaris, quod συνεκδοχικῶς *arena* vocatur.

3. *Fruatur.*] In laudem suam & quasi voluptatem vertat & sic patiendo illustrior fiat.

4. *Et attonito regnet, &c.*] Contemptrix ignis, & quam ipse ignis attonitus stupuerit.

5. *Ipse sui spectator, &c.*] *Eleganter & Emphatice.* ipse per ocium, quasi illæsus & à manu sua alienus, spectavit dextram suam exuri.

6. *Funus amat.*] *Metaphora elegans.* quasi vivam dextram rogo inferret. *Totis, &c.*] Tanquam victima exuritur, in arâ enim fecerat hoc Scævola.

7. *Quod*

Quod nisi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sævior in lassos ire sinistra focos.
Scire piget post tale decus, quid fecerit ante:
Quam vidi, satis est hanc mihi nosse manum.

7. *Quod nisi rapta, &c.*] Namque amovendus erat fictitius hic Scævola ab igne, jussu Imperatoris; ut ille verus, regis.

8. *Lassos ire, &c.*] Victos & fortitudini cedentes: Vel *lassus ignis* dicitur, qui non viget, sed jam minuitur. Alii, *laxos*.

9. *Scire piget, &c.*] Non quærimus quænam scelera commiserit ante; illum fortem esse virum vel ex hoc apparet.

In Dentonem. XXXI.

NEscio quid de te non belle, Dento, fateris,
Conjuge qui ductâ jura paterna petis.
Sed jam supplicibus dominum lassare libellis
Desine, & in patriam serus ab urbe redi.
Nam dum tu longe desertâ uxore, diuque
Tres quæris natos, quattuor invenies.

1. *Nescio quid, &c.*] Te parum esse virum, nec Veneri habilem.

2. *Jura paterna petis.*] Jus trium liberorum. vide epigr. 91. & epigr. 92. l. 2.

3. *Supplicibus libellis.*] Supplicationibus. (*with petitions or requests.*) *Dominum.*] Imperatorem.

4. *Et in patriam.*] Poëta, ut ex urbe maturius in patriam redeat (nec enim erat Romanus) monet; non impetrato jure trium liberorum, quatuor domi repertorum ex adulterio uxoris susceptos. Concludit ergò argutè, domi inventurum & amplius, quod quærit foris. *Rad.*

6. *Quattuor invenies.*] Ex adulterio uxoris, Milone peregre profecto, epigramm. 101. lib. 7.

De columba Aretullæ. XXXII.

AEra per tacitum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit Aretullæ blanda columba sinus.
Luserat hoc casus, nisi inobservata maneret,
Permissaque diu nollet abire fugâ.
Si meliora piæ fas est sperare sorori,
Et dominum mundi flectere vota valent:

Hæc

1. *Aëra per tacitum, &c.*] Ominatur Aretullæ, fratris ab exilio reditum.

3. *Luserat hoc casus, &c.*] Casu aliquo velut ab accipitre acta videretur, nisi & in gremio Aretullæ mansisset.

4. *Diu nollet, &c.*] Alii, *sibi*.

5. *Si meliora, &c.*] Si Aretullæ liceat ex hoc omine spem aliquam concipere.

6. *Dominum, &c.*] Domitianum.

7. *A Sar-*

Hæc à Sardois tibi forsitan exulis oris,
Fratre reversuro, nuncia venit avis.

7. *A Sardois.*] E Sardinia, ubi frater tuus, ô Aretulla, exulat. Sardinia autem gravis insula, in quam exules, ut & in Gyaros mittebantur. *Tibi forsitan, &c.*] Felix augurium revocatum iri fratrem tuum: vel nuncia est à fratre reversuro. Atque alludit ad columbas ab Hirtio cum literis missas, ad Brutum Mutinæ obsessum. Frontinus lib. 3. Stratagem.

Ad Paullum, de phiala. XXXIII.

D*E prætoricia folium mihi, Paulle, corona*
Mittis, & hoc phialæ nomen habere jubes.
Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum,
Pallida quam rubri diluit unda croci.
An magis astuti derasa est ungue ministri
Bractea, de fulcro (quod reor esse) tuo?
Illa potest culicem longe sentire volantem,
Et minimi penna papilionis agi.
Exiguæ volitat suspensa vapore lucernæ,
Et leviter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur sputo Jani caryota Calendis,

Quam

Extenuat Pauli munus, sibi missum.

1. *De, &c.*] Phialam tenuis laminæ seu bracteæ, comparatam levissimis quibuscumque rebus extenuat. Misisti mihi (inquiens) ô Paulle folium corollæ argenteæ pro Phialâ. *Prætoricia.*] A prætore vel alio ludorum præfecto donata victori. *Folium mihi, &c.*] Coronæ effingebantur ex auro argentoque, in tenuissimas bracteas diducto, vel folia vel flores, vel florum cauliculos exprimente. Plin. lib. 22. cap. 2.

3. *Nebula pegma perunctum.*] Tenui & subtili auri argentive folio (*gold foile, or silver-foile*) quo inducta ornabantur pegmata, de quibus Epigr. 2. libro Spectac. ✝ſ. 2.

4. *Unda croci.*] Adspersio è croco misto dulci vino. epigr. 3. lib. Spectacul. ✝ſ. 8. dilutis autem pegmatis evanescebat folium aureum seu argenteum instar nebulæ.

5. *An magis, &c.*] An potius est hæc phiala è bracteâ argenti quam servus aliquis furax derasit à pede lecti tui? hujusmodi vero bracteis è ligno, ebore, auro, argento, testudine, lectos ornare moris erat. Suet. Calig. 2. 32.

6. *Bractea, &c.*] Al. *Bractea de fulcro quam reor esse tuo?* & post vocem *ministri*, comma ponunt.

7. *Illa potest, &c.*] Ita levis est ut vel à papilionis culicisve prætervolantis aëre impulso, etiam à longè agitetur, *Hyperbole.*

9. *Volitat, &c.*] Ob levitatem, vel lucernæ suspensa avolat, à vapore lucernæ agitata.

10. *Leviter, &c.*] Cedit, fatiscit, si vel levi manu infuderis merum.

11. *Sputo.*] Tenui corio, crusta, vel tectorio. An forte in deaurando sputo utebantur vice gummi? *Jani Calendis.*] Januariis Calend. ubi xenia mittuntur patronis. *Caryota.*] Hunc locum illustravit summus Scaliger ad Tibullum.

Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo:
Plena magis nimio lilia Sole cadunt:
Nec vaga tam tenui discursat aranea tela:
Tam leve nec bombyx pendulus urget opus.
Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ:
Crassior offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior & tortos servat vesica capillos,
Et mutat Latias spuma Batava comas.
Hac cute Ledæo vestitur pullus in ovo:
Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere posses;
Mittere cum posses vel cochleare mihi?
Magna nimis loquimur, cochleam cum mittere posses:
Denique cum posses mittere, Paulle, nihil.

In

bullam. Cum caryota igitur simul & assem porrigebant pauperes. Nam ineunte anno stips Jano offerebatur. Sic & Diis suis peculiaribus, singulis calendis pecuniolam aliquam porrigebant. Ratio hujus superstitionis est, quia Calendas & annorum principia religiose observabant. Et non Ethnici solum, verum & ex Dei præcepto Israëlitæ initia mensium observabant, & sacrificiis celebrabant. *Heraldus.* *Caryota.*] Palmæ fructus, epig. 27. l. 13.

13. *Colocasia filo.*] Fabæ Ægyptiacæ, quæ coctæ vel manducatæ tenduntur ut fila. epigr. 57. lib. 13.

14. *Plena magis, &c.*] Folia liliorum ab ardore Solis decidentium, sunt crassiora quam tua phiala.

15. *Nec vaga, &c.*] Aranearum & bombycum telæ non sunt adeo subtiles.

17. *Crassior, &c.*] Fucus seu incrustamentum faciei supertectum è cretâ Chiâ vel Selinusiâ.

18. *Offensæ, &c.*] Percussæ, agitatæ, unde oritur bulla.

19. *Vesica capillos.*] Reticulum tenue instar vesicæ. *(a call.)*

20. *Et mutat, &c.*] Nec crassior est phiala, quam spuma smegmatis seu lixivii quo Germani russabant crines, & ab his idem doctæ Romanæ fœminæ.

21. *Hac cute, &c.*] Ova cygnea habent cutim æque densam.

22. *Talia lunata, &c.*] Splenia, emplastra quæ ad splenis formam adhibentur fronti, sunt æque spissa. epigr. 29. lib. 2. ✝ f. 9. *Lunata.*] Lunata frons dicitur, quod hemicyclon à geminis temporibus efficiat.

23. *Ligulam, &c.*] Gladiolum, spathulam, vel parvam quandam mensuram ex argento. epigrammate 120. lib. 14.

24. *Cochleare cochleam nihil.*] Gradatim descendendo extenuat Paulli munus.

I. *Arche.*

In jactatorem. XXXIV.

ARchetypum Myos argentum te dicis habere.
Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est.

1. *Archetypum.*] Epig. 6. supra, vs. 1. *Myos, &c.*] Sculptoris & artificis nobilis.

2. *Quod sine, &c.*] Si tu molestus ostentator absis, inquit Turneb. lib. 21. cap. 24. *vel*, quod factum est ante te natum, vel à quovis alio, & non à te, quod soles, adulteratum.

In pessimos conjuges. XXXV.

CUm sitis similes, paresque vitâ,
Uxor pessima, pessimus maritus;
Miror, non bene convenire vobis.

Cum plurimum ad amorem valeat morum similitudo, vel inter malos.

Ad Cæsarem Domitianum. XXXVI.

REgia pyramidum, Cæsar, miracula ride:
Jam tacet Eoum barbara Memphis opus.
Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ?
Clarius in toto nil videt orbe dies.
Septenos pariter credas assurgere montes:
Thessalicum brevior Pelion Ossa tulit.
Æthera sic intrat, nitidis ut conditus astris
Infe-

Domus hæc Palatina Cæsaris, digna erat spectatu; ut quæ inrer nobiliores orbis fabricas referri posset, quam poëta Pyramidibus, aulisque Ægypri anteponit, atque altitudine etiam altissimis Thessaliæ montibus præfert. postremo argutè concludit: quamquam tam vasta, ampla & excelsa est domus, tamen est minor Domino Cæsare. *Rad.*

1. *Regia pyramidum.*] Quod reges Ægypti pyramidas condiderint. Epigramm. 1. libro Spectac. vs. 1. *Ride.*] Præ tuis contemne.

2. *Eoum barbarà.*] In Ægypto, quæ Orientem à Meridie spectat. *Memphis opus.*] Nobilissima Ægypti civitas, pyramidibus clata. epigr. 1. lib. spect.

3. *Pars quota.*] Quasi dicat, nihil, aut minima pars, si ad tuum palatium conferatur. *Parrhasiæ labor est.*] Palatinæ. lib. 7. epigr. 55. vs. 2. *Mareoticus aulæ.*] Ægyptiacus; à palude Mareotide.

5. *Septenos, &c.*] Septem turres palatii evectas, instar montium illorum quos congestos feruntur gigantes in cœlum struxisse.

7. *Æthera, &c.*] Ita aula summum capur inter nubila condit, & sub se videt Jovem tonantem & meteora mediæ regionis aëris. *Intrat.*] Id est, ad cœlum usque ejus apex pertinet; ita ut nubes & tonirrua inferiora habeat. Sic dictum ut illud,

Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.

Sed heic ὑπερβολή. Cum igitur omnia infra quandoque turbentur & fulminibus

Inferiore tonet nube serenus apex.
Et prius arcano satietur lumine Phœbi,
Nascentis Circe quam videt ora patris.
Hæc, Auguste, tamen, quæ vertice sidera pulsat,
Par domus est cælo: sed minor est domino.

bus terreantur, fastigium tamen domus tam excelsæ immotum manet, & extra tempestatis impetum. *Herald.*

9. *Et prius.*] Et fastigium aulæ illustretur totum sole prius, quam cacumen montis Circes. *Arcano, &c.*] Quod alios ubique latet.

10. *Nascentis patris.*] Orientis Solis, cujus filia Circe.

11. *Hæc, Auguste, tamen.*] Conclusio & Epiphonema. Hæc ô Cæsar tua domus, quamvis culmine sidera tangat, & cælum æquet amplitudine, tamen te non capit, nec est satis ampla pro dignitate nominis & numinis tui.

12. *Minor est domino.*] *Adulatorie.* Sic Papinius Sylv. 4.

Ad Polycarmum. XXXVII.

QUod Cajetano reddis, Polycarme, tabellas,
Millia te centum num tribuisse putas?
Debuit hæc, inquis. tibi habe, Polycarme, tabellas,
Et Cajetano millia crede duo.

Nihil donas Cajetano, qui reddis illi chirographum, quo agnoscit se tibi debere M. C. (vel ut alii, *millia ter centum.*) cui quidem æri non est solvendo: imo serva syngrapham, & da illi II. M. Hoc si feceris te aliquid donasse dicemus. vide epigramma 105. libro 9.

Ad Meliorem. XXXVIII.

QUi præstat pietate pertinaci
Sensuro bona liberalitatis,

Captet

Celebrat pietatem Melioris erga Blæsum scribam, cujus defuncti natalem quotannis revocabat, & festum Blæsianum appellabat.

1. *Qui præstat pietate, &c.*] E media Philosophorum schola depromptum est, præcipuè verò ex primo Ethicorum Aristotelis, ubi de felicitate agens humana, videri ait homini quoque mortuo bonum quiddam esse & malum, sicuti & viventi nec sentienti contingit: ut honores, & infamiæ liberorum & posterorum, & prosperitates adversitatesque. Huc respiciens Martialis, non sibi ait contingere, quod nonnullis viventibus, quibus non sentientibus prosperitates obveniunt; sed & viventi sibi & sentienti delatos esse tales honores, quales paucis post mortem & non sentientibus contingunt. Illorum tamen aliquando placuit esse sententiæ; qui carmen hoc sic accipiunt, sibi viventi sentientique contingere, quod aliis tantum post mortem contingere datum est: ut ait Justinus: *Sufficit enim mihi in hoc tempore judicium tuum: apud posteros, cum obtrectationis invidia decesserit, industriæ testimonium habituro.* Item Ovid. lib. 1. Eroticōr:

Pascitur in vivis livor: post fata quiescit.

Item

Captet forsitan, aut vicem reposcat:
At si quis dare nomini relicto
Post Manes, tumulumque perseverat;
Quærit quid, nisi parcius dolere?
Refert sis bonus, an velis videri.
Præstas hoc, Melior, sciente fama:
Qui sollennibus anxius sepulti
Nomen non sinis interire Blæsi;
Et de munifica profusus arca
Ad natalitium diem colendum,
Scribarum memori piæque turbæ
Quod donas, facis ipse Blæsianum.
Hoc longum tibi vita dum manebit,
Hoc & post cineres erit tributum.

Ad

Item Martialis lib. v. Epigr. x.

Esse quid hoc dicam quod vivis fama negatur?

Etenim sententiæ priori libens accedo. *Schott.* *Qui præstat, &c.*] Qui munera vivis donat, majora munera vel hæreditatem captare videatur.

4. *Nominis, &c.*] Mortuo.

6. *Quærit quid, &c.*] Quid quærit nisi dolorem suum consolari & mitigare largitione pia?

7. *Refert sis bonus.*] Hic versus legendus absque interrogationis nota. *Refert* autem, id est, plurimum interest. Gloss. *refert*, διαλλάττει, διαφέρει. Sensus ergo est: Qui mortuum beneficiis prosequitur, revera beneficus est: qui vivum, beneficus fortasse videri vult. Atqui magnum est discrimen inter τὸ ὄν, & τὸ φαινόμενον. Cato enim *esse, quam videri bonus malebat.* Herald. *Refert.*] Plurimum interest inter eum qui bonus est, & tantum bonus vult videri.

9. *Qui solennibus, &c.*] Qui in memoriam Blæsi pueri tui defuncti celebras natalem illius quotannis, largitus scribis munera, è quorum numeró & ipse Blæsus erat.

12. *Ad natalitium.*] Antiquissima consuetudo diei natalis colendi, cujus etiam mentio Genes. cap. 40. commentar. 49. Persis etiam summa religione observata. vide Herodot. Celebrabant & amicorum atque Imperatorum natales: tum & defunctorum. Plin. epist. 7. lib. 3. Juvenal. Sat. 5.

Quale coronati Thrasea, Helvidiusque bibebant,
Brutorum & Caßi natalibus.

Diem colendum.] Sic omninò ἡμέραν θεραπεύειν Græci dicunt. *Herald.*

14. *Blæsianum.*] Festum nomine Blæsi & in illius gratiam. unde tibi præsens gloria, nec minus superstes. de Aredio Meliore, epigr. 28. lib. 6. & Papin. sylv. 2. vide & epist. 17. lib. 1. Plin. Sec. & epist. 9. lib. 9.

Laudat

Ad Domitianum. XXXIX.

QUi Pallatinæ caperet convivia mensæ,
Ambrosiasque dapes, non erat ante locus.
Hîc haurire decet sacrum, Germanice, nectar,
Et Ganymedeâ pocula mixta manu.
Esse velis, oro, serus conviva Tonantis.
At tu si properas Jupiter, ipse veni.

Laudat regiam Domitiani à Rabirio exstructam. Nam ante ædificatum hoc palatium, non poterant in aula celebrari solemnia populi convivia, nunc accumbimus omnes, & divina Domitiani munera bibimus. *Rad.*

1. *Pallatinæ*, &c.] De aulâ hac Palatina, supra epigr. 36.

2. *Ambrosiasque dapes*, &c.] Imperatoris Domit. dei & immortalis.

4. *Ganymedeâ pocula*, &c.] Ministrata convivis, ab ephebis Domitiani, similibus pulchritudine Ganymedi.

5. *Esse velis*, &c.] Serus cœlum adeas, diuque nobis intersis.

6. *At tu si*, &c.] At si properas ô Jupiter habere Domitianum convivam, tu potius veni ad eum, quam ille ad te.

Ad Priapum. XL.

NOn horti, neque palmitis beati,
Sed rari nemoris, Priape, custos,
Ex quo natus es, & potes renasci,
Furaces, moneo, manus repellas,
Et sylvam domini focis reserves.
Si defecerit hæc, & ipse lignum es.

Minatur Priapo hortorum & silvarum custodi flammas; nisi custodiat silvam suam, flammarum alimenta.

1. *Palmitis beati.*] Vitis, vineæ.

6. *Si defecerit hæc*, &c.] Namque è ligno es, & nisi sylvam custodias, deficiente in focum ligno, ipse tu combureris.

Ad Faustinum. XLI.

TRistis Athenagoras non misit munera nobis,
Quæ medio brumæ mittere mense solet.

An

Athenagoras excusat se, inquiens: mihi quidem dolet me nullum munus tibi misisse hoc Decembri & his Saturnalibus. *Angl. Jamsony thar*, &c. nescio sane, *respondet poëta*, an ille doluerit: ego certè doleo me nihil accepisse.

2. *Quæ medio brumæ.*] Id est, Saturnalibus, quæ mense Decembri celebrabantur. Sed & ipso brumæ, id est, solstitii hyberni die, munera commeabant: quia tum annuus Solis cursus quasi redintegratur. Nam à puncto solstitiali hyberno ad nos regreditur, & est veluti principium novi anni solaris. *Herald.*

An sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo:
Me certe tristem fecit Athenagoras.

Ad Mathonem. XLII.

SI te sportula major ad beatos
Non corruperit, ut solet: licebit
De nostro, Matho, centies laveris.

1. *Sportula. &c.*] Epigr. 7. lib. 3. ꝟſ. 1. 5.

2. *Non corruperit, &c.*] Non transtulerit corruptum nidore majoris culinæ ad cœnas divitum. Vel si te sportula major non corruperit, & ad beatos ac divites transtulerit, desertis tenuioribus. Sic dicunt Græci *σώζεσθαι εἰς πόλιν*, id est, *φεύγειν, ἢ ἀπιέναι εἰς πόλιν τινὰ καὶ ἐκεῖ σώζεσθαι. Herald.*

3. *De nostro, Matho, centies.*] Interpretantur, de mea sportula, quæ est centum quadrantum. Sed non videtur Scriverio & ejus asseclæ Farnabio constare ratio, quia *centies* in re nummaria non centum, sed tot centena millia significet. Itaque aut ludere poëtam vult Scriverius dicendo, *de nostro centies*, aut aliud quid cogitandum: se enim opem ferre non posse. Tentat Farnabius: Vel, *centies lavari*, id est, à balneis cœnare apud se invitat Mathonem. Ego sic censeo. Cogitandum venisse Martialem serò circa balnei tempus ad ædes Mathonis, ut peteret sportulam. Ille domi negabatur esse: & videbatur aut ipse alibi sportulam petitum (ut iste, quem mane salutatum veniens audiebat eadem fini profectum priorem) aut quadrante in publicas balneas lavatum isse. Ergo, inquit, nisi tu spe majoris sportulæ, utpote honoratior (vide lib. 10. epigr. 10.) alicubi detineris, meo damno vel de mihi abs te debita sportula, quam Ingratus es, potes lavari centies: erat enim illa centum quadrantum: & quadrante constabat lavatio. *De nostro*, ut lib. 7. ep. 47. *Et tua de nostro, Prisce, Thalia placet.* Lib. 10. ep. 29. *De nostra prasina est synthesis empta toga.* Adde lib. 10. epigramm. 70. *Gronovius. De nostro, &c.*] De mea sportula, ut volunt, quæ C. quadrantum. quamvis non constat ratio, cum Adverbia ista in *es* Numeralia designent totidem centena Millia. itaque vel ludit Poëta, vel centies lavari, id est, à balneis cœnare apud se invitat Mathonem.

In Fabium & Chrestillam. XLIII.

EFfert uxores Fabius, Chrestilla maritos;
Funereamque toris quassat uterque facem.
Victo-

Fabius uxores mactabat, Chrestilla maritos: poëta hos matrimonio jungendos ait, sic enim futurum, ut se mutuo interimant, & unà efferantur. *Rad.*

1. *Effert, &c.*] Ad rogum & sepulchrum.

2. *Funereamque facem.*] Facibus accensis elatos fuisse mortuos notissimum est. Eas gestabant, qui funus prosequebantur, quæ consuetudo non omnino sublata. Quo plures funus exsequebantur, eo & plures faces. Unde hoc signo, exsequiarum celebritas notatur. *Funeream facem* dixit Mart. ut distinguat à nuptiali. *Herald.*

3. *Com-*

Victores committe Venus: quos iste manebit
Exitus, una duos ut Libitina ferat.

3. *Committe Venus.*] *Metaph. ab arena.* Congrediantur tandem victor hic uxorum, victrix illa maritorum, matrimonio juncti, ut videamus uter vicerit, vel an uterque fortiter quasi mutuis vulneribus occubuerit.

4. *Libitina ferat.*] Feretrum. Libitina autem Romanis Dea præses mortis, in cujus æde quæ ad sepulturam pertinent, vendebantur. estque eadem cum Venere, Plutarch. probl.

Ad Titullum. XLIV.

Titulle, moneo, vive semper; hoc serum est:
Sub pædagogo cœperis licet, serum est.
At tu, miser Titulle, nec senex vivis:
Sed omne limen conteris salutator,
Et mane sudus urbis osculis udus,
*Foroque triplici sparsus ante * equos omnes,*
** Ædemque Martis, & * Colosson Augusti*
Curris per omnes tertiasque, quinctasque.
Rape, congere, aufer, posside: relinquendum est.
Superba densis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ Calendarum:
Jurabit hæres, te nihil reliquisse,
Supraque pluteum te jacente, vel saxum,
Fartus papyro dum tibi torus crescit,
Flentes superbus basiabit eunuchus;

Tuoque

Titullum jubet vivere genialiter, nec hæredibus ingratis multa relinquere.

1. *Vive semper.*] Genialiter. epigramm. 16. lib. 1. *Hoc serum est.*] Hac ætate.

2. *Sub pædagogo, &c.*] Etiamsi cœpisses à puero.

4. *Omne limen.*] Ep. 79. lib. 4. ℣s. 3.

6. *Triplici sparsus ante.*] Epigr. 38. lib. 3. ℣s. 4. *Equos omnes.*] Equites, inquiunt, & judices equestris ordinis. sed quid si designet *tria fora?* 1. *Vetus*, in quo equi, id est, statuæ equestres. 2. *C. Julii Cæs.* ad ædem Martis. 3. *Augusti.* ubi Colossus & bibliotheca Augusti.

8. *Tertiasque, quinctasque.*] Horas. non tabernas decuriasve. vide epig. 67. infra.

11. *Calendarum.*] Debitorum, à quibus usuræ singulis Calendis exigebantur.

13. *Jacente.*] Exporrecto, composito.

14. *Fartus, &c.*] Dum apparatur tibi torus funereus, in quo efferaris ad rogum. qui papyro, vel (ut Jos. Scalig. ad Guilandinum vult) fari Tusco farciebatur. epigr. 97. lib. 10.

15. *Flentes, tristis.*] In medio funeris tui luctu. *Superbus.*] Gruterus ex Palat. legit *superbum.* Scriv. *superbos.*

Tuoque tristis filius, velis nolis,
Cum concubino nocte dormiet primâ.

Ad Flaccum de reditu P. Terentii. XLV.

PRiscus ab Ætnæis mihi, Flacce, Terentius oris
Redditur: hanc lucem lactea gemma notet.
Defluat, & lento splendescat turbida lino
Amphora centeno consule facta minor.
Continget nox quando meis tam candida mensis?
Tam justo dabitur quando calere mero?
Cum te, Flacce, mihi reddet Cythereïa Cypros,
Luxuriæ fiet tam bona causa meæ.

Celebrat reditum è Sicilia P. Terentii, Martialis familiarissimi: & precatur, ut tam lætè mox etiam Flacci redeuntis è Cypro diem agat.

1. *Ætnæis mihi, &c.*] Sicilia, in qua Ætna.

2. *Lactea gemma notet.*] Albus calculus. sumpt. à Thracum more, qui faustos dies albis lapillis, infaustos nigris computarunt. ipsa margarita vice albi calculi. sic epigr. 38. lib. 10. ꝟs. 5. & epigr. 34. lib. 12.

3. *Splendescat turbida.*] Lente transmittente vinum, quod paullatim per colum distillat. *Lino.*] Vinum vetustum & annoso situ crassum transmittatur per saccum vel colum quo defecetur. vide epigr. 40. lib. 2. epigr. 61. lib. 12. item lib. 14. epigr. 103. & 104. Ita P. Scriverius, cum prior lectio *limo*, variè exerceret torqueretque interpretes.

4. *Amphora.*] Annosum vinum & seculare. *Centeno consule.*] Longo tempore, multis annis. vide epigr. 27. lib. 1. ꝟs. 7. *Facta minor.*] Ætate imminuta, senio exsiccata. Assiduè enim quid deperit.

5. *Continget Cum te, &c.*] Ecquando iterum erit mihi æque justa convivii caussa? certe ubi idem Flaccus redierit ex Cypro, Veneri, quæ in Cytheris, quo mari nata appellebat, colitur, sacrata.

8. *Luxuriæ.*] Festæ accubationi.

Ad Cestum puerum. XLVI.

QUanta tua est probitas, quanta est infantia formæ,
Ceste puer, puero castior Hippolyto!
Te secum Diana velit, Dorisque natare:
Te Cybele totum mallet habere Phryga.

Tu

1. *Quanta tua est, &c.*] Legerim, *Tanta tua est probitas, quanta est.* ut epigr. 6. lib. 11. *Præstantia formæ.*] J. Gruterus, *infantia formæ.*

2. *Castior Hippolyto.*] Vide argumentum Hippolyti Senec. trag.

3. *Diana velit.*] Ipsa castitatis Dea. *Doceatque.*] P. Scriver. *Dorisque natare. Natare.*] Inter nymphas suas, neque oculos tuos ulciscetur, ut quondam Actæonis.

4. *Te Cybele.*] Brodæus legendum censet :. *Te Cybele secum mallet habere Phryge.* Hoc est, Te secum habere mallet,

Tu Ganymedeo poteras succedere lecto,
Sed durus domino basia sola dares.
Felix quæ tenerum vexabit sponsa maritum,
Et quæ te faciet prima puella virum!

let, quam Atyn Phrygium. Sed Gruteri lectio præfertur, legentis, *totum*, & *Phryga*. *Totum*, &c.] Non castratum, ut Atyn quondam puerum suum Phrygium.

5. *Ganymedeo*, &c.] Epigr. 56. l. 5.

6. *Securus*, &c.] Non suspectus Junoni, nec zelotypam deam urens. Gruter. *Sed durus domino*: vix basia à te impetraret Jupiter, nedum quid ulterius.

In variè se tondentem. XLVII.

PArs maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est;
Pars vulsa est: unum quis putet esse caput?

2. *Unum quis*, &c.] Quod vulsura fœminam, tonsura juvenem, rasura virum præ se fert.

De abolla Crispini. XLVIII.

NEscit cui dederit Tyriam Crispinus abollam,
Dum mutat cultus, induiturque togam.
Quisquis habes, humeris sua munera redde, precamur:
Non hoc Crispinus, te sed abolla rogat.
Non quicunque capit saturatas murice vestes,
Nec nisi deliciis convenit iste color.
Si te præda juvat fœdique insania lucri,
Quâ possis melius fallere, sume togam.

Furem hortatur, ut ablatam Crispino abollam reddat; & togam potius subducat, alioqui deprehensum iri.

1. *Dederit*.] Tenendam. *Tyriam*.] Purpura è Tyro imbutam. *Abollam*.] Pallium duplicatum. epigrammate 53. lib. 4.

2. *Cultus*.] Vestem, abollam.

4. *Abolla rogat*.] Quæ tibi non convenit, furemque prodet.

6. *Deliciis*, &c.] Lautioribus & delicatis.

7. *Fœdique lucri*.] Furti.

8. *Melius fallere*.] Latere, furtum celare. *λανθάνειν*. *Togam*.] Hac melius latebis, omnes enim togati incedunt.

De Aspro. XLIX.

FOrmosam plane, sed cæcus diligit Asper.
Plus ergo, ut res est, quam videt Asper, amat.

Ad

Quam tamen non videt. *Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ*. Juvenal. satyr. 4. ꝟs. 114. de Catullo Messalino.

Ad Cæſarem Domitianum. L.

QUanta Gigantei memoratur menſa triumphi,
Quantaque nox ſuperis omnibus illa fuit;
Qua bonus accubuit genitor cum plebe deorum,
Et licuit Faunis poſcere vina Jovem:
Tanta tuas Cæſar, celebrant, convivia laurus:
Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos.
Veſcitur omnis eques tecum, populuſque, patreſque,
Et capit ambroſias cum duce Roma dapes.
Grandia pollicitus, quanto majora dediſti!
Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.

Epulum dedit populo Domitianus, poſt lauream à Sarmatis Jovi illatam, quod hoc carmine celebrat Martialis, & confert cum epulo Jovis.

1. *Quanta, &c.*] Quantum convivium Jupiter præbuit Diis, relata de gigantibus victoria, &c.

3. *Plebe deorum.*] *Eſt quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque, Fluminaque & Nymphæ, ſemideumque genus.* Ovid. in Ibin.

5. *Tanta tuas Cæſar, &c.*] Tanta eſt lautitia ejus convivii, quod tu, ô Domitiane, dediſti Senatui, equitibus, plebi, poſt lauream à Sarmatis Jovi illatam. ſupra epigr. 15. ℣ſ. 4.

8. *Ambroſias, &c.*] Ab Imp. Domitiano deo datas. epigr. 8. lib. 5.

10. *Sportula, recta data eſt.*] Epigr. 7. lib. 3.

De phiala Inſtantii Rufi. LI.

QUis labor in phialâ? docti Myos, anne Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?
Liveſcit nullâ caligine fuſca, nec odit
Exploratores nubila maſſa focos.
Vera minus flavo radiant electra metallo,
Et niveum felix puſtula vincit ebur.

Laudat munus ſibi ab Inſtantio Rufo miſſum.

1. *Quis labor, &c.*] Cujus artificis opus eſt hæc phiala mihi à Rufo miſſa? Myoſne, Myronis, Mentoris, an Polycleti? cælatorum, de quibus Plinius lib. 33. epigr. 12. *Labor*] Propriè de cælatura *labor*. Hinc *laborioſi* cælarores vulgò dicti.

3. *Liveſtit, &c.*] Pura niter, neque habet maculam aut ſitum contractum, unde quis ſuſpicetur eam non eſſe puri metalli. imo nec metuit in igne explorari.

5. *Vera minus, &c.*] Phiala hæc ex electro fictitio, miſta ſcilicet auro quinta argenti portione, ſuperat colore verum ſuccinum, vel electrum illud metallicum in ipſis venis & fodinis miſtum.

6. *Felix puſtula.*] Feliciter & ingenioſe facta. vel quæ me facit felicem, vel

Mate-

Materiæ non cedit opus: sic alligat orbem,
Plu ima cum totâ lampade Luna nitet.
Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi
Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror.
Hunc nec Cinyphius tonsor violaverit, & tu
Ipse tuâ pasci vite, Lyæe, velis.
Terga premit pecoris geminis Amor aureus alis:
Palladius tenero lotos ab ore sonat.
Sic Methymnæo gavisus Arione delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.
Imbuat egregium digno mihi nectare munus
Non grege de domini, sed tua, Ceste, manus.
Ceste decus mensæ, misce Setina: videtur
Ipse puer nobis, ipse sitire caper.
Det numerum cyathis Instanti littera Rufi:

Auctor

vel quia aurea seu argentea. Argentum purum putum, pustulatum, epigr. 85. lib. 7. ꝟs. 7. Alii, *pusula*.

7. *Materiæ non cedit opus.*] *Materiam superabat opus.* Ovid. 2. Met. *Sic alligat orbem.*] Forma & nitore refert plenam lunam. Vel claudit orbem phialæ circulo elegantique emblemate. an implet & circinat? *Rad.*

9. *Stat caper.*] Prominet cælatus in phiala caper, quo mallet vehi Helle, quam illo qui Phryxum filium Athamantis regis Thebanorum, cui Æolus pater, pontum transfretavit. *Æolio vellere.*] Caper aureo vellere ornatus, qui Phryxum & Hellen per pontum, dejecta tamen Helle transvexit.

10. *Soror.*] Helle, Phryxi soror: ab hoc enim capro si vecta fuisset, in mare non fuisset excussa.

11. *Cinyphius, &c.*] Epigrammate 94. lib. 7. ꝟs. 13. & 10.

12. *Ipse tuâ, &c.*] Capri cælabantur in calicibus & victimæ statuebantur Baccho, quod vineis nocebant, huic tamen tam affabre formato ipse Bacchus parceret, eumque pasceret sua vite. epigr. 39. lib. 13.

13. *Amor aureus alis.*] Cupido.

14. *Lotos ab ore sonat.*] Tibiæ genus è Loto arbore quæ nascitur in Libya juxta Palladis lacum. Ad tibiarum cantus expetitur. Plinius lib. 13. cap. 17. Athenæus libro 4. cap. 25. Φωτιγγες Alexandrinis dictæ. vide Brodæi Miscell. 25. lib. 2.

15. *Methymnæo.*] In Methymna, quæ urbs Lesbi est, nato. *Arione delphin.*] Vide Strab. lib. 16. c. ult. A. Gell. lib. 16. cap. 19. Herod. 1. &c.

16. *Non tacitum, &c.*] Vocalem, lyra canentem Ariona.

17. *Imbuat, &c.*] Non quivis è vilibus servis mihi imbuat (*Angl. season*) hanc phialam pretioso vino & tam nobili phiala digno.

18. *Sed tua, &c.*] *Sed tua certa manus, Ceste decus mensæ.* Grut. ex MS.

19. *Setina.*] Vina è Setia urbe Campaniæ.

20. *Puer nobis.*] Cupido, qui effingitur in phiala capro vectus. *Caper.*] Cupidinem gestans, supra ꝟs. 9. & 11.

21. *Numerum cyathis.*] De hoc more bibendi ad numerum literarum nominis, vide ep. 72. l. 1. & Opsopœum

 ad ep.

Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Telethusa venit, promissaque gaudia portat:
Servabor dominæ, Rufe, triente tuo.
Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem,
Ut jugulem curas, nomen utrumque bibam.

ad ep. Ε῎ἰσχεῖ Λυσιδίκης κυάθυς δέκα, lib. 7. Anthol. pro *Instanti*. Junius & Gruterus legendum censent *Instantis*.

22. *Auctor, &c.*] Ille enim mihi muneri misit hanc phialam.

23. *Si Telethusa venit, &c.*] Si expectanda sit amica, parcius bibendum, ut ep. 107. lib. 1. contentus itaque ero quicunce. ep. 28. lib. 1. ℣. 2. quinque cyathis, qui triens est tuus, hoc est, numerus tertiæ partis nominis tui *Instantius Rufus*, quod literarum est XV.

25. *Septunce trahar.*] Dimidium præter propter literarum nominis tui.

26. *Ut jugulem curas.*] *Elegans Metaph.* ut conficiam curas, affectus & amores, quæ sæpe cruciant, strangulant & jugulant homines. & hoc ex præcepto Ovidii 2. de Remed. Am. *ebrietas tanta sit, ut tibi curas Eripiat.* vide ep. Βάκχυ μέτρον ἄεισον ὃ μὴ πολὺ μηδ᾽ ἐλάχισον, &c. Anthol. cap. 47. *Nomen utrumque bibam.*] Numerum utriusque nominis; tot nimirum calices, quot habet literas utrumque nomen *Instantius Rufus*. quindecim scilicet cyathos. ingenua hæc ut arbitror, atque ingeniosa numeri incerti, nominis ambigui, rationisque apud alios impeditissimæ explicatio accepta feratur sagacissimo Vito Petro Scriverio.

Ad Ceditianum. LII.

TOnsorem puerum, sed arte talem,
Qualis nec Thalamus fuit Neronis;
Drusorum cui contigêre barbæ,
Æquandas semel in genas rogatus;
Rufo, Ceditiane, commodavi.
Dum jussus repetit pilos eosdem,
Censura speculi manum regente;
Expingitque cutem, facitque longam
Detonsis epaphæresim capillis;

Barba-

2. *Thalamus fuit Neronis.*] Tonsor Neronis ex lapide Romæ in æde Mariæ, Lips. lib. 1. epist. quæst. 5.

3. *Drusorum.*] Familiæ Neronis, cui cognomen addebatur Ænobarbi à Domitio. vide rationem apud Plutarchum in Æmylio. Dion. 6. *Contigêre barbæ.*] Tondendæ, radendæ, æquandæ.

6. *Dum jussus, &c.*] Dum immodico elegantiæ studio curaque ad speculi censuram omnem pilum iterum atque iterum castigari vult, &c.

8. *Expingitque, &c.*] Alii, *Expungitque.* ut epigr. 82. lib. 7.

9. *Epaphæresim.*] Non simul sed lenta detonsione, ab ἐπαφαιρέω *insuper detraho.*

10. *Bar-*

Barbatus mihi tonsor est reversus.

10. *Barbatus mihi, &c.*] Detentus est tamdiu in opere. epigramm. 82. lib. 7. ut jocetur poëta rediisse barbatum? An forte longam passus est Hylli noctem, de qua vide epigramm. 7. lib. 4.

In Catullam. LIII.

Formosissima quæ fuere, vel sunt,
Sed vilissima quæ fuere, vel sunt,
O quam te fieri, Catulla, vellem
Formosam minus, aut magis pudicam!

Rara est concordia formæ atque pudicitiæ: hinc poëta Catullam optat, vel minus formosam; vel magis pudicam: hoc, ne tam vilis habeatur: illud, ne tam turpis, ob formam omnibus prostitutam existat. *Raderus.*

1. *Formosissima, &c.*] Fœminarum.

2. *Vilissima, &c.*] Quia prostituta omnibus.

Ad Cæsarem Domitianum. LIV.

Magna licet toties tribuas, majora daturus
Dona, ducum victor, victor & ipse tui.
Diligeris populo non propter præmia, Cæsar,
Propter te populus præmia, Cæsar, amat.

Laudat congiarium Domitiani, quod populo ter dedit. Poëta enim argutè, quum Imperatores largiendis donis studuerint sibi populum conciliare, ait, munera amari propter Domitianum; non Domitianum propter munera. *Raderus.*

2. *Dona.*] Spectacula, epulas, munera, congiaria, &c. Sueton. Domit. *Ducum victor.*] Regum Sarmatarum, Dacorum, &c. *Victor & ipse tui.*] Et qui reipsum indies virtute & benignitate superas.

3. *Præmia.*] Alii, *munera.*

Ad eundem, de leone. LV.

Auditur quantum Massyla per avia murmur,
Innumero quoties sylva leone furit:
Pallidus attonitos ad Pœna mapalia pastor
Cum revocat tauros, & sine mente pecus:
Tantus in Ausonia fremuit modo terror arena.

Quis

Numidicum & immanem leonem à Cæsare in arenam missum & occisum laudat.

1. *Massyla, &c.*] Per deserta Africæ. Massylia autem Libyæ pars est.

2. *Furit.*] Fremit, rugitu reboat.

3. *Pallidus.*] Metu. *Attonitos.*] Metu stupidos atque ἐκφρονας ob rugitum leonum. *Pœna.*] Id est, Punica.

5. *Tantus in Ausonio, &c.*] Non minore rugitu fremuit nuper leo terribilis in Rom. Amphitheatro.

 7. Sed

Quis non esse gregem crederet? unus erat.
Sed cujus tremerent ipsi quoque jura leones,
Cui diadema daret marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus, quem sparsit honorem,
Aurea lunatæ cum stetit umbra jubæ!
Grandia quam decuit latum venabula pectus,
Quantaque de magna gaudia morte tulit!
Unde tuis, Libye, tam felix gloria sylvis?
A Cybeles numquid venerat ille jugis?
An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro,
Hanc tibi vel frater, vel pater ipse, feram?

7. *Sed cujus tremerent, &c.*] Sed talis, cui regnum & summum jus cederent cæteri leones, ut leoni feræ cæteræ.

8. *Marmore picta.*] Marmore clara Numidia. Numidæ prius Nomades dicti à νέμειν. Salust. & Plin. lib. 5. *Nomas.*] Græca vox, Latine Numidiam valet, quæ maculoso marmore abundat.

9. *O quantum decus.*] Jubam insignem vocat *decus*: sunt autem jubati leones præstantissimi. *Quem spargit.*] Gruterus legit *sparsit*, loquitur enim de re jam facta.

10. *Aurea lunatæ, &c.*] Cum fulva juba horreret erecta undique in orbem, ad modum plenæ lunæ, ejusque extremitas aureo fulgore splenderet. quidam MSS. ut & Bodleianus præferunt, *cum stetit umbra jubæ.* quam veram esse scripturam, & *Umbram* sæpenumero dici capillos & crines demonstrat Gronovius lib. 4. Obs. cap. 17. *Stetit.*] Inhorruit. Leo enim sibi certandum videns, jubam erexit, ut homines per timorem erigunt comam.

11. *Grandia quam, &c.*] Quam par fuit grandi venabulo?

12. *De magna gaudia, &c.*] Ab ipso imperatore, Carpophoro, Glabrione vel alio nobili bestiario cæsus. Vel *magnam mortem* de fera magna & immani, & in publico cum bestiario valido pugnante interpretari possis.

13. *Unde tuis Libye.*] Apostrophe ad Libyam leonum feracem, quam beatam prædicat ob tam eximiam feram.

14. *A Cybeles, &c.*] Ab Ida, vel alio Phrygiæ monte, cui præest Cybele, à quatuor leonibus curru vecta.

15. *Herculeo, &c.*] Epigr. 57. lib. 4. ℣ſ. 5.

16. *Frater vel pater, &c.*] Titus vel Vespasianus in Deos relati.

Ad Flaccum. LVI.

TEmporibus nostris ætas cum cedat avorum,
Creverit & major cum duce Roma suo:

Inge-

1. *Temporibus nostris, &c.*] Nullos, ait, suo tempore Virgilios, quod nulli sint Mæcenates. Videtur Flaccus de Martiale questus, quod nunquam ita se laudasset, ut Parthenium, Paulum & Rufum, qui dona miserant Poëtæ, & Poëta vicissim carmen. Si vis, inquit, à me laudari da munera Mæcenatis & ero tuus, si non Virgilius, certe Marsus. *Rad.* *Cum cedat.*] Qui fit, ut nostro ævo, quo maxime floret Roma, nulli floreant vates?

2. *Duce Roma suo.*] Imp. Domitiano. epigr. 19. lib. 5.

5. *Mæce-*

Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
Jugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oves.
Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri jussit abire fuga.
Accipe divitias, & vatum maximus esto:
Tu licet & nostrum, dixit, Alexin ames.
Adstabat domini mensis pulcherrimus ille,
Marmorea fundens nigra falerna manu;
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quæ poterant ipsum sollicitare Jovem.
Excidit attonito pinguis Galatea poëtæ,
Thestylis & rubras messibus usta genas:
Protinus Italiam concepit, & arma virumque,
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.
Quid Varos, Marsosque loquar, ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?

Ergo

5. *Mæcenates, &c.*] Qui foveant poëtas, quod fecit C. Cilnius Mæcenas.

7. *Jugera perdiderat, &c.*] Vide Virgilii vitam & eclog. 1. & 9. unde hoc hemistich. *miseræ vicina Cremonæ.*

8. *Tityrus æger oves.*] Virgilius sub persona Tityri, eclog. 1.

9. *Tuscus eques.*] Mæcenas regibus Etruscis oriundus.

12. *Nostrum, dixit.*] Pollionis tamen fuisse hunc puerum adstruit Apulejus. Apol. 1. & Donatus. *Alexin ames.*] Notum ex ecloga 2. Virg.

13. *Domini.*] Mæcenatis. *Pulcherrimus.*] Puer Mæcenatis, vati dilectus. At Apuleius in Apologia, puerum amici sui Pollionis fuisse dicit. Turneb. libro 29. capite 13. *Ille.*] Alexis vel Alexander.

14. *Marmorea fundens, &c.*] Candenti purius Pario marmore. & *ἀντὶ τοῦ nigra Falerna.*

17. *Excidit attonito, &c.*] Exciderunt illi Bucolica, non amplius scripsit humilia carmina de Galatea & Thestyli sole perusta.

18. *Thestylis.*] Excidit & hæc agrestis puella in agris & ruri versata.

19. *Italiam concepit.*] Historiam Italiæ & Romani nominis ducti ab Ænea. *Arma virumque.*] Libros Æneïdos, cujus initium *Arma virumque cano, &c.*

20. *Culicem, &c.*] Poëmation de Culice parvum & rude, collatum cum Æneïde, sed per se tamen nobile.

21. *Quid Varos, &c.*] Lucius Varus, cum Plotio & Tucca Æneïdem emendavit; forte hunc intelligit. Marsus, Epigrammatarius fuit, quem imitatus est Martialis, lib. 3. epigr. 5.

24. *Vir-*

Ergo ero Virgilius, ſi munera Mecœnatis
Des mihi? Virgilius non ero, Marſus ero.

24. *Virgilius non ero.*] Non ero clariſſimus epicus; ero clarus, ut ſpero epigrammarographus *Marſus ero.*] Poëta epigrammararius. lib. 2. epigramm. 71. ꝟſ. 3. & epigramm. 98. lib. 7. Heraldus legit *Marcus*, quaſi dicat Marcus ero Martialis, & huic nomini non minus celebritatis conciliabo, quam Virgilius olim conciliavit ſuo. Simul invidiam declinat, quæ veritatem & ſimplicitatem ſequi ſolet.

De Picente. LVII.

TReis habuit dentes, pariter quos exſpuit omnes,
Ad tumulum Picens dum ſedet ipſe ſuum.
Collegitque ſinu fragmenta noviſſima laxi
Oris, & aggeſtâ contumulavit humo.
Oſſa licet quondam defuncti non legat hæres:
Hoc ſibi jam Picens præſtitit officium.

3. *Collegitque, &c.*] Alludit ad veterum morem colligendi oſſa. de quo vide quæ Farnab. ad ꝟſ. 797. Troadis Senecæ: nec non ad id quod lib. 8. c. 5. Quintil. *Infeliciſſima fœmina, nondum extuliſti filium & jam oſſa legiſti, &c.* *Laxi.*] Ita MSS. Grut. & editio Calderini. at vulg. *fracti Oris.*

In Artemidorum. LVIII.

CUm tibi tam craſſæ ſint, Artemidore, lacernæ,
Poſſim te Sagarim jure vocare meo.

Ludit in ambigua voce *Sagari.* Artemidorus tam craſſam enim geſtabat lacernam, ut ſagum videri poſſet. Quod ſi *ſagaris* ſit genus ſcuti, quaſi Artemidorus tam craſſam geſtaret lacernam, uti loco ſcuti eſſe potuerit. *Rad.*

1. *Artemidore, lacernæ.*] Qui nomen habes ἀπὸ τοῦ τῆς ἀρτέμιδος δώρων, ac ſi tenuiſſima Minervæ tela indueris: (Fallitur Farnabius. non enim Minerva eſt Ἄρτεμις, ſed Diana) cum tamen lacernis veſtiaris non minus craſſis quam ſunt ſaga, *Sagarim* ego te pro Artemidoro vocabo.

2. *Meo.*] Editio Calderini, Junius in margine & alii præferunt *meum*, familiaritas quædam noſtro familiaris. *Codrus meus, Publius meus, &c.*

In luſcum furem. LIX.

ADſpicis hunc uno contentum lumine, cujus
Lippa ſub attrita fronte lacuna patet?

Ne

Nobilem & exercitatum furem monophthalmum ſeu unoculum celebrat, qui plus uno, quam alii duobus videant oculis.

1. *Uno contentum, &c.*] Cui unus ſufficit ad furta oculus. Alii, *contemptum.*

2. *Lippa ſub lacuna.*] Cavea oculi ſtillans. Et pro *patet*; alîi leg. *ſedet.* *Attrita fronte.*] Impudenti, effricta fronte.

3. *Ca-*

Ne contemne caput, nihil est furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piperata manus.
Hunc tu convivam cautus servare memento:
Tunc furit, atque oculo luscus utroque videt.
Pocula sollicti perdunt ligulasque ministri,
Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec à cubito subducere pallia nescit,
Et tectus lænis sæpe duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit, & soleas surripit ipse suas

3. *Caput, &c.*] Hominem, ut Græci κεφαλὴν, vel simpliciter, caput unoculum noli credere inutile aut innocuum.

4. *Autolyci tam.*] Mercurii filii, patri furtis simillimi. Iliad. κ. *Tam peccata manus.*] Barbarum hoc & non ferendum. *Picare* enim, non *peccare* dicimus. Verum est quod è MSS. eruit & probavit Scriverius: *tam piperata manus.* Id est, calida. Fures autem calidas manus habere dicuntur, ut è Plauto & Macrobio probavit Scriverius. *Gronov.* *Piccata manus.*] Cui adhæreant tacta. viscata manus. *Angl. enecy finger à lime-twig.* Scriv. etiam leg. *piperata.*

5. *Servare memento.*] Observare ◡. Alii, *vicare.*

7. *Sollicits perdunt.*] Qui quam solicite custodiunt. *ligula.*] Quæ priscis loco cochlearis. epigramm. 33. supra ỷſ. 23. & infra epigr. 71. ỷſ. 9.

10. *Lænis.*] Læna genus vestis militaris, quam & chlamydem vocant. Virg. 4. Æneid.

Tyrioque ardebat murice læna.

13. *Si nihil invasit, &c.*] Si nihil aliud est quod furetur, puero suo, qui ad pedes custodit, depositas soleas suas surripit, ne desuetæ manus artem dediscant, *to keep his hands in vre.*

14. *Circuit.*] Quod fures solent, furti faciendi occasionem captantes. Sic quicunque fraudem aliquam moliuntur.

In * Claudiam. LX.

SUmma Palatini poteras æquare Colossi,
Si fieres brevior, Claudia, sesquipedem.

* Longoliam aliquam fœminam quam poëta per Hyperbolen jocatur excedere statura altissimum Romæ Colossum, epigrammate 2. lib. Spectac. ỷſ. 4.

2. *Sesquipedem.*] Alii, *sesquipede.*

Ad Severum, de Carino. LXI.

LIvet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quærit altos, unde pendeat, ramos:

Non

1. *Livet Carinus, &c.*] Invidia. vide epigr. 77. lib. 4. & lib. 6. epigr. 61.

4. *Umbi-*

Non jam quod orbe cantor & legor toto:
Nec umbilicus quod decorus & cedro
Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus æstivum,
Vehimurque mulis, non ut ante, conductis.
Quid imprecabor, ô Severe, liventi?
Hoc opto; mulas habeat, & suburbanum.

4. *Umbilicis, &c.*] Epigr. 67. l. 1. ỳſ. 12. *Cedro*] Epigr. 2. lib. 3. ỳſ. 8.
7. *Non ut ante.*] Sed meis.
9. *Mulas habeat, &c.*] Redigatur ad rem olitoriam, quæritet sibi victum ex horto unico suburbano, agatque mulas, olere venali onustas per urbem. Vel opto ut sit tam pauper ac ego, nihilque habeat præter meas mulas, quas alere vix possit, & meum suburbanum sterile & male exstructum. ut lib. 5. epigr. 63.

De Picente. LXII.

Scribit in aversa Picens epigrammata charta;
Et dolet, averso quod facit illa deo.

Picens epigrammata ad nauseam longa scripserat, etiam in aversa charta (*on the other side.*) quod Juven. dixit *à tergo*, cum veteres una tantum chartæ facie scribebant, quod bibula illorum charta transmitteret atramentum. Jocatur poëta, non mirum esse si averso Deo, hoc est, invita Minerva, Musis invitis & Apolline nullo componat carmina, qui in aversa charta & opisthographo scribat. luditque in variatione *aversa* & *averso*.

De Aulo. LXIII.

Thestylon Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin:
Forsitan & nostrum sic Hyacinthon amat.
I nunc & dubita, vates an diligat ipsos,
Delicias vatum cum meus Aulus amet.

1. *Thestylon, &c.*] Delicatos pueros, poëtarum amasia.

In Clytum. LXIV.

Ut poscas, Clyte, munus, exigasque,
Uno nasceris octies in anno;

Et

Clytus, sæpius ut ab amicis natalitia munera reciperet, ferè quot calendis celebrabat natalem suum. poëta impudentiam hominis arguit, & monet ut semel agat genethliaca, alioqui se nihil missurum, sed neglecturum perinde ac si natus non fuisset unquam. *Rad.*

1. *Ut poscas, &c.*] Ut amicis & clientibus frequens detur occasio munerum natalitiorum tibi mittendi.
2. *Uno nasceris, &c.*] Celebras memoriam

Et solas, puto, tresve, quattuorve
Non natalitias habes Calendas.
Sit vultus tibi levior licebit
Tritis littoris aridi lapillis;
Sit moro coma nigrior caduco;
Vincas mollitie tremente plumas,
Aut massam modo lactis alligati;
Et talis tumor excitet papillas,
Quales cruda viro puella servat:
Tu nobis, Clyte, jam senex videris.
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priamive, Nestorisve?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quod si ludis adhuc, semelque nasci
Uno jam tibi non sat est in anno;
Natum te, Clyte, nec semel putabo.

moriam natalis tui octies per annum, noviesve.

3. *Solas puto, &c.*] Singulis mensibus, exceptis tantum tribus aut quatuor, habes fictitium natalem.

5. *Sit vultus, &c.*] Sis licet imberbis, crine niger, tener & mollis; Priamum tamen & Nestora annis superare videris, qui toties celebraris natalem.

7. *Caduco.*] Maturo scilicet & nigro. epigr. 73. lib. 1. ✝f. 5.

9. *Massam modo, &c.*] Metam lactis coagulati. vide epigr. 44. lib. 1. ✝f. 7.

11. *Cruda, &c.*] Innupta.

18. *Natum te, &c.*] Ne unum quidem diem esse tuum natalem putabimus, nec in eo tibi munera mittemus. An tectè spurium notat, de cujus natali non constet?

Ad Domitianum. LXV.

Hic ubi fortunæ Reducis fulgentia latè
Templa nitent, felix area nuper erat:

Hic

Post victoriam Sarmaticam, arcum maximum triumphalem sibi poni jussit Domitianus, quem præter alia illius opera celebrat hoc epigr. Martialis. Arcus statim à morte ejus sunt disturbati. tam multi erant per urbem conditi; ut cuidam Græcè fuerit inscriptum, Ἀρκεῖ, *sufficit.*

1. *Reducis fulgentia late.*] Augusto ob reditum, ara Fortunæ reducis consecrata. Dio. lib 54. Domitiano à bello Sarmatico reduci, templum Fortunæ reducis ædificatum. Τύχην ἐπαναγωγόν appellat Dio loco citato. Meminit hujus Fortunæ & Claudianus:

Aurea Fortunæ reduci si templa priores
Ob reditum vovere ducum.

2. *Felix area nuper erat.*] Viso primum & salutato ibi principe. ut seq. versu.

3. *Arcus.*]

Hic ſtetit Arctoi formoſus pulvere belli
Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar.
Hìc lauro redimita comas, & candida cultu
Roma ſalutavit voce manuque ducem.
Grande loci meritum teſtantur & altera dona:
Stat ſacer edomitis gentibus arcus ovans.
Hìc gemini currus numerant elephanta frequentem:
Suffi-

3. *Arctoi.*] Sarmatici. epigramm.5. lib.7. ℣ſ.1. *Formoſus, &c.*] Pulverulenta belli gloria inſignis.

4. *Purpureum jubar.*] Purp. radios, ruborem.

5. *Lauro redimita, &c.*] Principi è bello reduci proceſſerunt obviam cives laureati. epigr.7. lib.7. ℣ſ.8. Et quoslibet læta nuntiantes ad hoc exemplum excipiebant, & eo modo lætitiam ſuam teſtabantur. Unde & domos lauro & cæteris frondibus ornabant in lætitiis publica, & ejuſmodi ſolemnibus ὑποδοχαῖς. Sed & in privatis celebritatibus, ut in nuptiis, ornamenta ejuſmodi. Hujus rei exempla ſunt πολλὰ apud Juvenal. Sat. VI.

Ornentur poſtes, & grandi janua lauro, &c.

Sed & ἡ αὐλητρὶς per compita circumcurſabat, & vicum canore ſuo implebat. Sic ſolebant etiam, cum ſibi infans naſceretur. Juvenal. Sat. 9.

— Foribus ſuſpende coronas
Jam pater es. —

Ad ſummam, feſtivitatis inſigne laurus januis appenſa. *Herald.* *Cultu.*] Niveis veſtibus induta Vulg. leg. *vultu*.

6. *Manuque ducem.*] Adoratione, admota ori manu, ut in ſalutationibus Deorum, inquit Lipſ. Doctiſſ. Heraldus ad plauſum, quo excipiunt Imperatores, refert. *Ducem.*] Dicit enim hoc accipiendum de [illegible]one, quæ ἐν εὐφημίαις καὶ [illegible] voce & plauſu excep[illegible]es pro[illegible] multis [illegible] antea [illegible]us:

Quæque ſonant pleno voceſque manuſque theatro,
Cum populus ſubiti Cæſaris ora videt.

7. *Grande loci meritum.*] Quod ibi Cæſar Pop. Rom. ſalutantem humaniter exceperit, Martialis pro *grandi merito* accipit; eoque nomine ibi Fortunæ Reduci templum & arcum triumphalem ait Domitiano excitatum. *Altera dona.*] Arcus triumphalis. Primum donum, templum Fortunæ intellige.

8. *Edomitis.*] Alii, *& domitis.* *Arcus ovans.*] Ἁψὶς τροπαιοφόρος, arcus triumphalis, arcuata porta, cui è lapide in altum extructæ pictam inſcribi victoriam ejuſque ſeriem moris erat. de variis arcubus Domitiani, vide Sueton. Domit. cap. 13. *Ovans.*] *Ovantem arcum* dicit, quia *Hic gemini currus numerans elephanta frequentem.* In eo arcu Domitiani victoriam & triumphum depinxerant. de more Juvenal. Sat. 9.

— Et ſummo triſtis captivus in arcu.

Rationem adfert Plin. lib. 34. cap. 6. *Columnarum ratio erat, attolli ſupra cæteros mortales, quod & arcus ſignificat novitio invento.* Hoſce arcus, ἁψῖδας τροπαιοφόρους Græci ſcriptores appellarunt, ut Dio ſæpiſſime. Cæterum arcubus hiſce delectatum fuiſſe Domitianum conſtat ex Suetonio & aliis. *Heraldus.* Et pro *ovans*, alii *ovat.*

9. *Hic gemini, &c.*] Supra arcum poſitæ erant geminæ quadrigæ, propter geminam è Dacis victoriam, ad quam elephanti juncti, quos Domitianus victor regebat.

10. *Suffi-*

Sufficit immensis aureus ipse jugis.
Hæc est digna tuis, Germanice, porta triumphis:
Hos aditus urbem Martis habere decet.

10. *Sufficit immensis.*] Aureus enim & argenteus in istis arcubus stabat Domitianus. *Aureus ipse jugis.*] Statuas sibi non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Domit. Sueton. cap. 13. & Xiphilin. Domit.

12. *Hos aditus.*] Has portas arcuatas & triumphales. *Urbem Martis, &c.*] Romam, à Martis progenie conditam.

De consulatu Silii. LXVI.

AUgusto pia thura, victimasque
Pro nostro date Silio, Camœnæ,
Bis senos jubet en redire fasces
Nato consule, nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Rerum prima salus & una Cæsar,
Gaudenti superest adhuc quod optet
Felix purpura, tertiusque consul.
Pompejo dederit licet senatus,
Et Cæsar genero sacros honores:
Quorum pacificus ter ampliavit
Janus

Consulatum filii, non patris Silii ornat carmine Martialis; & optat, ut quondam & alter filius consul creetur; sicque consulares fasces ter ad domum Silii redeant. *Rad.*

1. *Augusto.*] Imperatori Domitiano.

2. *Pro nostro date.*] Lectio Palat. *vestro*, impensius arridet Grutero.

3. *Bis senos jubet, &c.*] Silio delatum consulatum vide epigr. 62. lib. 7. ℣ſ. 2. & 4.

4. *Nato consule.*] Filio Silii poëtæ, alii legunt *Noto*, & eundem Silium bis Cos. designari volunt, cui optet poëta tertium consulatum. Sed Silius uno consulatu contentus recessit à Repu blica. epigr. 62. lib. 7. Martialis itaque hortatur Musas, gratias & sacra dare Cæsari propter consulatum Silii filio delatum, optatque alteri Silii filio tertium consulatum. ita ut triplex ejusdem familiæ consulatus, exprimat triplicem illum Pompeji & Agrippæ. *Nobilique virga.*] Magistratu domum suam aut alienam accedente, lictor ejus præcedens virga fores pulsabat. Liv. lib. 6. Plin. lib. 7.

10. *Genero sacros honores.*] Pompejo, cui nupsit Julia Cæsaris filia. sed cur bis idem dicit poëta? Intellige si placet, M. Vipsanium Agrippam cui nupta est Augusti Julia, quem usque in tertium consulatum amicitia principis evexit. *Vellejus.* & hunc esse sensum poëtæ patet ex sequentib.

11. *Pacificus, &c*] Templum Jani bis claudebatur ante Octavium, quod erat signum pacis. tertio claudebatur, imo ter, sub ipso Augusto, semel quidem cum M. Agrippa secundum consule. unde nomina eorum illustrata.

Janus nomina, Silius frequentes
Mavult sic numerare consulatus.

Vel, Quorum tertium consulum nomina referebantur in Fastos, qui in tutela & auspicio Jani. epigr. 2. supra.

13. *Sic numerare consulatus.*] In se & duobus filiis, quam in se uno tres consulatus, ut Pompejus & Agrippa.

In Cæcilianum. LXVII.

Horas quinque puer nondum tibi nunciat, & tu
Jam conviva mihi, Cæciliane, venis.
Cum modo distulerint raucæ vadimonia quartæ,
Et Floralicias lasset arena feras.
Curre, age, & illotos revoca, Calliste, ministros:
Sternantur lecti: Cæciliane, sede.
Caldam poscis aquam; sed nondum frigida venit:
Alget adhuc nudo clausa culina foco.
Manè veni potius. nam cur te quincta moretur?

Ut

Cæcilianum convivam præmaturè ad cœnam ventitantem, jubet aut maturius aut serius adesse, hoc est, omninò abesse.

1. *Horas quinque.*] Nondum quintam, præproperam nimis cœnæ horam. vide epigramm. 8. libro 4. ℣ſ. 7. *Puer nondum, &c.*] Servorum erat nunciare horas. Juvenal. Sat. 10.

— *Clamore opus est, ut sentiat auris,*
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.

Nuntiabant igitur horas pueri, & monebant quando lavare, gestare, cœnare oporteret.

3. *Distulerint.*] In alterum diem, quod fiebat hora tertia, quæ exercebat caussidicos. epigr. 8. lib. 4. idque propter ludos Florales. *Raucæ.*] Sic ep. 8. lib. 4. *raucos caußidicos.* *Vadimonia.*] Synecdochice pro judiciis. Vadimonium enim est sponsio sistendi in judicio. *Quartæ.*] Horæ scilicet litium forensium differendi. Alii, *chartæ.* perperam. vide J. Salmuth ad Pancirolum. cap. de cibi capiendi modo veterum pag. 538. Al.

4. *Floralicias feras.*] Lepores, capreas, &c. ab Ædilibus exhibitas in Floralibus. de quibus epigramm. 3. lib. 1.

5. *Illotos revoca, &c.*] Ante octavam, quæ hora est balnearum.

6. *Lecti.*] Triclinares, quibus accumbitur.

7. *Caldam poscis, &c.*] Aquam calidam, ad vomitum vel ad vinum diluendum. Lips. Elect. 1. cap. 4. *Caldam poscis aquam: nondum mihi frigida venit.*

8. *Nudo clausa, &c.*] Sine igne & lignis. Alii, *clusa.*

9. *Mane veni potius, &c.*] Importune & intempestive venisti, perinde ac primo mane: opportunius & humanius venisses tarde & post cœnæ horam.

10. *Ant*

Ut jentes, ſero; Cæciliane, venis.

10. *Aut cur non ſero.*] Joſias Mercerus ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ, *ut jam te ſero*, reſcribit ingenioſiſſime, *Ut jentes ſerò, &c.* Scriptum fuerat, *Ut jantes.* Hora jentaculi tertia aut quarta erat. unde Martialis eum qui ad quintam venerat pranſurus, ſerò venire dixit, ut jentaret. nimis tempori, ut pranderet. *Guſtare* etiam pro jentare dicebant. *Guſtum* etiam & *guſtationem* pro jentaculo dicebant. Gloſſarium vetus: *guſtus*, γεῦμα, γάρισμα. *guſtare*, βυκκίσαι. ſcio *guſtum* & *guſtationem* etiam primam partem cœnæ dictam. veteres Gloſſæ γαρισμὸν exponunt, quod garum vel oxygarum & alia ſalſamenta in illa cœnæ initiatione adponerentur. Martialis:

——— *Adfertur protinus ingens*
Inter lactucas oxygarumque liber.

Nam lactucæ & oxygarum in guſtu apponebantur. *Guſtarium* etiam hodie dicimus ante cœnam vel merendam, hoc eſt, cibum illum quem ſumimus inter cœnam & prandium. rarò autem prandebant veteres, & jentaculum cum prandio multi confundebant. *Salmaſius.*

Ad Entellum. LXVIII.

QUi Corcyræi vidit pomaria regis,
Rus, Entelle, tuæ præferat ille domus.
Invida purpureos urat ne bruma racemos,
Et gelidum Bacchi munera frigus edat;
Condita perſpicua vivit vindemia gemma,
Et tegitur felix, nec tamen uva latet.
Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus:
Calculus in nitida ſic numeratur aqua.
Quid non ingenio voluit natura licere?

Autum-

Vindemiam Entelli etiam hyeme florentem, miroque artificio conſervatam laudat.

1. *Corcyræi, &c.*] Alcinoi regis Phæacum. Corcyra enim maris Ionii inſula, ubi laudatiſſimos hortos coluit Alcinous. vide epigramm. 64. lib. 4. ỳſ. 29.

2. *Rus, Entelle, &c.*] Præferat tuum hortum illius horto.

3. *Urat ne bruma, &c.*] Mordeat. ſupra epigr. 14. ỳſ. 2. *Boreæ penetrabile frigus adurit.* Virgil. καίει τὸ ψυχρὸν διὰ τὸ συνάγειν, ἢ ἀντιπεριστῆναι τὸ θερμόν. Ariſt.

4. *Bacchi, &c.*] Vites.

5. *Condita perſpicua, &c.*] Lapide ſpeculari tegitur ab injuria frigoris. epigr. 14. ſupra ỳſ. 3.

6. *Felix.*] Quia tempore etiam alieno ferax; aut quia tecta & munita contra hyemes.

7. *Bombycina corpus.*] Multitia è bombyce vel ſerico intexta, tenuia & pellucida. Senec. benef. lib. 7. cap. 9. & Juvenal. ſat. 2. ỳſ. 66. bujuſmodi veſtes vitreæ, nebulæ lineæ, vela ſerica, carbaſei venti, texta pellucida matronis Romanis in uſu erant, ut noſtris hodie dominis, *laune and tiffenei.*

8. *Sic numeratur aqua.*] Ita perlucent & apparent calculi, ut numerari poſſint.

9. *Quid non, &c.*] Claudit epigramma cum

Autumnum sterilis ferre jubetur hiems.

ma cum exclamatione per admirationem humanæ industriæ & solertiæ ingenii, quod nil non possit arte efficere.

10. *Autumnum, &c.*] Ita muniti specularibus horti, ipsa bruma fructus ferunt, perinde ac in autumno.

In Vacerram. LXIX.

Miraris veteres, Vacerra, solos,
Nec laudas nisi mortuos poëtas.
Ignoscas petimus, Vacerra: tanti
Non est, ut placeam tibi, perire.

Mortuos tantum laudabat poëtas Vacerra. Martialis argute: non tanti facio tuas laudes, ut tua caussa velim ante diem mori, quo abs te laudari possim.

1. *Miraris veteres, &c.*] Vide epigramm. 10. lib. 5. ℣. 4.

3. *Tanti.*] Ut tua mihi post fata contingat laus, non propero mori. dict. epigr. ℣. 6.

De Nerva. LXX.

Quanta quies placidi tanta est facundia Nervæ;
Sed cohibet vires ingeniumque pudor.
Cum siccare sacram largo Permessida posset
Ore, verecundam maluit esse sitim:
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, famæ nec dare vela suæ.
Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

In

Laudat Nervam Imperatorem ab ingenio poëtico, qui etiam puer, à carminis dulcedine Tibullus appellabatur.

1. *Quanta quies, &c.*] Æque facundus & carmine dulcis est Nerva, ac mitis & lenis. de lenitate Nervæ, Aurel. Victor. Dio. Eutropius: de poësi noster epigr. 27. lib. 9. Plin. Jun. lib. 5. epist. 3. Gyrald. dial. 5. Nero qui Nervam appellavit suum Tibullum. ep. 27. lib. 9. ℣. 9.

2. *Sed cohibet, &c.*] Modum, pudorem & decorum adhibet in poësi, non proluit se fonte Caballino, cui vel exhauriendo sufficeret; non laxas ingenio habenas indulget; sed sibi temperat, & modice bibit fontem Musarum Permessida, advertens quid deceat virum magnum, & minorum studiorum gloriam ad viros inferioris sortis relegans.

5. *Pieriam.*] Poëticam. *Tenui frontem redimire, &c.*] Hederacea, quæ elegiographiis & epigrammatariis datur, cum posset heroicus quernam mereri.

6. *Famæ nec vela dare.*] Non colligere omnem, quam possit, nominis celebritatem.

7. *Sed tamen hunc, &c.*] Ut supra, ℣. 1.

Postumia-

In Postumianum. LXXI.

Quattuor argenti libras mihi tempore brumæ
Misisti ante annos, Postumiane, decem.
Speranti plures (nam stare, aut crescere debent
Munera) venerunt plusve, minusve duæ.
Tertius, & quartus multò inferiora tulerunt.
Libra fuit quinto Septitiana. quid est?
Bessalem ad scutulam sexto pervenimus anno:
Post hunc in cotulâ rasa selibra data est.
Octavus ligulam misit sextante minorem:
Nonus acu levius vix cochleare tulit.
Quod mittat nobis decimus jam non habet annus:
Quattuor ad libras, Postumiane, redi.

Postumianus quotannis ad Saturnalia, poëtam donis eoluit; sic ut quo magis crescerent anni, eo minus donaret; jamque post decimum annum adeo minuerat munera. Monet ergò hunc Martialis, ut incipiat à primo rursus anno, rursumque mittat quatuor argenti libras, atque ita deinceps pergat. *Rad.*

1. *Tempore brumæ.*] Saturnalibus in mense Deeembri.

3. *Nam stare, &c.*] *Beneficia subvertis antiquiora, nisi illa posterioribus cumules.* epist. 4. lib. 3. & Seneca 2. de Benef. cap. 11. *parum est dedisse, fovenda sunt beneficia, &c.*

6. *Libra fuit quinto Septiciana quidem.*] Id est, libra argenti Septiciani, quod appellat lib. 4. epigr. 88. Ut mox, in cotyla *rasa selibra* est argenti tasilis. Nec vero tam frigidum est, quam volunt τὸ *quidem.* Dicit enim: Quinto anno venit mihi libra argenti: sane Septiciani, vel fateor Septiciani: telinquens intelligendum: sed tamen tantum libra, quum stare aut erescere debeant munera; tu autem olim quatuor libras miseris. Vide Gronovium de pecunia vetere lib. 4. cap. 13. Quod si mavis Scriveri, *quid est?* ut hoc lib. ep. 17. intellige: quid est causa? quid hoc sibi vult? *Gronov.*

7. *Bessalem, &c.*] Ad vasculum octo unciarum. *Bessalis* ergò à besse: bes octo eonstat unciis. *Scutula* ergò erat vas cavum & rotundum à scuto dictum; unde & *scutella* apud Ciceronem.

8. *In cotulâ, &c.*] Cotyla seu calix politus vel cælatus sex unciarum datus est.

9. *Ligulam misit, &c.*] Vasculum, mensuram, quæ quartam partem cyathi eontinet. alias significat *spathulam*, gladiolum. ut supra epigr. 33. ✝s. 23.

10. *Acu levius, &c.*] Alii, *acu levius mî cochl.* Hoe loco videtur cochlear distingui à ligula, quod multi tamen negant.

11. *Quod mittat, &c.*] Non invenit quod minus mittat.

12. *Quattuor, &c.*] Incipe rursus à primo anno, & perage, si placet, annua munera in circulum.

Ad librum suum. LXXII.

NOndum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus,
Artanum properas sequi, libelle:
Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti Narbo Paterna Votieni
Ad leges jubet annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille, & hic amicus.
Quam vellem fieri meus libellus!

Artano Narbonem redeunti comitem donat libellum, vices auctoris obeuntem, qui vellet ipse esse libellus, id est, comes Artani.

1. *Nondum murice.*] Libros purpureis ornatos coloribus, titulos minio scriptos, umbilicis cultos, frontes pumice rasas, ex Ovid. l. 1. Trist. eleg. 1. disces. Vide epigr. 2. lib. 3. ꝟſ. 11. & epigr. 67. lib. 1. ꝟſ. 11.

3. *Artanum, &c.*] Amicum poëtæ redeuntem Roma Narbonem, celeberrimam Galliæ Braccatæ civitatem.

5. *Docti patria Narbo.*] Gruterus & Scriverius docuerunt in melioribus codd. esse: *Docti Narbo Paterna Votieni.* Et id confirmat Pontanus Isacius in Appendice ad Itinerarium veteri Inscriptione: COL. JVL PATERNA. NARBO. Succurrit alia primum edita Sirmondo ad Sidonii Burgum Pontii, in qua hæ siglæ, C. I. P. N. M. significant. Coloniam Juliam Paternam Narbonem Marcium. *Gronov. Votieni.*] Poëtæ nobilis.

6. *Ad leges jubet, &c*] Ad jus dicendum & magistratum. Narbo fuit colonia Romana, unde Martius dictus est, & ad Romæ formam administrabatur.

7. *Paribus, &c.*] Ut contingat tibi locus bonus: ut amicus bonus.

9. *Quam vellem, &c.*] Ut utroque frueretur; Narbone, loco amœnissimo; Artano, amico sincerissimo.

Ad Instantium. LXXIII.

INstanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec nivea simplicitate prior:
Si dare vis nostræ vires animosque Thaliæ,
Et victura petis carmina; da, quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti:

Inge-

3. *Thaliæ.*] Epigr. 8. lib. 4. ꝟſ. 12. & epigr. 16. lib. 7. ꝟſ. 4.

4. *Da, quod amem.*] Μουσικὴν ἔρως διδάσκει inquit Plutarch. certe feliciter cessit amor non paucis poëtis, quibus amicæ materiam felicem in carmina præbuerunt, unde juncta nomina toto cantantur in orbe, ut canit Ovidius eleg. 3. lib 1. Amorum.

5. *Cynthia te vatem, &c.*] Latinos recenset poëtas, quorum ingenia amor excitavit, quorum amores & amicas nemo propemodum non audivit, qui de ipsis poëtis, quamvis sub aliis nominibus. vide Gyrald. de vitis poëtarum.

Impe-

Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama eſt arguti Nemeſis formoſa Tibulli:
Leſbia dictavit, docte Catulle, tibi.
Non me Peligni, nec ſpernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mihi, ſi quis Alexis erit.

In malum medicum. LXXIV.

HOplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante:
Feciſti medicus, quod facis hoplomachus.

Imperitum medicum irridet, ex vicina vocum cognatione, capto joco.

1. *Hoplomachus, &c.*] Gladiator armatus. ex ὅπλα & μάχη. *Ophthalmicus ante.*] Medicus ocularis. (*an oculiſt.*) Et ludit à vicinia nominum ſimul & artium. ſic epigrammate 31. & 48. lib. 1.

2. *Feciſti medicus, &c.*] Excæcas homines. videturque Samnitum & gravis armaturæ gladiatorum pugna fuiſſe punctim ferire. vide Lipſii Saturnal.

De Gallo Lingono. LXXV.

DUm repetit ſera conductos nocte penates
Lingonus à Tecta Flaminiaque recens:
Expulit offenſo vitiatum pollice talum,
Et jacuit toto corpore fuſus humi.
Quid faceret Gallus, qua ſe ratione moveret?
Ingenti domino ſervulus unus erat,
Tam macer, ut minimam poſſet vix ferre lucernam:
Succurrit miſero caſus, opemque tulit.

Quat-

Hiſtoricum epigramma de ſacerdote Cybeles, qui offenſo pede eliſerat talum; quem jacentem, veſpillones à ſervulo unico & macro rogati, retulerunt domum in ſandapila. Hunc Gallum æquè mortuum potuiſſe dici affirmat poëta, quam illud cadaver; quod illud eſſet exanime, hic eviratus. *Raderus.*

1. *Conductos penates.*] Conductam ære cellam, paupertinum fuiſſe docet, qui ædibus caruerit, ut fuerit opus conducere pretio; & cellam tantum, non domum, ſed domus partem.

2. *Lingonus.*] Ex urbe Galliæ Celticæ. *Langres.* *Tecta, &c.*] Viâ Tectâ ſeu Fornicatâ, quæ ad Campum, prope Flaminiam.

3. *Expulit, &c.*] Eliſit talum, læſo pollice pedis.

6. *Ingenti domino, &c.*] Grandi & obeſo.

7. *Ferre lacernam.*] In uſum domini, adverſum ingruentem ſubito pluviam vel tempeſtatem, Alii, *ferre lucernam:* quia *ſera nocte.* Rectè.

8. *Succurrit miſero.*] Servo miſero, qui dominum portare non poterat, caſu occurrerunt veſpillones, qui cadaver efferebant.

 9. *Inſcri-*

Quis non esse gregem crederet? unus erat.
Sed cujus tremerent ipsi quoque jura leones,
Cui diadema daret marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus, quem sparsit honorem,
Aurea lunatæ cum stetit umbra jubæ!
Grandia quam decuit latum venabula pectus,
Quantaque de magna gaudia morte tulit!
Unde tuis, Libye, tam felix gloria sylvis?
A Cybeles numquid venerat ille jugis?
An magis Herculeo, Germanice, misit ab astro,
Hanc tibi vel frater, vel pater ipse, feram?

7. *Sed cujus tremerent, &c.*] Sed talis, cui regnum & summum jus cederent cæteri leones, ut leoni feræ cæteræ.

8. *Marmore picta.*] Marmore clara Numidia. Numidæ prius Nomades dicti à νέμω. Salust. & Plin. lib. 5. *Nomas.*] Græca vox, Latine Numidiam valet, quæ maculoso marmore abundat.

9. *O quantum decus.*] Jubam insignem vocat *decus*: sunt autem jubati leones præstantissimi. *Quem spargit.*] Gruterus legit *sparsit*, loquitur enim de re jam facta.

10. *Aurea lunatæ, &c.*] Cum fulva juba horreret erecta undique in orbem, ad modum plenæ lunæ, ejusque extremitas aureo fulgore splenderet. quidam MSS. ut & Bodleianus præferunt, *cum stetit umbra jubæ.* quam veram esse scripturam, & *Umbram* sæpenumero dici capillos & crines demonstrat Gronovius lib. 4. Obs. cap. 17. *Stetit.*] Inhorruit. Leo enim sibi certandum videns, jubam erexit, ut homines per timorem erigunt comam.

11. *Grandia quam, &c.*] Quam par fuit grandi venabulo?

12. *De magna gaudia, &c.*] Ab ipso imperatore, Carpophoro, Glabrione vel alio nobili bestiario cæsus. Vel *magnam mortem* de fera magna & immani, & in publico cum bestiario valido pugnante interpretari possis.

13. *Unde tuis Libye.*] Apostrophe ad Libyam leonum fetacem, quam beatam prædicat ob tam eximiam feram.

14. *A Cybeles, &c.*] Ab Ida, vel alio Phrygiæ monte, cui præest Cybele, à quatuor leonibus curru vecta.

15. *Herculeo, &c.*] Epigr. 57. lib. 4. ℣ſ. 5.

16. *Frater vel pater, &c.*] Titus vel Vespasianus in Deos relati.

Ad Flaccum. LVI.

TEmporibus nostris ætas cum cedat avorum,
Creverit & major cum duce Roma suo:
Inge-

1. *Temporibus nostris, &c.*] Nullos, ait, suo tempore Virgilios, quod nulli sint Mæcenates. Videtur Flaccus de Martiale questus, quod nunquam ita se laudasset, ut Parthenium, Paulum & Rufum, qui dona miserant Poëtæ, & Poëta vicissim carmen. Si vis, inquit, à me laudari da munera Mæcenatis & ero tuus, si non Virgilius, certe Marsus. *Rad.* *Cum cedat.*] Qui fit, ut nostro ævo, quo maxime floret Roma, nulli floreant vates?

2. *Duce Roma suo.*] Imp. Domitiano. epigr. 19. lib. 5.

5. *Mæc-*

Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
Jugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas Tityrus æger oves.
Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri jussit abire fuga.
Accipe divitias, & vatum maximus esto:
Tu licet & nostrum, dixit, Alexin ames.
Adstabat domini mensis pulcherrimus ille,
Marmorea fundens nigra falerna manu;
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quæ poterant ipsum sollicitare Jovem.
Excidit attonito pinguis Galatea poëtæ,
Thestylis & rubras messibus usta genas:
Protinus Italiam concepit, & arma virumque,
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.
Quid Varos, Marsosque loquar, ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?

Ergo

5. *Mæcenates, &c.*] Qui foveant poëtas, quod fecit C. Cilnius Mæcenas.

7. *Jugera perdiderat, &c.*] Vide Virgilii vitam & eclog. 1. & 9. unde hoc hemistich. *miseræ vicina Cremonæ.*

8. *Tityrus æger oves.*] Virgilius sub persona Tityri, eclog. 1.

9. *Tuscus eques.*] Mæcenas regibus Etruscis oriundus.

12. *Nostrum, dixit.*] Pollionis tamen fuisse hunc puerum adstruit Apulejus. Apol. 1. & Donatus. *Alexin ames.*] Notum ex ecloga 2. Virg.

13. *Domini.*] Mæcenatis. *Pulcherrimus.*] Puer Mæcenatis, vati dilectus. At Apuleius in Apologia, puerum amici sui Pollionis fuisse dicit. Turneb. libro 29. capite 13. *Ille.*] Alexis vel Alexander.

14. *Marmorea fundens, &c.*] Candenti purius Pario marmore. & *ἀντὶ) τοῦ nigra Falerna.*

17. *Excidit attonito, &c.*] Exciderunt illi Bucolica, non amplius scripsit humilia carmina de Galatea & Thestyli sole perusta.

18. *Thestylis.*] Excidit & hæc agrestis puella in agris & ruri versata.

19. *Italiam concepit.*] Historiam Italiæ & Romani nominis ducti ab Ænea. *Arma virumque.*] Libros Æneïdos, cujus initium *Arma virumque cano, &c.*

20. *Culicem, &c.*] Poëmation de Culice parvum & rude, collatum cum Æneïde, sed per se tamen nobile.

21. *Quid Varos, &c.*] Lucius Varus, cum Plotio & Tucca Æneïdem emendavit; forte hunc intelligit. Marsus, Epigrammatarius fuit, quem imitatus est Martialis, lib. 3. epigr. 5.

24. *Vir-*

Ergo ero Virgilius, si munera Mecœnatis
Des mihi? Virgilius non ero, Marsus ero.

24. *Virgilius non ero.*] Non ero clarissimus epicus; ero clarus, ut spero epigrammarographus *Marsus ero.*] Poeta epigrammatarius. lib. 2. epigramm. 71. ℣s. 3. & epigramm. 98. lib. 7. Heraldus legit *Marcus*, quasi dicat Marcus ero Martialis, & huic nomini non minus celebritatis conciliabo, quam Virgilius olim conciliavit suo. Simul invidiam declinat, quæ veritatem & simplicitatem sequi solet.

De Picente. LVII.

TReis habuit dentes, pariter quos exspuit omnes,
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum.
Collegitque sinu fragmenta novissima laxi
Oris, & aggestâ contumulavit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat hæres:
Hoc sibi jam Picens præstitit officium.

3. *Collegitque, &c.*] Alludit ad veterum morem colligendi ossa. de quo vide quæ Farnab. ad ℣s. 797. Troadis Senecæ: nec non ad id quod lib. 8. c. 5. Quintil. *Infelicissima fœmina, nondum extulisti filium & jam ossa legisti, &c.* *Laxi.*] Ita MSS. Grut. & editio Calderini. at vulg. *fracti Oris.*

In Artemidorum. LVIII.

CUm tibi tam crassæ sint, Artemidore, lacernæ,
Possim te Sagarim jure vocare meo.

Ludit in ambigua voce *Sagari*. Artemidorus tam crassam enim gestabat lacernam, ut sagum videri posset. Quod si *sagaris* sit genus scuti, quasi Artemidorus tam crassam gestaret lacernam, uti loco scuti esse potuerit. *Rad.*

1. *Artemidore, lacernæ.*] Qui nomen habes ἀπὸ τῶν τῆς ἀρτέμιδος δώρων, ac si tenuissima Minervæ tela induereris: (Fallitur Farnabius. non enim Minerva est Ἄρτεμις, sed Diana) cum tamen lacernis vestiaris non minus crassis quam sunt saga, *Sagarim* ego te pro Artemidoro vocabo.

2. *Meo.*] Editio Calderini, Junius in margine & alii præferunt *meum*, familiaritas quædam nostro familiaris. *Codrus meus, Publius meus, &c.*

In luscum furem. LIX.

ADspicis hunc uno contentum lumine, cujus
Lippa sub attrita fronte lacuna patet?
Ne

Nobilem & exercitatum furem monophthalmum seu unoculum celebrat, qui plus uno, quam alii duobus videant oculis.

1. *Uno contentum, &c.*] Cui unus sufficit ad furta oculus. Alii, *contemptum.*

2. *Lippa sub lacuna.*] Cavea oculi stillans. Et pro *patet*; alii leg. *sedet.* *Attrita fronte.*] Impudenti, effricta fronte.

3. *Ca-*

Ne contemne caput, nihil est furacius illo:
Non fuit Autolyci tam piperata manus.
Hunc tu convivam cautus servare memento:
Tunc furit, atque oculo luscus utroque videt.
Pocula sollicsti perdunt ligulasque ministri,
Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec à cubito subducere pallia nescit,
Et tectus lænis sæpe duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit, & soleas surripit ipse suas

3. *Caput, &c.*] Hominem, ut Græci κεφαλὴν, vel simpliciter, caput unoculum noli credere inutile aut innocuum.

4. *Autolyci tam.*] Mercurii filii, patri furtis simillimi. Iliad. κ. *Tam piccata manus.*] Barbarum hoc & non ferendum. *Picare* enim, non *piccare* dicimus. Verum est quod è MSS. eruit & probavit Scriverius: *tam piperata manus.* Id est, calida. Fures autem calidas manus habere dicuntur, ut è Plauto & Macrobio probavit Scriverius. *Gronov. Piccata manus.*] Cui adhæreant tacta. viscata manus. *Angl. enecy finger à lime-twig.* Scriv. etiam leg. *piperata.*

5. *Servare memento.*] Observare. Alii, *vicare.*

7. *Sollicitè perdunt.*] Qui quam sollicite custodiunt. *ligula.*] Quæ priscis loco cochleatis. epigramm. 33. supra ✠ʃ. 23. & infra epigr. 71. ✠ʃ. 9.

10. *Lænis.*] Læna genus vestis militaris, quam & chlamydem vocant. Virg. 4. Æneid.

Tyrioque ardebat murice læna.

13. *Si nihil invasit, &c.*] Si nihil aliud est quod furetur, puero suo, qui ad pedes custodit, depositas soleas suas surripit, ne desuetæ manus artem dediscant, *to keep his hands in vre.*

14. *Circuit.*] Quod fures solent, furti faciendi occasionem captantes. Sic quicunque fraudem aliquam moliuntur.

In * Claudiam. LX.

SUmma Palatini poteras æquare Colossi,
Si fieres brevior, Claudia, sesquipedem.

* Longoliam aliquam fœminam quam poëta per Hyperbolen jocatur excedere statura altissimum Romæ Colossum, epigrammate 2. lib. Spectac. ✠ʃ. 4.

2. *Sesquipedem.*] Alii, *sesquipede.*

Ad Severum, de Carino. LXI.

LIvet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quærit altos, unde pendeat, ramos:

Non

1. *Livet Carinus, &c.*] Invidia. vide epigr. 77. lib. 4. & lib. 6. epigr. 61.

4. *Umbi-*

Non jam quod orbe cantor & legor toto:
Nec umbilicis quod decorus & cedro
Spargor per omnes, Roma quas tenet, gentes:
Sed quod sub urbe rus habemus æstivum,
Vehimurque mulis, non ut ante, conductis.
Quid imprecabor, ô Severe, liventi?
Hoc opto; mulas habeat, & suburbanum.

4. *Umbilicis, &c.*] Epigr. 67. l. 1. ℣. 12. *Cedro*] Epigr. 2. lib. 3. ℣. 8.
7. *Non ut ante.*] Sed meis.
9. *Mulas habeat, &c.*] Redigatur ad rem olitoriam, quæritet sibi victum ex horto unico suburbano, agatque mulas, olere venali onustas per urbem. Vel opto ut sit tam pauper ac ego, nihilque habeat præter meas mulas, quas alere vix possit, & meum suburbanum sterile & male exstructum. ut lib. 5. epigr. 63.

De Picente. LXII.

SCribit in aversa Picens epigrammata charta;
Et dolet, averso quod facit illa deo.

Picens epigrammata ad nauseam longa scripserat, etiam in aversa charta (*on the other side.*) quod Juven. dixit *à tergo*, cum veteres una tantum chartæ facie scribebant, quod bibula illorum charta transmitteret atramentum. Jocatur poëta, non mirum esse si averso Deo, hoc est, invita Minerva, Musis invitis & Apolline nullo componat carmina, qui in aversa charta & opisthographo scribat. luditque in variatione *aversa* & *averso*.

De Aulo. LXIII.

THestylon Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin:
Forsitan & nostrum sic Hyacinthon amat.
I nunc & dubita, vates an diligat ipsos,
Delicias vatum cum meus Aulus amet.

1. *Thestylon, &c.*] Delicatos pueros, poëtarum amasia.

In Clytum. LXIV.

UT poscas, Clyte, munus, exigasque,
Uno nasceris octies in anno;

Et

Clytus, sæpius ut ab amicis natalitia munera reciperet, ferè quot calendis celebrabat natalem suum. poëta impudentiam hominis arguit, & monet ut semel agat genethliaca, alioqui se nihil missurum, sed neglecturum perinde ac si natus non fuisset unquam. *Rad.*

1. *Ut poscas, &c.*] Ut amicis & clientibus frequens detur occasio munerum natalitiorum tibi mittendi.

2. *Uno nasceris, &c.*] Celebras memoriam

Et ſolas, puto, treſve, quattuorve
Non natalitias habes Calendas.
Sit vultus tibi levior licebit
Tritis littoris aridi lapillis;
Sit moro coma nigrior caduco;
Vincas mollitie tremente plumas,
Aut maſſam modo lactis alligati;
Et talis tumor excitet papillas,
Quales cruda viro puella ſervat:
Tu nobis, Clyte, jam ſenex videris.
Tam multos quis enim fuiſſe credat
Natales Priamive, Neſtoriſve?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quod ſi ludis adhuc, ſemelque naſci
Uno jam tibi non ſat eſt in anno;
Natum te, Clyte, nec ſemel putabo.

motiam natalis tui octies per annum, novieſve.

3. *Solas puto, &c.*] Singulis menſibus, exceptis tantum tribus aut quatuor, habes fictitium natalem.

5. *Sit vultus, &c.*] Sis licet imberbis, crine niger, tener & mollis; Priamum tamen & Neſtora annis ſuperare videris, qui toties celebratis natalem.

7. *Caduco.*] Maturo ſcilicet & nigro. epigr. 73. lib. 1. ℣ſ. 5.

9. *Maſſam modo, &c.*] Metam lactis coagulati. vide epigr. 44. lib. 1. ℣ſ. 7.

11. *Cruda, &c.*] Innupta.

18. *Natum te, &c.*] Ne unum quidem diem eſſe tuum natalem putabimus, nec in eo tibi munera mittemus. An tectè ſpurium notat, de cujus natali non conſtet?

Ad Domitianum. LXV.

HIc ubi fortunæ Reducis fulgentia latè
Templa nitent, felix area nuper erat:

Hic

Poſt victoriam Sarmaticam, arcum maximum triumphalem ſibi poni juſſit Domitianus, quem præter alia illius opera celebrat hoc epigr. Martialis. Arcus ſtatim à morte ejus ſunt diſturbati. tam multi erant per urbem conditi; ut cuidam Græcè fuerit inſcriptum, ἀρκεῖ, *ſufficit.*

1. *Reducis fulgentia late.*] Auguſto ob reditum, ara Fortunæ reducis conſecrata. Dio. lib 54. Domitiano à bello Sarmatico reduci, templum Fortunæ reducis ædificatum. Τύχην ἐπανάγωσαν appellat Dio loco citato. Meminit hujus Fortunæ & Claudianus:
Aurea Fortunæ reduci ſi templa priores
Ob reditum vovere ducum.

2. *Felix area nuper erat.*] Viſo primum & ſalutato ibi principe. ut ſeq. verſu.

3. *Arctoi.*]

Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli
Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar.
Hic lauro redimita comas, & candida cultu
Roma salutavit voce manuque ducem.
Grande loci meritum testantur & altera dona:
Stat sacer edomitis gentibus arcus ovans.
Hic gemini currus numerant elephanta frequentem:
Suffi-

3. *Arctoi.*] Sarmatici. epigramm. 5. lib. 7. ꝟſ. 1. *Formosus, &c.*] Pulverulenta belli gloria insignis.

4. *Purpureum jubar.*] Purp. radios, ruborem.

5. *Lauro redimita, &c.*] Principi è bello reduci processerunt obviam cives laureati. epigr. 7. lib. 7. ꝟſ. 8. Et quoslibet læta nuntiantes ad hoc exemplum excipiebant, & eo modo lætitiam suam testabantur. Unde & domos lauro & cæteris frondibus ornabant in lætitia publica, & ejusmodi solemnibus ὑποδοχαῖς. Sed & in privatis celebritatibus, ut in nuptiis, ornamenta ejusmodi. Hujus rei exempla sunt πρόχλεια apud Juvenal. Sat. VI.

Ornentur postes, & grandi janua lauro, &c.

Sed & ἡ αὐλητρὶς per compita circumcursabat, & vicum canore suo implebat. Sic solebant etiam, cum sibi infans nasceretur. Juvenal. Sat. 9.

—— Foribus suspende coronas
Jam pater es. ——

Ad summam, festivitatis insigne laurus januis appensa. *Herald. Cultu.*] Niveis vestibus indura Vulg. leg. *vultu.*

6. *Manuque ducem.*] Adoratione, admota ori manu, ut in salutationibus Deorum, inquit Lipſ. Doctiss. Heraldus ad plausum, quo excipiunt Imperatores, refert. *Ducem.*] Dicit enim hoc accipiendum de salutatione, quæ ἐν εὐφημίᾳ καὶ κρότῳ. Nam voce & plausu exceptos fuisse Imperatores probari potest facillime. Et ne te multis morer, in promptu est, quod antea apud Martialem nostrum exposuimus:

Quæque sonant pleno vocesque manusque theatro,
Cum populus subiti Cæsaris ora videt.

7. *Grande loci meritum.*] Quod ibi Cæsar Pop. Rom. salutantem humaniter exceperit, Martialis pro *grandi merito* accipit; eoque nomine ibi Fortunæ Reduci templum & arcum triumphalem ait Domitiano excitatum. *Altera dona.*] Arcus triumphalis. Primum donum, templum Fortunæ intellige.

8. *Edomitis.*] Alii, *& domitis.* *Arcus ovans.*] Ἀψὶς τροπαιοφόρος, arcus triumphalis, arcuata porta, cui è lapide in altum extructæ pictam inscribi victoriam ejusque seriem moris erat. de variis arcubus Domitiani, vide Sueton. Domit. cap. 13. *Ovans.*] *Ovantem arcum* dicit, quia *Hic gemini currus numerans elephanta frequentem.* In eo arcu Domitiani victoriam & triumphum depinxerant. de more Juvenal. Sat. 9.

—— Et summo tristis captivus in arcu.

Rationem adfert Plin. lib. 34. cap. 6. *Columnarum ratio erat, attolli supra ceteros mortales, quod & arcus significat novitio invento.* Hosce arcus, ἀψῖδας τροπαιοφόρους Græci scriptores appellarunt, ut Dio sæpissime. Cæterum arcubus hisce delectatum fuisse Domitianum constat ex Suetonio & aliis. *Heraldus.* Et pro *ovans*, alii *ovat.*

9. *Hic gemini, &c.*] Supra arcum positæ erant geminæ quadrigæ, propter geminam è Dacis victoriam, ad quam elephanti juncti, quos Domitianus victor regebat.

10. *Suffi-*

Sufficit immensis aureus ipse jugis.
Hæc est digna tuis, Germanice, porta triumphis:
Hos aditus urbem Martis habere decet.

10. *Sufficit immensis.*] Aureus enim & argenteus in istis arcubus stabat Domitianus. *Aureus ipse jugis.*] Statuas sibi non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Domit. Sueton. cap. 13. & Xiphilin. Domit.

12. *Hos aditus.*] Has portas arcuatas & triumphales. *Urbem Martis, &c.*] Romam, à Martis progenie conditam.

De consulatu Silii. LXVI.

AUgusto pia thura, victimasque
Pro nostro date Silio, Camœnæ,
Bis senos jubet en redire fasces
Nato consule, nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Rerum prima salus & una Cæsar,
Gaudenti superest adhuc quod optet
Felix purpura, tertiusque consul.
Pompejo dederit licet senatus,
Et Cæsar genero sacros honores:
Quorum pacificus ter ampliavit

Janus

Consulatum filii, non patris Silii ornat carmine Martialis; & optat, ut quondam & alter filius consul creetur; sicque consulares fasces ter ad domum Silii redeant. *Rad.*

1. *Augusto.*] Imperatori Domitiano.

2. *Pro nostro date.*] Lectio Palat. *vestro*, impensius arridet Grutero.

3. *Bis senos jubet, &c.*] Silio delatum consulatum vide epigr. 62. lib. 7. ℣s. 2. & 4.

4. *Nato consule.*] Filio Silii poëtæ, alii legunt *Noto*, & eundem Silium bis Cos. designari volunt, cui optet poëta tertium consulatum. Sed Silius uno consulatu contentus recessit à Republica. epigr. 62. lib. 7. Martialis itaque hortatur Musas, gratias & sacra dare Cæsari propter consulatum Silii filio delatum, optatque alteri Silii filio tertium consulatum. ita ut triplex ejusdem familiæ consulatus, exprimat triplicem illum Pompeji & Agrippæ. *Nobilique virga.*] Magistratu domum suam aut alienam accedente, lictor ejus præcedens virga fores pulsabat. Liv. lib. 6. Plin. lib. 7.

10. *Genero sacros honores.*] Pompejo, cui nupsit Julia Cæsaris filia. sed cur bis idem dicit poëta? Intellige si placet, M. Vipsanium Agrippam cui nupta est Augusti Julia, quem usque in tertium consulatum amicitia principis evexit. *Vellejus.* & hunc esse sensum poëtæ patet ex sequentib.

11. *Pacificus, &c.*] Templum Jani bis claudebatur ante Octavium, quod erat signum pacis. tertio claudebatur, imo ter, sub ipso Augusto, semel quidem cum M. Agrippa secundum consule. unde nomina eorum illustrata.

Janus nomina, Silius frequentes
Mavult ſic numerare conſulatus.

Vel, Quorum tertium conſulum nomina referebantur in Faſtos, qui in tutela & auſpicio Jani. epigr. 2. ſupra.

13. *Sic numerare conſulatus.*] In ſe & duobus filiis, quam in ſe uno tres conſulatus, ut Pompejus & Agrippa.

In Cæcilianum. LXVII.

HOras quinque puer nondum tibi nunciat, & tu
Jam conviva mihi, Cæciliane, venis.
Cum modo diſtulerint raucæ vadimonia quartæ,
Et Floralicias laſſet arena feras.
Curre, age, & illotos revoca, Calliſte, miniſtros:
Sternantur lecti: Cæciliane, ſede.
Caldam poſcis aquam; ſed nondum frigida venit:
Alget adhuc nudo clauſa culina foco.
Manè veni potius. nam cur te quincta moretur?

Ut

Cæcilianum convivam præmaturè ad cœnam ventitantem, jubet aut maturius aut ſerius adeſſe, hoc eſt, omninò abeſſe.

1. *Horas quinque.*] Nondum quintam, præproperam nimis cœnæ horam. vide epigramm. 8. libro 4. ỽſ. 7. *Puer nondum, &c.*] Servorum erat nunciare horas. Juvenal. Sat. 10.

—— *Clamore opus eſt, ut ſentiat auris,*
Quem dicat veniſſe puer, quot nunciet horas.

Nuntiabant igitur horas pueri, & monebant quando lavare, geſtare, cœnare oporteret.

3. *Diſtulerint.*] In alterum diem, quod fiebat hora tertia, quæ exercebat cauſſidicos. epigr. 8. lib. 4. idque propter ludos Florales. *Raucæ.*] Sic ep. 8. lib. 4. *raucos cauſſidicos.* *Vadimonia.*] Synecdochice pro judiciis. Vadimonium enim eſt ſponſio ſiſtendi in judicio. *Quartæ.*] Horæ ſcilicet litium forenſium differendi. Alii, *chartæ.* perperam. vide J. Salmuth ad Pancirolum. cap. de cibi capiendi modo veterum pag. 538. Al.

4. *Floralicias feras.*] Lepores, capreas, &c. ab Ædilibus exhibitas in Floralibus. de quibus epigramm. 3. lib. 1.

5. *Illotos revoca, &c.*] Ante octavam, quæ hora eſt balnearum.

6. *Lecti.*] Triclinares, quibus accumbitur.

7. *Caldam poſcis, &c.*] Aquam calidam, ad vomitum vel ad vinum diluendum. Lipſ. Elect. 1. cap. 4. *Caldam poſcis aquam: nondum mihi frigida venit.*

8. *Nudo clauſa, &c.*] Sine igne & lignis. Alii, *cluſa.*

9. *Mane veni potius, &c.*] Importune & intempeſtive veniſti, perinde ac primo mane: opportunius & humanius veniſſes tarde & poſt cœnæ horam.

10. *Ant*

Ut jentes, sero; Cæciliane, venis.

10. *Aut cur non sero.*] Josias Mercerus ex vestigiis antiquæ scripturæ, *ut jam te sero*, rescribit ingeniosissime, *Ut jentes serò, &c.* Sciptum fuerat, *Ut jantes.* Hora jentaculi tertia aut quarta erat. unde Martialis eum qui ad quintam venerat pransurus, serò venire dixit, ut jentaret. nimis tempori, ut pranderet. *Gustare* etiam pro jentare dicebant. *Gustum* etiam & *gustationem* pro jentaculo dicebant. Glossatium vetus: *gustus*, γεῦμα, γαρέσιμον. *gustare*, βυκκίσαι. scio *gustum* & *gustationem* etiam primam partem cœnæ dictam. veteres Glossæ γαρέσιμον exponunt, quod garum vel oxygarum & alia salsamenta in illa cœnæ initiatione adponerentur. Martialis:

—— Adfertur protinus ingens
Inter lactucas oxygarumque liber.

Nam lactucæ & oxygarum in gustu apponebantur. *Gustarium* etiam hodie dicimus ante cœnam vel merendam, hoc est, cibum illum quem sumimus inter cœnam & prandium. raro autem prandebant veteres, & jentaculum cum prandio multi confundebant. *Salmasius.*

Ad Entellum. LXVIII.

Qui Corcyræi vidit pomaria regis,
Rus, Entelle, tuæ præferat ille domus.
Invida purpureos urat ne bruma racemos,
Et gelidum Bacchi munera frigus edat;
Condita perspicua vivit vindemia gemma,
Et tegitur felix, nec tamen uva latet.
Fœmineum lucet sic per bombycina corpus:
Calculus in nitida sic numeratur aqua.
Quid non ingenio voluit natura licere?
Autum-

Vindemiam Entelli etiam hyeme florentem, miroque artificio conservatam laudat.

1. *Corcyræi, &c.*] Alcinoi regis Phæacum Corcyra enim maris Ionii insula, ubi laudatissimos hortos coluit Alcinous. vide epigramm. 64. lib. 4. ℣. 29.

2. *Rus, Entelle, &c.*] Præferat tuum hortum illius horto.

3. *Urat ne bruma, &c.*] Mordeat. supra epigr. 14. ℣. 2. *Boreæ penetrabile frigus adurit.* Virgil. καίει τὸ ψυχρὸν διὰ τὸ συνάγειν, ἢ ἀντιπεριστάναι τὸ θερμόν. Arist.

4. *Bacchi, &c.*] Vites.

5. *Condita perspicua, &c.*] Lapide speculari tegitur ab injuria frigoris. epigr. 14. supra ℣. 3.

6. *Felix.*] Quia tempore etiam alieno ferax; aut quia tecta & munita contra hyemes.

7. *Bombycina corpus.*] Multitia è bombyce vel serico intexta, tenuia & pellucida. Senec. benef. lib. 7. cap. 9. & Juvenal. sat. 2. ℣. 66. hujusmodi vestes vitreæ, nebulæ lineæ, vela serica, carbasei venti, texta pellucida matronis Romanis in usu erant, ut nostris hodie dominis, *lawne and tiffenei.*

8. *Sic numeratur aqua.*] Ita perlucent & apparent calculi, ut numerari possint.

9. *Quid non, &c.*] Claudit epigramma cum

Autumnum sterilis ferre jubetur hiems.

ma cum exclamatione per admirationem humanæ industriæ & solertiæ ingenii, quod nil non possit arte efficere.

10. *Autumnum, &c.*] Ita muniti specularibus horti, ipsa bruma fructus ferunt, perinde ac in autumno.

In Vacerram. LXIX.

Miraris veteres, Vacerra, solos,
Nec laudas nisi mortuos poëtas.
Ignoscas petimus, Vacerra: tanti
Non est, ut placeam tibi, perire.

Mortuos tantum laudabat poëtas Vacerra. Martialis argute: non tanti facio tuas laudes, ut tua caussa velim ante diem mori, quo abs te laudari possim.

1. *Miraris veteres, &c.*] Vide epigramm. 10. lib. 5. ℣ſ. 4.

3. *Tanti.*] Ut tua mihi post fata contingat laus, non propero mori. dict. epigr. ℣ſ. 6.

De Nerva. LXX.

Quanta quies placidi tanta est facundia Nervæ;
Sed cohibet vires ingeniumque pudor.
Cum siccare sacram largo Permessida posset
Ore, verecundam maluit esse sitim:
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus, famæ nec dare vela suæ.
Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

In

Laudat Nervam Imperatorem ab ingenio poëtico, qui etiam puer, à carminis dulcedine Tibullus appellabatur.

1. *Quanta quies, &c.*] Æque facundus & carmine dulcis est Nerva, ac mitis & lenis. de lenitate Nervæ, Aurel. Victor. Dio. Eutropius: de poësi noster epigr. 27. lib. 9. Plin. Jun. lib. 5. epist. 3. Gyrald. dial. 5. Nero qui Nervam appellavit suum Tibullum. ep. 27. lib. 9. ℣ſ. 9.

2. *Sed cohibet, &c.*] Modum, pudorem & decorum adhibet in poësi, non proluit se fonte Caballino, cui vel exhauriendo sufficeret; non laxas ingenio habenas indulget; sed sibi temperat, & modice bibit fontem Musarum Permessida, advertens quid deceat virum magnum, & minorum studiorum gloriam ad viros inferioris sortis relegans.

5. *Pieriam.*] Poëticam. *Tenui frontem redimire, &c.*] Hederacea, quæ elegiographiis & epigrammatariis datur, cum posset heroicus quernam mereri.

6. *Famæ nec vela dare.*] Non colligere omnem, quam possit, nominis celebritatem.

7. *Sed tamen hunc, &c.*] Ut supra, ℣ſ. 1.

Postumia-

In Poſtumianum. LXXI.

QUattuor argenti libras mihi tempore brumæ
Miſiſti ante annos, Poſtumiane, decem.
Speranti plures (nam ſtare, aut creſcere debent
Munera) venerunt pluſve, minuſve duæ.
Tertius, & quartus multò inferiora tulerunt.
Libra fuit quinčto Septitiana. quid eſt?
Beſſalem ad ſcutulam ſexto pervenimus anno:
Poſt hunc in cotulâ raſa ſelibra data eſt.
Octavus ligulam miſit ſextante minorem:
Nonus acu levius vix cochleare tulit.
Quod mittat nobis decimus jam non habet annus:
Quattuor ad libras, Poſtumiane, redi.

Ad

Poſtumianus quotannis ad Saturnalia, poëtam donis coluit; ſic ut quo magis creſcerent anni, eo minus donaret; jamque poſt decimum annum adeo minuerat munera. Monet ergò hunc Martialis, ut incipiat à primo rurſus anno, rurſumque mittat quatuor argenti libras, atque ita deinceps pergat. *Rad.*

1. *Tempore brumæ.*] Saturnalibus in menſe Decembri.

3. *Nam ſtare, &c.*] *Beneficia ſubvertis antiquiora, niſi illa poſterioribus cumules.* epiſt. 4. lib. 3. & Seneca 2. de Benef. cap. 11. *parum eſt dediſſe, fovenda ſunt beneficia, &c.*

6. *Libra fuit quinto Septiciana quidem.*] Id eſt, libra argenti Septiciani, quod appellat lib. 4. epigr. 88. Ut mox, in cotyla *raſa ſelibra* eſt argenti raſilis. Nec vero tam frigidum eſt, quam volunt *τὸ quidem.* Dicit enim: Quinto anno venit mihi libra argenti i ſane Septiciani, vel fateor Septiciani: relinquens intelligendum: ſed tamen tantum libra, quum ſtare aut creſcere debeant munera; tu autem olim quatuor libras miſeris. Vide Gronovium de pecunia vetere lib. 4. cap. 13. Quod ſi mavis Scriveri, *quid eſt?* ut hoc lib. ep. 17. intellige: quid eſt cauſa? quid hoc ſibi vult? *Gronov.*

7. *Beſſalem, &c.*] Ad vaſculum octo unciarum. *Beſſalis* ergò à beſſe: bes octo conſtat unciis. *Scutula* ergò erat vas cavum & rotundum à ſcuto dictum; unde & *ſcutella* apud Ciceronem.

8. *In cotulâ, &c.*] Cotyla ſeu calix politus vel cælatus ſex unciarum datus eſt.

9. *Ligulam miſit, &c.*] Vaſculum, menſuram, quæ quartam partem cyathi continet. alias ſignificat *ſpathulam*, gladiolum. ut ſupra epigr. 33. ℣ſ. 23.

10. *Acu levius, &c.*] Alii, *acu levius mî cochl.* Hoc loco videtur cochlear diſtingui à ligula, quod multi tamen negant.

11. *Quod mittat, &c.*] Non invenit quod minus mittat.

12. *Quattuor, &c.*] Incipe rurſus à primo anno, & perage, ſi placet, annua munera in circulum.

Ad librum suum. LXXII.

NOndum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus,
Artanum properas sequi, libelle:
Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti Narbo Paterna Votieni
Ad leges jubet annuosque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille, & hic amicus.
Quam vellem fieri meus libellus!

Artano Narbonem redeunti comitem donat libellum, vices auctoris obeuntem, qui vellet ipse esse libellus, id est, comes Artani.

1. *Nondum murice.*] Libros purpureis ornatos coloribus, titulos minio scriptos, umbilicis cultos, frontes pumice rasas, ex Ovid. l. 1. Trist. eleg. 1. disces. Vide epigr. 2. lib. 3. ℣. 11. & epigr. 67. lib. 1. ℣. 11.

3. *Artanum, &c.*] Amicum poëtæ redeuntem Roma Narbonem, celeberrimam Galliæ Braccatæ civitatem.

5. *Docti patria Narbo.*] Gruterus & Scriverius docuerunt in melioribus codd. esse: *Docti Narbo Paterna Votieni.* Et id confirmat Pontanus Isacius in Appendice ad Itinerarium veteri Inscriptione: COL. JUL. PATERNA. NARBO. Succurrit alia primum edita Sirmondo ad Sidonii Burgum Pontii, in qua hæ siglæ, C. I. P. N. M. significant. Coloniam Juliam Paternam Narbonem Marcium. *Gronov. Votieni.*] Poëtæ nobilis.

6. *Ad leges jubet, &c.*] Ad jus dicendum & magistratum. Narbo fuit colonia Romana, unde Martius dictus est, & ad Romæ formam administrabatur.

7. *Paribus, &c.*] Ut contingat tibi locus bonus: ut amicus bonus.

9. *Quam vellem, &c.*] Ut utroque frueret; Narbone, loco amœnissimo; Artano, amico sincerissimo.

Ad Instantium. LXXIII.

INstanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec nivea simplicitate prior:
Si dare vis nostræ vires animosque Thaliæ,
Et victura petis carmina; da, quod amem.
Cynthia te vatem fecit, lascive Properti:

Inge-

3. *Thaliæ.*] Epigr. 8. lib. 4. ℣. 12. & epigr. 16. lib. 7. ℣. 4.

4. *Da, quod amem.*] Μουσικὴν ἔρως διδάσκει inquit Plutarch. certe feliciter cessit amor non paucis poëtis, quibus amicæ materiam felicem in carmina præbuerunt, unde juncta nomina toto cantantur in orbe. ut canit Ovidius eleg. 3. lib 1. Amorum.

5. *Cynthia te vatem, &c.*] Latinos recenset poëtas. quorum ingenia amor excitavit, quorum amores & amicas nemo propemodum non audivit, qui de ipsis poëtis, quamvis sub aliis nominibus. vide Gyrald. de vitis poëtarum.

Impe-

Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictavit, docte Catulle, tibi.
Non me Peligni, nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

In malum medicum. LXXIV.

HOplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante:
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

Imperitum medicum irridet, ex vicina vocum cognatione, capto joco.

1. *Hoplomachus, &c.*] Gladiator armatus. ex ὅπλα & μάχη. *Ophthalmicus ante*] Medicus ocularis. (*an oculist.*) Et ludit à vicinia nominum simul & artium. sic epigrammate 31. & 48. lib. 1.

2. *Fecisti medicus, &c.*] Excæcas homines. videturque Samnitum & gravis armaturæ gladiatorum pugna fuisse punctim ferire. vide Lipsii Saturnal.

De Gallo Lingono. LXXV.

DUm repetit sera conductos nocte penates
Lingonus à Tecta Flaminiaque recens:
Expulit offenso vitiatum pollice talum,
Et jacuit toto corpore fusus humi.
Quid faceret Gallus, qua se ratione moveret?
Ingenti domino servulus unus erat,
Tam macer, ut minimam posset vix ferre lucernam:
Succurrit misero casus, opemque tulit.

Quat-

Historicum epigramma de sacerdote Cybeles, qui offenso pede eliserat talum; quem jacentem, vespillones à servulo unico & macro rogati, retulerunt domum in sandapila. Hunc Gallum æquè mortuum potuisse dici affirmat poëta, quam illud cadaver; quod illud esset exanime, hic eviratus. *Raderus.*

1. *Conductos penates.*] Conductam ære cellam, paupertinum fuisse docet, qui ædibus caruerit, ut fuerit opus conducere pretio; & cellam tantum, non domum, sed domus partem.

2. *Lingonus.*] Ex urbe Galliæ Celticæ. *Langres.* *Tecta, &c.*] Viâ Tectâ seu Fornicatâ, quæ ad Campum, prope Flaminiam.

3. *Expulit, &c.*] Elisit talum, læso pollice pedis.

6. *Ingenti domino, &c.*] Grandi & obeso.

7. *Ferre lucernam.*] In usum domini, adversum ingruentem subito pluviam vel tempestatem, Alii, *ferre lucernam:* quia *sera nocte.* Rectè.

8. *Succurrit misero.*] Servo misero, qui dominum portare non poterat, casu occurrerunt vespillones, qui cadaver efferebant.

 9. *Inscri-*

Quattuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos comes invalidus submissa voce precatur,
Ut quocumque velint corpus inane ferant.
Permutatur onus, stipataque tollitur altè
Grandis in angusta sarcina sandapila.
Hic mihi de multis unus, Lucane, videtur:
Cui merito dici, mortue Galle, *potest.*

9. *Inscripti, &c.*] Servi stigmatiæ, literis inusti, literati vespillones. *Inscripti.*] Erant enim publica mancipia huic operi attributa. *Inscripti* autem, ut *Literati* Plauto, & Apuleio. Juvenalis Satyr. 14.

Quem mire afficiunt inscripta ergastula, carcer
Rusticus.

Seneca lib. 3. de Ira. cap. 3. *Varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, & bestiarum immanium caveæ.* Herald. *Vile cadaver.*] Et idcirco ab inscriptis servis & vespillonibus bajulabatur.

10. *Accipit infelix, &c.*] E pauperibus enim plures in unum rogum conjiciebantur. At contrà divitum & clarorum virorum rogi elati & superbi erant. Ipsum etiam sepulchrum majus quandoque & altius exstruebant honoratioribus. *Herald.*

11. *Comes, &c.*] Servus Galli.

12. *Inane ferant.*] Sterile, & impotens ad generandum sui simile; expers procreatricis facultatis, quæ vegetantis animæ est. Aristotel. de Anima. cap. 4. tex. 48. vide ℣. 16. infra. Raderus mavult hoc referri ad cadaver. Rogat enim servus, ut cadaver in quemcunque angulum deponant, & rollant dominum suum, domumque ferant, & deinde cadaver porro efferant. *Inane.*] Mortuum, ψυχῆς ἐστερημένον. Ovid. in Epicedio Tibulli:

Ille tui vates operis, tua fama Tibullus,
Ardet in exstructo corpus inane rogo.

Sic *inane solum*, pro inferis. Erravit, unde quis hoc deprompserit. Allusit enim ad locum Statii l. 1. Thebaidos: *Pulsat inane solum.* Quod ad eum locum diximus, de vacuis OEdipi oculorum locis accipiendum esse. *Gronov.*

13. *Permutatur onus.*] Gallus cadavere. *Stipataque, &c.*] A quatuor stigmate inustis libitinariis. *vel* stipata, id est, intrusa & inserta in angustam sandapilam, quæ præpinguem Gallum vix caperet.

14. *Sarcina.*] Gallus. *Sandapila.*] Sandapila enim vilia cadavera efferebantur, ut norat Fulgentius.

15. *Hic mihi de multis.*] Adagium protritum, εἷς ἐκ πολλῶν, pro vili, ignoto.

16. *Cui merito dici, &c.*] In quem competit dicterium illud in Gallos Cybeles ministros jactum, quibus eviratis mortua erat Venus, ℣. 8. modo.

In Gallicum. LXXVI.

Dic verum mihi, Marce, dic amabo;
Nil est, quod magis audiam libenter:

Sic

Argutissimè tangit Gallicum de suo ingenio scriptisque sententiam poëtæ requirentem, & aliquid laudis aucupantem. vide epigramm. 64. lib. 5. & epigr. 27. lib. 7. ℣. 9. & Persii Satyr. 1. ℣. 55.

2. *Liber.*]

Sic & cum recitas tuos libellos,
Et caussam quoties agis clientis,
Oras, Gallice, me rogasque semper,
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergò quid sit, audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

Ad Liberum amicum. LXXVII.

LIber, amicorum dulcissima cura tuorum,
Liber, in æterna vivere digne rosa;
Si sapis, Assyrio semper tibi crinis amomo
Splendeat, & cingant florea serta caput.
Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno,
Et caleat blando mollis amore torus.
Qui sic, vel medio finitus vixit in ævo,
Longior huic facta est, quam data vita fuit.

2. *Liber.*] Ad eundem Liberum, epigram. 74. l. 3. *In rosa.*] In perpetua floriulentia ætatis, voluptatis, deliciarum.
3. *Amomo Assyrio, &c.*] Unguentis delibuti & floreis sertis coronati convivabantur veteres. vide quæ ad Senecæ Thyesten adnot. Farnab. v 942. & 945.
5. *Crystalla Falerno.*] Pocula crystallina.
7. *Qui sic, &c.*] Pauci anni genialiter acti (quæ Epicureis vera vita est. epigr. 16. lib. 1. ✝︎. 4.) æquant, imo superant longissimam vitam, quæ voluptate caret. Contra vero Cicero & egregie: *unus dies bene & ex præceptis tuis*, ô Philosophia, *actus, peccanti immortalitati est anteponendus.* 5. Tusculan. quæst.

De ludis Stellæ. LXXVIII.

QUos cuperet Phlegræa suos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos:
Fecit

Laudat Stellam, à quo præter triumphum Domitiani, carmine celebratum, etiam ludi ad honorem Principis, & victoriæ memoriam sunt dati: quem tamen honorem præsentia Cæsaris superavit; quod his Stellæ ludis interesse non sit dedignatus. *Rad.*

1. *Quos cuperet, &c.*] Stella non carmine tantum celebravit victoriam Sarmaticam Domitiani, sed & ludis, qualibus tuum de gigantibus à te in Phlegræis campis, ô Hercules, devictis; vel tuum, ô Bacche, devicta India triumphum celebrari velis. De Phlegræâ vero Herculis potius quam Jovis victoria intelligendum censeo, quod & Silius lib. 1. eas conjungit.
— *Qualis odoratis descendens*
Liber ab Indis, &c. —
Mox,
Aut cum Phlegræis confecta mole gigantes
Incessit campis tangens Tyrinthius astra.
2. *Indica pompa.*] Indicus triumphus.

Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi:
O pudor! ô pietas! & putat esse parum.
Non illi satis est turbato sordidus auro
Hermus, & Hesperio qui sonat orbe Tagus.
Omnis habet sua dona dies, nec linea dives
Cessat; & in populum multa rapina cadit.
Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimbis:
*Nunc dat * spectatas tessera larga feras.*

Nunc

phus. *Lyaeus*, Bacchus, ἀπὸ τοῦ λύειν, quod curas solvat vinum: unde *Liber* à Latinis est appellatus, quod animum à curis liberet.

3. *Fecit Hyperborei, &c.*] Fecit ludos Sarmatici triumphi, quem & carmine descripsit Stella.

5. *Non illi satis est, &c.*] Stellæ, ad liberalitatem non satis est quicquid habent auri Hermus & Tagus, in populum sparsisse. Virgil. 2. Georg.

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Et noster *sordidus* dixit.

7. *Omnis habet sua dona dies.*] Plures dies agebantur ludi, in quibus instaurabantur dona, eaque varia. *Nec linea dives.*] O quantum negotii & sudoris indagatoribus Criticis facessit hæc *linea!* Bulengerus exponit, ordinem dierum, quibus missilia dabantur. Turnebus contextam è gemmis lineam. Calderinus, caveam divitum & cuneos. Lipsius, pro ordine subselliorum, interpretatur *divitem lineam*, Orchestram, in qua Senatus. Cælius Rhod. lineam albam in carceribus Circi, lib. 5. cap. 14. Raderus, perpetuam seriem donorum. Post hos, si quis conjecturæ meæ locus, dicerem continuata fuisse missilia ferarum & volucrum, quæ capiebantur linea, quod retis genus est. vide quæ ad Senecæ Hippolytum ℣. 46. & Pierii Hieroglyph. 7. *Dives, &c.*] Missilia ludorum Stellæ commendat illo Epigrammate Martialis quorum magnificentiam & opulentiam describens ait, non illi satis fuisse aurea dona in populum spargere; sed etiam margaritas misisse quæ auro pretiosiores. Quis ergò hic non videt *lineam divitem* ex genere missilium fuisse, quæ in ludis Stellæ, populo sparsa sunt? gemmas & margaritas in illis missilibus spargi solitas ostendit Suetonius. Ergo per *lineam divitem* intelligi debere certum est, margaritarum lineam. *linea margaritarum*, & *margaritarum in linea* mentio apud Jurisconsultos. *Filum margaritarum* alii dixere; alii *linum*. Tertullianus de habitu muliebri: *uno lino decies sestertium inseritur:* id est, uni filo, vel uni lineæ. nam linea est σειρά. hinc *monolinum* simplex margaritarum linea: ut *dilinum* duplex: *trilinum* triplex, &c. vel triplici linea margaritæ insertæ. *Salmas.*

8. *Rapina cadit.*] Direptio missilium per tesseras & sine tesseris. Alii leg. *pruina.* alii *ruina.*

9. *Numismata nimbis.*] HS. sparsi è loco superiore.

10. *Nunc dat spectatas, &c.*] In sphærulis seu tesseris ligneis, quæ spargebantur in populum, inscripta sunt munera vulgo cessura, (*) vel visarum & præsentium (*) vel absentium ferarum aviumque. Tesseras ergò & sphærulas seu globulos populus rapiebat quum jactarentur, & quod quisque in tessera signum habebat, illud accipiebat ab Imperatore, ut si tesseræ esset inscriptus cervus, equus, domus; domum, equum vel cervum à Cæsare vel munerario accipiebat. *Missilia* ergò rem ipsam spargunt & mittunt: *Tessera* promittunt:

*Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & * abſens*
Sortitur dominos, ne laceretur, avis.
Quid numerem currus, ter denaque præmia palmæ,
Quæ dare non ſemper conſul uterque ſolet?
Omnia ſed, Cæſar, tanto ſuperantur honore,
Quod ſpectatorem te tua laurus habet.

mittunt: ita non laceratur rapientium manibus abſens avis, & implet ſinus ſecuros: qui enim in ſinum condidit teſſeram, non metuit ne evolet avis, ſed ſecurus eſt. Turneb. lib. 29. cap. 9.

11. *Securos gaudet, &c.*] Viritim diviſa. vel non cogitantium aut captantium. vel quibus forte per ſymbolum contigit.

12. *Sortitur dominos.*] Qui ſymbolum jactum occuparunt.

13. *Quid numerem currus.*] Aurigarum factiones. *Ter denaque, &c.*] Ingentia victoriarum præmia. Palma enim multis præmium. Gladiatores victores cum palma diſcurrebant.

14. *Quæ dare, &c.*] Plura quam quæ vel duo conſules in ludis ſuis & ſpectaculis dant. an conſul erat Stella? an votivi hi ludi?

16. *Quod ſpectatorem, &c.*] Quod dignaris tua præſentia ludos hos, quibus Stella celebrat lauream tuam Sarmaticam.

In Fabullam. LXXIX.

OMnes aut vetulas habes amicas,
Aut turpes, vetuliſque fœdiores:
Has ducis comites, trahiſque tecum
Per convivia, porticus, theatra.
Sic formoſa, Fabulla, ſic puella es.

5. *Sic formoſa, Fabulla, &c.*] Inter has vetulas & turpes: his aniculis & ſilicerniis collata, vis formoſa & puella videri.

Ad Domitianum. LXXX.

SAnctorum nobis miracula reddis avorum,
Nec pateris, Cæſar, ſecula cana mori:

Cum

Pugillatum exercuere Lacedæmonii, ejuſque pugnæ auctorem Pollucem tradunt. Domitianus jam deſitum pugillatum revocavit, à quo facto poëta laudat Cæſarem, & affirmat illi in acceptis referenda & antiqua & recentia ſpectacula, templa, &c. *Radera.*

1. *Sanctorum nobis.*] Pugilatum revocas. *Miracula.*] Quæ mirabatur antiqua ſimplicitas, illa revocaſti. Nec enim gladiatorum cruenta ſpectacula ptiores Romani edidere; nec venationes tam feras, ut cum feris cogerentur pugnare homines. *Rad.*

2. *Cana mori.*] Antiqua, priſca.

3. *Cum*

Cum veteres Latiæ ritus renovantur arenæ,
Et pugnet virtus simpliciore manu.
Sic priscis servatur honos te præside templis,
Et casa tam culto sub Jove numen habet.
Sic nova dum condis, revocas Auguste, priora:
Debentur quæ sunt, quæque fuere, tibi.

3. *Cum veteres.*] Olim pugiles in Circensibus committebantur, tu revocas illam consuetudinem. *Arena.*] Qui majoribus nostris Trojâ profectis inter spectacula. Petr. Scriverius de gladiatoribus intelligit. Quod & de pugilatu dicitur. Sic Dares *Buten fulva moribundum extendit arena.* atque Entellus *ingens media consistit arena.* Æneidos 6.

4. *Simpliciore manu.*] Pugnis nudis vel cœstibus.

5. *Sic priscis servatur, &c.*] Ut ludos veteres instauras, ita templa quamvis humilia colis, magnaque ob sanctam vetustatem in veneratione habes.

6. *Et casa, &c.*] Nec Jupiter. donariis utcunque dives & magnificis templis cultus, fastidit humilem suam in Capitolio casam: nec Domitianus Jupiter noster, in tanta gladiatorum copia, dedignatur spectare pugiles. *Culto Jove.*] Tam divite & magnifico templis. Et pro *numen*, alii *nomen.*

7. *Nova dum condis, &c.*] Templa epigramm. 4. lib. 9. ℣f. 8. & spectacula.

De Gellia. LXXXI.

NOn per mystica sacra Dindymenes,
Nec per Niliacæ bovem juvencæ,
Nullos denique per deos, deasque
Jurat Gellia: sed per uniones.
Hos amplectitur, hos deosculatur:
Hos fratres vocat, hos vocat sorores:
Hos natis amat acrius duobus.
His si quo careat misella casu,
Victuram negat esse se nec horam.

Eheu

Gellia vita sua chariores habebat gemmas, sine quibus negabat se posse vivere. Poëta precatur, ut à fure Sereno gemmæ clepantur, Gelliaque moriatur. *Rad.*

1. *Mystica sacra.*] Initia & mysteria Deæ Dindymenes, Catullus crotalum, & tympanum fuisse canit. Forte possunt hic mystica sacra accipi, pro sacris Bonæ Deæ, quæ solæ fœminæ curabant. *Dindymenes.*] Cybeles, à Dindymo monte Phrygiæ, vel bonæ Deæ.

2. *Nec per Niliacæ, &c.*] Nec per Apim bovem, sub cujus specie Ægyptii colebant Osirim, cui nupsit Isis, Ægyptiorum ex Iô vacca, dea.

4. *Uniones.*] Margaritas, gemmas. Per ea vero quæ sibi charissima fuerunt, jurabant veteres.

5. *Deosculatur.*] Alii, *perosculatur.*

10. *Eheu*

Eheu quam bene nunc, Papiriane,
Annæi faceret manus Sereni!

10. *Eheu quam, &c.*] O utinam uniones hos subduceret piceata furis alicujus, qualis fuit An. Serenus, manus, ut statim moreretur Gellia usu vitæ indigna, vel ob hoc, quod nesciat quid in vita sit amandum. Argute ergò, ait poëta, eam dignam morte, quæ gemmas plus Diis, plus suis liberis, plus sua vita & se ipsa diligat.

Ad Domitianum. LXXXII.

DAnte tibi turba querulos, Auguste, libellos,
Nos quoque, qui domino carmina parva damus;
Posse deum rebus pariter, Musisque vacare
Scimus; & hæc etiam serta placere tibi.
Fer vates, Auguste, tuos: nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior, deliciæque sumus.
Non quercus te sola decet, nec laurea Phœbi,
Fiat & ex ederâ civica nostra tibi.

Laudat Domitianum quod faveat poëtis; nec summis & epicis tantum, sed epigrammatariis etiam.

1. *Querulos libellos.*] Libellos supplices.

2. *Nos quoque, qui.*] Alii, *quod.* Ut scil. populo licet preces fundere, & libellos supplices tibi offerre; ita nobis poëtis, ô Cæsar, licet carmina porrigere & dedicare. *Carmina parva*] Epigrammata. Vel quæ materiam non illustrem complectuntur.

3. *Deum.*] Te Domit. epigramm. 8. lib. 5. ℣s. 1. *Rebus pariter.*] Administrationi Reip. & orbis terrarum. *Musisque, &c.*] Studiis, literis, carminibus.

5. *Tuos, &c.*] Sic Quintil. lib. 10. cap. 1. *Amas poëticam Cæsar, &c.*

7. *Non quercus, &c.*] Non quercus sola te, ô Imperator decet, non laurus, ob servatos cives devictosque hostes; sed & hederæ doctarum præmia frontium tibi poëtæ poëtisque faventi debentur; sic affatur Augustum Virgil. eclog. 8.

—— hanc sine tempora circum
Inter victrices ederam tibi serpere lauros.

Ponebatur enim querna corona, civica dicta, in vestibulo palatii: laurus ante limina. Quod primum in honorem Augusti factum: deinde & cæteris Imperatoribus datum. *Herald.*

8. *Fiat & ex ederâ.*] Et coronam poëticam mereris, vel quia ipse poëta; vel quia faves poëtis. Virgil. Eclog. 7. *Pastores hedera crescentem ornate poëtam.* Servius; poëtas hedera coronari dicit, quod sacri Baccho, cui edera sacra; unde & ipsi velut Bacchæ insanire dicuntur: vel quia semper virent ederæ; quemadmodum carmina æternitatem & merentur, & aliis pariunt. *Civica nostra.*] Quæ nobis civibus tuis datur, illa etiam te decet. Aut fiat corona tibi Imperator ex edera, quia poëtas minorum gentium; seu minores etiam amas, servas & ornas. *Rad.*

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER IX.

Ad Avitum. I.



Ote, licet nolis, ſublimi pectore vates,
Cui referet ſerus præmia digna cinis.
Hoc tibi ſub noſtra breve carmen imagine vivat,
Quam non obſcuris jungis, Avite, viris.
Ille ego ſum nulli nugarum laude ſecundus:
Quem non miraris, ſed puto, lector, amas.
Majores majora ſonent: mihi parva locuto
Sufficit in veſtras ſæpe redire manus.

1. *Note, licet nolis.*] Utcunque ſciam quantum carmine valeas, quantoque ſublimiorem ipſe potuiſſes imagini noſtræ adjeciſſe inſcriptionem; ſubſcribe tamen, ſi placet, hoc tetraſtichon imagini meæ, quam in bibliothecam tuam admittere dignaris. Alii, *Non te celabis. Nolis.*] Pro *nobis*, cum Grutero legendum *non vis*, id eſt, quamvis ipſe tuam famam premas.

3. *Breve carmen, &c.*] Tetraſtichon quod ſeq. *Ille ego ſum, &c.*

4. *Non viris.*] Clariſſ. autorum imaginibus in bibliotheca tua.

6. *Quem non miraris, &c.*] Vide epigramma 49. lib.4. *Illa tamen laud. &c.*

Martialis Turanio ſuo S.

AVe, mi Turani, frater cariſſime. Epigramma, quod [1] extra ordinem paginarum eſt, ad Stertinium clariſſimum virum ſcripſimus, qui [2] imaginem meam ponere in bibliotheca ſua voluit. De quo ſcribendum tibi putavi, [3] ne ignorares Avitus iſte quis vocaretur. Vale, & para hoſpitium.

De

Auctoritate MSS. freti neque conſilio minus P Scriverii, epiſtolio poſt epigramma ad Avitum dedimus ſecundum locum: qui tamen nullum habet in Bodleiano aliiſque quibuſdam MSS.

1. *Extra ordinem, &c.*] Separatum à reliquis epigramma; unde in quibuſdam MSS. deſideratur.

2. *Imaginem, &c.*] Pro more exornandi, tum publicas, tum privatas bibliothecas ſcriptis & imaginibus veterum & optimorum autorum.

3. *Ne ignorares.*] Poëta, volente (ut puto) ipſo per modeſtiam Stertinio, cum Aviti nomine inſigniret Stertinium, noluit tamen hoc latere Turanium.

De

De templo Flaviæ gentis. II.

DUm Janus hiemes, Domitianus autumnos,
Augustus annis commodabit æstates:
Dum grande famuli nomen asseret Rheni
Germanicarum magna lux calendarum:
Tarpeia summi saxa dum patris stabunt:
Dum voce supplex, dumque thure placabit
Matrona divæ dulce Juliæ numen:
Manebit altum Flaviæ decus gentis,
Cum sole, & astris, cumque luce Romana.
Invicta quidquid condidit manus, cælum est.

De hoc templo Sueton. in Domit. cap. 1. 5. & 17.

1. *Dum Janus hiemes.*] Quandiu erunt hyemes, quarum medio mensi Janus dedit nomen. *Domitianus autumnos.*] Quandiu erit autumnus, cujus mensem Octobrem Domitianus à se appellari voluit Domitianum.

2. *Augustus, &c.*] Quamdiu erunt æstates, in quibus mensis Sextilis ab Augusto denominatus est.

3. *Dum grande, &c.*] Dum magna & prima dies Septembris redit, qui à Domitiano nomen habet Germanici, ob Germanos Rheni fluv. accolas subactos.

5. *Tarpeia, &c.*] Dum stabit capitolium Jovis à Tarpeia olim Sabinis proditum.

6. *Dum voce supplex, &c.*] Dum matronæ Rom. thure & precibus colent Juliam Titi filiam, quam perdite amatam & ex conceptu abacto mortuam Domitianus consecravit relatam in deam.

8. *Altum Flaviæ, &c.*] Templum Flaviæ gentis à Domitiano conditum. Suet. Domit. cap. 1. 5. & 17. noster infra 4. & 35. Concludit per inductionem: Quamdiu Sextilis vocabitur Augustus, Germanicus September, Domitianus October: & quamdiu Dea coletur Julia; tam diu durabit templum illustre & magnif. regale gentis Flaviæ. Et velut ipse Sol & sidera & imperium Romanum semper durabunt: ita cum Sole, &c. etiam hoc templum Cæsaris Flaviæ gentis. *Rad.*

9. *Cum sole, &c.*] Quandiu fulgebunt Sol, astra, & gloria imperii Rom. locutio Ovidiana: *Cum sole & luna semper Aratus erit.* eleg. 15. lib. 1. Amorum.

10. *Cælum est.*] Æternum, ut cœlum. ex scholæ Peripateticæ sententia.

In Lupum. III.

PAuper amicitiæ cum sis, Lupe, non es amicæ;
Et queritur de te mentula sola nihil.
Illa siligineis pinguescit adultera cunnis;
Convivam pascit nigra farina tuum.

Incen-

1. *Pauper, &c.*] Vide Juven. sat. 7. ỳſ. 73. ab eadem mente & ingenio.

3. *Illa siligineis.*] Lupus amicas pascebat pane siligineo. vide epig. 69. l. 14.

5. *Incen-*

Incensura nives dominæ Setina liquantur;
Nos bibimus Corsi pulla venena cadi.
Empta tibi nox est fundus non tota paternis;
Haud sua desertus rura sodalis arat.
Splendet Erythræis pellucida mœcha lapillis:
Ducitur addictus, te futuente, cliens.
Octo Syris suffulta datur lectica puellæ:
Nudum sandapilæ pondus amicus erit.
I nunc, & miseros Cybele præcide cinædos:
Hæc erat, hæc cultris mentula digna tuis.

5. *Incensura, &c.*] Amicæ tuæ colantur vina optima è Setia, quæ calore suo nives, quibus diluuntur, incendant. epigr. 69. lib. 4. vers. 1.

6. *Corsi pulla.*] Vilioris notæ vini è Corsica, cujus mella, thyma & cœlum gravia. legitur & *torti*; quod exponunt, *Supremum torculari expressi. Venena cadi.*] Vina non meliora Vaticanis, quæ dixerat *toxica.* epigr. 12. lib. 1. & epigr. 92. lib. 6.

7. *Nox non tota.*] Pars noctis.

8. *Haud sua.*] Conducta.

9. *Erythræis, &c.*] Epigr. 38. lib. 5. vers. 4.

10. *Addictus, &c.*] In carcerem vel ædes creditoris, cui à Prætore addicitur ære obrutus.

11. *Syris.*] Servis è Syria octophorum gestantibus.

12. *Sandapilæ, &c.*] Epigramm. 81. lib. 2.

13. *Nunc, &c.*] Castra miseros cinædos, ut tibi sint sacerdotes. *Ironicè.* imo Lupum potius lautum cinædum, qui amicos inguini posthabet.

Ad Domitianum. IV.

QUantum jam superis, Cæsar, cœloque dedisti,
Si repetas, & si creditor esse velis;
Grandis in æthereo licet auctio fiat Olympo,
Coganturque Dei vendere quidquid habent:
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,

Deci-

Mirificè tollit opera Domitiani, dicitque nec Jovem, nec superos omnes solvendo futuros, si nomina ab illis Cæsar exigat. An ulla adulatio huic par uspiam legitur?

2. *Si repetas, &c.*] Si tibi rependi velles, nec donares.

3. *Grandis, &c.*] Etiamsi hasta posita *(sale by out-cry,)* opes suas dii dexque vendere velint. *Auctio.*] Cum quis seu obæratus, seu non, sed sponte, præconi seu hastæ bona subjicit, aut à creditore subjiciuntur ea lege, ut ei, qui adjecto pretio licitatione vincit, res empta addicatur. De formulis auctionum lege Brisson. lib. 6. *Rad.*

5. *Conturbabit.*] *Will prove banquerupt.* cedet foro. *Atlas.*] Qui cœlum humerus sustinere fingitur. *vel,* cœlicolæ quotquot sustinet Atlas. *Et non erit, &c.*] Nec ipse Jupiter si velit tecum decidere, *(compound and take order with*

Decidat tecum qua pater ipse Deûm.
Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,
Quid pro Tarpeiæ frondis honore potest?
Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?
Pallada prætereo: res agit illa tuas.
Quid loquar Alcidén, Phœbumque, piosque Laconas?
Addita quid Latio Flavia templa polo?
Expectes, & sustineas, Auguste, necesse est:
Nam tibi quod solvat non habet arca Jovis.

with thee.) poterit solvere unciam de asse. (*five groates in the pound*) O miserum decoctorem Jovem!

7. *Capitolinis, &c.*] Capitolium incendio absumptum restituisti, & novam ædem in Capitolio excitavisti Jovi custodi. Domit. Suet. cap. 5. *Plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit, in queis erat & Capitolium, quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria.* Unde Eutropius lib. 7. Capitolium factum à Domitiano dicit, non refectum.

8 *Tarpejæ, &c.*] Coronæ quernæ, ut & laureæ Capitolinæ. vide epigr. 1. ✱s. 6. & epigr. 54. ✱s. 1. lib. 4.

9. *Quid pro culminibus, &c.*] Quid pro geminis delubris tibi solvere potest Juno?

10. *Pallada prætereo.*] Cui Chalciœcæ templum erexisti. Cassiod. l. 6. cap. 11. cui statuam in cubiculo consecrasti & quinquatria. Quin & Palladis filius dici volebat: cujus sacra ideo ab eo religiosissimè culta. *Res agit illa tuas.*] Illa à re stat; res tuas, rationes & consilia disponit; tibi familiare numen est, imo mater. ubi enim Domitianus audivisset ex lib Sibyllinis, fore, ut virgo pareret æternum Imperatorem, nihil amplius voluit quam se esse filium perpetuæ virginis Dianæ.

11. *Alciden, &c.*] Herculi templum in via Appia positum & statuam. ut & Apollini, & ex pietate Pollucis erga fratrem alternatim immortalibus Castori & Polluci filiis Ledæ Lacenæ.

12. *Addita quid, &c.*] Templum Flaviæ gentis, quod cœlum vertice tangit. Excelsissima enim hæc templa. Alibi: *Dum videt Augusti Flavia templa poli.* Et de his intelligendus hic locus epigrammate 51. lib. 10.

Nec Capitolini summum penetrale Tonantis,
Quæque nitent cœlo proxima templa suo.

Solebant templa ista exstruere elata & excelsa: quod & Christiani fecerunt, præeunte Constantino. *Herald.* Tum ut Torrentius vult, *Latium polum* appellat eam veluti poli partem, cui Latinorum Romanorumque Dii transcripti fuerant, eosque inter Vespasianus. *Latio Flavia templa, olo.*] De quo supra epigr. 2. & infra epigr. 35. & lib. 10. epigr. 51.

In Æschylum. V.

AUreolis futui cum possit Galla duobus,
Et plus quam futui, si totidem addideris:

Au-

1. *Aureolis, &c.*] Nummis aureis. *Æreolis* legendum putat Janus Rutgers. quum vulgari scorto nimium sit ille.

4. *Plus quam futui, &c.*] Epigrammate 52. libri 2. & epigramm. 35. infra.

Aureolos à te cur accipit, Æschyle, denos?
Non fellat tanti Galla. quid ergo? tacet.

4. *Tacet.*] Ore morigeratur. epigramm. 95. lib. 3. ꝟſ. 2.

In Paullam. VI.

NUbere vis Prisco, non miror, Paulla: sapisti.
Ducere te non vult Priscus: & ille sapit.

1. *Nubere.*] Diviti & nobili Paulla infamis mulier cupiebat nubere. Priſcus impuram rejecit. Tu, inquit, Paulla, haud ſtulte agis, dum affectas nuptias divitis; ſed æquè ſapienter ille, qui te contemnit. *Rader.* *Priſco.*] Diviti.
2. *Te.*] Infamem.

Ad Domitianum. VII.

TIbi summe Rheni domitor, & parens orbis,
Pudice princeps, gratias agunt urbes;
Populos habebunt: parere jam scelus non est.
Non puer avari sectus arte mangonis
Virilitatis damna mœret ereptæ:
Nec quam superbus computet stipem leno,
Dat prostituto misera mater infanti.
Qui nec cubili fuerat ante te quondam
Pudor, esse per te cœpit & lupanari.

1. *Rheni domitor, &c.*] Germanice. lib. 5. epigr. 2. ꝟſ. 7.
2. *Pudice princeps, &c.*] Epigr. 4. lib. 6. ꝟſ. 5.
3. *Populos habebunt.*] Poſtquam caſtrari mares edicto prohibuiſti. vide epigr. 2. lib. 6. ꝟſ. 3. & infra epigr. 9. Gruterus legendum cenſet, *populus habebunt*, ſcil. gratias. *Parere, &c.*] Vide epigr. 67. lib. 6.
6. *Nec quam, &c.*] Nec à paupercula matre leno conducit vel emit puerum proſtituendum. infra epigrammate 9.
8. *Qui nec cubili, &c.*] Vide epigramma 2. lib. 6.

In Afrum. VIII.

DIcere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus Ave.

Non

Afer ſuperbus, ex Africa redux, non admittebat poëtam ad gratulandum adventum. Indignabundus poëta, vel potius jocabundus; ſi non vis, inquit, ſalvere, vale. Et τὸ *vale*, ſimul amicitiæ ſolutum fœdus notat. quo pacto eos valere jubemus, quos à nobis abigimus, aut potius à quibus nos diſcedimus. *Rad.*
1. *Dicere, &c.*] Volui te ex Africa reverſum ſalutare: ſed non admittebar.

4. Non

Non vacat, aut dormit, dictum bis, terque reverso:
Jam satis est. non vis, Afer, avere: Vale.

4. *Non vis, &c.*] Si non vis salvere & vivere, abi in malam rem & morere. vide epigramma 17. libri 5.

Ad Domitianum. IX.

TAmquam parva foret sexus injuria nostri
Fœdandos populo prostituisse mares:
Jam cunæ lenonis erant, ut ab ubere raptus
Sordida vagitu posceret æra puer.
5 *Immatura dabant infandas corpora pœnas.*
Non tulit Ausonius talia monstra pater:
Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,
Ne faceret steriles sæva libido viros.
Dilexere prius pueri, juvenesque senesque:
At nunc infantes te quoque, Cæsar, amant.

3. *Jam cunæ, &c.*] Supra epigr. 7. ℣. 6. Et Gruterus ex Palat. legit. *curæ.*
5. *Immatura corpora.*] Infantium.
6. *Non tulit, &c.*] Edicto prohibuit Domitianus pueros intra septimum annum prostitui, & Scatiniam revocavit. Suet. Domit. cap. 8.
7. *Succurrit ephebis.*] Ne castrarentur. supra epigr. 7. ℣. 3. & lib. 6. epigr. 2. ℣. 3.

Ad Bithynicum. X.

NIl tibi legavit Fabius, Bithynice, cui tu
Annua, si memini, millia sena dabas.
Plus nulli dedit ille: queri, Bithynice, noli:
Annua legavit millia sena tibi.

Bithynicus quotannis Fabio sex millia HS. donavit, ut tandem hæres scriberetur à Fabio. Sed Fabius artem captandi notans, illa sena millia consumpsit, & Bithynico moriens nil legavit. Querentem Bithynicum solatur poëta irridendo captatorem. Noli, inquit, queri tibi nil legatum: quotannis enim tibi legavit sex millia, quæ solebas antea dare Fabio, & posthac non dabis. *Rad.*

1. *Tibi legavit Fabius, &c.*] Quem hæredipetam notarat.
4. *Annua, &c.*] Tibi jam manent 6000. HS. quæ Fabio vivo conferre annua solebas, ut hæres scribereris.

In Cantharum. XI.

COEnes, Canthare, cum foris libenter:
Clamas, & maledicis, & minaris.

Depo-

Parasitus instruatur necesse est octava arte ingenua, hoc est, Adulatoria. gulosus cœnipeta loquatur placentia, ut qui libertatem dapibus vendiderit.

Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes, & gulosus esse.

epigramm. 53. lib. 2. Liberi enim libere de aliorum vitiis loquuntur, nemini blandiuntur: hinc à nemine invitantur: gulosi nisi adulentur & riserint cum ridentibus, non vocantur. *Raderus.*

De Earino * Domitiani. XII.

NOmen cum violis, rosisque natum,
Quo pars optima nuncupatur anni;
Hyblam quod sapit, Atticosque flores,
Quod nidos olet alitis superbæ:
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer vocari,
Et qui pocula temperat Tonanti:
Quod si Parrhasia sones in aula;
Respondent Veneres, Cupidinesque:
Nomen nobile, molle, delicatum
Versu dicere non rudi volebam:
Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt Eiarinon tamen poëtæ,
Sed Græci, quibus est nihil negatum,

Et

* Puero Domitiani.

Ludit in nomine Earini, Domitiani Eunuchi: & nomen quidem dulce esse, quod à vere sit deductum. Græcis enim *ἔαρ ver* sonat sed contumacibus syllabis constare, syllabasque repugnare.

1. *Nomen, &c.*] Εἰαρινὸς vernus, viridis, ab ἔαρ ver, quod floribus abundat.

2. *Pars optima anni.*] Vet. *Omnia tunc florent.*

3. *Hyblam quod sapit.*] Mel ex Hybla Siciliæ monte. *Atticosque flores.*] Apibus depastos in Hymetto monte Atticæ.

4. *Nidos, &c*] Phœnicis. Epigr. 55. lib. 6. vs. 2.

6. *Cybeles puer.*] Atys. epigr. 85. l. 2.

7. *Qui pocula, &c.*] Ganymedes, Jovis pocillator.

8. *Parrhasia, &c.*] Palatina. epigram. 55. lib. 7. vs. 2. *Sones.*] Loquaris.

9. *Respondent, &c.*] Omnis gratia, venustas, elegantia & suavitas respondent, & insunt ori tuo.

11. *Non rudi volebam.*] Versu eleganti, tereti & rotundo.

12. *Tu syllaba, &c.*] Prima brevis cum reliquis paribus officit, quo minus versu eleganti dicatur. Hinc *Equutuntium.* Horatius, *Sigillaria.* Lucilius circumlocuti sunt seu potius conjicienda dedêre, *Quæ versu hexametro non plane dicere possis.*

13. *Dicunt, &c*] Ἐπ' ἀνθέων εἰαρινοῖσιν, Homer. Il. β.

14. *Sed Græci, &c.*] Homer. Il. ε. ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα. ubi prima in Ἄρες communiter usurpatur, sed variato accentu. Hinc & Lucilius lusit, ΑΡΕϹ ΑΡΕϹ *Græci ut faciunt,*

16. *Nobis*

Et queis ἄpes ἄpes licet sonare;
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus severiores.

16. *Nobis non, &c.*] Nobis Latinis poëtis non permittitur eadem licentia.

De eodem. XIII.

SI daret autumnus mihi nomen, ὀπώρινος essem:
Horrida si brumæ sidera, χειμέρινος.
Dictus ab æstivo θέρινος tibi mense vocarer,
Tempora cui nomen verna dedere, quis est?

1. Ὀπώρινος.] Id est, Autumnalis.
2. Χειμέρινος.] Id est, Hibernus.
3. Θέρινος.] Id est, Æstivus. *Tibi mense vocarer.*] Ita Edit princeps Calderini. Vulg. *mihi.* malè.
4. *Verna.*] Εἴαρινός. id est, vernus.

De eodem. XIV.

NOmen habes, teneri quod tempora nuncupat anni,
Cum breve Cecropiæ ver populantur apes.
Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingi,
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu.
Nomen, Erythræis quod littera facta lapillis,
Gemma quod Heliadum pollice trita notet.
Quod penna scribente grues ad sidera tollant;
Quod decet in sola Cæsaris esse domo.

1. *Teneri anni.*] Veris.
2 *Breve, &c.*] Flores vernos, veris honores in Hymetto.
3. *Acidalia arundine pingi.*] Cnidio calamo: an columbæ penna, quæ Veneris avis? an penna seu sagitta Cupidinis, Veneris filii? vide epig. 13. l. 6. ℣ſ. 5.
4. *Cytherea, &c.*] Qua Venus præses veris pingit varios flores.
5. *Nomen Erythræis.*] Nomen dignum, quod notet littera facta seu scripta, Erythræis lapillis; id est, nomen gemmeum gemmis scribendum. epigrammate 38. lib. 5. ℣ſ. 4.
6. *Gemma, &c.*] Succinum, electrum. vide epigrammate 25. libro 4. ℣ſ. 2. & epigramm. 38. lib. 5. ℣ſ. 11.
7. *Penna scribente, &c.*] Volando exprimentes literam Y, cui respondet Latina V. quæ *veris* prima est. Alii legunt, *stridente penna.* quasi dicat, adventu suo veris adventum nuncient. Alii ad literam Δ, quam ex volatu illarum avium observatam invenisse dicitur Palamedes, referunt.
8. *Domo.*] In qua vernare omnia & florere decet.

In

In amicum cœnipetam. XV.

HUnc, quem cœna tibi, quem mensa paravit amicum,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea, non te.
Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

Cœnipetam ait esse πάμφιλον, id est, omnium assentatorem, & nulli verè & sanctè amicum. *Errat*, inquit Seneca, *qui amicum in atrio quærit, in convivio probat.*

1. *Quem cœna.*] Horum amicorum duo sunt genera; quorum alios τὸ χῆμα honestiores amicitia dignos judicamus; cum tamen nidore culinæ potius, quam amicitiæ honestate aut voluptate ducantur, περὶ πύγλιον, καὶ μάγειρον φίλοι, ut dicebat Eupolis: Alios minus periculosos & apertos, Parasitos nuncupamus. *Herald*

2. *Esse putas fida.*] Magna verò amicitia, & prodigiosa, si amici ejusmodi φίλοι σκιᾶν tantummodo habent.

De Chloe. XVI.

INscripsit tumulo septem celebrata virorum
Se fecisse Chloe: quid pote simplicius?

1. *Celebrata.*] Intelligit famosum & nobile scortum. Alii *scelerata.* malè.

2. *Se fecisse Chloe.*] Inscripsit tumulo, CHLOE FECIT, scilicet tumulum vel monumentum septem maritis. *Quid pote simplicius.*] Fatetur se fecisse. intimat Poëta, insidias struxisse, aut vim vitæ maritorum suorum intulisse. Trifariam itaque accipi potest ambiguitas hujus verbi: *Se fecisse*, hoc est, se tumulum posuisse: vel *se fecisse*, se necasse septem viros. vel denique referri potest ad res Venereas, & pulchrè conveniet Chloë meretrici. *Rigalt.*

De coma Earini. XVII.

COnsilium formæ speculum dulcesque capillos
Pergameo posuit dona sacrata deo,

Ille

Comam suam detonsam, Earinus Domitiani eunuchus, paulo antè quam lex vetaret, sectus, misit eum speculo Pergamum Æsculapio, deo patrio, nam & Earinus erat Pergamenus. Hanc comam venusto carmine Papinius, & hic Martialis immortalem reddunt. *Rad.*

1. *Consilium formæ speculum.*] Quod consulere solebat de forma sua. Eodem ritu, quo virgines pupas Veneri; milites emeriti, arma Herculi donabant. Tertullian. lib. de velandis virginib. cap. 12. *Jam & consilium formæ à speculo petunt, & faciem morosiorem, à lavacro macerant, forsitan & aliquo eam medicamine interpolant.* Herald. *Dulcesque capillos.*] Vide Papinii Sylv. l. 3. de coma Earini, & præfationem ejusdem libri ad Pollionem.

2. *Pergameo, &c.*] Æsculapio, cui nobile fanum Pergami, patrio suo Deo. vide epigramm. 32. lib. 1. ✠. 1. Pergamus, est Ptolomæo Troadis urbs in Asia minore, Galeni patria, & chartarum, quæ pergamenæ dicuntur, inventrix. In hac nobile fanum Æsculapii visebatur, qui inde Pergameus est dictus. *Raderus.*

3. *Ille*

Ille puer tota domino gratissimus aula,
Nomine qui signat tempora verna suo.
Felix, quæ tali censetur munere tellus!
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

3. *Ille puer, &c.*] Earinus, de quo præcedentibus epigr. Variè legitur hic versus: Sunt qui legant, *tanta domino gratissimus aula*. Alii aliter.

4. *Signat tempora.*] Earinus enim vernum significat.

5. *Felix, quæ tali, &c.*] Pergama tellus beata tanto munere.

De eadem ad Æsculapium. XVIII.

LAtonæ venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, brevesque colos:
Hos tibi laudatos domino sua vota capillos
Ille tuus Latiâ misit ab urbe puer.
Addidit & nitidum sacratis crinibus orbem,
Quo felix facies judice tota fuit.
Tu juvenile decus serva, ne pulchrior ille
In longa fuerit quàm breviore coma.

Rogat Pergameum Deum, uti Earinum tonsum tam formosum servet, quam fuerat intonsus.

1. *Latonæ venerande nepos.*] Æsculapi fili Apollinis, cui mater Latona, medicinæ inventor. *Qui mitibus herbis.*] Propter Hippolytum vitæ ab Æsculapio restitutum.

2. *Parcarum pensa.*] Parcæ præsides humanæ vitæ, cujusque ævum & fata moderantur stamine, quod de colo detrahunt ad quam fabulam respicit poëta, & affirmat Æsculapii arte pensa brevia reddi.

3. *Domino, &c.*] Janus Gulielmus ex Jacobi Hutteri lib. MS. restituit *domino rata vota*. tonsura enim voti non rato symbolum. epigr. 32. lib. 1. ℣. 1. & Junius de coma, & quæ ad Juvenal. satyr. 12. ℣. 81.

4. *Tuus.*] Pergami natus. epigr. præcedenti ℣. 2. *Latiâ urbe.*] Roma.

5. *Nitidum orbem.*] Speculum. *epigramm. superiore.*

6. *Judice tota.*] Gruterus ex Palat. legendum contendit *tuta*. adeo sc. confisam speculo faciem, ut si ab eo solum laudaretur; nullius toto orbe reformidaret judicium censuramve: Cui & Petronius suffragatur, dicens: *Quod ad me attinet, non timeo ne quis inveniatur cui minus placeam, nec speculum mihi, nec fama mentitur.*

7. *Tu.*] Æsculapi, da, ut tam sit elegans tonsus, quam pulcher erat intonsus.

Ad Cæsarem Domitianum. XIX.

EST mihi, sitque precor longum te præside, Cæsar,
Rus minimum: parvi sunt & in urbe Lares.

Ait se rusculum habere suburbanum, & urbanam domum; utrumque sitire, & rus & domum: sed agellum ait se irrigare, hausta de vicina valle aqua; domum non posse: petit venulam aquæ Marriæ non procul inde salientis.

1. *Longum, &c.*] Te diu præside.

2. *Rus minimum, &c.*] De quo epigram-

 Sed

Sed de valle brevi, quas det sitientibus hortis,
Curva laboratas antlia tollit aquas.
Sicca domus qu ritur nullo se rore foveri,
Cum mihi vicino Martia fonte sonet.
Quam dederis nostris, Auguste, Penatibus undam,
Castalis hæc nobis, aut Jovis imber erit.

grammate 61. lib. 8. & infra epigrammate 99.

3. *Brevi, &c.*] Sed de valle subjecta, aqua horto irrigando hauritur.

4. *Laboratas.*] Labore multo peritas. *Antlia tollit aquas*] Haustrum, machina ad hauriendum. ab ἀντλέω.

6. *Martia fonte sonet.*] Epigr. 42. l. 6.

7. *Quam dederis nostris, &c.*] E qua Martia si mihi permiseris, ô Domitiane, diducere venulam aquæ in ædium mearum usum.

8. *Castalis hæc nobis, &c.*] Æque grata erit atque aqua è fonte Musarum, aut ab ipso Jove.

In Sabellum. XX.

Laudas balnea versibus trecentis
Cœnantis bene Pontici, Sabelle,
Vis cœnare, Sabelle, non lavari.

Poëta cœnipeta, cui venter artis magister.

Ad Domitianum. XXI.

HÆc quæ tota patet, tegiturq́; & marmore, & auro,
Infantis domini conscia terra fuit.
Felix quæ tantis sonuit vagitibus, & quæ
Vidit reptantes, sustinuitque manus!
Hîc steterat veneranda domus, quæ præstitit orbi,
Quod Rhodos, astrifero quod pia Creta polo.

Cure-

1. *Hæc quæ tota.*] Area hæc in qua steterat domus Domitiani natalis, jam vero Flaviæ gentis templum marmore & auro magnifice extructum est. *Patet, &c.*] Extenditur. vel ubi templum publicum & omnibus patens.

2. *Conscia terra.*] Quæ Domitianum natum excepit, nascentem vidit.

3. *Quæ tantis, &c.*] Quæ suscepit Domitianum, ut Rhodos N ptunum; ut Creta Jovem. *Vel*, quæ non minus præstitit orbi, suscepto Domitiano; quam Rhodos & Creta cœlo, Jove suscepto. Rhodii enim Telchines iidem qui Curetes. epigr. 1. lib. 4. ℣ſ. 2. Gruterus scripturam Palatini probat, legentis: *O felix! quantis sonuit vagitibus, & quas:* Nec dubitat de veritate hujus scripturæ, quum ei patrocinentur, & quasi columnam supponant omnibus literis membranæ aliæ, & editio omnium antiquissima.

7. *Cure-*

Curetes texère Jovem crepitantibus armis,
Semiviri poterant qualia ferre Phryges.
At te protexit Superûm pater, & tibi, Cæsar,
Pro jaculo & parmâ, fulmen & Ægis erat.

7. *Curetes, &c.*] Qui Jovem Saturno subductum cymbala pulsantes vel ἐνοπλίως saltantes educandum in Cretam deportarunt.

8. *Semiviri Phryges.*] Evirati Corybantes, sacerdotes Cybeles.

9. *At te protexit, &c.*] Videntur hæc confuse intelligi de Jove custode, cui templum condidit Domitianus eo loco quo delituisset bello Vitelliano.

10. *Jaculo, &c.*] Ense & scuto, quæ Corybantûm arma sunt. *Ægis erat.*] Epigr. 1. lib. 7. ỳs. 1. & 4.

Ad Auctum. XXII.

ARtemidorus habet puerum: sed vendidit agrum:
Agrum pro puero Calliodorus habet.
Dic, uter ex istis melius, rem gesserit, Aucte?
Artemidorus amat, Calliodorus arat.

Ludit in Paronomasia versus ultimi; & antitheta nominum significatione. cum Artemidorus, cui à Minerva dea casta nomen, amet: Calliodorus, cui à formæ dono nomen, aret.

Ad Pastorem. XXIII.

CRedis ob hoc me, Pastor, opes fortasse rogare,
Propter quod vulgus, crassaque turba rogat:
Ut Setina meos consumat gleba ligones,
Et sonet innumerâ compede Tuscus ager:
Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes;

Et

Liberalis animi argumenta prodit. An hic Julius Pastor, de quo Plinius Junior lib. 1. epist. 18. An ejus frater, quem impius Caligula interfecit, ut est apud Senecam lib. 2. de Ira, cap 33.

2. *Propter quod.*] Qui divitias in luxum & voluptates effundit, aut in fastum absumit. Gruterus ex manuscriptis libris legit: *ob hæc*, & *Propter quæ.*

3. *Ut Setina, &c.*] Ut colam vineas in Setia civitate Latii, ubi vites nobiles.

4. *Et sonet, &c.*] Et innumeri servi in ergastula Thusca mittantur, opus in compedibus facturi. epigr. 29. l. 3. ỳs. 1. Vinciebantur servi in agris. Tibullus, lib. 2. *Sæpe etiam valida solatur compede vinctum, Crura sonant ferro: sed canit inter opus.* Lucanus lib. 7. *Vincto fossore coluntur Hesperiæ segetes.* Ablegebantur autem ad hæc opera sæpius servi noxii; & hunc laborem contumacia, aut alio peccato merebantur. *Herald.*

5. *Ut Mauri, &c.*] Mensas ingenti pretio factas, & ex Atlante Mauritaniæ monte allatas, quas citreas vocabant,

 ebur-

Et crepet in nostris aurea lamna toris:
Nec labris nisi magna meis crystalla terantur,
Et faciant nigras nostra Falerna nives:
Ut Canusinatus nostro Syrus assere sudet,
Et mea sit culto sella cliente frequens:
Æstuet ut nostro madidus conviva ministro,
Quem permutatum nec Ganymede velim:
Ut lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas,
Et Massyleum virga gubernet equum.
Est nihil ex istis: superos, ac sidera testor.
Ergo quid? ut donem, Pastor, & ædificem.

eburneis pedibus impositas. *Dentibus Libycis.*] Eburneis ex elephanti dentibus. *Orbes.*] Mensæ. epig. 43. l. 2. ℣s. 9.

6. *Aurea lamna.*] Bracteis aureis argenteisque triclinia fuisse cooperta, dictum suprà epigr. 33. lib. 8. ℣s. 6.

7. *Crystalla terantur.*] Vasa crystallina, quæ Romanis in luxu.

8. *Faciant, &c.*] Dum nives quibus diluitur vinum Falernum, nigrescunt à vino. epigr. 65. lib. 5.

9. *Et Canusinatus, &c.*] Et quia is color militibus usurpatus, ideo Seneca dixit, *lecticarios in militarem cultum subornatos.* ut & luxus non vulgaris argumentum fuerit, servorum penulas ex nobilissima lana scilicet Canusina confectas: quales ab ingenuis vulgò gerebantur; præterea rufo colore; ut militari cultu mancipia incederent. *Ferrar.* *Ut canusinatus, &c.*] Ut servi mei è Syria (*Synecdochicè*) vestiti nobili & rufa lana è Canusio, gestent lecticam meam. Vides stultissimorum hominum fastum. Non solum conspici se volunt, sed & servos suos. Unde canusinatus ille, & rutilus in lecticariis color, & in mulionibus. *Herald.* Pretiosiores & lectiores Asiatici erant. Juvenal. sat. 5.

Flos Asiæ ante ipsum pretio majore paratur,
Quam fuit & Tulli census pugnacis, & Anci.

Assere sudet.] Amite lecticæ prominente.

10. *Frequens.*] Stipata. Nec ideo peto divitias, ut habeam multos anteambulones, comites, clientes togatos.

11. *Æstuet ut nostro.*] Amore. infra epigr. 26. *Madidus.*] Vino.

12. *Velim.*] Alii, *Velis.* Alii, *Velit.*

13. *Mihi mula lacernas.*] Purpurato, mulis vecto.

14. *Massyleum, &c.*] Massyli seu Numidæ virga regunt equos, non frænis, unde Virgilio & Ausonio *infræni* dicti. *sonipes ignarus habenæ, Virga regit.* Claud. bell. Gildon.

16. *Ut donem, & ædificem.*] Honeste & magnifice.

Ad Carum. XXIV.

O Cui virgineo flavescere contigit auro,
Dic ubi Palladium sit tibi, Care, decus?

Ad-

1. *O cui virgineo, &c.*] Quid factum est ô Care de corona illa aurea in similitudinem foliorum olivæ Palladiæ expressa (epigr. 33. lib. 8. ℣s. 1.) tibi victori in quinquatriis Minervæ virginis à Domitiano donatæ? epigr. 54. lib. 4. ℣s. 1.

2. *Palladium decus.*] Id est, Palladia coro-

Adspicis en domini fulgentes marmore vultus,
Venit ad has ultro nostra corona comas.
Albanæ livere potest pia quercus olivæ,
Cinxerit invictum quod prior illa caput.

corona, sive in certamine Palladi sacro reportata. Sic *Regium decus*, diadema, & corona regia.

3. *Adspicis, &c.*] *Respondet Carus.* Illa coronavi statuam marmoream Domitiani, quam domi meæ, ut vides, colo.

4. *Comas.*] Cæsareas.

5. *Albanæ livere potest, &c.*] Querna sane, *refert Martialis*, qua coronari solet Imperator, habet quod oleaginæ huic invideat hunc honorem.

Ad eundem. XXV.

QUis Pallatinos imitatus imagine vultus
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
Hæc mundi facies; hæc sunt Jovis ora sereni:
Sic tonat ille Deus, cum sine nube tonat.
Non solam tribuit Pallas tibi, Care, coronam:
Effigiem domini, quam colis, illa dedit.

Idem argumentum de statua Domitiani, quam in ædibus suis factam colebat Carus: hujus elegantiam artemque prædicat.

1. *Quis Pallatinos, &c.*] Quis tibi (ô Care) tam affabre effinxit statuam hanc Imperatoris?

2. *Phidiacum, &c.*] Epigramm. 13. lib. 6. ✠ſ. 1.

3. *Hæc mundi facies.*] Sole illustrata; sic nitet & fulget hoc marmor. Talis fingitur Jovis facies, sed placidi, sed sereni. Ita Theseus de Plutone apud Senecam in Herc. Fur. ✠ſ. 723. *Vultus est illi Jovis, sed Fulminantis.*

4. *Sine nube.*] Sine ira, quæ frontis serenitatem turbat.

5. *Non solam, &c.*] Epigr. præced. ✠ſ. 1.

6. *Effigiem domini, &c.*] Certe tam artificiose effecta statua non est tibi, nisi à Pallade. epigr. 13. lib. 6. ✠ſ. 1.

In Afrum. XXVI.

DAntem vina tuum quoties adspeximus Hyllum,
Lumine nos, Afer, turbidiore notas.
Quod rogo, quod scelus est, mollem spectare ministrum?
Adspicimus Solem, sidera, templa, deos.
Avertam vultus, tamquam mihi pocula Gorgon
Por-

1. *Dantem, &c.*] Ministrantem convivis pocula puerum tuum.

2. *Lumine turbidiore notas.*] Vultu subirato & torvo. vide epigramm. 98. lib. 10.

4. *Adspicimus, &c.*] Cum liceat adspicere res tuo ministro multo pulchriores, solem scilicet, sidera, &c.

5. *Gorgon.*] Medusa, quæ visu homines in saxa convertebat.

7. *Hylam*

Porrigat, atque oculos oraque nostra tegam?
Trux erat Alcides: sed Hylam spectare licebat.
Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non vis teneros spectet conviva ministros:
Phineas invites, Afer, & Oedipodas.

7. *Hylam spectare licebat.*] Epigr. 49. lib. 5. vs. 5.
8. *Ludere, &c.*] Epigramm. 73. lib. 7.
10. *Phineas invites, &c.*] Invites cæcos, quales erant Phineas & Oedipus fabulæ notæ. *Phineas* hic est Accusativus pluralis à Phineus, eos.

De Nerva. XXVII.

AUdet facundo qui carmina mittere Nervæ,
Pallida donabit glaucia, Cosme, tibi.
Pæstano violas, & cana ligustra colono,
Hyblæis apibus Corsica mella dabit.
Sed tamen & parvæ nonnulla est gratia Musæ:
Appetitur posito vilis oliva lupo.
Nec tibi sit mirum, modici quod conscia vatis
Judicium metuat nostra Thalia tuum.
Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Lascivum juvenis cum tibi lusit opus.

1. *Audet facundo, &c.*] Vide ejusdem ingenii epigr. 41 lib 7.
2. *Pallida, &c.*] Non minus inepte facit, quam qui Cosmo seplasiario atque myropolæ optimo mittit vilem pallentis Meminthes seu papaveris corniculati succum, qui glaucium vocatur. Sunt qui legant, *Pallia donabit glaucina.* Hoc est, ineptè mittit vestes coloris glauci, tibi, cui purpureatum vestium copia.
3. *Pæstano violas, &c.*] Pæstum Lucaniæ opp. floribus abundat, etiam bis in anno epigr. 38. lib. 5. vs. 9.
4. *Hyblæis, &c.*] Ipsis apibus. *vel,* iis, qui habent apes Hyblæas, mittit amari saporis mella Corsica.
6. *Appetitur, &c.*] Neque enim appositis in lautissimo convivio delicatis piscibus, fastidimus viles olivas.
8. *Thalia tuum*] Epig 8. lib. 4. vs. 12. & epigr. 16. lib. 7. vs. 4.
9. *Ipse tuas, &c.*] Epigr. 70. lib. 8. vs. 1.

In Chrestum. XXVIII.

CUm depilatos, Chreste, coleos portes,
Et vulturino mentulam parem collo,
Et prostitutis levius caput culis,

Nec

3. *Prostitutis, &c.*] Cinædorum.

5. Por-

Nec vivat ullus in tuo pilus crure,
Purgentque crebræ cana labra volsellæ;
Curios, Camillos, Quinctios, Numas, Ancos,
Et quidquid usquam legimus pilosorum
Loqueris, sonusque grandibus minax verbis;
Et cum theatris, seculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter ista si draucus,
Jam pædagogo liberatus, & cujus
Refibulavit turgidum faber penem:
Nutu vocatum ducis, & pudet fari,
Catoniana, Chreste, quod facis lingua.

5. *Purgentque, &c.*] Epigramm. 29 lib. 2. vers. 6. Alii, *Pingantque.*

6. *Curios, &c.*] Et habes usque in ore veterum inculcatam gravitatem & continentiam. sic epigramm. 25. libro 1.

9. *Et cum theatris, &c.*] Et exclamas: *O tempora! O mores!* indignatus theatra & secula hæc quasi ludicra & lasciva nimis.

11. *Jam pædagogo, &c.*] Qui ex ephebis excesserit.

12. *Refibulavit turgidum.*] Fibulam solvit & sustulit, epigr. 81. lib. 7. vers. 1. *Faber penem.*] Erat enim fibula ex ære, dict. epigr. 81. lib. 7.

13. *Pudet fari*] Jubet me pudor tacere, quid agat lingua tua, qua te profiteris tertium moribus Catonem.

14. *Facis lingua.*] Epigr. 72. lib. 2.

Epitaphium Latini. XXIX.

DUlce decus scenæ: ludorum fama, Latinus
Ille ego sum; plausus, deliciæque tuæ:
Qui spectatorem potui fecisse Catonem,
Solvere qui Curios, Fabriciosque graves.
Sed nihil à nostro sumpsit mea vita theatro,
Et sola tantum scenicus arte feror:

Nec

Latinum arte mimica nobilem emortualem laudat à morum innocentia, & vita procul à scenicis ludis distante. vide & lib 1. epigr. 5.

1. *Dulce decus scenæ, &c.*] *Ego sum dulce decus, &c.* ex persona Latini sepulti, quod fit in Epitaphiis. *Latinus.*] Celebris mimus, Domitiano charus.

3. *Spectatorem Catonem.*] Epigr. 3. lib. 1. intrantem ut exeat tantum.

4. *Solvere qui Curios, &c.*] In risum solvere gravissimos illos & continentissimos viros Curium & Fabricium.

5. *Nihil à nostro, &c.*] Non contraxit sibi lasciviam & improbitatem in theatris exprimi solita. Sic alibi dixit: *Lasciva est nobis pagina, vita proba.* Et: *Lascivus versu, mente pudicus erat.*

6. *Sola tantum, &c.*] Non animo, non moribus.

7. *Domi-*

Nec poteram gratus domino ſine moribus eſſe:
Interius mentes inſpicit ille Deus.
Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi,
Roma ſui famulum dum ſciat eſſe Jovis.

7. *Domino, Deus, Jovis.*] Domitian.
9. *Paraſitum dicite Phœbi.*] Mimi & hiſtriones, qui poëtarum carmina recitabant, appellabantur paraſiti Apollinis.

Epitaphium Philænis. XXX.

SEcula Neſtoreæ permenſa, Philæni, ſenectæ,
Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas?
Euboïcæ nondum numerabas longa Sibyllæ
Tempora: major erat menſibus illa tribus.
Heu quæ lingua ſilet! non illam mille cataſtæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat:
Nec matutini cirrata caterva magiſtri,
Nec quæ Strymonio de grege ripa ſonat.
Quæ nunc Theſſalico Lunam deducere rhombo,

Quæ

Epitaphium Philænis, ſagæ, lenæ & lupæ; cui terram tam levem precatur, ut illius corpus à canibus effoſſum devoretur.

1. *Secula, &c.*] Tria ſecul. 300. annos, ut quidam volunt. ut alii 90. cum Φύσις pariendi ac generandi perfectius ſpacium annorum 30. periodum conficiat. Cæl. Rhod. lib. 19. cap. 22.

2. *Rapta es, &c.*] Quaſi immatura. *Ironicè.* cum triſæclem fuiſſe dicat.

3. *Euboicæ, &c.*] Cumanæ. Eubœa enim inſula Ægæi maris, in qua Chalcis civitas. Chalcidici coloniam Cumas deduxere, unde & ipſæ Cumæ Euboïcæ dictæ. Virg. 6.

Et tandem Euboicis Cumarum allabimur oris.

Longa Sibyllæ.] Ætatem M. annorum ex voto ſuo, ut tot annos viveret, quot manu complecteretur arenæ corpora, &c. Ovid. Metam. lib. 14.

4. *Major erat, &c.*] Fingit Hyperbolice poëta defuiſſe Philænidi 3. tantum menſes de ætate Sibyllæ. Scriver. conceptum hariolatur *meßibus.*

5. *Quæ lingua ſilet!*] Quam vocalis & Stentorea! *Cataſtæ.*] Servi in cataſtis, id eſt, pegmatis ligneis venales expoſiti. epigrammate 29. lib. 6. ℣ſ. 1.

6. *Quæ turba, &c.*] Iſidis ſacerdotes invento Oſiri. Juvenalis ſatyr. 8. ℣ſ. 28. vel impura turba quæ in Serapidis ſacris ſolennibus ad Canopum per foſſam ex Alexandria deſcendunt in naviculis cantantes, frementes, &c. Strab. lib. 17.

7. *Cirrata caterva magiſtri.*] Pueri cirrati in ſcholis. Perſ. ſatyr. 1. ℣ſ. 29.

8. *Strymonio, &c.*] Gruibus, imminente tempeſtate, vel hyeme, magno cum clangore è Thracia, cujus Strymon eſt fluv. advolantibus.

9. *Quæ nunc.*] Quæ jam ſaga poſt mortem Philænidis turbine, vertigine magicâ, ſeu girgillo, cui involvebant filum quo lunam torqueri credebant, dedu-

Quæ sciet hos illos vendere lena toros?
Sit tibi terra levis, mollique tegaris arenâ,
Ne tua non possint eruere ossa canes.

deducere? id est, quæ jam maga excantabit lunam? de qua re & opinione vide quæ Farnab. ad Senecæ Hippolyt. ✝ſ. 420. *Thessalico, &c.*] Thessalia olim incantationibus & veneficiis famosa. *Lunam deducere.*] Quod tum credebant fieri, quum objectis umbris eam videbant deficere. quod eum fieret, pulsabant æra, quod antidotum habuere contra artes sagarum. *Rhombo.*] Rhombus est vertigo magica, quam turbinem Horatius in Epodis appellat. Rotam ferream seu æream dicunt, cui fila & stamina, quibus se viros illigare credebant, sagæ torquebant, uti Propertius, Theocritus & Virgil. docent.

10. *Vendere lena.*] Lena, conciliatrix amorum, quæ turpi ex re, quæstum alieno etiam corpore facit.

11. *Sit tibi terra levis.*] Vide epigramm. 89. lib. 1. ✝ſ. 2. cujus precationis formulam invertit Poëta versu seq. dicens; sit tibi terra tam levis, ut ossa tua à canibus effossa rodantur. sic Ammianus, Εἴη σοὶ κατὰ γῆς, &c. Antholog.

In pietatem Nigrinæ. XXXI.

CAppadocum sævis Antistius occidit oris
Rusticus. ô tristi crimine terra nocens!
Rettulit ossa sinu cari Nigrina mariti,
Et questa est longas non satis esse vias:

Cum-

Antistii Rustici tumulus, & pietas Nigrinæ describitur.

1. *Cappadocum, &c.*] Epigr. 85. lib. 6. ✝ſ. 3.

3. *Rettulit, &c.*] Ex Armeniæ Cappadocia Romam. De more ossa defunctorum componendi, qui talis: Primò bustum vino exstinguebant, manes vocabant, lotis deinde manibus ossa legebant, lecta vino perfundebant & lacte; mox vento siccanda exponebant; siccata aromatibus & odoribus mista in urnam reponebant, reliquiis lacrymas superfundebant. Ita solebant ossa amicorum & charorum, è terra peregrina ad patrium solum referre. Quod ut fieret, multi etiam testamento cavebant, ut patet ex Inscriptionibus. Mulieres autem ossa sinu legebant, ut Heraldus hoc docet lib. 1. Adversarior. Duæ autem hic quæstiones difficillimæ nascuntur. Prima, Quomodo ossa discerni potuerint ab ossibus animalium, quæ sæpe simul cum cadavere cremabantur. Secunda; quomodo cinis, qui servabatur, distingui potuerit, à cineribus ex ligno confectis. Priorem quæstionem dissolvit Casaubonus ad Suetonii Augustum: secundam nemo, quod sciam. Existimo igitur μετὰ τὸν τῦ πυρὸς μαρασμὸν, igne jam exstincto, ossa quæ supererant semiustulata collecta fuisse; & ex iis detersum ac decussum cinerem. Tibullus eleg. 2. libro 3.

Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa
Incinctæ nigra candida veste legant.

Nota, *pars quæ sola mei superabit corporis.* Ergò ossa sola supererant, & sola legebantur, ac cinis inde detersus servabatur. *Herald.*

4. *Non satis esse vias.*] Quòd diutius amplecteretur conjugis sibi chari reliquias.

5. *Qui-*

Cumque daret sanctam tumulis, quibus invidet, urnam,
Visa sibi est rapto bis viduata viro.

5. *Quibus invidet, urnam.*] Ereptuiris illi & servaturis ossa mariti.
6. *Bis viduata viro.*] Olim cum moreretur vir, & jam denuo cum ossa tumulo mandet.

De Velii voto. XXXII.

DUm comes Arctois hæreret Cæsaris armis
Velius, hanc Marti pro duce vovit avem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes,
Debita poscebat jam sibi vota Deus.
Ipse suas anser properavit lætus ad aras;
Et cecidit sanctis hostia parva focis.
Octo vides patulo pendere numismata rostro
Alitis? hæc extis condita nuper erant.
Quæ litat argento pro te non sanguine, Cæsar,
Victima, jam ferro non opus esse docet.

Qua-

Velius Crispus (non Vibius ut alii) in expeditione Sarmatica, comes Domitiani, vovit Marti anserem, velut custodem Cæsaris: hunc laudat poëta, & simul auctorem pacis esse Cæsarem ex numismatum symbolo ostendit. *Raderus.*

1. *Arctois, &c.*] Sarmaticis. epigrammate 6 lib. 7. ✝ſ. 1.

2. *Velius.*] Velius Crispus, Suetonius Domit. cap. 3. *Marti pro duce vovit.*] Ut servaret Domitianum. *Avem.*] Anserem Rom. Imperii custodem. ep. 75. lib. 13.

3. *Luna quater, &c.*] Octo mensium spacio peractum est bellum Sarm.

4. *Deus*] Mars. redeunte Cæsare, parta ex Sarmatis laurea.

5. *Ipse suas, &c*] Non reluctans aut fugiens, quod piaculare fuisset.

6. *Et cecidit.*] Solenne verbum in sacris. vide Brisson. lib. 1. Form.

7. *Octo vides, &c*] Diis argentum non raro litarunt. suspensa itaque videtur ad Martis statuam argentea anseris effigies, nummos octo rostro porrigens, quæ menses octo denotarent belli Sarmat.

8. *Hæc extis condita.*] Singulari prodigio, quo tempus belli continebatur. Capiebantur auspicia ex victimarum extis potissimum.

9. *Quæ litat, &c.*] Rediisse argenteam, immo auream sub Domitiano ætatem, palpat Poëta. Citra adulationem Domitianus pacem non ferro, sed auro redemit à barbaris, ut patet ex Theodosii fragmento. Sensus est: Jam non ferro, id est, cæde & sanguine opus esse portendit victima, quæ pro sanguine argentum fundit. *Litat.*] Non temere argentum ab anseris rostro pendet. Diis enim argento quandoque faciebant. Et in amicorum gratiam feriis solennibus, Diis, quibus illi dies sacrati erant, pecuniam meram offerebant. *Herald.* *Cæsar.*] Ita MSS. Bodl. & Scriv. non ut vulgò *casa.*

Qualem velit amicam. XXXIII.

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur:
Hanc volo, quæ puero jam dedit ante meo:
Hanc volo quam redimit totam denarius alter:
Hanc volo quæ pariter sufficit una tribus.
Poscentem nummos, & grandia verba sonantem,
Possideat crassi mentula Burdigali.

1. *Quæ palliolata vagatur.*] Nam palliolum & pallium, veteres non tantum quo humeros tegerent, sed etiam quo capita velarent, appellarunt. Cinædi porro & molles capita semper pileolis aut palliolis tecta gerebant. Palliola quoque mulierum, & præcipuè meretricum, quibus caput etiam tegebant. Sic Ovid. lib. 1. artis amatoriæ:

Ægrum tu facito ut simules, nec turpe putaris,
Palliolum nitidis imposuisse comis.

Ita enim vetustissimæ membranæ scriptum exhibent, cum vulgatæ omnes editiones habeant, *Pileolum,&c.* Salm. *Palliolata.*] Non togata, non stolata sed ancillari habitu vestita.

2. *Dedit ante meo.*] Epigr.49. lib.2.

3. *Totam denarius.*] *Omnibus modis largam,* ut epigr. 66. lib. 12. quæ *Deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam:* Auson. epigr. 70. vide lib. 2. epigr. 52. *Alter.*] Duo denarii. Viliores istæ meretrices, *Diobolares* à Plauto eleganter appellantur.

6. *Possideat crassi mentula Burdigali.*] Gruterus notat MSS. omnes & olim cusos habere *Burdigala:* & eam scripturam esse revocandam. Sed in MS. qui quondam Pricheimeri, postea Comitis Arondeliæ fuit, inveni, *Burdigalem.* Hoc igitur nomen meretricis est quam dicit *poscentem nummos & grandia verba sonantem.* At præterea *Crassi* scribendum, id est, hominis divitis & opulenti, propter Licinium Crassum ditissimum Romanorum. *Gronovius.* *Crassi Burdigali.*] Divitis, fatui, insulsi. an simpliciter, *crassi.* MSS. omnes *Bridegala.*

Ad Flaccum. XXXIV.

Audieris in quo, Flacce, balneo plausum;
Maronis illic esse mentulam scito.

2. *Morionis, &c.*] Bene vasati. Alii leg. *Matonis.* i. e. mutoniati. Alii, *Mathonis. Maronis* Palatin.

De templo gentis Flaviæ. XXXV.

Jupiter Idæi risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flavia templa poli:

1. *Idæi.*] Cretensis sepulchri. Jovis enim sepulchrum in Gnoso Cretæ oppido ostenditur. si qua fide digni Cretes. sed vide Callimachum hymn. de Jove, & quæ doctiss. *Seldenus in titulis Honorum* lib.1. cap.7. *Risit mendacia busti.*] Contempsit præ Flaviæ gentis templo, quod Vespasiano patri Domitianus condiderat. supra epigr.2. & 4.

2. *Poli.*] Cœlo æmulum templum. sed sunt qui *tholi* legant. de quo vide epigr. 71. lib. 1. ℣. 10.

Atque inter mensas largo jam nectare fusus,
Pocula cum Marti traderet ipse suo;
Respiciens Phœbum pariter Phœbique sororem,
Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat;
Cnossia vos, inquit, nobis monumenta dedistis:
Cernite quam plus sit Cæsaris esse patrem.

6. *Pius.*] Quia Mercurius cultus, &. sacra instituit hominesque ad humaniorem vitam revocavit. vide Horat. lib. 1. Carm. Od. 10. *Arcas erat.*] Mercurius in Cyllene monte Arcadiæ natus.

7. *Cnossia.*] Tumulum mihi vos in Creta condidistis mortuo, sed non augustum & magnificum.

8. *Cernite quam plus, &c.*] Videto quam nobile templum patri suo Domitianus ædificaverit, quod superat illud monumentum à vobis mihi extructum. præstitit fuisse me Cæsaris patrem, quam vestrum.

In Philomusum. XXXVI.

ARtibus his semper cœnam, Philomuse, mereris;
Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.
Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula,
Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.
Verba ducis Daci chartis mandata resignas;
Victricem laurum quam venit ante vides.
Scis quoties Phario madeat Jove fusca Syene:
Scis quota de Libyco littore puppis eat:

Cujus

Vide mihi Theophrasti characterem περὶ λογοποιΐας.

3. *Scis.*] Quod universe dixerat more suo, speciatim per partes exponit. *Arsacia.*] Parthica. Parthorum reges ab Arsace, deinde Arsaces dicti. ut Pontici, Mithridates; Ægyptii, Ptolemæi; Armenii, Tigranes; Romani Imp. Cæsares, &c. *Pacorus.*] Parthorum rex.

4. *Rhenanam numeras, &c.*] Fingis te referre posse copiarum Germanicarum & Sarmat. numerum.

5. *Daci chartis.*] Gruterus legendum censet, *Daci Cattis mandata:* ut nimirum Dacus Cattusque litteris internuntiis fingantur consulere de rebus spectantibus ad bellum contra Romanos. an loci intervallum tale quid admiserit, dijudicabunt illi, quibus otium est, inquirere. *Resignas.*] Aperis, ac si tu nosses secreta regum, acceptis resignatisque literis ab illis.

6. *Victricem, &c.*] A Sarmatis relatam. epigr. 15. lib. 8 ℣s. 6.

7. *Scis, &c.*] Tu scis quoties pluat in Ægypto, quod perraro. *Phario madeat.*] Ægyptia, à Pharo insula. infra epigr. 41. ℣s. 2. *Jove.*] Pluvia, imbre. Jupiter enim media aëris regio, ima Luna summa Minerva, qui magni hinc Dii. *Fusca Syene.*] Cujus incolæ à Sole colorantur. Syene enim in confinibus Ægypti sub Tropico Cancri directe locatur: *atque umbras, nusquam flectente Syene.* Lucan.

8. *Scis quoties, &c.*] Lynceo vel Strabone perspicacior, potes numerum referre navium Carthaginis portu [illegible]ventium. Plin. lib. 7. cap. 21.

9. *Cu*[illegible]

Cujus Iuleæ capiti nascantur olivæ;
Destinet æthereus cui sua serta pater.
Tolle tuas artes, hodie cænabis apud me;
Hac lege: ut narres nil, Philomuse, novi.

9. *Cujus Iuleæ, &c.*] Tu nosti quibus Cæsar coronas in quinquatriis sit daturus. *Iuleæ.*] Cæsareæ, à Julio, qui à Iulo.

10. *Æthereus pater.*] Jupiter Capitolinus.

11. *Tolle tuas artes, &c.*] Ego invito te, sub lege silentii.

Colloquium Ganymedis & Jovis super Earino & aliis Domitiani pueris. XXXVII.

VIderat Ausonium posito modo crine ministrum
Phryx puer, alterius gaudia nota Jovis:
Quod tuus, ecce, suo, Cæsar permisit ephebo,
Tu permitte tuo, maxime rector, ait.
Jam mihi prima latet longis lanugo capillis:
Jam tua me ridet Juno, vocatque virum.
Cui pater æthereus, puer ô dulcissime, dixit:
Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi.
Cæsar habet noster similes tibi mille ministros,
Tantaque sidereos vix capit aula mares.
At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles,
Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit?

1. *Ausonium ministrum.*] Earinum Imperatoris Rom. pocillatorem, coma deposita. epigrammate 17. & 18. supra.

2. *Phryx alterius, &c.*] Ganymedes. Jovis pocillator, vel, Appositive eum *ministrum*, delicias Domitiani, qui Martiali alter Jupiter: nisi forte (quæ Poëtæ impia est adulatio) Domitiano Jovem secundum velit.

3. *Suo ephebo.*] Earino.

8. *Non ego.*] *Non nego* legit J. Rutgersius.

10. *Vix capit, &c.*] Tantus eorum numerus est.

12. *Qui nectar misceat.*] Antiqua φράσις, & ex more antiquo. *Miscere* simpliciter χέῃ, sæpe apud Martialem. Juvenal. Sat. 5. *Nescit tot millibus emptus Pauperibus miscere puer.*

In Gallam. XXXVIII.

CUm sis ipsa domi, mediaque ornere Suburâ,
Fiant absentes & tibi, Galla, comæ:
Nec

1. *Mediaque ornere Suburâ.*] Medicaminibus & fucis quæ petuntur empta ex media Subura, vico Rom. celebri.

2. *Absentes & tibi, &c.*] Fictitiæ, accersitæ, caliendra.

Nec dentes aliter, quam Serica nocte reponas,
Et jaceas centum condita pyxidibus:
Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi prolatum est mane, supercilio.
Et te nulla movet cani reverentia cunni,
Quem potes inter avos jam numerare tuos.
Promittis sexcenta tamen: sed mentula surda est,
Et sit lusca licet, tè tamen illa videt.

3. *Nec dentes aliter, &c.*] Et ex osse vel ebore factitios dentes reponas noctu, ut vestes sericas reponere solent. *Quam serica.*] Sericæ vestes matronis placuere, & præcipuè matronis è Veneris grege. Clare Seneca de Benef. c. 9. *Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt; in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit, &c.* Vestibus perlucidis usas fuisse Venereas illas matronas, testatur etiam Lucianus in Amorib.

4. *Et jaceas, &c.*] Et mundus tuus, fuci medicamina, &c. recondantur innumeris pyxidibus. *Jaceas.*] Antea legebatur *lateas.*

5. *Nec tecum, &c.*] Adscititium faciei nitorem singulis noctibus reponas, crastino die novum sumptura.

6. *Quod tibi prolatum.*] Prolatum, aut ex pyxidibus depromptum aut productum. Nam supercilia fuligine sibi producebant: jacturam enim superciliorum sic arte reparabant. *Heraldus.* Juvenal. Sat. 2. ℣. 93.

9. *Promittis, &c.*] Epigr. 23. lib. 6.

10. *Lusca licet, &c.*] Quid miri, si videat, quæ lusca est? Gruterus ex Pal. *cæca* legit: sed & alteri scripturæ sua venustas. lib. 2. epigr. 33. Scriv. *surda.*

Ad Agathinum. XXXIX.

SUmma licet velox, Agathine, pericula ludas;
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.
Nolentem sequitur, tenuesque reversa per auras
Vel pede, vel tergo, clune, vel ungue sedet.
Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo,

Et

1. *Summa, &c.*] Agathin. hic ex numero Ventilatorum ac Pilariorum erat, cujus artem & agilitatem eam esse dicit poëta, ut illi opus sit arte, si quando peccare & errare velit. difficilius illi est errare, quam non errare. *Pericula ludas.*] Erroris, vel etiam vulneris ab hasta, gladio seu clypeo, quæ isti Ventilatores in altum jacta recipiebant. Lips. Saturnal. 2. cap. 19. *Ludo periculum,* idem quod ludo cum periculo. Vel dicas Agathinum *ludere pericula,* contemnere & perinde ludere parma, ac si nullum esset casus periculum.

4. *Clune vel ungue.*] Gruterus ex Palat. legit, *crine vel ungue.*

5. *Lubrica.*] Nec scena sparsionibus theatralibus è croco dulci vino misto. *epigr. 3. lib. spect. vers.* 8. facta lubrica: nec vento agitata vela, quæ theatro obtenduntur ab arcendum solem & ventos; officiunt tibi aut impediunt, quo minus artem præstes. *Corycio.* Corycus est portus, oppidum & antrum

Et rapiant celeres vela negata Noti:
Securos pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet artifici ventus, & unda nihil.
Ut peccare velis, cum feceris omnia, falli
Non potes: arte opus est, ut tibi parma cadat.

trum eodem nomine in Cilicia, & si verus Plinius, copia croci in eadem regione. Martial. Spect. epigramm. 3. vs. 8. *Et Cilices nimbis hic maduere suis.*

6. *Et rapiant.*] Quamvis magna vis ventorum vela hinc inde rapiat, aperiatque theatrum velis undequaque tectum; tamen non sic abripit parmulam, ut non incidat vel insideat vel tergo, vel manibus pedibusve Agathini. *Celeres.*] Alii, *fortes.*

7. *Pueri.*] Agathin. *Neglecta.*] Parma non cum cura excepta. *Artus.*] Al. *armos.*

8. *Ventus, & unda nihil.*] Quamvis parmam in aëre lubricam sparsionibus, & agitatam turbine in diversas rapiant partes; ille tamen ita feliciter excipit, ac si summa cælo tranquillitas foret.

De natali Cæsoniæ. XL.

PRima Palatino lux est hæc orta Tonanti,
Optasset Cybele qua peperisse Jovem.
Hac & sancta mei genita est Cæsonia Rufi:
Plus debet matri nulla puella suæ.
Lætatur gemina votorum sorte maritus,
Contigit hunc illi quod bis amare diem.

1. *Prima.*] IX. Kalend. Novembris natus est Domitianus, qui & Cæsoniæ natalis, quem maritus ejus Rufus geminum jure coluit. *Palatino Tonanti.*] Domitiano, qui Cæsareum palatium occuparat.

2. *Cybele.*] Seu Rhea, mater Jovis.

3. *Sancta, &c.*] Alii, *sancta meo genita est Cæsonia Rufo.* Vulg. *Santonici.* Santones Galli inter Aquitanos. Cæsar lib. 1. de bello Gallico.

4. *Plus, &c.*] Quod ab ea edita sit natali cum Domitiano illi communi.

5. *Gemina Contigit, &c.*] Quod unum eundemque celebret natalem Cæsaris & uxoris.

De Diodoro & voto Philænis uxoris. XLI.

TArpejas Diodorus ad coronas
Romam cum peteret Pharo relicta;
Vovit

1. *Tarpejas Diodorus ad coronas.*] Notatur hic: In Quinquatribus Minervæ. Immo in agone Capitolino. Nam Quinquatribus Albanæ coronæ dabantur, non Tarpejæ. *Gronovius. Tarpejas Diodorus, &c.*] In Quinquatriis Minervæ epigrammate 54. libri 4. vers. 1.

2. *Pharo relicta.*] Ægypto. Pharos Ægypti insula erat ex adverso Alexandriæ, hodie continenti contigua: *Farion.*

Vovit pro reditu viri Philænis,
Illam lingeret ut puella simplex,
Quam castæ quoque diligunt Sabinæ:
Dispersa rate tristibus procellis
Mersus fluctibus, obrutusque ponto
Ad votum Diodorus enatavit.
O tardus nimis & piger maritus!
Hoc à litore si puella votum
Fecisset mea, protinus redissem.

5. *Sabinæ.*] Sabinæ fœminæ ab omnibus autoribus audiunt castæ, simplices.

10. *A litore.*] Alii, *in litore.*

In Ponticum. XLII.

PONTICE quod nunquam futuis, sed pellice læva
Uteris, & Veneri servit amica manus:
Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres;
Mars semel, ut geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderat, si masturbatus uterque
Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum:
Istud quod digitis, Pontice, perdis, homo est.

1. *Pellice læva.*] Diogeniana uteris Venere, qui τὸν δι' ὑμεναίων ἡδὺν παλάμῃ, Λαΐδος οὐ χατέων. Agathius lib. 7. Anthologiæ. quod idem refert Galenus lib. 6. περὶ τῶν πεπονθότων τόπων. innuitque ipse Diogenes Luciani, ἐν βίων πράσει.

5. *Nempe semel fuit, &c.*] Ex uno congressu geniti sunt trigemini illi Horatii, qui tres Curiatios singulari de re Roman certamine commissos devicerunt: ex uno geniti Romulus & Remus, Romæ conditores.

7. *Masturbatus uterque.*] Ut tu.

8. *Fœda.*] Alii, *sæva.*

10. *Quod digitis, &c.*] Nimirum illi *Fratres* dicebantur, qui nefario concubitu turpe perdendi hominis præstabant officium. *Rigalt.*

Ad Apollinem pro Stella suo. XLIII.

CAmpis dives Apollo sic marinis,

Sic

Vovet Stellæ consulatum, implorat Apollinem, ut votis suis annuat.

1. *Campis dives, &c.*] Martialis κατ' ἐξοχὴν *Campas marinas* vocat Delphinos Apollini sacros. nam *Campas* veteres Latini omnia κητώδη & ingentes

Sic semper senibus fruare cycnis;
Doctæ sic tibi serviant sorores;
Nec Delphis tua mentiatur ulli;
Sic Pallatia te colant, amentque:
Bis senos cito te rogante fasces
Det Stellæ bonus annuatque Cæsar.
Felix tunc ego, debitorque voti
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus aureis juvencum!
Nata est hostia, Phœbe, quid moraris?

gentes pisces vocabant. Joseph. Scalig. in 1. Manil. & in conjectan. ad Varronem de LL. Turneb lib. 21. cap. 24 legit *Semurinis*: dicit enim *Semurium* campum fuisse Romæ propinquum, in quo templum Apollinis fuisse credit. Raderus legit, *sic Myrinis*, dicitque *campos Myrinos*, Grynæos fuisse eam pos; dictos Martiali à Grynis seu Grynæo oppido Myrinorum. unde Myrinus Apollo & Grynæus, idem.

2. *Senibus cycnis.*] Tibi consecratis. in morte vel ante mortem, quam præsciunt, canentibus. epigr. 77. lib. 13.

3. *Sorores.*] Musæ, quarum præses Apollo. Domitius refert ad sorores fatidicas Fortunæ Prænestinæ, vel Dodonæas. vide quæ ad Medeam Senecæ ℣f. 349.

4. *Nec Delphis, &c.*] Et vera det responsa sacerdos tua Pythia, Phœbas Delphica, Delphis, idos.

5. *Pallatia.*] Cæsares in Palatio.

6. *Bis senos, &c.*] Ut consulatum Stellæ meo deferat Cæsar. Duodecim enim fasces præferebantur consulibus.

8. *Debitorque voti.*] Reus voti, si impetraro.

9. *Rusticas ad aras.*] In villa & prædio meo suburbano.

10. *Aureis juvencum.*] De more exornandi majores victimas; inaurando iis cornua. Sic Virg. lib. 9.

Et statuam ante aras aurata fronte juvencum.

11. *Nata est.*] In agro meo suburbano. *Quid moraris.*] Conferre consulatum Stellæ.

De * statua Herculis. XLIV.

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone
Mitigat exiguo magnus in ære Deus,

Quæ-

* Ut publice in conviviis excipiebantur Deorum simulachra pulvinaribus: ita & privatim in mensa collocabantur statuæ velut tutela geniumque mensæ. Inter cæteras imagines quas Nonius Vindex in cœna ostenderat, erat Hercules epitrapezius. cujus signi artificium ad verbum cum nostro, Statius Papinius quarto Sylvarum exprimit, admiratur, laudat. Scriverius concipit lemma: *De Herculis sigillo apud Vindicem.* MS. Bodleianus, *De Lysippo sculptore.*

1. *Dura sedens, &c.*] Saxo insidens mitigat duritiem ejus instrata leonis pelle, quæ Herculi pro armatura & lecto erat. Senec. Hercul. Fu. ℣f. 1150.

Porrecto leone.] Synecdochicôs, totum pro parte, porrecta scil. pelle, mitigat saxum, durius enim est nudum insidere.

2. *Magnus in ære deus.*] Imago magni dei Herculis ære expressa.

Quæque tulit, spectat resupino sidera vultu,
Cujus læva calet robore, dextra mero:
Non est fama recens, nec nostri gloria cæli;
Nobile Lysippi munus, opusque vides.
Hoc habuit numen Pellæi mensa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.
Hunc puer ad Libycas juraverat Hannibal aras:
Jusserat hic Syllam ponere regna trucem.
Offensus variæ tumidis terroribus aulæ,
Privatos gaudet nunc habitare lares.
Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis esse Deus.

3. *Quæque tulit, &c.*] Suspicit cœlum quod Atlantis loco humeris quondam sustinuit.

4. *Cujus læva, &c.*] Sinistra clavam, dextra poculum gerens. Sic & Statius *clavam*, robur appellat: *hæc exitiale ferebat Robur, &c.*

5. *Non est fama recens, &c.*] Archetypum est, & veteris famæ opus, à Lysippo scilicet optimo statuario effictum. alii legunt: *Non est forma recens.* Docet enim sequenti versu ab artificis ætate antiquam esse statuam. *Cælum* hic accipe pro noto instrumento: alias *sicli* legeret Heraldus. *Cali.*] Instrumenti, stili sculptorii.

6. *Lysippi munus.*] Qui statuarius temporibus Alexandri Magni fuit, illudque Alexandro dedicavit.

7. *Hoc habuit, &c.*] Alexander natus in Pella Macedoniæ urbe, primus habuit hunc Herculem cum scypho, à Lysippo. *Tyranni.*] Regis. Vox τύραννος olim etiam in bonam partem capiebatur. Virg. *Dextram tetigisse tyranni.*

8. *Qui cito, &c.*] Annis duodecim devicto ab Alexandro, qui & ipse juvenis extinctus est.

9. *Hunc puer, &c.*] Possessam hanc statuam Annibali Papinius canit: noster *juratam*: Poëtice magis quam historice. Annibal novem annorum puer juravit se cum primum & quandiu posset, Romanos bello persecuturum.

10. *Jusserat, &c.*] Hoc signum & Sylla possedit; cujus jussu dictaturam posuisse Syllam fingit Poëta. *Regna.*] Dictaturam. *Trucem.*] Ob crudelitatem, quam in victos cives, & Marianas partes exercuit.

11. *Offensus, &c.*] Epitrapezius tandem iste Herc. indigne ferens tyrannicam principum dominorum potestatem, quam in vivis ubique vindicarat, nunc privatas Vindicis ædes colit: & quasi voluit in privatis mensis coli.

13. *Molorchi.*] Qui pastor Nemææ, cujus indicio Hercules ab eo hospitio exceptus, feram Nemeæam interfecit. epigr. 64. lib. 4. ✝ſ. 30.

De eadem statua. XLV.

ALciden modo Vindicis rogabam,
Esset cujus opus laborque felix.

Risit

Elegantiam & artificium ejusdem statuæ laudat artifex poëta.

1. *Alciden modo, &c.*] Herculis imaginem, de qua epigr. præced. Lipſ. lib. 1.

Risit (nam solet hoc) levique nutu,
Græce numquid ait, poëta, nescis?
Inscripta est basis, indicatque nomen.
Αυσίππȣ lego, Phidiæ putavi.

lib. 1. quæst. epist. 5. legit. *Alcides.* quia non ipsum Herculem Martialis interrogabat (inquit) sed alium, &c. Sed posset esse phrasis Græca, quæ Latinis etiam trita. Terent. *Postquam ejus animum perspexi, quomodo sese haberet ad nuptias.* Et, *Fratrem male metuo, ne intus siet.* Sed nescio quomodo hæc explicatio locum habere queat: Addit enim, *Risit, nam solet hoc.* his verbis clarum est, aliquem designari à Martiale nominatim. Nescio ergò an legendum sit,

Alcidem (vel Alcides) modo Vindicem rogabam, &c. Herald.

5. *Inscripta est basis.*] Basis substernebatur statuis; cui aut artificis, aut dedicatoris, aut ejus cujus esset statua, aut hæc omnia simul inscribebantur, & ea sæpius è marmore. Plinius epist. 6. lib. 3. *Herald.*

6. *Αυσίππȣ lego.*] Inscriptum est βάσει ΛΥΣΙΠΠΟΥ, ἔργον scil. Non autem omnibus operibus, sed præstantioribus, nomen suum inscribebant artifices. *Phidiæ putavi.*] Itane, *inquit Poëta*, hoccine est opus Lysippi qui finxit Alexandrum? credideram ego fuisse Phidiæ potius, qui finxit Jovem, & nobilior statuarius fuit Lysippo.

Ad Marcellinum. XLVI.

MIles Hyperboreos modo, Marcelline, Triones,
Et Getici tuleris sidera pigra poli,
Ecce Prometheæ rupes & fabula montis,
Quam prope sunt oculis nunc adeunda tuis.
Videris immensis cum conclamata querelis
Saxa senis, dices: durior ille fuit.
Et licet hoc addas: potuit qui talia ferre,
Humanum merito finxerat ille genus.

Ad Sarmatas & Scythas iturum Marcellinum filium, admonet fabulæ Prometheæ.

1. *Miles, &c.*] Quando, vel postquam tuleris diu cœlum illud Boreale, libeât etiam Caucasum invisere, &c. Vide ep. 25. lib. 6. ℣ſ. 2. & epigr. 11. lib. 4. ℣ſ. 3.

2. *Getici.*] Scythiæ. *Tuleris.*] Est in Palat. *tuleras*, unde quis facile fecerit *toleras*: nisi *modo* signet *dummodo*. sed nihil muto. *Grut. Sidera pigra poli.*] Ursas tarde moventes, quia polo vicinas.

3. *Promethea, &c.*] Caucasus Scythiæ mons, cui alligatus fingitur Prometheus præbere aliti jecur in pœnas renascens, propter subductum Jovi ignem, &c. epigr. 7. lib. spectac.

5. *Conclamata querelis.*] Clamoribus Promethei cœlum & terram contestantis conscia, se pati indigna. Æschyli Prometh.

6. *Durior.*] Qui talia perpessus est. *Ille.*] Alii, *Ipse.*

7. *Potuit qui talia ferre.*] Prometheus duris cautibus affixus, ipse saxis durior dura perpessus, documenta dat duram esse hominis progeniem ab illo autore, atque in ærumnas & pœnas natam.

In Gellium. XLVII.

GEllius ædificat semper: modo limina ponit,
Nunc foribus claves aptat, emitque seras:
Nunc has nunc illas mutat, reficitque fenestras.
Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit.
Oranti nummos ut dicere possit amico
Unum illud verbum Gellius, ædifico.

Sordidum & illiberalem taxat Gellium.

1. *Ædificat semper.*] Minutula nescio quæ semper reficit, ut ædificandi prætextu, illiberalem tegat animum, ne quid in amicos eroget.

3. *Mutat, reficitque.*] Alii, *reficis, mutatve.*

4. *Tamen*] Alii, *tantum.*

In Pannicum. XLVIII.

DEmocritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas,
Quidquid & hirsutis squallet imaginibus.
Sic quasi Pythagoræ loqueris successor, & hæres;
Præpendet mento nec tibi barba minor.
Sed, quod & hircosis serum est, & turpe pilosis,
In molli rigidum clune libenter habes.
Tu qui sectarum caussas & pondera nosti,
Dic mihi, percidi, Pannice, dogma facit?

1. *Democritos, &c.*] Crepat usque Stoicos & Academicos reconditioris scientiæ philosophos, quorum imagines visuntur hirsutæ & incultæ, ipse hispidus & barba promissa gravis: sed, &c. De hujusmodi hypocritis vide epigr. 28. supra. & epigr. 25. lib. 1. & Juvenal. satyr. 2.

4. *Præpendet mento.*] In MSS. est: *Præpendet tamen:* vel, *Propendetque minor.* Unde Nic. Heinsius ad Claudiani Consulatum Manlii: *Propendet Samia.* id est, Pythagoræ Samii At Is. Vossius ad Melæ l. 1. c. 9. *Præpendet meta.* Gron.

5. *Hircosis, &c.*] Quibus valle sub alarum graveolentia. *fertur Valle sub alarum trux habitare caper.* Catull.

7. *Pondera nosti.*] Argumenta, rationes.

8. *Percidi, Pannice.*] Epigr. 72. lib. 2. *Dogma quod est.*] Gruterus è MSS. *dogma facit?*

In Gallicum. XLIX.

HÆredem cum me partis tibi, Gallice, quartæ
Per

In ingratum Gallicum hoc Epigramma scriptum, qui per fraudem spoliaverat poëtam apro, quum ei promisisset ex quadrante hæreditatem.

1. *Partis quartæ.*] Hæredem ex quadrante, id est, quartam partem bonorum omnium. *quadrans* enim quarta pars libræ. *Rad.*

2. Per

Per tua jurares ſacra, caputque tuum;
Credidimus, (quis enim damnet ſua vota libenter?)
Et ſpem muneribus fovimus uſque datis:
Inter quæ rari Laurentem ponderis aprum
Miſimus, Ætola de Calydone putes.
At tu continuo populumque patreſque vocaſti:
Ructat adhuc aprum callida Roma meum.
Ipſe ego (quis credat?) conviva nec ultimus hæſi:
Sed nec coſta data eſt, caudave miſſa mihi.
De quadrante tuo quid ſperem, Gallice? nulla
De noſtro nobis uncia venit apro.

2. *Per caputque tuum.*] Formula priſcorum jurandi, *per caput.* de qua Briſſon. lib. 8.

3. *Quis enim, &c.*] Quis enim non libenter credat, quod optat & fieri vult?

4. *Muneribus.*] Mittendo tibi aprum.

5. *Laurentem.*] Laurente ſaltu captum.

6. *Ætola.*] Palat. *Ætolum.* epigr. 15. lib. ſpect. ✠ſ. 1. & epigr. 26. lib. 7. ✠ſ. 2. *De Calydone.*] Calydon civitas Ætoliæ; unde aper Meleagro cæſus, *Calydonius* dictus.

7. *Vocaſti.*] Invitaſti.

8. *Ructat adhuc aprum.*] Præ ingluvie, ut quæ avide apro veſceretur. *Callida Roma meum.*] An propter Gallicum & alios divites qui hæredipetas falſa ſpe lactatos fallebant? an propter cœnipetas Romanos palato ſapientes? Alii leg. *pallida* id eſt, luxu & gula alba?

9. *Ipſe ego.*] Dolenter ſane dicit hoc, infelix poëta; qui velut canis Æſopicus, dum captaret umbram, carnes amiſit. *Quis credat?*] Tantum nefas, tantum crimen, in ingratos cadere mortales. *Nec ultimus hæſi.*] Nec ima ſede admiſſus, immo præteritus, non vocatus.

10. *Coſta caudave.*] Apri.

11. *Quadrante, &c.*] Quarta hæreditatis tuæ parte, tribus unciis.

12. *Uncia venit apro.*] Particula, & reſpicit *hæreditatis aſſem*, & quem dixerat *quadrantem*.

De toga à Parthenio ſibi donata. L.

HÆc eſt illa meis multum cantata libellis,
Quam meus edidicit lector amatque togam.
Partheniana fuit, quondam memorabile vatis
Munus: in hac ibam conſpiciendus eques:
Dum nova, dum nitida fulgebat ſplendida lana,

Dum-

Togam à Parthenio miſſam ſibi, detritam ait, taciteque petit novam. vide epigr. 28. lib. 8.

2. *Quam meus.*] Palat. legit, *Quamque meus, &c.*

3. *Vatis.*] Epigramm. 6. lib. 5. & epigramm. 1. lib. 11. & epigramm. 11. lib. 12.

4. *Eques.*] Honorarius, munere principis, non cenſu.

6. *Ancto-*

Dumque erat auctoris nomine digna sui:
Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli,
Quam possis niveam dicere jure tuo.
Quid non longa dies, quid non consumitis anni?
Hæc toga jam non est Partheniana: mea est.

6. *Auctoris nomine, &c.*] Parthenii. tunc quidem toga παρθένος, virgo; nunc anus & vetula.

7. *Tribuli.*] Algenti & horrenti frigore pauperi, tributim & capite censo, uni è turba sine nomine.

8. *Niveam, &c.*] Epigr. 34. lib. 4.

10. *Jam non est, &c.*] Degenerat ab autoris Parth. benignitate, & meæ convenit paupertati.

In Gaurum. LI.

INgenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quæ brevitate placent.
Confiteor: sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prælia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona vivum:
Tu magnus luteum, Gaure, Giganta facis.

4. *Es.*] Tibi videris.

5. *Nos facimus.*] Ego quidem parva facio carmina, sed viva & vegeta: tu magna, sed stupida & mortua. *Bruti puerum*] Epigr. 171. lib. 14. *Lagona vivum.*] Puerum elegantem, subdolæ ac fucatæ vernilitatis, Lucisci opus. Plin. lib. 35. cap. 8. Alij, *Langona.*

6. *Magnus.*] Mole, non arte & ingenio certans. *Luteum, &c.*] Πηλογόνον & γηγενῆ. hoc est, magnum, malum, lutulentum opus condis. *At populus tumido gaudeat Antimacho.* Catull. Alii pro *luteum* leg. *puerum.* rectè.

De Lucano & Tullo. LII.

QUod semper superos invito fratre rogasti,
Hoc Lucane, tibi contigit, ante mori.
Invidet ille tibi: Stygias nam Tullus ad undas
Optabat, quamvis sit minor, ire prior.
Tu colis Elysios, nemorisque habitator amœni
Esse tuo primum nunc sine fratre cupis.
Et si jam nitidis alternus venit ab astris;
Pro Polluce mones Castora, ne redeat.

Ad

3. *Stygias, &c.*] Namque ille quamvis natu minor optarat prior mori. vide epigr. 37. lib. 1. quod huic concinit.

8. *Ne redeat.*] Ne velit vitæ vicissitudinem cum fratre Polluce habere, sed quod tu facis, fratri suo integram nec alterna morte interruptam vitam cedere.

Nata-

Ad Quinctum Ovidium. LIII.

SI credis mihi, Quincte (quod mereris)
Natales, Ovidi, tuos Apriles,
Ut nostras amo Martias Calendas,
Felix utraque lux, diesque nobis
Signandi melioribus lapillis!
Hic vitam tribuit, sed hic amicum.
Plus dant, Quincte, mihi tuæ Calendæ.

Natalem Q. Ovidii celebrat, eumque suo præfert.
5. *Signandi.*] Epigr. 45. lib. 8. ℣. 2.
6. *Hic vitam tribuit.*] Natalis meus Cal. Martiis. *Hic.*] Tuus natalis Cal. Aprilis. *Amicum.*] Te.
7. *Plus dant, &c.*] Amicitia nempe tua mihi charior est vita mea.

Ad eundem. LIV.

NAtali tibi, Quincte, tuo dare parva volebam
Munera. tu prohibes: imperiosus homo es.
Parendum est monitis. fiat quod uterque jubemus;
Et quod utrumque juvat, tu mihi, Quincte, dato.

1. *Natali tibi, &c.*] Epigr. 64. lib. 8.
3. *Jubemus.*] Alii, *Volemus.*
4. *Et quod, &c.*] Ex inverso officio elegans mendicatio.

* Ad cognatum. LV.

SI mihi Picena turdus palleret oliva,
Tenderet aut nostras sylva Sabina plagas.
Aut crescente levis traheretur arundine præda,

Pin-

* *Scriver.* Ad eundem.

Χαρίσια Amici celebrat, & agrestia munera excusat. *Charistia* dicebantur, quum propinqui solenne adornarent convivium, cui tantum cognati aderant, litium ponendarum, & amoris instaurandi gratia institutum, de quo Valer. Maxim. libro 2. capite 1. Celebrabantur hæc 11. Calend. Martias. Ovidius 2. Fast.

Proxima cognati dixere Charistia Cari,
Et venit ad socios turba propinqua Deos.

1. *Si mihi, &c.*] Si mihi essent turdi, qui Picena oliva pasti pinguescerent ἐλαιοφυλλοφάγοι seu ἐλαιοφάγοι κιχῆλαι, Athenæo lib. 2. cap. 24. aut ex sylvis Sabinis feræ.

3. *Crescente.*] Lenta, flexili arundine piscatoria, vel quæ præda gravis est, vel quæ etiam crescit in longitudinem, aliis atque aliis insitis arundinibus. epigr. 218. l. 14. *Levis traheretur, &c.*] Ita Gruterus. ut omnino de avibus intelligatur, ut epigrammate insequente & 218. lib. 14. rejecta lectione vulg. *vadis.* Vel ut Raderus exponit: *Præda* scilicet turdorum, traheretur arundine, nempe

Pinguis & implicitas virga teneret aves:
Cara daret sollenne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior esset avus.
Nunc sturnos inopes, fringuillarumque querelas
Audit, & arguto passere vernat ager.
Inde salutatus picæ respondet arator:
Hinc prope summa rapax milvus in astra volat.
Mittimus ergo tibi parvæ munuscula cortis,
Qualia si recipis, sæpe propinquus eris.

nempe viscata; *arundine crescente vadis*, quæ provenit locis uliginosis; unde *fluvialis arundo*. Et Gruterus dicit, *trahere* hic notare, attrahere, seu detrahere. Silius lib. XIV. ℣. 263. *cælo traxisse volucrem*. Tum sequitur *Implicitas.*] Periphrasis aucupii; viscosis enim virgis capitur avis.

4. *Pinguis, &c.*] Viscata arundo.

5. *Cara daret, &c.*] In his Charistiis vel Charis cognatorum (convivio scilicet solenni cui adsunt cognati tantum, symbola conjicientes. Ovidius 2. Fast. & Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1.) mitterem tibi munus. epigrammate sequenti.

8. *Vernat ager.*] Calend. enim Martiis celebrabantur hæc Charistia.

11. *Munuscula cortis.*] Epigr. 30. lib. 7. ℣. 1. 2. &c.

12. *Sæpe propinquus eris.*] Pluribus annuis festis: *vel* pluries in anno, mecum cœnabis; aut sæpe tibi velut propinquo, talia mittam.

Ad * Flaccum. LVI.

LUce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro:
Succurrit nobis ingens onerosaque turba;
In qua se primum quisque meumque putat.
Demeruisse duos, votum est: offendere plures,
Vix tutum: multis mittere dona, grave est.
Qua possum sola veniam ratione merebor:
Nec Stellæ turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

De

* Poëtam, qui scripsit Argonautica.

Facete excusat in Charistiis, nulla Flacco aut Stellæ mitti munera; caussam adfert, ne offendat plures, dum paucis tantum parat munera. Igitur nulla, inquit, dabo, ut nullus ægrè ferat; credo poëtam nulla habuisse, imò desiderasse ab aliis. *Rad.*

1. *Luce propinquorum, &c.*] Epigr. proxime præcedent. ℣. 5.

2. *Stellæ turdos, &c.*] Poëtæ, de quo epigr. 8. lib. 1. &c.

3. *Onerosaque turba.*] Amicorum turba, quibus omnibus munera mittere mihi foret onerosum.

5. *Demeruisse duos.*] Beneficio mihi conciliare te & Stellam volebam.

7. *Merebor.*] Respicit ad quod prius dixerat *Demeruisse*.

8. *Nec Stellæ turdos, &c.*] Ita nec vos sibi prælatos querentur cæteri.

1. *Spu-*

De Spendophoro. LVII.

Spendophorus Libycas domini petit armiger urbes:
Quæ puero dones tela, Cupido, para.
Illa quibus juvenes figis, mollesque puellas:
Sit tamen in tenera levis & hasta manu.
Loricam clypeumque tibi galeamque remitto,
Tutus ut invadat prælia, nudus eat.
Non jaculo, non ense fuit, læsusve sagittâ,
Casside dum liber Parthenopæus erat.
Quisquis ab hoc fuerit fixus, morietur amore.
O felix, si quem tam bona fata manent!
Dum puer es, redeas, dum vultus lubricus; & te
Non Libye faciat, sed tua Roma virum.

1. *Spendophorus.*] Domitiani tyro in Africam profecturus.

2. *Tela, Cupido, para.*] Tua arma. *Altera tela arcus, altera tela faces.*

6. *Tutus, &c.*] Illæsum & à vulneribus immunem præstabit eum, inermis undique, forma sua & pulchritudo.

7. *Non jaculo. &c.*] Meleagri filius, quem forma à vulnere defendebat *qualis belli jam casside missa Parthenopæus erat.* Papin. sylv. 4. vide epigramm. 77. lib. 6. ✝s. 2.

9. *Hoc fuerit fixus, &c.*] Altero Cupidine, & Amoris telis instructo. ut modo ✝s. 2.

11. *Dum vultus lubricus.*] Nondum plane virilis, *discrimine sexus obscuro ambiguoque vultu.* vel ut idem Horat. *Vultus nimium lubricus aspici.* vel in ætatis lubrico, nondum adultus. Alii, *dum vultus lubricus.*

In Hedylum. LVIII.

Nil est tritius Hedyli lacernis,
Non ansæ veterum Corinthiorum,
Nec crus compede lubricum decenni,
Non ruptæ recutita colla mulæ,
Nec quæ Flaminiam secant salebræ,
Nec qui littoribus nitent lapilli,
Nec Tuscâ ligo vineâ politus,

Nec

2. *Corinthiorum.*] Vasorum ex ære Corinthio. vide quæ ad ✝s. 795. Medeæ Senecæ.

3. *Compede, &c.*] Servorum in ergastulis. supra epigr. 23. ✝s. 4.

4. *Recutita colla mulæ.*] Nova cute revestita.

5. *Secant.*] Interrumpunt, asperam reddunt. *Salebræ.*] Saxa in via eminentiora & levia. An intelligit lapides quibus milliaria terminantur & distinguuntur?

7. *Tuscâ ligo, &c.*] Ergastulis Etruscis.

8. Nec

Nec pallens toga mortui tribulis,
Nec pigri rota quassa mulionis,
Nec rasum cavea latus bisontis,
Nec dens jam senior ferocis apri,
Res una est tamen, ipse non negabit,
Culus tritior Hedyli lacernis.

8. *Non pallens toga.*] Togæ autem involvendis mortuis commodæ; quia albæ. Unde & mulieres albis vestibus utebantur in luctu & vittis albis. Non autem Romæ solum, sed & Lacedæmone, honestiores ἐν πορφύρᾳ elati fuerunt. Distinguit tamen expresse Ælianus lib. 6. Var. hist. cap. 6. & vult eos solos, quorum virtus inter cæteros enituerat τοὺς τελέως ἀριστεύσαντας, ἐν φοινικίδι ταφῆναι: mediocris fortitudinis homines ramis oleæ, & aliis frondibus decoratos. Hinc & Marcus Antonius, cum M. Bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidisset, quo honoratius cremaretur, injici ei suum paludamentum (τὴν φοινικίδα) jussit. vide Val. Max. lib. 5. cap. 5. Atque idcircò vestiebant cadavera, ne in inferis algerent. *Herald. Pallens, &c.*] Defloccata toga, qua amictus, effertur pauper. Romanorum autem cadavera efferebantur togata, pro sua cujusque conditione: Censorum purpurea; magistratuum, prætexta; civium honestiorum, candida; viliorum quoque cadavera, toga alba, sed viliori & tritiori. Juven. sat. 3. ℣. 170.

10. *Rasum cavea, &c.*] Latus bovis sylvestris, cavea qua coërcetur tritum.

13. *Hedyli.*] Cinædi.

Ad Nympham Sabini. LIX.

Nympha sacri regina lacus, cui grata Sabinus,
Et mansura pio munere templa dedit;
Sic montana tuos semper colat Umbria fontes,
Nec tua Bajanas Sarsina malit aquas:
Excipe sollicitos placide, mea dona, libellos:
Tu fueris Musis Pegasis unda meis.

Nym-

Mittit librum ad censorium tribunal Cæsii Sabini Umbri, Auli Pudentis municipis; cui librum quoque septimum transmisit, ut est lib. 7. epigr. 96.

1. *Nympha, &c.*] Fons, seu Nympha fontis, cui Cæsius Sab. de quo epigrammate 96. lib. 7. templum consecravit.

2. *Templa.*] Fontem enim egregio opere ædificavit in ædibus suis.

4. *Nec tua Bajanas.*] Nec minori sis in pretio & æstimatione apud Sarsinates Umbriæ, quam sunt Bajæ. *Sarsina.*] Civitas Umbriæ.

5. *Sollicitos placide, &c.*] Judicium Cæsii subveritos. epigrammate 96. libro 7.

6. *Tu fueris, &c.*] Mihi eris instar fontis, Pegasi ungula aperti, poëtis culti & decantati.

7. *Nym-*

Nympharum templis quiſquis ſua carmina donat,
Quid fieri libris debeat, ipſe monet.

7. *Nympharum.*] Aquarum.
8. *Quid fieri, &c.*] Mergendos ſcilicet & aqua delendos. ſic epigr. 99. lib. 3. & epigr. 10. lib. 4.

In Mamurram. LX.

IN ſeptis Mamurra diu multumque vagatus,
Hic ubi Roma ſuas aurea vexat opes;
Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit:
Non hos quos primæ proſtituere caſæ;
Sed quos arcanæ ſervant tabulata cataſtæ,
Et quos non populus, nec mea turba videt.
Inde ſatur, menſas, & opertos exuit orbes,
Expoſitumque alte pingue popoſcit ebur.
Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.
Conſuluit nares, an olerent æra Corinthon:

Cul-

Epigramma elegans, quo facetè deſcribitur homo ἀλαζών. Et in Mamurra paupertatis diſſimulatores irridet; qui in nundinis licebant perinde quaſi omnia empturi, quum vix haberent quod domi cœnarent. Id etiam hodie nimium quam frequenter experiuntur mercatores. *Rad.*

1. *Septis Mamurra, &c.*] Epigr. 14. lib. 2. ℣ſ. 5. *Vagatus.*] *Empturus pueros, argentum, myrrhina, villas.* Juven. ſat. 7 ℣ſ. 132.

2. *Ubi Roma, &c.*] Ubi venales exponuntur, oſtentantur, licitantur, emuntur ingentis pretii merces. epigrammate 80. lib. 10. *Vexat.*] Emendo, licitando, litigando, oſtentando.

3. *Inſpexit molles pueros.*] Venales diligenter inſpexit. epigr. 82. l. 6. ℣ſ. 1. *Oculiſque comedit.*] Sic epigramm. 97. lib. 1. ℣ſ. 32.

4. *Caſæ.*] Tabernæ viliores & expoſitæ. Ubi ſcil. viliora mancipia & rejicula.

5. *Arcanæ cataſtæ.*] Reconditiores & remotæ. uti mox ℣ſ. 7. Per hypallagen leg. pro arcana cataſtæ tabulata. *Cataſtæ.*] Supra epigr. 30. ℣ſ. 5. & lib. 6. epigr. 29. ℣ſ. 1.

6. *Nec mea turba videt.*] Nec meæ farinæ & conditionis pauperes.

7. *Satur.*] Oculus ſatiatus. *Opertos exuit orbes.*] Retegi poſtulavit & efferri opertas & interius reconditas magni pretii menſas citreas & eburneas rotundas. epigr. 43. lib. 2. ℣ſ. 9.

9. *Et teſtudineum, &c.*] Et poſtquam ſæpius emenſus eſt conclave diſcubitorium ſex lectis inſtructum, teſtudineis putaminibus diſſectis exornatum. vide quæ lib XIV. epigr. 87. dicta ſunt in *ſigma:* & quæ ad ℣ſ. 94. ſat. 11. Juven.

10. *Citro, &c.*] Quod non ſatis ampla eſſet menſæ ſuæ citreæ.

11. *Conſuluit nares, &c.*] An ſtatuæ eſſent ex ære Corinthio, quod erat pretioſiſſimum. *Corinthon.*] In Corinthi enim incendio confluxere, æris, auri, argentique venæ: unde æs Corinthium miſtum, laudabilius.

Culpavit ſtatuas, & Polyclete, tuas.
Et turbata brevi queſtus cryſtallina vitro,
Myrrhina ſignavit ſepoſuitque decem.
Expendit veteres calathos, & ſi qua fuerunt
Pocula Mentoreâ nobilitata manu:
Et virides picto gemmas numeravit in auro,
Quidquid & à nivea grandius aure ſonat.
Sardonychas veros menſa quæſivit in omni,
Et pretium magnis fecit iaſpidibus.
Undecima laſſus cum jam diſcederet hora,
Aſſe duos calices emit, & ipſe tulit.

12. *Statuas.*] Quæ erant ex ære Deliaco.

13. *Turbata cryſtallina.*] Vitiata admiſto fragili vitro. *Cryſtallina, Myrrhina.*] Vaſa, epigr. 111. & 113. lib. 14. Gruterus ex Palat. legendum cenſet *nitro.* Nec repugnat huic lectioni Plinius lib. 37. cap. 2. imo pro ea pugnat Tacitus lib. 5. Hiſtoriar. *Conlectæ arena admixto nitro in vitium excoquuntur.* imo ipſe noſter lib. 1. epigr. 53. hinc interpretandus: *Sic Aretinæ violant cryſtallina teſtæ.*

14. *Signavit ſepoſuitque decem.*] Quaſi empturus.

15. *Veteres calathos.*] Vaſa viminea. *Vel*, calices vinarios archetypos.

16. *Mentoreâ, &c.*] Epigramm. 41. lib. 3. vſ. 1.

17. *Virides gemmas, &c.*] Smaragdos aureo calici inſertos. epigr. 109. lib. 14. Virides enim gemmas auro decorando maximè convenire perſuaſum veteribus, quapropter eas præcipue poculis aureis includebant, quæ λιθοκόλλητα & διάλιθα Græcis, *aurum gemmatum* Latinis. *Salmaſ. Picto auro.*] Vario, elaborato, fulgente: vel quod auro per artem alii colores inducti erant.

18. *Quidquid, &c.*] Gemmas & elenchos ab auribus ſuſpendi ſolitos.

19. *Veros menſa, &c.*] Non adulterinos. Alii leg. *menſas quæſivit in omnes.*

20. *Pretium fecit iaſpidibus.*] Licitatus eſt.

21. *Undecima laſſus, &c.*] Planetaria ſc. id eſt, ſub noctem.

22. *Duos calices.*] Vitreos calices intelligit. *Ipſe tulit.*] *Emphaticè*, quod ſervo careret. ſic epigr. 36. lib. 5. vſ. 8.

Sabino mittit coronam roſeam. LXI.

SEu tu Pæſtanis genita es, ſeu Tiburis arvis,
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo:
Seu Præneſtino te villica legit in horto;

Seu

Quo gratior ſit Cæſio Sabino, putet roſeam hanc coronam quam illi mitto, natam fuiſſe in horto meo Nomentano: etſi fortè ſit è bifero Pæſto, Tibure, Tuſculano, Præneſte, ſeu Campania. namque mihi empta eſt: ſic epigramm. 94. lib. 10.

1. *Seu tu.*] Nominat agros roſarum fertiliſſimos, Pæſtanum, Tiburtinum, Tuſculanum, Campanum.

Expli-

Seu modo Campani gloria ruris eras:
Pulchrior ut nostro videare corona Sabino;
De Nomentano te putet esse meo.

De platano Cæsaris. LXII.

IN Tartessiacis domus est notissima terris,
Qua dives placidum Corduba Bætin amat;
Vellera nativo pallent ubi flava metallo,
Et linit Hesperium bractea viva pecus:
Ædibus in mediis totos amplexa Penates
Stat platanus densis Cæsariana comis:
Hospitis invicti posuit quam dextera felix,
Cœpit & ex illa crescere virga manu.
Auctorem, dominumque nemus sentire videtur:
Sic viret, & ramis sidera celsa petit.
Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni,
Terruit & tacitam fistula sera domum:
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros;
Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas.

Atque

Explicat platanum Cæsaris manu satam Cordubæ, de qua nihil alii scriptores, quum passim celebrentur platani Socratis apud Platonem in Phædro, Ciceronis primo de Oratore, Xerxis regis Persarum in Lydia, apud Ælianum lib. 2. cap. 14.

1. *Tartessiacis, &c.*] Bætica Hispaniæ. Tartessus enim idem qui Bætis fl. *Strabo.*

2. *Corduba.*] Senecarum & Lucani patria.

3. *Vellera, &c.*] Ubi greges ovium, aureum seu rutilum habent vellus. epigrammate 43. lib. 2. vs. 3. & epigramm. 38. lib. 5. vs. 7. & epigr. 133. lib. 14. & epigr. 100. lib. 12.

4. *Bractea viva pecus.*] Rutilus, aureus color nativus.

6. *Cæsariana comis.*] Cæsaris manu sata.

7. *Hospitis.*] Cæsaris victoris.

9. *Nemus sentire videtur.*] Arbor opaca ingens.

12. *Terruit & tacitam.*] Vulgo sequenti versui hoc pentametron, & quod illic legitur, huic subjicitur. Id contra mentem Martialis factum ex MS. Pal. docuit Gruterus. Cui adversatur Scriverius invitis Musis & Gratiis: ut ostendit Gronovius & auctoritate codicis Arondelliani, & certa ratione lib. 1. Observationum. *Gronov. Tacitam.*] Somno sopitam excitavit fistula Panis & Dryadis. *Fistula sera domum.*] Syrinx in arundines palustres conversa.

14. *Dryas*] Nympha querquetulana. Singulis enim arboribus Nympham præesse credebant antiqui: quam, quod unà cum arbore nasceretur moreretur que Hamadryadem appellabant; cum *Dryas* sit quæ toti nemori silvæque præsit, à δρῦς.

Atque oluere lares comissatore Lyæo,
Crevit & effuso lætior umbra mero:
Hesternisque rubens dejecta est herba coronis,
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta deis, ô magni Cæsaris arbor,
Ne metuas ferrum, sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:
Non Pompejanæ te posuere manus.

15. *Comissatore Lyæo.*] Baccho convivia celebrante.

16. *Effuso lætior, &c.*] Ita Scriverius. hac mente. Postquam cerebrum mero saucium incaluit, accedit numerus lucernis, & umbra fit latior, atque omnia videntur justo majora: cum vulgo legatur *lætior.* Aluntur enim vino irrigatæ platani. quod de Hortensii luxu refert Macrob. Sat. 3. lib. 13.

17. *Dejecta, &c.*] Vulg. *delecta.* Grut. *detecta.* eo sensu: deprehensa, inquit, terra rubens coronis, &c.

20. *Ne metuas ferrum.*] Est enim sacra Cæsari.

22. *Non Pompejanæ, &c.*] Non Pompejanæ, id est, victæ, sed Cæsareæ, victrices.

De Philæni. LXIII.

TInctis murice vestibus quod omni
Et nocte utitur, & die Philænis,
Non est ambitiosa, nec superba:
Delectatur odore, non colore.

Purpuratam ait incedere Philænidem, non ob fastum; sed ut odore vehementi purpuræ, fœtorem impuri corporis obruat. Nam Philænis epigr. 66, lib. 7. eodem laborabat morbo, quo Bæticus epigr. 76. lib. 3. purpuræ itaque odore delectabatur, qui vitii sui saniem referret, vide epigr. 4. l. 4. & 6.

In Phœbum. LXIV.

AD cœnam invitant omnes te, Phœbe, cinædi:
Mentula quem pascit, non puto purus homo est.

1. *Phœbe.*] Ludit forte in nomine, φοῖβος enim *purum* sonat, quasi dicat, nomine purus, re impurus.

De statua Cæsaris Domitiani. LXV.

HErculis in magni vultus descendere, Cæsar
Dignatus Latiæ dat nova templa viæ:

Qua

1. *Herculis, &c.*] Domitianus se ad imaginem Herculis, cui templum in Appia via, octavo ab urbe lapide condiderat, fingi & coli voluit. epigr. 104. infra. *In vultus.*] Cur id factitarint, ex Dione & Lampridio docet Heraldus: in illius enim specie se fingi pingique volebant, cui se similes videri cupiebant.

3. *Tria*

Quæ Triviæ nemorosa petit dum regna viator,
Octavum dominâ marmor ab urbe legit.
Ante colebatur votis, & sanguine largo:
Majorem Alciden, nunc minor ipse colit.
Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores:
Illi securus vota minora facit.

3. *Triviæ.*] Dianæ Aricinæ lucum & templum. cur autem Diana dicatur Trivia, vide quæ Farnab. adnotavit ad Hippolytum Senecæ, ỳs. 411. *Nemorosa.*] Quia templum in nemore. *Regna Dianæ*, quia sacerdos rex appellabatur. De Rege Nemaurensi, vide Strabonem lib. 5. Ovid. 3. Fastor. *Viator.*] Pedes, neque enim in gratiam Hippolyti ab equis discerpti, qui templum illud Dianæ dicavit, nemus illud aditur equis. Ovid. 3. Fastor.

4. *Octavum marmor.*] Octavum lapidem, id est, milliarium à Roma. *Legit.*] Petit, adit.

6. *Nunc minor.*] Sed nunc ipse Hercules inferior nostro factus, Domitianum colit. infra epigr. 104. ỳs. 11. *Ipse.*] Alii, *Iste*.

7. *Hunc.*] Domitianum, Herc. majorem.

8. *Illi securus, &c.*] Ab illo Herc. minore, supplices minores, petant minora.

Ad Herculem, de eadem statua. LXVI.

ALcide Latio nunc agnoscende Tonanti,
Postquam pulchra Dei Cæsaris ora geris,
Si tibi tunc isti vultus habitusque fuissent,
Cesserunt manibus cum fera monstra tuis;
Argolico famulum non te servire tyranno
Vidissent gentes, sævaque regna pati:
Sed tu jussisses Eurysthea, nec tibi fallax

Por-

Nullum facit adulandi finem poëta, Herculemque à Cæsaris facie tantam dignitatem capere dicit; ut si illum vultus honorem & elegantiam mortalis habuisset olim, nullum omninò periculum aditurum fuisse dicat.

1. *Nunc agnoscende Tonanti.*] Nunc tandem probas te Jovis Capitolini filium, postquam indutus es formam Domitiani, modo epigr. 65. ỳs. 1.

3. *Si tibi, &c.*] Si gessisses ora & vultum Cæsaris, cum feras domares.

5. *Argolico tyranno.*] Eurystheo, Mycenarum regi, qui dictante Junone, Herculem ad difficillima quæque obeunda adigit. vide quæ ad Herc. Fu. Sen. ỳs. 35. & ỳs. 829.

6. *Sævaque regna.*] Quum toties mortis adire discrimen cogeretur, quoties certamen iniret.

7. *Sed tu jussisses Eurysthea.*] Unicum hoc exemplum est verbi *jubere* cum accusativo personæ sine intellectu infinitivi positi. An placet ex præcedenti versu intelligere, *regna pati*? Potius censeo scripsisse Martialem: *Sed tu jussisses Eurystheo*: contractis duabus syllabis, ut solent Poëtæ. *Gronovius.* *Sed tu jussisses Eurysthea.*] Tu illi imperasses, si ora & vultum gessisses Cæsaris.

 8. *Nessi.*]

Portasset Nessi perfida dona Lichas.
Oetæi sine lege rogi securus adisses
Astra patris summi, quæ tibi pœna dedit:
Lydia nec dominæ traxisses pensa superbæ:
Nec Styga vidisses Tartareumque canem.
Nunc tibi Juno favet, nunc te tua diligit Hebe:
Nunc te si videat Nympha, remittet Hylan.

8. *Nessi.*] Vestem sanguine Nessi Centauri & veneno à sagittis Hydræ felle tinctis infectam, muneri à Deianira missam Herculi per Lycham. vide Senecæ Herc. Oetæi argumentum. *Perfida dona.*] Nessi, qui suum sanguinem seu venenum potius, Deianiræ muneris loco reliquerat, quo decepta ipsa, decepit Herculem, dum interfecit.

9. *Oetæi, &c.*] Non tibi fuisset opus per ignem mortali parte expurgata, conscendisse cœlum: sed citra rogum relatus fuisses in Deos; si, qua nunc coleris forma, indutus esses.

11. *Lydia, &c.*] Neque tractasses colum sub Omphale. vide Mythologos.

12. *Nec Styga, &c.*] Nec adivisses inferos vidissesque Cerberum.

13. *Nunc tibi Juno favet, &c.*] Recepto in cœlum Herculi, Juno conciliata, Heben filiam in uxorem dedit.

14. *Nunc te si, &c.*] Amphydacia Nympha, quæ tuum rapuit Hylam, nunc eum reddet, epigrammate 49. lib. 5. vs. 5.

Ad Fabullum. LXVII.

UXor cum tibi sit formosa, pudica, puella,
Quo tibi natorum jura, Fabulle, trium?
Quod petis à nostro supplex Dominoque Deoque,
Tu dabis ipse tibi, si potes arrigere.

2. *Natorum jura, &c.*] De jure trium liberorum, vide quæ ad ep. 91. lib. 2.

3. *Supplex.*] Per libellos supplices. *Dominoque Deoque.*] Domitiano. epigramm. 8. lib. 5. vs. 1.

4. *Tu dabis, &c.*] Epigramm. 31. lib. 8.

In Æschylum. LXVIII.

LAscivam totâ possedi nocte puellam,
Cujus nequitias vincere nulla potest.
Fessus mille modis, illud puerile poposci:

Ante

3. *Illud puerile poposci.*] Δύσφημον ἐκεῖνο, ὅτι πάσχουσιν οἱ παῖδες. Sic sæpe hoc pronomen ponitur relato subintellecto. Catullus: (illud. *Et quærendum unde, unde fortè nervosius* Sic *Res illas* dixit Arnobius τὸ ἀνδρεῖον. Dicebant aliquando *Multa illa*, id est, lascivas illas & obscænas voluptates. Catullus:
Ubi illa multa tam jocosa fiebant.
Græci ταῦτα vel ἐκεῖνα eodem modo. Herald.

5. Im-

Ante preces totas, primaque verba dedit.
Improbius quiddam ridensque rubensque rogavi:
Pollicita est nulla luxuriosa mora.
Sed mihi pura fuit; tibi non erit, Æschyle: si vis,
Accipe & hoc munus conditione mala.

5. *Improbius, &c.*] Ore morigerari.

7. *Sed mihi, &c.*] Nec tamen feci: pretio deterritus, seu rei turpitudine.

8. *Conditione mala.*] Magno pretio, caro emptum.

In Magistrum ludi. LXIX.

QUid tibi nobiscum est ludi scelerate magister,
Invisum pueris virginibusque caput?
Nondum cristati rupere silentia galli:
Murmure jam sævo verberibusque tonas.
Tam grave percussis incudibus æra resultant,
Caussidicum medio cum faber aptat equo.
Mitior in magno clamor fuit amphitheatro,
Vincenti parmæ cum sua turba favet.
Vicini somnum non tota nocte rogamus:
Nam vigilare leve est, pervigilare grave.
Discipulos dimitte tuos. vis garrule, quantum
Accipis ut clames, accipere ut taceas?

In

Irascitur clamoso ludi moderatori, somnum poëtæ matutinum interrumpenti. ait se didactron soluturum, non si doceat, sed taceat.

3. *Nondum cristati, &c.*] Nondum est gallicinium. Misera hominum istorum conditio, qui media penè nocte scholam aperire incipiebant, id est, primo diluculo, vel ante, & pene priusquam Galli Solem advenientem salutarent. Juvenal. Sat. 7.

Dum modo non pereat mediæ quod noctis ab hora
Sedisti, &c. —

5. *Tam grave, &c.*] Non intonas minore verberum verborumque strepitu, quam fabri incus, dum fingitur equestris statua caussidico. vide Juven. Sat. 7. ✝︎. 123. & autorem dialogi de Oratorib.

8. *Vincenti parmæ cum sua turba.*] Non temere dixit *sua turba*. Erant enim in Theatro, Amphitheatro, & Circo factiones, & inde diversus favor. De populi acclamationibus in Circo & Amphitheatro, variisque factionibus, vide Bullengerum cap. 46. lib. de Circo. *Vincenti.*] Cum parmularii, qui Thracibus gladiatoribus parma armatis favent, suæ factioni victrici applaudunt.

10. *Pervigilare grave.*] Totam noctem ducere insomnem.

In Polycarmum. LXX.

Cum futuis, Polycarme, soles in fine cacare,
Cum pædicaris, quid, Polycarme facis?

* In Cæcilianum. LXXI.

Dixerat, ô MORES! ô TEMPORA! *Tullius olim,*
Sacrilegum strueret cum Catilina nefas:
Cum gener atque socer diris concurreret armis,
Mœstaque civili cæde maderet humus.
Cur nunc, ô MORES! *cur nunc*, ô TEMPORA! *dicis?*
Quod tibi non placeat, Cæciliane, quid est?
Nulla ducum feritas, nulla est insania ferri:
Pace frui certa, lætitiaque licet.
Non nostri faciunt, tua quod tibi tempora sordent:
Sed faciunt mores, Cæciliane, tui.

* Palat. *In Mæcilianum.*

Adulatur Cæsari, dum reprehendit Mæcilianum; vel ut alii leg. Cæcilianum, sua tempora vituperantem.

1. *Dixerat, &c.*] In Catilinam dixit Cicero, *O tempora! ô mores! senatus hoc intelligit, consul videt, hic tamen vivit.*

2. *Nefas.*] Patriæ excidium notum ex Salustio & Cicer.

3. *Gener atque, &c.*] Pompejus & Cæsar. cujus filia Julia nupta est Pompejo. neque tamen constat Ciceronem alicubi his verbis exclamasse contra bella civilia.

7. *Ducum feritas, &c.*] Nunc, ut quondam Pompeji & Cæsaris. *Ferri.*] Patriæ ruinam molientis, ut Catilinæ olim.

10. *Mores tui.*] Sceleratis omnia tempora metuenda; tuta omnia & secura innocenti. Omnibus temporibus fuere, sunt & erunt plures improbi quam probi; nec est, cur tempora quisquam sua accuset, sed se.

De leone & ariete. LXXII.

Massyli leo fama jugi, pecorisque maritus
Lanigeri, mirum, qua coïere fide.
Ipse licet videas, cavea stabulantur in una,

Et

Laudat & stupet concordiam leonis & arietis, simul innoxiè habitantium; ideoque dignum utrumque cælo judicat, æque ac leonem Nemeæum, & Arietem Phryxi vectorem & Helles.

1. *Massyli, &c.*] Magnitudine corporis nobilissimus in omnibus Libyæ, cujus Massylia pars est, montibus. *Pecorisque maritus.*] Aries.

2. *Mirum, &c.*] Mirum est, quam unanimiter & placide inter se convenerint. Al. *posuere*, absolute, seu feritatem posuere.

4. *Pari-*

Et pariter socias carpit uterque dapes.
Nec fœtu nemorum gaudent, nec mitibus herbis:
Concordem satiat sed rudis agna famem.
Quid meruit terror Nemees, quid proditor Helles,
Ut niteant celsi lucida signa poli?
Sidera si possent pecudesque feræque mereri;
Hic aries astris, hic leo dignus erat.

4. *Pariter socias, &c.*] Uno eodemque cibo vescuntur leo & aries.

5. *Nec fœtu nemorum, &c.*] Nec leo desiderat cervos, tauros, & alias feras, nec aries herbas, sed & aries vescitur agna, cibo insolito.

7. *Quid meruit, &c.*] Quid meruit leo Herculis, epigr. 66. lib. 5. ℣. 2. quid Phryxi aries, de quo epigr. 51. lib. 8. ℣. 8. ut referrentur in astra? *Proditor Helles.*] Alii, *portitor Helles.*

10. *Hic.*] Noster.

Ad Liberum. LXXIII.

Liber Amyclæa frontem vittate corona,
Qui quatis Ausonia verbera Graja manu;
Clausa mihi texto cum prandia vimine mittas,
Cur comitata dapes nulla lagena venit?
Atqui digna tuo si nomine munera ferres,
Scis, puto, debuerint quæ mihi dona dari.

Martialis à Libero pugile esculentis donatus, petit etiam Liberum, seu poculenta.

1. *Liber.*] Ad quem epigr. 77. lib. 8. *Amyclæa corona, &c.*] Coronate victor in pugilatu, cujus inventor Pollux Spartanus. Amycle autem Laconiæ civitas est. *Redimite.*] Gruterus ex Palat. Angl. legendum censet, *vittate.* Nec aliter codex Pircheimeri.

2. *Qui quatis, &c.*] Qui Græca exerces certamina, ipse Latinus pugil vel auriga.

3. *Clausa mihi texto, &c.*] Cum mihi misisses esculenta in sporta; cur non & poculenta adjecisti in lagena?

5. *Tuo nomine, &c.*] *Libero*, quod tibi cum vini inventore Baccho nomen est commune.

In Sutorem. LXXIV.

Dentibus antiquas solitus producere pelles,
Et mordere luto putre vetusque solum:
Præ-

Dolet sutorem clientem in possessionem domini sui venisse per artem tam vilem; se autem nobilissima disciplina eruditum esurire.

1. *Dentibus antiquas, &c.*] Quod videmus cerdones & sutores facere, dum mordicus extendentes corium adaptant calceis.

2. *Solum.*] Soleam rupti, quem reficit, calcei.

Prænestina tenes decepti regna patroni,
In quibus indignor si tibi cella fuit.
Rumpis & ardenti madidus crystalla falerno,
Et pruris domini cum Ganymede tui.
At me literulas stulti docuere parentes:
Quid cum grammaticis rhetoribusque mihi?
Frange leves calamos, & scinde Thalia libellos:
Si dare sutori calceus ista potest.

3. *Prænestina regna.*] Legata tibi à Domino tuo. Clientes, *dominos* veterum more patronos appellabant. & sæpe factum, uti, quum patronus sine liberis decederet, cliens aut libertus in bona patroni succederet: ut contrà in liberti, patronus. *Rad.* *Decepti regna.*] Alii, *defuncti rura.*

4. *In quibus, &c.*] In quibus indignum est tibi esse vel cellam servi, quasi dicat, indignus eras cella, ne dicam tota domo, & omnibus bonis. epigrammate 48. lib. 3.

5. *Ardenti.*] Epigr. 13. lib. 10. vs. 5. *Madidus.*] Ebrius.

6. *Pruris domini.*] Lascivis φιλόκνισ☉. *Ganymede tui.*] Puero delicato. epigr. 56. lib. 5.

7. *At me literulas:*] Ego infelix tracto nobiliores artes, & tamen non invenio tales patronos: & cur non didici etiam cerdonicam. *Stulti docuere parentes.*] Non videntes quanto majus vel ex cerdonica, quam ingenuis artibus sit emolumentum.

9. *Frange calamos.*] Abjice studia & litteras, nuntium mitte Musis, quando plus prodest calceus, quam calamus. Sic Juvenalis sat. 7. vs. 27. *Frange miser calamos.* Ὄργανα μουσάων, τὰ πολύστονα βίβλια πωλῶ, &c. Πιερίδες σώζοισθε. Anthol. lib. 1. cap. 17.

De effigie Camoni. LXXV.

Effigiem tantum pueri pictura Camoni
Servat, & infantis prima figura manet.
Florentes nulla signavit imagine vultus,
Dum timet ora pius muta videre pater.

De

Defunctorum imagines charitatis & memoriæ ergo sibi fieri curabant servabantque veteres. Pater Camoni adolescentis vicennis emortui imaginem expressit, non quidem in illo ætatis flore, ne tantæ spei juvenis aspectus immodico dolore patrem afficeret, sed infantis forma effinxit, quo recordatio foret minus ingrata. vide epigramm. 78. subsequens lege epigr. Αὐτὴν Θεοδότην ὁ ζωγράφ☉, &c. lib. 3. Anthologiæ. cap. 12.

2. *Prima figura manet.*] In MS. Gronovius invenit: *parva figura.* & placet, est enim hypallage pro parvi. Alterum satis est haberi epigramm. 77. *primaque forma fuit.*

3. *Florentes.*] Viginti annorum.

4. *Muta.*] Pictura enim muta; vel quia infantes non loquuntur.

Irri-

De balneo Tuccæ. LXXVI.

NOn silice duro structilive cæmento,
Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit:
Sed strage nemorum; pineaque compage,
Ut navigare Tucca balneo possit.
Idem beatas lautus exstruit thermas
De marmore omni, quod Carystos invenit,
Quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas mittit,
Et quod virenti fonte lavit Eurotas.
Sed ligna desunt: subice balneum thermis.

Irridet balneum Tuccæ ligneum, & thermas marmoreas; cum ordo materiæ vertendus esset. *Balneum* enim hoc loco accepit pro receptaculo aquarum frigidarum, seu cella frigidaria; *thermas* pro caldaria, in qua erant calefaciendæ aquæ. conveniebat, ut thermæ fierent ligneæ, aquis calefaciendis multo aptiores, & marmora frigidæ excipiendæ pararentur. Habebant prisci Romani juxta thermas, etiam cellas frigidas, ut ex Papinio, Plinio Juniore, doceri posset. *Rad.*

1. *Structilive cæmento.*] Nec lapide cæso ad fundamentum jaciendum, cui ædificium superstruatur.

2. *Longam.*] Ambitus mœnium Babylonis erat milliariorum nostrorum XI. altitudo pedum CC. latitudo L. pedum: quo nomine Antipater dixit, ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος.

4. *Strage nemorum, &c.*] Lignis, materia navibus magis, quam frigidariis balneis conveniente.

6. *Beatas thermas.*] Magnificas, sumptuosas.

7. *Marmore omni.*] Materia frigidiori quam thermis & caldariis conveniebat. *Carystos invenit.*] Insula maris Ægæi, ferax marmoris optimi.

8. *Quod Phrygia Synnas, &c.*] Marmor Synnadicum. Vel *Synnas* pro territorio Synnadensi: sic *Nomas* pro Numidia. *Carysteum* marmor viride & fluctibus concolor. Statius: *Et Chios, & gaudens fluctus æquare Carystos.* Salm. *Eurotas.*] Numidicum Laconicum. vide epigr. 42. lib. 6. vſ. 12. & 13.

10. *Subice, &c.*] Ad calfaciendas thermas, *ab absurdo.*

De effigie Camoni. LXXVII.

HÆc sunt illa mei quæ cernitis ora Camoni:
Hæc pueri facies primaque forma fuit.
Creverat hic vultus bis denis fortior annis;
Gaude-

Defunctorum autem sibi charorum imagines servabant. *Nam omnino* (ut ait Lactant.) *fingendarum similitudinum ratio idcirco ab hominibus inventa est, ut possit eorum memoria retineri, qui vel morte subtracti, vel absentia fuerant separati.*

1. *Hæc sunt, &c.*] Vide epigr. 75. superius.

2. *Pueri facies.*] Infantis.

5. *Et*

Gaudebatque suas pingere barba genas:
Et libata semel summos modo purpura cultros
Sparserat. invidit de tribus una soror.
Et festinatis incidit stamina pensis;
Absentemque patri rettulit urna rogum.
Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur,
Hæc erit in chartis major imago meis.

5. *Et libata semel, &c.*] Et lanugo ejus subrufa semel resecta sparserat summos cultus, id est, vestes, vel *vultus*. vel ut alii legunt *cultros*, id est, novaculas, rectè: dicit enim semel tantum lanuginem detonsam. Cultros (inquit Jos. Scalig. in Catullum) intelligit *ficilices*, id est, cultros tonsorios.

6. *Tribus una soror.*] Parcis. sic epigramm. 54. lib. 4. *& semper de tribus una necat.*

9. *Sed ne sola, &c.*] Pictura infantem ostendit, ipsa infans & interjtura: carmen hoc meum fuisse vicennem testatur, monumentum pictura certius & perennius. sic epigr. 83. l. 7. ✝ s. 6.

De convivio Prisci. LXXVIII.

QUod optimum sit disputat convivium
Facunda Prisci pagina:
Et multa dulci, multa sublimi refert,
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum sit quæritis convivium?
In quod choraules non venit.

Adhibebantur olim ad convivia omnis generis fere instrumenta musica: cantabatur, saliabatur, &c. Poëta igitur, ait, illud esse convivium suavissimum, in quod nullus veniat choraules, hoc est, à quo absit omnis tumultus clamantium, saltantium, ebriosorum: simulque irridet occultè Priscum, tam multis chartis de hac re disputantem, cum verbo dici possit.

6. *In quod, &c.*] Ut ille chorus musicus optimus est, qui ex se dulcis, sublimis, doctus non indiget Choraule qui tibia choro adspiret. *Bellis homunculis, ut suaviter inter se sint, nihil opus est talice, nihil tibicine.* Plut. Sympos.

Ad Picentinum. LXXIX.

FUnera post septem nupsit tibi Galla virorum,
Picentine: sequi vult puto Galla viros.

Sensus est: Galla venefica post occisos septem viros, tibi Picentino venefico & parricidæ nupsit. Ergo videtur decrevisse mori, quod tibi nupserit: qui perinde tollis e medio uxores, ut Galla viros. *Rad.*

2. *Sequi vult, &c.*] A te venefico extincta, ut illa prius septem maritos sustulerat. vide epigrammate 44. libro 8.

Ad Domitianum. LXXX.

Oderat ante ducum famulos turbamque priorem,
Et Pallatinum Roma supercilium:
At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum;
Ut sit cuique suæ cura secunda domus.
Tam placidæ mentes, tanta est reverentia vestri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo suos (hæc est aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cæsarianus habet.

Blanditur Cæsari & Cæsarianis. Priorum Imperatorum familia tam arrogans & superba fuit, ut intoleranda videretur civibus: tua tam est comis & humana, ut plus illam, quam se diligant cives.

1. *Ducum famulos, &c.*] Famulos priorum Imp. & fastum aulicum. Gruterus ex Palat. legit, *turbamque priorem*, rectè. Nam dicit, *turba prior*, sunt liberti, qui servis utique priores, & præ servis odiosissimi, tanquam qui procuratores provinciarum, exactores tributorum, vectigalium, &c. *Turbamque priorem.*] Sic recte è MS. Gruterus cum vulgo legeretur, *turbamque minorem*: sed male intellexit notatus ob hoc à Scriverio, qui subjicit *priorum*. Sed & ipse fallitur. nam *turba prior ducum* est, quæ prius erat circa duces, per hypallagen Martiali frequentissimam. Præterea malle hos scriptores sic loqui, & *turba melior*, *Athenensis*, *familiaris*, *&c.* quam *meliorum*, *Atheniensium*, *familiarium*, docuimus ad Senecam lib. 3. de Ira cap. 8. *Gronovius.*

2. *Pallatinum supercilium.*] Aulicum fastum.

3. *At nunc tantus, &c.*] Falso hoc & adulatorie, reclamante omnium historicorum fide.

4. *Ut sit cuique, &c.*] Ut pluris faciant Cæsarianos quam suos.

8. *Cæsarianus habet.*] Qui in aula Cæsaris versatur. *Regis* enim *ad exemplum totus componitur orbis.*

De Gellio. LXXXI.

Duxerat esuriens locupletem pauper anumque
Uxorem: pascit Gellius & futuit.

2. *Pascit Gellius.*] Παθητικὸν, ut *lavare*, *tondere*, *&c.* *Futuit.*] Uxoremne, an alias? vide Auson. epigrammate 134.

Ad Auctum. LXXXII.

Lector & auditor nostros probat, Aucte, libellos:
Sed quidam exactos esse poëta negat.

Non

Carmina probari sua passim ab omnibus, ab uno tamen aliquo vituperari, velut non satis limata & emendata dicit. Respondet poëta se convivis, non cocis scribere, poëtam illum æmulum esse cocum, non poëtam. *Rader.*

3. *Nam*

Non nimium curo: nam cœnæ fercula nostræ
Malim convivis quam placuisse cocis.

3. *Nam, &c.*] Volo carmina mea magis placere benevolis & simplicibus lectoribus, auditoribusque, quam æmulis & curiosæ strictæque censuræ poëtis.

In Munnam. LXXXIII.

D*Ixerat astrologus periturum te cito, Munna:*
Nec, puto, mentitus dixerat ille tibi:
Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas;
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bisque tuum decies non toto tabuit anno:
Dic mihi, non hoc est, Munna, perire cito?

Astrologus Munnam (vel ut alii leg. Cinnam) divitem, brevi moriturum prædixerat; Munna decoxit subitò omne patrimonium, nec mortuus est. Poëta veridicum fuisse, ait, astrologum, verè enim perisse Munnam, cum ad incitas redactus sit. *Rad.*

1. *Dixerat, &c.*] Locus est in ambiguitate τȣ̃ *perire.* quod Astrologus referebat ad vitam, poëta ad bona & fortunas, quæ Munna perdiderat, fretus Astrologi prædicto.

5. *Bisque, &c.*] Vicies centena millia HS. sive 50. millia Philippæorum.

6. *Perire cito.*] Elegans sane Epigramma, & è Græcorum myrotheciis sumptum. Nam ἄσωτον appellant, hominem luxuriosum & cujus salus est deplorata ac planè exhausta, facultatibus scil. exhaustis. *Herald.*

Ad Cæsarem Domitianum. LXXXIV.

I*Nter tanta tuæ miracula, Cæsar, arenæ,*
Quæ vincit veterum munera clara ducum,
Multum oculi, sed plus aures debere fatentur
Se tibi, quod spectant, qui recitare solent.

Histrionibus Domitianus scenam interdixit, edictum laudat poëta. Verum si altius cum Lipsio inspicias, intelliges, hic de equitibus sermonem esse, quos priores Principes ad operas scenicas adegerant, Domitianus minimè, ne clarissimus ordo sordesceret. *Rad.*

3. *Multum oculi.*] Propter spectacula magnificentissima. *Sed plus, &c.*] Propter edictum, quo interdixisti histrionibus scenam, neque enim equites (ut sub Nerone aliisque Impp.) histrioniam exercent, sed ex recitatoribus facti sunt auditores. Suet. cap. 7. Domit.

Ad Norbanum. LXXXV.

C*Um tua sacrilegos contra, Norbane, furores*
Staret pro domino Cæsare sancta fides:
Hæc

Lectos olim Norbano seorsim singulos libellos, nunc uno volumine digestos mittit in Vindeliciam.

1. *Sacrilegos contra, &c.*] Contra sacram Cæsaris majestatem motos Cum L. Antonius Saturninus, superioris Germa-

Hæc ego Pieria ludebam tutus in umbra,
Ille tuæ cultor notus amicitiæ.
Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris,
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.
O quoties veterem non inficiatus amicum
Dixisti; meus est iste poëta, meus!
Omne tibi nostrum, quod bis trieteride juncta.
Ante dabat lector, nunc dabit auctor opus.

Germaniæ præses, contrà Domitianum bellum suscepisset. vide epigr. 11. lib. 4.

3. *Pieria umbra.*] Secessu suburbano, vel aliò, ad studia.

5. *Me tibi Vindelicis, &c.*] Fama in Vindeliciam, quæ ad Septentrionem jacet, sparsa, tibi narrabat me defunctum esse ex morbo, quo laborabam. epigr. 47. lib. 6. & epigr. 26. lib. 8. Nihil minus, inquit Jan. Rutgersius. Neque enim mortis suæ, sed carminum suorum famam eo pervenisse dicit. Ego pro illo *raptum* nulla fere licentia legam *Ratus*, nisi quis, nam in MS. legitur *mæstus*, malit *Mæsus*. Scriv. mens tum narr.

6. *Arctos.*] Pro Septentrione, cui subjecta Vindelicia, uti & tota Germania, accipitur.

9. *Omne tibi nostrum, &c.*] Nunc tibi ego autor, mitto libros una digestos: quos à me sexennio scriptos, tibi singulos, alii afferebant. *Trieteris* enim triennium continet.

De Paullo. LXXXVI.

Languidior nostri si quando est Paullus Atili,
Non se, convivas abstinet ille suos.
Tu languore quidem subito, fictoque laboras,
Sed mea porrexit sportula, Paulle, pedes.

In

Ægrum se Atilius simulabat, ne cogeretur amicis impertiri sportulam: hunc morbum non Atilio, sed suæ sportulæ ait lethalem. *Raderus.*

1. *Languidior nostri, &c.*] Et sic hunc versum cum Lipsio lege: *Languidior noster si quando est Paullus, Atili.* Frustrà Scriverius repugnat. Quid enim est: *Paullus Atilii?* Affert ex lib. 7. ep. 38. *nostri Polypheme Severi.* Quid simile? Polyphemus iste, signum erat vel imago, quam possidebat Severus: Numquid & Paullus erat imago, quam habebat Atilius. *Gronov.* *Languidior nostri, &c.*] Paullus vel morbo languens convivas vocat: tu ne invites & alios conviviis excipias, morbum simulas. nescio quidem an tu ægrotes, mihi certe moritur peritque sportula & cœnæ tuæ spes.

4. *Porrexit pedes, &c.*] Translatum à more componendi mortuos, extensis porrectisque in januam pedibus.

Fune-

In obitum Severi Silii. LXXXVII.

Festinata sui gemeret cum fata Severi
Silius, Ausonio non semel ore potens:
Cum grege Pierio mœstus Phœboque querebar,
Ipse meum flevi, dixit Apollo, Linon.
Respexitque suam, quæ stabat proxima fratri,
Calliopen, & ait; tu quoque vulnus habes.
Adspice Tarpejum, Pallatinumque Tonantem:
Ausa nefas Lachesis læsit utrumque Jovem.
Numina cum videas duris obnoxia fatis,
Invidia possis exonerare deos.

Funebre carmen, quo deflet minorem natu filium Silii. De quo Plinius lib. 3. ep. 7.

1. *Festinata, &c.*] Præproperam & immaturam filii sui Severi mortem.

2. *Non semel ore potens.*] Non uno genere. erat enim & orator & poëta. epigr. 62. lib. 7.

3. *Cum grege, &c.*] Ego Silio condolui, & mecum Apollo atque Musæ: *vel*, apud Apollinem & Musas questus sum de fato Severi.

4. *Ipse meum flevi, &c.*] Respondet Apollo; & nobis Diis periere filii, mihi Linus, Calliope, Orpheus, Jovi Sarpedon; Domitiano filius suus Domit. de quo lib. 6. epigr. 3.

6. *Vulnus habes.*] *Habes*, simpliciter. Tractum à gladiatoribus. Videndus Donatus ad hunc Andriæ locum: *Certe captus est, Habet.* Metaph. ab arena. vide & Senec. Agamem. ℣f. 895.

7. *Adspice, &c.*] Si fata immortalium Deorum natos tollunt, quid querimur mortales?

8. *Jovem.*] Jovem & Domitianum.

10. *Invidia possis.*] Non est quod superis irascaris; cum ipsimet non possint à suis natis fata arcere.

Ad Lupercum. LXXXVIII.

Septem post calices Opimiani
Denso cum jaceam triente blæsus,
Affers nescio quas mihi tabellas,

Et

In testamentorum suppositorem est hoc Epigramma, qui cum testes jubebat obsignare, quum judicare de testamento ebrii non possent, rectè an perperam scriptum esset. Martialis ergò sobriis testamenta signanda docet. *Rad.*

1. *Opimiani.*] Epigr. 27. lib. 1. ℣f. 7.

2. *Denso triente.*] Crebris poculis. triens continet 4. cyathos. epigr. 28. lib. 1. ℣f. 2. *Blæsus.*] Τραυλὸς, qui litteras non potest omnes ritè exprimere. Ebrii enim ut mentis, sic & linguæ compotes non sunt. Nam caput sensuum omnium arcem occupat gravedo, sopor, κάρος ἐξ οἴνου, καρηβαρία. *Rigalt.*

3. *Nescio, &c.*] Supposititias & adulterinas testamentarias vel alias, quas mihi bene poto dicis esse manumissorias tabellas.

4. *Libe-*

Et dicis, modo liberum esse jussi
Nastam; (servulus est mihi paternus)
Signa. cras melius, Luperce, fiet.
Nunc signat meus annulus lagenam.

4. *Liberum, &c.*] Alii leg. *liberum esse jussi Zenam: servus is est mihi paternus.*

5. *Paternus, &c.*] Bonus, fidus & frugi, ut qui diu servierit in eadem familia. Ut contrà, qui dominos sæpe permutarant.

6. *Signa.*] Nam in manumissione, quæ fit inter amicos, qualis hæc est, quinque testes erant adhibendi. l. 1. §. Sed etsi, C. de Latin. lib. toll. *Cras melius.*] Εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, *in crastinum seria*, inquit Archias. Plut. Pelopidas, cras sobrius melius signabo tabellas, nunc lagenas signo & resigno: vasa verò signabant veteres, servorum λίχνοις furta caventes.

Ad Rufum. LXXXIX.

DUm me captares, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.
Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,
De caveâ fugiat ne male pastus aper.

Amicitiam donis partam, donis alendam & conservandam docet.

1. *Me captares, &c.*] Amicitiam meam, vel hæreditatem.

3. *Ut captum, &c.*] Eadem enim arte servantur res, quæ acquiruntur.

4. *De caveâ, &c.*] A simili. Nam ut aper, aut fera esuriens fugit; sic ego, nullo abs te cultus munere, subducam me à tua amicitia.

Ad Stellam. XC.

LEge nimis dura convivam scribere versus
Cogis, Stella: licet scribere, nempe malos.

Neque enim ex tempore, neque inter pocula scribuntur boni versus, Euripide & Virgilio digni. Aul. Gell. lib. 17. Valer. Maximus lib. 10.

Ad Flaccum. XCI.

SIc in gramine floreo reclinis,
Qua gemmantibus hinc & inde rivis
Curva calculus excitatur unda;
Exclusis procul omnibus molestis,

Per-

Flaccum amicum monet, qui in Cypro degebat, ut per ardores æstivos tueatur valetudinem, quo salvus & incolumis possit redire in urbem. *Rad.*

2. *Qua gemmantibus, &c.*] Ad lene murmur lympidi rivi lapillos lapsu molliter excitantis.

Perfundas glaciem triente nigro,
Frontem sutilibus ruber coronis:
Sic uni tibi sit puer cinædus,
Et castissima pruriat puella.
Infamem nimio calore Cypron
Observes, moneo precorque, Flacce,
Messes area cum teret crepantes,
Et fulvi juba sæviet leonis.
At tu, diva Paphi, remitte, nostris
Illæsum juvenem remitte votis.
Sic Martis tibi serviant Calendæ,
Et cum thure, meroque, victimaque
Libetur tibi candidas ad aras
Sectâ plurima quadra de placentâ.

Adula-

5. *Perfundas, &c.*] Supra epigr. 23. ℣ſ. 8. & epigr. 65. lib. 5. ℣ſ. 2. *Videbis in calcibus repente perfusis nivalium maculas & frusta nebularium, &c.* Sidonius Apol. epist. 2. lib. 2. Alii, *Pertundas*, id est, frangas. rectè. Eodem scil. modo quo guttæ saxa pertundunt. Sciendum aliquando delicatiores vino super addidisse nives, de quo more suprà epigr. 64. lib. 5. aliquando verò implesse calicem nive, eamque vino sensim superfuso solvisse, quem morem hic tangi puto. Fiebatque hoc ex alto, ac stillatim, adeo ut primo quasi cavaretur nix glaciesve. *Grut.* *Triente.*] Triens, quatuor capit cyathos.

6. *Frontem, &c.*] Coronati potabant veteres, quod sæpe dictum. Eodem epigr. 65. lib. 5. ℣ſ. 4.

9. *Infamem, &c.*] Ut curam habeas valetudinis tuæ in Cypro insula, calore æstivo infami. epigramm. 45. lib. 8. ℣ſ. 7.

11. *Crepantes,*] Aridas scilicet & siccas, id est, messis tempore.

12. *Et fulvi juba.*] MS. Pircheimeri: *Et fervens juba.* Seneca Herc. Fur. *Cœli refulget parte non minima leo, Itaque totus fervet.* Thyeste: *Leo flammiferis æstibus ardens.* Hercule Oetæo: *At ille jactans fervidam cœlo jubam.* Lib. 10. ep. 62. *Albæ Leone flammeo calent luces, Tostamque fervens Julius coquit messem.* Gronov. *Et fulvi, &c.*] Augusto mense, quo sol sub Leone ortus ardet, epigramm. 57. lib. 4. ℣ſ. 5. & epigr. 72. lib. 5. ℣ſ. 2.

13. *Diva Paphi.*] Venus.

14. *Juvenem remitte votis.*] Flaccum degentem in Cypro. epigr. 45. lib. 8. verſ. 7.

15. *Martis Calendæ.*] In quibus celebratur natalis Veneris, & mittuntur mulieribus à maritis & amatoribus munera. epigr. 85. lib. 5. ℣ſ. 11.

16. *Et cum thure.*] Explicat ritum & genus sacrificii quo colebant Venerem Calendis Martiis fœminæ.

17. *Candidas ad aras.*] Supero scilicet numini. cum Manibus nigræ ponantur aræ.

18. *Sectâ plurima, &c.*] Frusta. Libum seu placenta in plurimas partes divisa. vide epigr. 76. lib. 3. ℣ſ. 3.

1. *Astra.*]

Adulatur Domitiano. XCII.

AD cœnam si me diversa vocaret in astra
Hinc invitator Cæsaris, inde Jovis:
Astra licet propius pallatia longius essent,
Responsa ad superos hæc referenda darem:
Quærite, qui malit fieri conviva Tonantis;
Me meus in terris Jupiter, ecce, tenet.

1. *Astra.*] Videtur palatium Cæsaris hic cælum & astra vocare.
5. *Tonantis.*] Jovis.
6. *Iupiter, ecce, tenet.*] Domitianus epigr. 8. lib. 5. ✝ſ. 1. Videtur huic epig. præbuisse materiam, epulum illud Domitiani, quod celebrat Papinius 1. Sylv. Calend. Decembr. Saturn.

Ad Condylum. XCIII.

QUæ mala sint domini, quæ servi commoda nescis,
Condyle, qui servum te gemis esse diu.
Dat tibi securos vilis tegeticula somnos:
Pervigil in pluma Caius, ecce, jacet:
Caïus à prima tremebundus luce salutat
Tot dominos: at tu, Condyle, nec dominum.
Quod debes, Cai, redde inquit Phœbus, & illinc
Cinnamus: hoc dicit, Condyle, nemo tibi.
Tortorem metuis? podagrâ, cheragraque secatur
Caïus; & mallet verbera mille pati.

Quod

Dominum sæpe infeliciorem servo, docet in personis Condyli servi, & Caï domini.

3. *Tegeticula.*] Teges enim storea seu matta est, unde diminutivum. Alii leg. *lecticula.* [*à mattresse.*] inepte.

4. *Pervigil in pluma.*] Exsomnis nocte tota, cui curæ somnum negant. *Caius.*] Dominus tuus.

6. *Tot dominos.*] Multos: quot habet patronos & potentes amicos. *Tu, Condyle.*] O serve. *Nec dominum.*] Nullum patronum, imo vix dominum tuum. Vel accipe *dominum* eo intellectu, quo Cajus habebat dominos: sic enim nullum habebat, quem Condylus salutaret; nec enin hoc servorum, sed liberorum & clientium erat munus.

7. *Phœbus.*] Fœnerator.

8. *Cinnamus.*] Lorarium, qui te jussu heri misere excarnificet.

9. *Podagrâ, cheragraque, &c.*] Sic Catullus: *quem merito tarda podagra secat.*

10. *Mallet verbera mille pati.*] Quam continuum hunc cruciatum podagræ vel cheiragræ.

 11. *Quod*

Quod nec mane vomis, nec cunnum, Condyle, lingis,
Non mavis, quam ter Caïus esse tuus?

11. *Quod nec.*] Quod non facis turpissima illa, quibus delectatur dominus tuus, tua certe conditio ter illius superat. *Mane vomis, &c.*] Ab hesterna crapulâ: vel epoto vino vili ad purgandum stomachum, unde nonnulli legunt, *Quod nec villa vomis*, id est, vina vilia.

Ad Calocissum. XCIV.

ADdere quid cessas, puer immortale falernum?
Quadrantem duplica de seniore cado.
Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calocisse, deorum
Sex jubeo cyathos fundere? Cæsar erit.
Sutilis aptetur decies rosa crinibus, ut sit
Qui posuit sacræ nobile gentis opus.
Nunc bis quina mihi da basia, fiat ut illud
Nomen, ab Othrysio quod deus orbe tulit.

Adulatur Domitiano, & veneratur ut Deum, in cujus gratiam se primum sex cyathos hausturum; postea decem, ad nomen Cæsaris Germanici vel Domitiani exprimendum.

1. *Addere, &c.*] Fundere, miscere. *Immortale falernum.*] Multos ferens annos. *vel*, Nectari, quod confert immortalitatem, non postponendum.

2. *Quadrantem, &c.*] Funde duos quadrantes, id est, sex cyathos: quadrans enim tres continet, epigr. 28. lib. 1. vers. 2. *Seniore cado.*] Veteris tituli, interioris notæ vini optimi & vetusti.

3. *Nunc mihi dic.*] Solebant enim prisci in amicorum gratiam tot haurire cyathos, quot litteras illorum nomen continebat. Cæsar autem soluta diphthongo, sex habet. *Calocisse.*] Puer, minister.

4. *Sex jubeo, &c.*] Vide sis epigr. 72. lib. 1. vers. 1. *Cæsar erit.*] *Respondet puer.*

5. *Sutilis aptetur.*] Bibituri veteres sumebant coronas, ac toties reponebant, quoties potaturi. epigramm. 65. lib. 5. vers. 4. *Decies rosa, &c.*] Ut significet *Domitianum*, quod nomen decem habet literas. vide epigr. 51. supra. & epigr. 72. lib. 1.

6. *Nobile, &c.*] Templum Flaviæ gentis, de quo supra epigr. 24. & 35.

7. *Bis quina, &c.*] Ad significandum *Germanicum*, quod nomen bis quinis constat literis, *modo* vers. 5.

8. *Othrysio, &c.*] Epig. 2. lib. 5. vers. 7. & lib. 7. epigr. 7. vers. 2.

De Hippocrate. XCV.

SAntonicâ medicata dedit mihi pocula virgâ,

Os

1. *Santonicâ, &c.*] Hippocrates misit mihi absynthiten, petitque à me tantundem mulsi. Itane stupidus illi videor, qui mulsum absynthite permutem? Dabo tamen, sed ea lege ut sumar in illo elleborum, purgaturus hanc cerebri sui insaniam. Pro *Santonica*, Scriverius legit *Sardoa*. Turn. lib. xvIII.

Advers.

Os hominis! mulsum me rogat Hippocrates.
Tam stupidus numquam nec tu puto, Glauce, fuisti,
Chalcea donanti Chrysea qui dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro?
Accipiat, sed si potat in elleboro.

Advers. cap. 16. Dicit *virgam Santonicam*, esse absinthium Santonicum, ut & apud Scribonium Largum, cap. 141. *Virga.*] Virga Santonica, id est, Absynthio, cujus tria genera; Ponticum; Seriphium seu marinum; & Santonicum à Galliæ civitate.

2. *Os hominis, &c.*] Vide impudentiam hominis.

3. *Glauce, fuisti.*] Qui Diomedi dedisti aurea arma pro æreis. Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε Χρύσεα χαλκείων. Il. ζ.

6. *Ellebora.*] Quod insaniam ex melancholia ortam purgat. modo versu 1.

De Athenagora. XCVI.

ALficus ante fuit, cœpit nunc Olficus esse,
Uxorem postquam duxit Athenagoras.
Nomen Athenagoræ credis, Callistrate, verum?
Si scio, dispeream, quis sit Athenagoras.
Sed puto me verum, Callistrate, dicere nomen:
Non ego, sed vester peccat Athenagoras.

Athenagoras (inquit Calderinus) prius fuit Alphicus, id est, medicus curans vitiliginem, quæ Græcis ἄλφος: ducta jam uxore factus est Olficus, id est, olfacit, &c. Acutior mihi subolet poëtæ sensus, quem tamen non plane assequor, neque ut per omnia conveniat concinnare possum. Atque ut ingenue fatear, qui in hoc poëta sexcenties alibi commentatorum destitutus auxilio, mihi vel exitum invenerim vel fecerim, hic hæreo in vado, hic mihi nox multa, quam ingenii radio tollat Oedipus aliquis, seu qui Sphingem acceperit Hortensius. Si quis interim indignum existimet in his Cinciniæ Deæ venationibus videri naris obesæ, legat quæ de *Olfaciendo* Ausonius epigrammate 113, 116, 120. Et de nomine suppositirio epist. ad librum 1. vs. 4. & epigramm. 23. libro primo.

De Herode. XCVII.

CLinicus Herodes trullam subduxerat ægro:
Deprensus dixit; stulte, quid ergo bibis?

Ad

In medicum furem. *Clinicus*, qui ægros curat, sic dictus, ἀπὸ τῆς κλίνης, à lecto.

1. *Clinicus Herodes.*] Epigr. 31. l. 1. *Trullam, &c.*] Vas potorium, diminutive à trua: vase aquario.

2. *Deprensus dixit, &c.*] *O quantum est subitis casibus ingenium!* excusat furtum prætextu curæ, quasi amovisset trullam, ne æger præter imperium medici biberet.

Ad Julium. XCVIII.

RUmpitur invidiâ quidam, cariſſime Juli,
Quod me Roma legit, rumpitur invidiâ.
Rumpitur invidia, quod turba ſemper in omni
Monſtramur digito, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, tribuit quod Cæſar uterque
Jus mihi natorum, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod rus mihi dulce ſub urbe eſt,
Parvaque in urbe domus, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod ſum jucundus amicis,
Quod conviva frequens, rumpitur invidia.
Rumpitur invidia, quod amamur, quodque probamur:
Rumpatur, quiſquis rumpitur invidiâ.

Ad Julium Martialem, de cujus hortis & bibliotheca lib. 4. & 7. dictum. contra invidum, qui ut magis invideret doleretque omnia ſua prædicavit Martialis.

2. *Quod me Roma legit, &c.*] Epig. 61. lib. 6. & epigr. 61. lib. 8.

4. *Monſtramur digito.*] Ut nobilis poëta. Monſtrari enim digito, τῆς ἐνδοξίας τεκμήριον. Sic δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ apud Græcos: unde *monſtrabilis*, ὁ ἐπιδεικνυτός. *Herald.* epigr. 1. lib. 1. ꝟſ. 1. δακτυλίζομαι.

5. *Cæſar uterque.*] Titus & Domitianus.

6. *Jus mihi, &c.*] Epigr. 91. & 92. lib. 2.

7. *Rus mihi, &c.*] Lib. 8. epigrammate 61.

12. *Rumpatur, &c.*] Videtur in animo habuiſſe illud Virgilii: *rumpantur ut ilia Codro.* Eclog. 7. ꝟſ. 26.

Ad Quintum Ovidium. XCIX.

VIndemiarum non ubique proventus
Ceſſavit, Ovidi: pluvia profuit grandis.
Centum Coranus amphoras aquæ fecit.

2. *Profuit grandis.*] Alii *profluit.*

3. *Coranus, &c.*] Paterfamilias frugi nimium, vel caupo perfidus, qui in vini caritate, vinum reddidit vilius & copioſius, infuſa aqua. vide epigr. 57. lib. 1.

Ad Atticum de M. Antonio. C.

MArcus amat noſtras Antonius, Attice, Muſas,
Charta ſalutatrix ſi modo vera refert:
Mar-

1. *Marcus Antonius, &c.*] Amicum ſuum M. Antonium Toloſanum Gallum laudat, cui placebat poëta. Hic eſt ille de quo Tacitus lib. 2. hiſt. 3. & Sueton. Vitel. cap. 18. de hujus imagine lib. 10. epigr. 23. & 32.

2. *Charta, &c.*] Epiſtola ſalutatoria. lib. 14. epigr. 11. Auguſta epiſtolis

Marcus Palladiæ non inficianda Tolosæ
Gloria, quem genuit pacis alumna quies.
Tu qui longa potes dispendia ferre viarum,
I liber absentis pignus amicitiæ.
Vilis eras, fateor, si te nunc mitteret emptor.
Grande tui pretium muneris auctor erit.
Multum crede mihi, refert, à fonte bibatur
Quæ fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

lis laudata. Plin. lib. 13. cap. 12. *Vera refert.*] Si non blanditur, aut invidet laudando.

3. *Palladiæ, &c.*] Colentis literas bonas, quarum præses Minerva. *Tolosæ.*] Oppidi Galliæ Narbon.

4. *Quem genuit, &c.*] Non è familia, aut studiis Antonii III. viri hostis Reip. aut Antonii Saturnini hom. seditiosi. epigr. 11. lib. 4. Petr. Scriver. & Grut. legit, *quem genuit pacis alumna quies.* Quam lectionem astruit & MS. Bodleianus. Ed. Scriveriana huic epigramm. sequens conjungit.

5. *Tu qui longa.*] Hoc vulgo novum epigramma faciunt: sed est pars præcedentis ad eundem Antonium; nec aliter exhibetur in optimo Palatino, ut monet Gruterus. Cujus auctoritatem Scriverius in sua editione secutus est. Palatino accedere Pircheimerianum testis est Gronovius.

6. *I liber absentis, &c.*] In Galliam, ad Antonium, credo, ad quem epigr. superius.

8. *Grande, &c.*] Quod à me autore venit.

9. *Multum crede mihi, &c.*] *Quamquam sapor est oblata dulcis in unda; Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.*

In Bassum. CI.

Denariis tribus invitas, & mane togatum
Observare jubes atria, Basse, tua:
Deinde hærere tuo lateri, præcedere sellam;

Ad

1. *Denariis tribus, &c.*] Nostræ monetæ 22. d. ob. Denarius Romanus argenteus erat nummus, & decem assibus (unde *denarius* dictus) primum æstimabatur, quatuorve HS. seu 8. cruciferis, qui Græcis drachmam efficiunt: deinde per bella civilia aucto auri & argenti pretio, denarius cepit 16. assibus æstimari, seu XII. cruciferis & 4. quadrantibus. itemque HS. 4. assibus, seu tribus cruciferis & quadrante. Tandem 12. assibus æstimatus denarius tempore Augusti, stetit aliquamdiu hoc pretio & sequentibus Imperatoribus. Ita sestertius, tribus assibus valebat. Et denarius 9. cruciferis & dodrante, sive tribus quadrantibus. quinque autem quadrantes accipio pro crucifero nostrate. *Rader.* Ita ergo dictus, quod denos æris valebat, hoc est decem asses: quapropter & decusse X. signabatur. Denarius itaque legitimus pendebat drachmam Atticam & septimam ejus partem. Belg. *Vier stuyvers, Crabbelaer.* *Togatum.*] Me clientem observantem atria, ut te patronum salutem.

3. *Hærere tuo lateri.*] Comitis vice. *Præcedere sellam.*] Anteambulonis vice.

Ad viduas tecum plus minus ire decem.
Trita quidem nobis togula est, vilisque, putrisque:
Denariis tamen hanc non emo, Basse, tribus.

4. *Vetulas tecum, &c.*] Divites viduas & orbas, quarum hæreditates tu officiosa salutatione ambis. Juvenal. satyr. 3. ℣. 127. P. Scriv. & Gruterus leg. ex Palat. *Ad viduas.*

6. *Denariis, &c.*] Sic epigr. 26. lib. 4.

Adulatur Domitiano. CII.

Appia, quam simili venerandus in Hercule Cæsar
Consecrat, Ausoniæ maxima fama viæ;
Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris,
Disce: Libyn domuit: aurea poma tulit:
Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo:
Addidit Arcadio terga leonis apro.
Æripedem sylvis cervam, Stymphalidas astris
Abstulit: à Stygiâ cum cane venit aquâ.
Fæcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
Hesperias Tusco lavit in amne boves.

Hæc

Domitiani facta cum gestis Herculis contendit, & Domitianum majorem Hercule facit, & Herculem majorem appellat. *Rad.*

1. *Appia, &c.*] O Appia Viarum Latinarum celeberrima, quam sacram facit Cæsar, sub Herculis imagine adorandus. ut epigr. 65. ℣. 1. supra. & vide Statium lib. 4. sylv.

2. *Ausoniæ viæ.*] Quæ maxima es seu regina, ut Papinius loquitur, viarum Latinarum. Tum *Appia via* vocatur, quod eam Appius cæcus straverit.

3. *Alcidæ prioris.*] Herculis Alcmenæ filii labores. de quibus vide Mythologos, & quæ Farnab. ad Senecæ Herc. Fu 214. & Herc. Oet. 15.

4. *Libyn domuit.*] Antæum gigantem Afric. *Aurea poma.*] Interfecto dracone, qui aurea mala custodiebat. Gruterus ex Palat. leg. censet, *raraque*, Scriver. leg. *caraque*; versu hoc exigente.

5. *Peltatam Scythico.*] Scuto brevi, cujus extrema in cornua lunantur, usam. *Scythico nodo.*] Periphrasis balthei, zonæ, seu cinguli. *Discinxit Amazona nodo.*] Detraxit Amazonum reginæ Menalippæ baltheum.

7. *Æripedem cervam.*] Quæ aurea cornua habebat, Dianæ sacra. *Stymphalidas.*] Aves tantæ magnitudinis, ut volantes radios solares intercipere scribantur, quas Hercules repulit. Ante legebatur *Stymphalidas undis.* quod falsissimum, ex mente Poëtæ. deprehensæ enim in aëre Harpyæ, non in lacu. *Gruter.*

8. *Cum cane.*] Cerberum intelligit.

9. *Vetuit reparari.*] Hercules enim non dedit spatium hydræ renovandorum capitum, sed igne adussit.

10. *Hesperias Tusco, &c.*] Boves Geryonis regis Hispaniæ in Italiam actas, lavit Tyberi.

11. *Minor*

Hæc minor Alcides. major quæ gesserit audi,
Sextus ab Albana quem colit arce lapis.
Asseruit possessa malis Pallatia regnis:
Prima suo gessit pro Jove bella puer.
Solus Juleas cum jam retineret habenas;
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.
Cornua Sarmatici ter perfida contudit Istri:
Sudantem Geticâ ter nive lavit equum.
Sæpe recusatos parcus duxisse triumphos
Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.
Templa deo, mores populis dedit, otia ferro,

Astra

11. *Minor major, &c.*] Ille prior, Alcmenæ filius. namque Domitianus se majorem Herculem dici colique voluit. epigr. 16. lib. Spect. ℣. 4. epigramm. 65. & 66. sup.

12. *Sextus ab Albana, &c.*] Qui colitur sexto ab Albana arce lapide; ab urbe, octavo. epigramm. 65. ℣. 1. supra.

13. *Asseruit possessa, &c.*] Vindicavit sibi Imperium occupatum à Vitellio.

14. *Prima suo gessit, &c.*] In bello Vitelliano confugit in Capitolium quod defendit, &c. vide Sueton. c. 1. Domit. & Xiphil. Vitell.

15. *Solus Juleas, &c.*] Mucianus quidam Vespasiani dux, Vitellio occiso, Domitianum extraxit, cumque eo administrabat omnia summa potestate, donec Vespasianus in urbem venisset. Xiphilin. Vesp. nec dubitavit Domitianus imperium adeptus in senatu jactare, *& patri se & fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse.* Sueton. cap. 13. Domitian. *Solus.*] Adulatorie: sed hæc adulatio Domitiano gratissima. *Juleas habenas.*] Cæsareas, Imperatorias, sic dictas à Julio Cæsare Imperatore. Absente enim patre, se pro Imperatore gerebat.

16. *Inque suo tertius orbe.*] *Tertius,* postremus in administrando. Nam pater imperabat, Titus adjuvabat, Domitianus correptus ob ambitionem cum patre habitabat, poëticæque studium simulabat.

17. *Cornua Sarmatici ter, &c.*] De Cattis & Dacis Istri accolis triumphos duos, de Sarmatis lauream tulit. epigramm. 15. lib. 8. ℣. 4. cur autem *cornutus* dicatur Ister, vide epigr. 7. lib. 10. ℣. 6. *Perfida.*] Perfidis gentibus, quæ ad Istrum colunt, Dacis & Sarmatis.

18. *Sudantem, &c.*] Labore bellico adversus Getas, id est, Dacos.

19. *Sæpe recusato, &c.*] Cum sæpe negatum illi fuisset à patre proficisci contra Parthos, & inde triumphum ducere. Germanici cognomen reportavit à Germanis devictis. Scriver. è membranis profert lectionem:

Sæpe recusatos parcus duxisse triumphos. quod victis Sarmatis triumphum recusavit.

20. *Victor Hyperboreo, &c.*] A Sarmatis, Dacis, Cattis, Germanis, unde *Germanicus* dictus, & hi omnes populi ad Boream & Septentrionem habitant.

21. *Templa deo.*] Supra epigr. 4. *Mores populis, &c.*] Lib. 6. epigrammate 4. & 7. & epigramm. 7. supra. *Otia ferro.*] Pacem, confecto bello Germanico.

L l 5 22. *Astra,*

Astra suis, cælo sidera, serta Jovi.
Herculeum tantis numen non sufficit actis:
Tarpejo Deus hic commodet ora patri.

22. *Astra, cælo sidera.*] Patri, fratri, uxori, filio ἀποθέωσιν, de qua vide Herodianum in Commodo. *Serta Jovi.*] Laurum Sarmaticam. modo versu 17.

24. *Tarpejo Deus, &c.*] Colatur potius Jupiter Capitolinus sub imagine Domitiani, quam Hercules in via Appia. supra ℣. 1. *Tarpejo patri.*] Jovi Capitolino, qui Tarpejus, à monte.

Ad Phœbum. CIII.

QUadringentorum reddis mihi, Phœbe, tabellas:
Centum da potius mutua, Phœbe, mihi.
Quære alium, cui te tam vano munere jactes:
Quod tibi non possum solvere, Phœbe, meum est.

Phœbus fœnerator & creditor Martialis, exigebat fœnus & sortem. Poëta vero mutuò petit, seque nihil debere ait, quod nihil habeat unde solvat.

1. *Quadringentorum.*] Tabulas quadringentorum millium HS. id est, decem millia Philippæorum. *Rad.* Vide ejusdem ingenii epigr. 37. lib. 8.

4. *Quod tibi non possum, &c.*] *Debet enim si quis solvere jure potest.* ep. 3. lib. 2.

De geminis fratribus. CIV.

QUæ nova tam similes genuit tibi Leda ministros?
Quæ capta est alio nuda Lacæna cygno?
Dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asillo:
Atque in utroque nitet Tyndaris ore soror.
Ista Therapnæis si forma fuisset Amyclis,
Cum vicere duas dona minora deas;
Mansisses Helene, Phrygiamque redisset in Idam
Dardanius gemino cum Ganymede Paris.

1. *Quæ nova tam, &c.*] Quænam altera Leda à Jove cycno compressa peperit Hierum & Asillum Castore & Polluce forma non inferiores, imo nec Helena? Scriver. *Nuda Lacæna.*

5. *Therapnæis Amyclis.*] Castori & Polluci, qui nati Amyclis, quæ urbs Laconiæ, ut & Therapnæ, vel ut Stephano & Plinio placet, Θεράπναι.

6. *Cum vicere, &c.*] Cum à Venere promissa Helena plus valuit apud Paridem de aureo pomo judicem, quam promissa à Junone imperium, à Pallade sapientia.

7. *Mansisses Helene, &c.*] Castora & Pollucem potius rapuisset Paris, quam Helenam, si æque formosi fuissent ac Hierus & Asillus. *Urbem.*] Alii, *Idam.*

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATUM
LIBER X.

Liber ad Lectorem. I.



I nimius videor, seraque coronide longus
Esse liber: legito pauca, libellus ero:
Terque quaterque mihi finitur carmine parvo
Pagina. fac tibi me quam cupis esse brevem.

Omne tulit punctum hic liber, paucissimis inductis: castus, dulcis, eruditus est, morum præcepta continet, descriptionibus variis abundat, nullæ aut rarissimæ adulationes, quia mortuus ille Dominus Deusque, hoc est, impius tyrannus servorum suorum ferro cæsus; cui successit Nerva, & Nervæ mox Trajanus, ad quem sunt lecta quædam hujus libri Epigrammata. *Raderus.*

1. *Si nimius.*] Poscis hoc tetrasticho finire librum nonum potius, quam inchoare decimum, nisi poëta dicat (*legito*) quod sequentem laborem, non præteritum spectat. *Raderus.* *Coronide, &c.*] Fine. Signo absoluti operis in calce libri posito, hac figura V. vel 7. alæ scilicet cornicis: translatione ab ædificio, cujus jam absoluti fastigio apponitur cornix. sed vide Cœl. Rhodig. lib. 15. cap. 20.

3. *Terque quaterque, &c.*] Poteris singulo epigrammate præfinire tibi finem libri, & facere me tam brevem paucarumque paginarum, ac volueris.

Ad eundem. II.

FEstinata prior decimi mihi cura libelli
Elapsum manibus nunc revocavit opus.
Nota leges quædam, sed limâ rasa recenti.
Pars nova major erit; lector, utrique fave:
Lector opes nostræ, quem cum mihi Roma dedisset
Nil tibi quod demus majus habemus, ait.

Pigra

1. *Festinata.*] Decimus hic epigrammaton libellus præpropere editus, revocatur ad incudem, & secundam curam, quæ emendavit, quæ addidit plurima. *Prior cura.*] Primi fœtus non satis maturi, ὕστεραι φροντίδες σοφώτεραι, curæ secundæ meliores.

3. *Nota, &c.*] Prima illa editione.

4. *Utrique fave.*] Posterioribus illis, & novis his curis.

5. *Opes nostræ.*] *Appositive.* quo majores opes non posset mihi Roma dare.

6. *Nil tibi, &c.*] Namque à lectoris candore & gratia, librorum immortalitas, ut seq. vers.

7. *Pi-*

Pigra per hunc fugies ingratæ flumina Lethes,
Et meliore tui parte superstes eris.
Marmora Messalæ findit caprificus, & audax
Dimidios Crispi mulio ridet equos.
At chartis nec furta nocent, & secula prosunt;
Solaque non norunt hæc monumenta mori.

7. *Pigra, &c.*] Vives vindicatus ab hominum oblivione & fato. Lethe fl. infernum oblivionis. Alii, *Nigra.*

9. *Marmora.*] Monumenta vel nobilissima caprificus è muris & saxis erumpens discutere valet. Plin. lib. 16. cap. 19. vide ep. 3. lib. 8. *Messala, &c.*] *Monumenta fatiscunt, Mors etiam saxis nominibusque venit.* Ausonius. ψυχὴ καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, &c. lib. 3. Antholog. cap. 14. *Et audax.*] Et vilissimæ quisque conditionis audet deridere vanitatem divitum, quibus statuuntur imagines equestres, quas vetustas exedit frangitque. sic Juvenal. satyr. 8. vs. 4.

10. *Crispi.*] Crispus fuit Neronis vitricus, ditissimus Romanorum. epigrammate 54. lib. 4. vs. 7.

11. *Nec secula præsunt.*] Immo, *& secula prosunt:* ut in margine MS. reperit Gruterus, in editione principe Scriverius. Et sic de conjectura restituerat Casseratius ad Propertii l. 3. eleg. 2. *Gronovius. Nec secula præsunt.*] Dies non habet jus abolendi carmina. Nam si tempus edax præesset, consumeret auctores. Alii leg. *prosunt*; ut videatur ludere in verbis *nocent* & *prosunt*; sed si sæcula non prosunt, nocent perdendis & obliterandis libris, quod haud paucis accidit. Præfero tamen τὸ *præsunt*, quod libri, si generatim loquamur, sint supra sæcula & omnem vetustatem. *Rad.*

12. *Monumenta mori.*] *Carmina quam donant, fama perennis erit.* οὐ γὰρ ἀοιδὰς Ἀμβλώσειν αἰὼν (κλεὼ ἐθέλῃ) δύναται. lib. 3. epigr. Græc. cap. 14.

Ad Priscum. III.

VErnaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis,
Quæ sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum,

In clancularium poëtam & impostorem, qui famosa carmina nomine Martialis spargebat, ut poëtæ periculum crearet, quem multis modis mendacii & imposturæ arguit.

1. *Vernaculorum dicta, &c.*] Scurrilia dicteria, qualia sunt vernarum epig. 42. lib. 1. vs. 1. Vernaculos ergò hic vocat ἀστεγγέλως, dicaces & scurriles nempe homines & inimicos: hinc *vernacula urbanitas* Tacit. libro 2. *Salmas.* Congregabantur certis locis hi vernaculi, & scurræ conscripti, atque quasi gregem efficiebant. *Dentem.*] Mordacitatem, fœdam dicacitatem.

2. *Circulatricis.*] Ut quisque abjectissimus, ita solutissimæ linguæ est, cujus impuritate maxime strenui sunt vagi, errones, circumforanei, circulatores, γόητες.

3. *Quæ sulphurato, &c.*] Quæ vilissimos quosque homines proloqui pudeat. Quæ nolit, qui vitrea fracta sulphuratis permutat, epigr. 42. lib. 1. vs. 4.

4. *Vatiniorum.*] Vitreorum calicum, à Vati-

Poëta

Poëta quidam clancularius spargit;
Et vult videri nostra. credis hoc, Prisce,
Voce ut loquatur psittacus coturnicis,
Et concupiscat esse Canus ascaules?
Procul à libellis nigra sit meis fama,
Quos rumor alba gemmeus vehit penna.
Cur ego laborem notus esse tam pravè,
Constare gratis cum silentium possit?

à Vatinio Beneventano artifice, lib. 14. epigr. 96. *Proxenetæ.*] Proxenetæ, Apuleio interprete, sunt mediatores, ut ipse loquitur, hoc est, conciliatores, intercessoresque inter emptorem & venditorem. Hoc loco accipio pro eo, qui inter sulphuratorum & vitreorum fractorum emptores velut sequester & arbiter est, permutabant enim vitrea fracta sulphuratis. lib. 1. epigr. 42.

5. *Clancularius.*] Occultus impostor suum suis versibus nomen præfigere non audet. supra epigramm. 11. libri 7.

7. *Voce ut loquatur, &c.*] Ut ego solers Poëta loquar rauca voce indocilis illius & obstreperi poëtastri. Psittacus enim supra alias aves docilis, coturnix indocilis exprimere humanas voces.

8. *Et concupiscat, &c.*] Et velim esse talis poëta, non magis quam celebris choraules Canus (epigr. 5. lib. 4. vs. 8.) cupiat esse ascaules, id est, utricularius, [*a bag-piper.*] ex ἀσκὸς & αὐλός.

9. *Nigra sit meis fama.*] Male quæsita & ex aliorum infamia.

10. *Quos rumor alba.*] Qui ex candore quærunt famam bonam & laudem. *Gemmeus rumor, &c.*] Candidus, felix, secundus: optima enim optimis notabantur, lapilliisve nobilioribus.

11. *Cur ego, &c.*] Sic epist. ad lib. 1. Regula 6.

12. *Constare gratis, &c.*] Alii leg. *Cum stare gratus cum silentio possim? Constare gratis.*] Cur obloquendo aliis petibo, quum tacendo salvus esse possim? *stare* enim est, probari, laudari. *Gratis.*] Impune, quum alioqui famosorum libellorum auctores lege puniantur. *Cum silentio.*] Satis etiam multa egregia scripsi, quibus famam secundam merui, quid opus est mihi ad comparandam famam rubiginosis versibus & conviciis, cum jam tacendo constem & ubique lauder. *Rad.*

Ad Mamurram. IV.

QUi legis Oedipodem, caligantemque Thyesten,
Colchidas, & Scyllas; quid nisi monstra legis?
Quid

Poëta hic dicit Epigrammata sua utiliora omnibus fabulis: doceri hic mores, & vitia dedoceri: & eò Mamurras fugere Epigrammata, ne suas labes agnoscant. *Rad.*

1. *Oedipodem.*] Fabulas & tragœdias de Oedipo, Thyeste, &c. vide Mythologos: Oedipum scripsit Æschylus, Sophocles, Seneca. *Caligantemq; Thyesten.*] Quem filios sibi à fratre Atreo appositos edentem, refugit sol ne videret. vide Senecæ Thyesten. Ad fabulam respexit, solem enim execratum tantum facinus, refugisse significant poëtæ: ergo *caligantem* in umbra, sole fugiente.

2. *Colchidas.*] Tragœdias de Medea. *Scyllas.*] Hanc Nisi, illam Phorci filiam.

3. *Hy.*

Quid tibi raptus Hylas, quid Parthenopæus, & Atys?
Quid tibi dormitor proderit Endymion?
Exutusve puer pennis labentibus? aut qui
Odit amatrices Hermaphroditus aquas?
Quid te vana juvant miseræ ludibria chartæ?
Hoc lege, quod possit dicere vita, meum est.
Non hîc Centauros, non Gorgonas, Harpyïasque
Invenies: hominem pagina nostra sapit.
Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores,
Nec te scire: legas αἴτια Callimachi.

In

3. *Hylas.*] Theodamantis filius, ab Hercule, patre cæso, abductus: postea à Naïdibus nymphis raptus est. epigrammate 49. lib. 5. ꝟs. 5. *Parthenopæus.*] Filius Meleagri & Atalantæ, juvenis ad bellum Thebanum profectus est & occisus. lib. 6. epigr. 77. ꝟs. 2. & libro 9. epigrammate 57. vers. 8. *Atys.*] Puer Cybele dilectus. Legunt *Atys*, quod ferre non potest versus, prima in *Atys* brevi. scribendum ergo est, *Attis*. Ἄτυς nomen Lydum est, quo nomine aliquot Lydiæ reges vocati sunt. Pater Lydi, à quo Lydia denominata est, vocabatur Ἄτυς: *Attis* verò nomen Phrygii Ephebi, quem dilexit mater Deûm Cybele. *Salmas.*

4. *Dormitor Endymion.*] Lunæ amasius, ab illa in Latio sopitus.

5. *Puer pennis labentibus?*] Icarus.

6. *Amatrices, &c.*] Salmacidas. Ovid. Metamorph. 4. Auson. epigramm. 99. & 68. vide & infra epigramm. 30. ꝟs. 10.

7. *Quid te vana juvant.*] Quid legis fabulas alienas, nihil ad mores facientes?

8. *Quod possis dicere jure.*] Recte sane Pal. *quod possit dicere vita.* Sic & Pircheimetianus. *Vita*, id est, præsentes homines. Frequens Plinio. lib. 2. c. 53. *Varia in hoc vitæ sententia, & pro cujusque animo.* lib. 25. cap. 18. *Postea tot subiere nomina & genera, ut vel hoc solum æstimantibus appareat mutatam esse vitam.* lib. 28. 4. *Sed & alios efficaces ejus usus recognoscat vita.* Gronovius. *Quod possis dicere jure.*] Alii, *quod possit dicere quisque.* Pal. *quod possit dicere vita, meum est.* Rectè. *Meum est.*] Lege, quæ tua sunt: lege tuos mores, vitam, vitia; ut inde melior evadas, hoc tuum, hoc ad re pertinet. *Meum est.*] Vitam meam spectat, mores meos format.

9. *Non hîc Centauros, &c.*] Meus hic liber non fabulas nubilas & monstrosas garrit: sed vitam humanam corrigit & instituit.

12. *Legas αἴτια Callimachi.*] *Ironicè.* Callimachus autem scripsit librum de originibus, caussis & ritubus sacrorum, quem inscripsit τὰ αἴτια. vide Cœl. Rhodig. lib. 12. cap. 1. Gyrald. Dialog. 3. hist. Jani Parrhas. variar. Annot. Obscurum illud & morosum opus historias ab omni cognitione remotas continens, quod Propertius lib. 2. vocat *somnia Callimachi*, quia scripturo sibi finxit per somnum adfuisse Musas. vide Antholog. lib. 1. cap. 67. & lib. 3. cap. 25. εἰς ποιητάς. Turneb. lib. 30. Advers. cap. 30.

Diras

In maledicum Poëtam. V.

QUisquis stolæve purpuræve contemptor,
Quos colere debet, læsit impio versu:
Erret per urbem pontis exsul & clivi,
Interque raucos ultimus rogatores
Oret caninas panis improbi buccas.
Illi December longus, & madens bruma,
Claususque fornix triste frigus extendat:
Vocet beatos clamitetque felices,
Orciniana qui feruntur in sponda:
Et, cum supremæ fila venerint horæ,
Diesque tardus, sentiat canum litem,
Abigatque moto noxias aves panno;

Nec

Diras omnes imprecatur impostori & sycophantæ, qui Martialis nomine vulgabat maledicos versus, in claros viros, matronasque.

1. *Stolæve.*] Matronarum, quarum est stola. *Purpuræve contemptor.*] Senatorum, patrum purpuratorum.

2. *Læsit impio versu.*] Supra epigrammate 3. ẏs. 5. & epigrammate 11. libro 7.

3. *Erret.*] Sic Palatinus codex: mente satis acri & acuta. Er. per urb. Redigatur ad extremam mendicitatem: ultra infraque vilissimam mendicabulorum conditionem, cui nec sedes nec stipis spes in pontibus. In vulgatis legebatur: *Pontes per urbis erret exul & clivos. Per urbis.*] Raderus legendum censet *orbis*: quomodo enim *exul*, si in urbe? Sic Ovid. in Ibin inimico suo imprecatur:

Exul inops erres alienaque limina lustres,
Exiguumque petas ore tremente cibum.

4. *Rogatores.*] Mendicos.

5. *Caninas panis, &c.*] Canibus projiciendas, ut quæ geminum agitent. *Improbi.*] Multis miseris precibus à viatoribus extorti. *Buccas.*] Buccas, buccellas.

6. *Illi December longus.*] Longam experiatur hyemem in cella frigida.

7. *Claususque fornix.*] Per diem lateat domi sub frigido fornice, foco sine Vulcano. Cellam ergò intelligit, quam sibi pauperes certa pensione conducebant.

8. *Vocet beatos, &c.*] Mortuos præ se beatos prædicet.

9. *Orciniana, &c.*] Sandapila, feretro. ab Orco vel ὄρχ@. vide Cœl. Rhod. lib. 10. cap. 18.

11. *Diesque tardus.*] Mortis, quam jam dudum votis expetebat. *Sentiat canum litem.*] Dilanietur à canibus. Vel, jam morti vicinus, audiat de ossibus suis & cadavere distrahendo litigantes canes, quorum ventres pro sepulchro sortiatur.

12. *Abigatque, &c.*] Fiat præda avibus. credo ejectis maleficorum corporibus, quo diutius putrescerent insepulta, affixos & appensos fuisse pannos ad terrorem avium. quod apud nos factum videmus in hortis & agris à semente.

13. Nec

Nec finiantur morte simplices pœnæ:
Sed modo severi sectus Æaci loris,
Nunc inquieti monte Sisyphi pressus,
Nunc inter undas garruli senis siccus;
Delasset omnes fabulas poëtarum:
Et cum fateri Furia jusserit verum,
Prodente clamet conscientia, scripsi.

13. *Nec finiantur, &c.*] Nec mortis pœnas mors ultima finiat, &c. Ovid. in Ibin. unde multæ nostri hic imprecationes.

14. *Severi, &c.*] Ex sententia Æaci ex inferni judicibus unius, in pœnas ingeniosi. Sic Ovid. *Noxia mille modis lacerabit membra, tuasque Æacus in pœnas ingeniosus erit. Sectus loris.*] Hic Horat. *Sectus flagellis hic triumviralibus.*

15. *Monte Sisyphi pressus.*] Saxo quod volvit Sisyphus.

16. *Garruli, &c.*] Tantali, cui sitis famisque pœnas, garrula lingua dedit.

17. *Delasset, &c.*] Exerceatur pœnis omnium, quos poëtæ fingunt apud inferos torqueri.

18. *Fateri, &c.*] Ita Ovid. in Ibin.
Sic tibi de furiis scindet latus una flagello,
Ut sceleris memores confiteare tui.
Et Virgil. 6. Æneid.

19. *Scripsi.*] Ego edidi hæc famosa carmina sub nomine Martialis.

De adventu Cæsaris Trajani. VI.

FElices, quibus urna dedit spectare coruscum
Solibus Arctoïs sideribusque ducem.
Quando erit ille dies, quo campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latiâ culta fenestra nuru?
Quando moræ dulces, longusque à Cæsare pulvis,
Tota-

1. *Quibus urna.*] Radetus hic *urnam*, vitam exponit; sic ut dicat felices eos, qui nondum urna clausi & mortui, videre poterunt venturum in urbem Trajanum. Vel *urna* pro sorte: Felices scil. quibus sorte quadam bona continget, ut Trajanum videre possent, quod neque vivis omnibus licet, ut oculis suis Imperatorem spectent. Vel Urna vitæ diuturnioris, seu mortis, prout serius aut ocyus sors exierit. *vel* electionis urna, qua lecti mittebantur ad principem legati. *Coruscum.*] E Germania, quæ ad Arctum & cui præerat Trajanus, redeuntem.

2. *Ducem.*] Trajanum.

3. *Quo campus, &c.*] In ὑποδοχαῖς Imperatorum, procedebant ordines obviam: per campos & ex arboribus spectabat populus, fœminæ ex ædibus & fenestris: tabernæ, fenestræ, fores ornabantur lauro, fronde, floribus, lucernis appensis.

4. *Lucebit.*] Fenestræ enim, januæ, &c. lucernis ornabantur, & ignis ubique excitabatur in solennitatibus illis. Et non solum fores lucernis ornabant; sed & ipsi cum lucernis occurrebant. *Latia nuru.*] Fœminæ enim honestiores ex ædibus prospectabant, quas hic vel *Latias nurus* appellat.

5. *Moræ dulces, &c.*] Ingredientis in ur-

Totaque Flaminiâ Roma videnda viâ?
Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis? & populi vox erit una, venit?

in urbem Imperatoris incessus lentus & cum pompa, omnibus gratus. *Pulvis.*] In via excitatus.

6. *Totaque Flaminiâ, &c.*] Multitudo egressa gratulatum Cæs. in via Flam. quæ Germaniam spectat.

7. *Picti Tunica, &c.*] Luxus gratia nonnulli equites more Mazacum, qui Libyæ pop. sunt, præcurrebant, tunica acu ab Ægyptiis elaborata induti. infra epigr. 13. lib. 6. Utebamur ergò Romani luxus causa Mauro equite. Raderus verò alam prætorianam fuisse credit.

Ad Rhenum, de eodem. VII.

NYmpharum pater amniumque Rhene,
Quicunque Odrysias bibunt pruinas.
Sic semper liquidis fruaris undis,
Nec te barbara contumeliosi
Calcatum rota conterat bubulci;
Sic & cornibus aureus receptis,
Et Romanus eas utraque ripa:
Trajanum populis suis, & urbi,
Tibris te dominus rogat, remittas.

1. *Rhene.*] Fl. Germaniæ, unde Trajanus. epigr. supra ✝s. 2.

2. *Odrysias bibunt pruinas.*] Epigr. 7. lib. 7. ✝s. 2.

3. *Liquidis fruaris undis.*] Non Hiberno gelu constrictis.

4. *Nec te barbara, &c.*] Neque unquam gelu duratus pontem præstes transitumque barbarorum Germanorum incursibus. Hic locus ingeniose explicatus est ab Elia Vineto, in comment. Ausonianis ad Mosellam.

6. *Cornibus.*] Finguntur Dii fluminum præsides cornuti, propter riparum alveorumque curvitatem, magis proprie tamen cornuti dicuntur illi fluvii, qui se deducunt in geminos pluresve alveos, unde nata fabulæ occasio de Acheloi cornu ab Hercule avulso. Rhenum Virgil. 9. Æneid. dixit *bicornem* propter duo ostia, quibus Drusus tertium addidit, ducta fossa adversus incursum barbarorum. *Aureus.*] An propter auri fodinas Germaniæ? an propter ipsos Germanos auricomos? *Receptis.*] In unum alveum.

7. *Romanus, &c.*] Subjecta Romanis sit Germania cis transque Rhenum.

9. *Tibris, &c.*] Dominus orbis fluvius, Romæ scilicet capitis & reginæ triumphati orbis fluvius te rogat, cui tamen imperii jus est. *Remittas.*] Rogat, ut remittas Trajanum, neque novo aliquo motu detineas.

De Paulla. VIII.

NUbere Paulla cupit nobis, ego ducere Paullam
Nolo: anus est. vellem si magis esset anus.

2. *Magis esset anus.*] Capulo vicina & brevi moritura: & sic citò fieri hæres possem.

De se. IX.

UNdenis pedibusque, syllabisque,
Et multo sale, nec tamen protervo,
Notus gentibus ille Martialis,
Et notus populis; quid invidetis?
Non sum Andræmone notior Caballo.

Affirmat Martialis sibi famam ingenii & carminis non invidendam; quod eandem adepti sint, multò se inferiores & indigniores. *Rad.*

1. *Undenis, &c.*] Hendecasyllabis. Phaleucio carmine.

5. *Non sum Andræmone notior Caballo.*] Nolite mihi ingenii invidere famam, cum minori sim in pretio & fama apud scurrilis hujus ævi cultores, quam Sextius Andræmon Caballus scurra. epigramm. 41. lib. 1. ỷs. 17. alii *Andremona* volunt esse nomen nobilis equi Circensis.

In Paullum. X.

CUm tu laurigeris annum qui fascibus intras,
Mane salutator limina mille teras:
Hic ego quid faciam? quid nobis, Paulle, relinquis,
Qui de plebe Numæ, densaque turba sumus?
Qui me respiciet, dominum, regemque vocabo?
Hoc tu (sed quanto blandius!) ipse facis.
Lecticam, sellamve sequar? nec ferre recusas:
Per medium pugnas & prior ire lutum.
Sæpius assurgam recitanti carmina? tu stas,
Et pariter geminas tendis in ora manus.

Quid

Divites & claros æquè serviles esse atque pauperes; imò jam patronos ipsos clientium, obire partes queritur.

1. *Cum tu.*] Ejusdem ingenii epigramma vide 18. lib. 2. & lib. 5. epigramm. 23. & Juven. sat. 1. ỷs. 117. *Laurigeris, &c.*] Qui geris consulatum, quem tibi ineunti & annum aperienti præferuntur fasces laureati. *Intras.*] Aperis, inchoas. Claudian. *Jamque novum Fastis aperit felicibus annum, &c.*

4. *Plebe Numæ, &c.*] Plebe tenui & paupere, cujusmodi ipse fuit Numa.

5. *Respiciat.*] Alii, *respiciet*. Juven. satyr. 3. ỷs. 184. *Dominum, regemque.*] Patronum, quos reges & dominos vocabat, ut suprà sæpe.

6. *Hoc tu, &c.*] Egone te patronum salutabo, qui ipse alios salutas multo blandius quam ego te?

8. *Per medium, &c.*] Sed & ipse alios præcedis anteambulo comesque, epigrammate 36. lib. 3. ỷs. 4.

9. *Sæpius, &c.*] Quod attendentis, faventis, applaudentisque signum est.

10. *Pariter, &c.*] Applaudis. *vel*, A facie jactas manus, quasi per admirationem. Juven. sat. 3. ỷs. 106.

12. *Divi-*

Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?
Dimisit nostras purpura vestra togas.

12. *Divisit nostras, &c.*] Æque sumus clientes, vos purpurati tantum distincti estis a nobis togatis. vel vos purpurati clientes exclusistis nos togatos ab officio clientum. Turneb. 30. lib. 30. *Purpura* enim insigne Romanorum magistratuum. Alii leg. *Dimisit.* Gruterus hoc, eo modo interpretatur: *Dimisit*, id est, jussit esse feriatas, inutiles reddidit: tanquam si dimitterentur tali facto, non secus quam symbolo quodam dimittebatur aut Concio, aut Senatus. Sic & noster lib. 1. epigr. 78. *Dimisitque animam nobiliore rogo.* lib. 2. epigr. 16. *dimitte Machaonas omnes.*

In Calliodorum. XI.

Nil aliud loqueris, quam Thesea, Perithoumque,
Teque putas Pyladi, Calliodore, parem.
Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, aut porcos pascere Perithoi.
Donavi tamen, inquis, amico millia quinque,
Et lotam (ut multum) terque quaterque togam:
Quid!

In parcum amicum; sese tamen Pyladem & Theseum jactare ausum. Poëta veros ait amicos, non qui aliquid donent, sed qui [illegible] habeant.

1. *Thesea, Perithoumque.*] Nobile amicorum par.

3. *Pyladi, &c.*] Vel infimo servili munere defungi, ut præstare matulam, vel porcos pascere.

4. *Porcos pascere Perithoi.*] Forte, quod in glandiferis Pindi sylvis degebat Perithous.

6. *Et lotam, ut multum.*] Quærit Gruterus, utrum apud fullonem, an vero tinctorem? Respondet Scriverius: *Lotam togam* dixit, ut alibi: *Et lotam niveo togam Galeso*: quia sæpius lana flumine lavatur. Hoc nihil est dicere. Etenim aliter toga *niveo Galeso lota*, aliter dicitur *terque quaterque lota.* Illa lib. 2. epigr. 43. & lib. 4. epigr. 28. est facta e lana Tarentina: ut lib. 8. ep. 27. *Bætis in Hesperia te quoque lavit ove.* Alloquitur togam Parthenianam. Galesus ad Tarentum, ut Bætis in Hispania, oves, & sic in ovibus lanam, in lanis futuram togam laverunt. At *lota terque quaterque* est apud fullonem sordibus purgata & interpolata, quod viliorem facit. Ut apud Petronium: *vestimenta Tyria sine dubio, sed jam semel lota.* Deinde suspectum Scriverio, *Ut multum.* Frustra: est enim compendio dictum, pro eo, quod est integrum: *ut multum dicam.* Sic Juvenalis Sat. 7. *Ut minimum, duo sufficient.* Gronovius.

Et lotam.] Et togam non usque adeo tritam, non ultra ter quaterve lotam. Salmasius legit: *Et lotam, ut minimum, &c.* Obsoletam & diu habitam intelligit, utpote quæ ter ad fullonem sit missa maculis eluendis. Tria nempe fullonis propria sunt in poliendis vestimentis: primum τὸ πλύνειν, lavari, tergere nitro, creta, cimolia & similibus. *Ut multum, &c.*] Ex persona poëtæ interpositum, indignantis togam imputatam, quasi magna illa res siet.

Quid! quod nil umquam Pyladi donavit Orestes?
Qui donat, quamvis plurima, plura negat.

7. *Nil umquam, &c.*] Quippe qui omnia cum Pylade communicavit. quod quia tu non facis, sed multa negas, non es verus amicus.

Ad Domitium. XII.

ÆMiliæ gentes, & Apollineas Vercellas,
Et Phaëtontei qui petis arva Padi;
Ne vivam, nisi te, Domiti, permitto libenter,
Grata licet sine te sit mihi nulla dies.
Sed desiderium tanti est, ut messe vel una
Urbano releves colla perusta jugo.
I precor, & totos avida cute combibe soles.
Quam formosus eris, dum peregrinus eris!
Et venies albis non cognoscendus amicis,
Livebitque tuis pallida turba genis!

Sed

Vovet secessum Domitio felicem, & reditum. Æmiliæ urbs dicitur Apollinea, vel à liberalioribus disciplinis: vel ob templum Apollinis. *Rad.*

1. *Æmiliæ gentes.*] De hoc loco vide Not. ad Liv. l. xxix. 2. ubi quod operæ peccaverunt, corriges ex erratis. *Gron.* *Æmiliæ gentes.*] Epigr. 4. lib. 3. vers. 2. *Apollineas Vercellas.*] Oppidum Insubrium, ubi Apollo colitur. vide Ph. Cluverium lib. 1. Ital. antiq. c. 23.

2. *Phaëtontei Padi.*] Padus, Eridanus Græcis; in quem Phaëthon curru Solis excussus cecidit. epigr. 25. lib. 4. vers. 2.

3. *Ne vivam.*] Formula jurandi, priscis usitata. *Domiti, permitto.*] Elegans illud, *permitto*, è MSS. à Grutero restitutum, nec mutandum. Est autem idem quod incito, laxo habenas, ut *equos permittere in cuneum hostium.* Sed & videtur legendum, *quæ petis.* Non enim placet: *Domiti, qui petis Æmiliæ gentes & Vercellas & Circumpadana, ne vivam, nisi te libenter permitto:* quam; *Ne vivam, Domiti, nisi te libenter permitto regionem Æmiliæ* & *Vercellas* & *in Pado circumjecta, quæ petis.* Omittit autem præpositionem, ut Virgilius: *Devenere locos.* Vide quæ ad Livii l. 29. c. 2. diximus. *Gronovius.* *Permitto libenter.*] Nisi te secedere permittam. alii, *dimitto.* Petrus Scriv. emendat, *præmitto.* quod de vita functis dicebant, tanquam eos ipsos sequuturi. sed dispiciat lector.

5. *Sed desiderium, &c.*] Sed desiderio nostri, tu præfers unius æstatis rusticationem, qua tui colorandi & animi relaxandi causa ab urbanis curis secedis.

7. *I precor, &c.*] Vade itaque, insolationi vaca. qua utebantur veteres ad figendam valetudinis causa, & colorandam nitoris gratia, cutim.

8. *Quam formosus eris, &c.*] Quam pulchre coloratus peregre redibis!

9. *Albis, &c.*] Σκιατρόφοις ab umbra urbana pallidis. sole non coloratis. vide epigramma 56. libro 1. vers. 14.

10. *Livebitque tuis, &c.*] Osculo excipiet. Sic Virg. *Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur.* Gruterus verò ex MS. Anglic. legit: *livebitque tuis pallida turba genis.*

Sed via quem dederat, rapiet cito Roma colorem,
Niliaco redeas tu licet ore niger.

Is genis. hoc est, invidebit. Rectè. *Pallida turba.*] Ob vigilias, officia & servitutem urbanam.

11. *Rapiet colorem.*] Candidum reddet.

12. *Niliaco, &c.*] Ægyptii vero fusci.

Ad Tuccam. XIII.

CUm cathedralicios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo pulvere sudet eques;
Strataque non unas cingant triclinia Bajas,
Et Thetis unguento palleat uncta tuo;
Candida Setini rumpant crystalla trientes,
Dormiat in pluma nec meliore Venus:
Ad nocturna jaces fastosæ limina mœchæ,
Et madet (heu) lacrymis janua surda tuis:
Urere nec miserum cessant suspiria pectus.
Vis dicam, male sit cur tibi, Tucca? bene est.

Tuccam opulentum & felicem, eo infelicem prædicat, quod suam felicitatem ignoret. quod multis usu venit; ut tum primum se beatos agnoscant, quum beatitudinis jacturam fecere.

1. *Cum cathedralicios, &c.*] Cum habeas tecum in rheda vel curru, quoties iter facis, pueros delicatos, teneros, effœminatos, mollitie non cedentes fœminis, quarum proprie est cathedra, Turneb. lib. 30. cap. 3. & 30. *Symphoniacos*, forte.

2. *Et Libys, &c.*] Et tibi, pro more lautiorum, præcurrant equites Numidæ. Reges enim & potentiores præcursores illos habebant, cum iter aliquod ingrederentur: *Cursores* simpliciter dicuntur, cum præcursores revera sint. Senec. epist. 114. *Omnes sic jam peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen cursorum antecedat.* Turneb. lib. 24. cap. 6.

3. *Strataque, &c.*] Et tibi ad multas tuas thermas & balneas, multa extruantur triclinia, diætæ, cœnationes. *Bajas.*] Balneas, quibus celebres sunt Bajæ.

4. *Et Thetis, &c.*] Et ampla balnea, quæ & maria dicebantur & piscinæ, unguentis infusis (qui veterum luxus) palleant.

5. *Setini rumpant, &c.*] Optima vina è Setia frangant dum miscentur; vel calore rumpant pocula tua crystallina. *Trientes.*] Calices 4. cyathorum. epigr. 28. lib. 1. vs. 2.

6. *Venus.*] Quæ in olorina cubat; nam olores illi sacri.

7. *Ad nocturna jaces, &c.*] Vide 5. satyræ Persii versum 165. & quæ nos ad illum.

9. *Urere nec miserum.*] Cum sis tam beatus & felix, cruciaris tamen quod nequeas esse adulter.

10. *Bene est.*] Ex rerum affluentia nascitur tibi vitiosa miseria. Et sane tibi male est, quia nimis bene est, quod non intelligis. Nam ἔρως est τῶν σχολαζόντων ἀσχολία. adde καὶ τῶν ἰχθύων. *Bene est*, elegantissimè ἰχθὺς διδομένους. Sed & locutio convivalis honestissima. Horat. Sat. 2. lib. 2. *Bene erat, non piscibus urbe petitis, Sed pullo atque hædo.*

Ad Crispum. XIV.

CEdere de nostris nulli te dicis amicis.
Sed sit ut hoc verum, quid, rogo Crispe, facis?
Mutua cum peterem sestertia quinque, negasti:
Non caperet nummos cum gravis arca tuos.
Quando fabæ nobis modium farrisve dedisti,
Cum tua Niliacus rura colonus aret?
Quando brevis gelidæ missa est toga tempore brumæ?
Argenti venit quando selibra mihi?
Nil aliud video, quo te credamus amicum,
Quam quod me coram pedere, Crispe, soles.

6. *Cum tua Niliacus, &c.*] Cum colonus tuus in Ægypto multos tibi aret fundos.

8. *Argenti, &c.*] Sic Palatinus. Vulg. *Argenti quando missa selibra mihi est?*

10. *Quam quod, &c.*] Animam impendere, sive, ut ait ille, aliquid animæ amittere in honorem amici. honeste parum, at satis familiariter, & pro comitate suilla: ubi arctioris amicitiæ argumentum habetur, mutuis se officiis comitari ac deducere ad sellas Patroclianas, & dulcissimos conferre sermones in Cloacinæ sacello.

De Apro. XV.

DOtatæ uxori cor arundine fixit acuta:
Sed dum ludit Aper, ludere novit Aper.

1. *Dotatæ, &c.*] In ludo sagittario quasi per errorem. vel sauciat uxoris cor acuta amoris, seu doloris sagitta, dum ipse ludit in aliis.

2. *Sed dum, &c.*] Sed dum se ludere nescire simulat. Quis neget eum scire ludere, qui sic ludit? Alii *lædere*. Male.

In Cajum. XVI.

SI donare vocas promittere nec dare, Cai:
Vincam te donis, muneribusque meis.
Accipe Callaicis quidquid fodit Astur in arvis,
Aurea quidquid habet divitis unda Tagi;
Quidquid Erythræa niger invenit Indus in alga,

Quid-

In vanum promissorem.

2. *Vincam te donis, &c.*] Nam pollicitis dives quilibet esse potest.

3. *Callaicis, &c.*] Quicquid auri foditur in Hispania. Gallecia autem & Asturia Hispaniæ regiones sunt, aurifodinis quondam celebres.

4. *Divitis unda Tagi.*] Auri ramentis fluens Tagus fl. Hispaniæ.

5. *Erythræa, &c.*] Epig. 38. l. 5. vs. 4.

6. *Unica*

Quidquid & in nidis unica ſervat avis;
Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno:
Quidquid habent omnes, accipe, quomodo das.

6. *Unica ſervat avis.*] Phœnix. vide epigr. 7. lib. 5. ℣ſ. 1. & epigr. 55. lib. 6. ℣ſ. 2.

7. *Agenoreo Tyros.*] Tyrio, purpureo. Tyros enim & Sidon Agenori regna erant. *Improba cogit aëno.*] Inventrix purpuræ, qua iterantur lanæ. veſtes purpureas appellat Senec. epiſt. 115. *lacernas coloris improbi.* Improbum laborem appellavit Virgilius, aſſiduum & iteratum: ita & veſtes *improbi coloris* dibaphas & iteratas aheno purpureo. & huc facit Plin. lib. 9. cap. 41. *Non eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomen amethyſtum, rurſus abſolutus inebriatur Tyrio, ut ſit ex utroque nomen improbum, ſimulque luxuria duplex.* lib. 14. epigr. 154.

8. *Quomodo das.*] Promiſſis ſc.

De Macro ad Muſam. XVII.

SAturnalitio Macrum fraudare tributo,
Fruſtra, Muſa, cupis: non licet, ipſe petit:
Solenneiſque jocos, nec triſtia carmina poſcit;
Et queritur nugas obticuiſſe meas.
Menſorum longis ſed nunc vacat ille libellis.
Appia, quid facies, ſi leget iſta Macer?

Macer occupatus in via Appia ſternenda, legebat Geometras, & ſubinde Martialis Epigrammata, quæ ad Saturnalia exſpectabat, intermiſſa verò petebat. Reſpondet poëta, Si legeris mea, negliges tua, viam ſc. Appiam. *Raderus.*

1. *Saturnalitio, &c.*] Carmina mea, quæ per Macri, in via Appia ſternenda cui præficiebatur ab Imperatore, occupationes intermiſſa ſunt à me in Saturnalibus, exigit Macer tanquam tributum ſtatum & annuum.

5. *Menſorum, &c.*] Geometrarum libris Geometricis, ut rationem viæ ſternendæ & muniendæ percipiat.

6. *Quid facies, &c.*] Negligeris ſcilicet meis nugis poſthabita.

De Mario. XVIII.

NEc vocat ad cœnam Marius, nec munera mittit,
Nec ſpondet, nec vult credere: ſed nec habet.
Turba tamen non deeſt, ſterilem quæ curet amicum.
Eheu quam fatuæ ſunt tibi, Roma, togæ!

Mittit

Coli volunt à clientibus patroni, & nolunt colere donis clientes. Talem patronum eſſe ait Marium.

2. *Spondet, &c.*] Pro clientibus. *Credere.*] Mutuum dare.

3. *Turba.*] Clientum. *Sterilem.*] Unde nihil fructus.

4. *Fatua toga.*] Inſipientes, qui gratis ſerviant Togati clientes! *Metonymicè.*

Mittit librum ſuum ad Plinium, (Cæcilium Secundum.) XIX.

NEc doctum ſatis, & parum ſeverum,
Sed non ruſticulum nimis libellum,
Facundo mea Plinio, Thalia,
I perfer: brevis eſt labor peractæ
Album vincere tramitem Suburæ.
Illic Orphea protinus videbis
Udi vertice lubricum theatri,
Miranteiſque feras, avemque regis,
Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti.
Illic parva tui domus Pedonis
Cælata eſt aquilæ minore penna.
Sed ne tempore non tuo diſertam
Pulſes ebria januam, videto.
Totos dat tetricæ dies Minervæ,

Dum

Alloquitur Muſam; mandat, ut domum Plinii in Exquiliis quærat, adeatque reverenter. Tum & Plinium laudat ab eloquentia, quam cum Cicerone contendit.

1. *Nec doctum ſatis, &c.*] Super rumore defuncti Martialis in epiſtola ult. lib. 3. ad Priſcum, gratatur Plinius, laudat & bene precatur Poëtæ de hoc epigr. cujus partem ibi referens, *Alloquitur Muſam*, inquit de Martiali, *mandat, ut domum meam Exquiliis quærat, adeatque reverenter, &c.*

2. *Sed non, &c.*] Non tamen omnino inelegantem.

3. *Thalia.*] Muſa carminis mei jocoſi præſes. epigramm. 8. lib. 4. verſ. 12. & epigr. 16. lib. 7. verſ. 4.

4. *Brevis eſt labor, &c.*] Non eſt, inquit, longa ad domum Plinii via, quæ ſtatim eſt poſt ſuperatam Suburam.

5. *Altum vincere, &c.*] Aſcendere per declivem collem è Suburra (de quo vico. epigr. 35. lib. 1. verſ. 6.) Eſquilias.

6. *Orphea, &c.*] In domus Plinii faſtigio effictum. Plin. hiſtor. lib. 35. cap. 8.

7. *Lubricum theatri.*] Stillicidio, vel aſperſionibus theatri.

8. *Avemque regis.*] Aquilam, illam forte de qua epigr. 56. lib 5. In templorum, atque ædium nobiliorum faſtigiis apponebatur aquila, minorum vero, coronis. epigr. 1. hujus libri. *Avemque regis, Raptum.*] Videtur ſcripſiſſe Martialis: *avemque, regi Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti.* Gronov.

9. *Phryga Pertulit Tonanti.*] Ganymedem. dicto epigr. 56. lib. 5.

10. *Pedonis.*] Albinovani, Poëtæ, cujus domus faſtigio inſidet aquila minor, priore illa Ganymedem rapiente.

12. *Non tuo.*] Alio quam quod jocoſis carminibus convenit. vide ep. 8. lib. 4. verſ. 11. *Diſertam.*] Plinii Sec. oratoris diſerti.

13. *Ebria januam, &c.*] Laſciva, petulans, intempeſtiva.

14. *Tetricæ Minervæ.*] Studiis ſeveris & gravioribus.

15. *Cen-*

Dum centum ſtudet auribus virorum,
Hoc quod ſecula, poſterique poſſint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lacernas:
Hæc hora eſt tua, cum furit Lyæus,
Cum regnat roſa, cum madent capilli:
Tunc me vel rigidi legant Catones.

15. *Centum ſtudet, &c.*] Foro & cauſis C. viralibus. epig. 38. lib. 6. ỽſ. 5. & epigr. 62. lib. 7. ỽſ. 7. & Plinii epiſt. paſſim.

17. *Arpinis quoque, &c.*] M. Tullii Cic. Arpinatis, quem ſibi ubique imitandum propoſuiſſe Plinius confitetur.

19. *Hæc hora eſt tua, &c.*] Nona hora aut decima. epigr. 8. lib. 4. ỽſ. 11. & 12. inter pocula, roſas, unguenta.

20. *Cum regnat roſa.*] Coronati enim potabant. *Cum madent.*] Delibuti unguentis.

21. *Tunc me vel, &c.*] Namque hac hora vel rigidi Catones depoſita gravitate calent mero.

Ad Manium. XX.

Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras,
Pendula quod patriæ viſere tecta libet;
Tu mihi ſimplicibus, Mani, dilectus ab annis,
Et prætextatâ cultus amicitiâ;
Tu facis; in terris quo non eſt alter Iberis
Dulcior, & vero dignus amore magis.
Tecum ego vel ſicci Gætula mapalia Pœni,
Et poteram Scythicas hoſpes amare caſas.
Si tibi mens eadem, ſi noſtri mutua cura eſt,
In quocunque loco Roma duobus erit.

Paulatim de patria cogitat poëta, quod Trajano parum gratus eſſet, ob adulationes, credo, Domitiani: vel quia, ut Dio ſcribit, bonarum artium eſſet prorſus ignarus. Hic tamen poëta, ſe in gratiam Manii reverſurum ait. *Raderus.*

1. *Ducit ad auriferas, &c.*] Cur redire velim in patriam meam, viſurus Hiſpaniam aurifodinis celebrem, & Salonem. epigr. 50. lib. 1. ỽſ. 12. tu mihi cauſa es ô Mani, &c.

2. *Pendula, &c.*] Bilbilim in edito ſitam.

3. *Simplicibus annis.*] Simplices anni primæ ætatis.

4. *Et prætextatâ, &c.*] Uſque à pueris, qui prætextam gerunt, amicitia culta.

5. *Tu facis.*] Ut redire cupiam.

7. *Tecum ego vel, &c.*] Tecum vel in arenoſis Africæ deſertis, vel inhoſpitali Scythia degerem. *Mapalia.*] Agreſtium caſæ culmo tectæ. *Pœni*, agri Carthaginenſis. hic pro tota Africa.

10. *In quocunque loco, &c.*] Omnis nobis locus pro Roma erit.

Ad Sextum. XXI.

Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus; quid rogo, Sexte, juvat?
Non lectore tuis opus est sed Apolline libris:
Judice te major Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur: sane mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, & sine Grammaticis.

Sextum, aut ut alii scribunt Crispum, obscuritatem affectantem irridet, quod sane vitium, multi hodie in laude ponunt, qui κακόζηλοι & antiquarii videri volunt. *Rad.*

1. *Modestus.*] Grammaticus, cujus meminit Tranquillus & A. Gell. & Macrobius.

2. *Claranus, &c.*] Grammaticus, cujus memin·runt Seneca epist. 66. & Ausonius epist. 18. ad Ursul.

3. *Sed Apolline libris.*] Sed divinatore Oedipo aliquo, Sibylla, imo ipso Apolline. qui velut Deus, possit animi tui cogitata dispicere. Sic Adag. *Ne Apollo quidem intelligit.* de re vehementer obscura.

4. *Cinna Marone fuit.*] Poëta, autor egregii quidem laudatique operis, sed obscuri; & quo nec se scribere satis digna, per modestiam profitetur Virgilius, ecloga 9.

5. *Sic tua laudentur, &c.*] Propter obscuritatem & intricatas tenebras.

6. *Et sine Grammaticis.*] Non possum improbare, quod in MS. bonæ notæ inveni: *ut sine Grammaticis.* Id est, ita placere illis velim, ut & sine illis placere & intelligi possint. *Gronov.* *Sine Grammaticis.*] Absque ope Grammaticorum interpretum. Quotus tamen quisque Grammaticorum, immo Criticorum, aut (quos M. Cato dixit, *Mortuaria Glossaria*) philosophorum hæc intelligit?

In Philænim. XXII.

Cur spleniato sæpe prodeam mento,
Albave pictus sana labra cerussa,
Philæni quæris? basiare te nolo.

1. *Spleniato, &c.*] Epigramm. 29. lib. 2. vs. 9.

3. *Basiare te nolo.*] Epigr. 33. lib. 2. & lib. 7. epigr. 66. ne te salutem.

De M. Antonio. XXIII.

Jam numerat placido felix Antonius ævo
Quindecies actas Primus Olympiadas:

Præ-

De hoc eodem dictum libro 9. epigramm. 101. ubi patriam & studia ejus intelliges: hic jam agit de ætate & felicitate Antonii.

2. *Quindecies actas, &c.*] Annos LX. ex computatione Chronologorum, quibus Olympias est quatuor annorum spatium. annos LXXV. ex ratione poëtarum qui Olympiada pro quinquennio seu lustro usurpant. *Primus.*] Cognomen Antonii, ut infra epigramm. 32. & 101. lib. 9. *Primus Olympiadas.*] Non, *primus.* Est enim τὸ *Primus* cognomen Antonii. *Gronov.*

3. *Tutos*

Præteritosque dies, & tutos respicit annos:
Nec metuit Lethes jam propioris aquas.
Nulla recordanti lux est ingrata, gravisque:
Nulla subit cujus non meminisse velit.
Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Vivere bis, vita posse priore frui.

3. *Tutos respicit annos.*] Extra fortunæ aleam positos. in quos fortuna jus perdidit. Alii, *totos*.

4. *Nec metuit.*] Nec metuit mortem.

6. *Nulla fuit.*] Melius, quod etiam præfert Gruterus, in Angl. *Nulla subit.* ut *Succurrit*, id est, in mentem venit. Tacitus lib. 3. histor. *Subit recordatio, illos esse, qui nuper Bedriaci victoria temperassent.* Gronov.

7. *Ampliat, &c.*] Bis vixit, qui ad senectam benè vixit, præteritæ enim vitæ grata recordatio, præsentem vitam alit, & facit jucundiorem.

8. *Vita priore frui.*] Jucunda bene actæ vitæ recordatione.

Ad Calend. Martias. XXIV.

NAtales mihi Martiæ Calendæ,
(Lux formosior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ.)
Quinquagesima liba, septimamque
Vestris addimus hanc focis acerram.
His vos (si tamen expedit roganti;)
Annos addite bis precor novenos,
Ut nondum nimia piger senecta,
Sed vitæ tribus arcis peractis

Lucos

In celebrando suo natali, annos præteritos numerat 57. & futuros optat 18.

1. *Martiæ calendæ.*] In quibus & ab ipsis puellis mittuntur mihi munera. epigr. 92. lib. 9. ✝ſ. 15. & epigr. 85. lib. 5. ✝ſ. 11. Natalis item celebrari solebat missis muneribus. epigr. 64. lib. 8. & epigr. 87. lib. 10.

4. *Quinquagesima liba, &c.*] Jam quinquagesimum septimum natalem meum celebro libis & thuris acerrâ. Vel, ô Martiæ Calendæ vestris aris jam quinquagesima liba & septimam acerram addimus: sive jam agitavi natalem meum, genioque natali meo sacrificavi quinquagies septies.

5. *Focis.*] Aris. *Acerra.*] Vas thuriferum.

7. *Bis precor novenos.*] Alii leg. *ter.* rectius *bis*. anni enim 27. additi, nimis & ultra votum Poëtæ extenderent senectam.

9. *Tribus arcis.*] Tribus vitæ curriculis, pueritia, juventa & senecta. nam decrepitam ætatem sibi non exoptat. Area in Circo spacium est curriculi. 25 missuum est unius diei area. Missus trium arearum conficiunt numerum annorum, quos sibi vovet Poëta. Pet. Scriver. explosâ lectione *tribus aureis*, cum recepta expositione Aurei Rom. æstimati 25. denariis.
Jo. Meursi.

Lucos Elysiæ petam puellæ.
Post hunc Nestora, nec diem rogabo.

Jo. Meursi. Mantissa. cap. 19. Raderus legendum censet *aureis*. Petit enim Poëta, ut ad annos septem suprà quinquaginta, sibi adjiciantur decem & octo, qui prioribus adjecti, rectè efficiunt tres aureos Romanos, hoc est septuaginta quinque denarios. Triplica enim vicenos quinos denarios, septuagenos quinos colliges; hanc sibi auream ætatem optat poëta. vide & Turneb. lib. 30. cap. 30.

10. *Elysiæ puellæ.*] Proserpinæ. *Petam.*] Moriar.

11. *Post hæc tempora.*] Nos quoque invenimus in scripto: *Post hunc nec horas.* Unde Gruterus elegantissime & verissime, *Post hunc Nestora.* Quod miror Scriverio spretum. Significat, Post hoc ævi Nestorei spatium. Sic Juvenalis Sat. 12. *Vivat Pacuvius vel Nestora totum.* id est, eam ætatem, quam Nestor. Martialis lib. 11. epigr. 12. *qui Mentora frangis.* id est, Mentoreum toreuma. Post istas tres areas, tria quasi secula Nestorea, nec diem, inquit, rogabo. Eodem pertinet, quod est epigramm. 48. *immodico sexta Nerone calet.* pro thermis Neronianis. *Gronovius. Post hæc tempora, &c.*] Palat. opt. *Post hunc nec horam nec diem rogabo.* Hinc Gruterus colligit legendum: *Post hunc Nestora nec diem rogabo*, hoc est, ubi tribus illis aureis, non secus ac tribus ætatibus quasi Nestor factus fuero, ne dieculam quidem amplius desideraturum vel voto.

De Mucio. XXV.

IN *matutina nuper spectatus arena*
Mucius, imposuit qui sua membra focis;
Si patiens fortisque tibi durusque videtur,
Abderitanæ pectora plebis habes.
Nam cum dicatur tunica præsente molesta;
Ure manum: plus est dicere; Non facio.

Lib. 8. epigr. 30. descripsit spectaculum Scævolæ in arena datum; hoc loco, quod ibi laudavit, hic elevat; fortioremque fuisse affirmat, si imperanti dixisset, *Non facio:* tum enim non manus, sed totum corpus fuisset ustulatum & concrematum. *Rad.*

1. *Matutina nuper, &c.*] Mane pugnabant damnati cum bestiis, post meridiem qui ex bestiariis supererant, inter se. Lips. 3. Saturn. c. 15. Senec. epist. 7. *Spectatus arena.*] Vide hoc spectaculum, epigr. 30. lib. 8.

4. *Abderitanæ, &c.*] Stolidus es, *Vervecum in patria crassoque sub aëre natus.* ut ait Juvenal. sat. 10. ℣f. 50. ad quem, vide quæ nos.

5. *Nam cum dicatur, &c.*] Nam si damnatô huic daretur conditio, ut repræsentando Mucii manum exustam (de quo epigr. 22. lib. 1. & lib. 8. epigr. 30.) redimeret supplicium tunicæ molestæ, in qua pice, resina, bitumine, cæterisque ignium alimentis illita ardendum illi fuerat: minus fortiter facit (saltem audacter minus) parere, quam toto corpore exusto. Majoris ergò est fortitudinis dicere, *Nolo*; quam urere dextram. Uris enim manum, ne totus vivens vidensque comburaris.

De

Desset

De morte Vari. XXVI.

VAre Parætonias Latia modo vite per urbes
Nobilis, & centum dux memorande viris:
At nunc Ausonio frustra promisse Quirino
Hospita Lagæi litoris umbra jaces.
Spargere non licuit frigentia fletibus ora,
Pinguia nec mæstis addere thura rogis.
Sed datur æterno victurum carmine nomen.
Numquid & hoc, fallax Nile, negare potes?

Deflet mortem Vari centurionis in Ægypto defuncti.

1. *Vare Parætonias, &c.*] Vare, qui modo in Ægypto (Paræionium autem Ægypti urbs) gessisti Rom. tribunatum. cujus insigne est vitis, quam gestabat tribunus ad castigandos milites. Ante vulgò legebatur: *Latias modo rite per urbes.* ineptè.

2. *Centum, &c.*] Centurio. Romuli instituto, legio, quæ constabat 3. millibus, distributa est in 30. centurias, quibus singulis singuli præerant centuriones; postea tamen mutato numero militum, manipulorum & centuriarum in legione, 60. militibus præerat centurio, qui primitus 100.

3. *Ausonio Quirino.*] Romæ in Italia quam condidit Quirinus, id est, Romulus. *vel* Romanis frustra prom. *Frustra.*] Namque mortuus es in Ægypto. *Promisse.*] Umbra prom. id est, tu promiseras, nos expectabamus reditum. Alii leg. *promissa.* minus bene.

4. *Hospita.*] Peregrina & exul umbra. *Lagæi litoris.*] Ægyptii. à Lago patre Ptolomæi Maced.

5. *Spargere non licuit, &c.*] Sic epigramm. 85. lib. 6. vs. 12.

7. *Carmine nomen.*] Non malè etiam Britan. codex, *munus.*

8. *Fallax Nile, &c.*] Ægypte, quæ negabas Varo reditum, mihi funeris curam: Non negabit saltem, nec potest, quo minus æterno te carmine fleam. Et munus hoc erit nobilius lacrymis, quia æternas continet lacrymas, lacrymabile hoc carmen.

Ad Diodorum. XXVII.

NAtali, Diodore, tuo conviva senatus
Accubat, & rarus non adhibetur eques;
Et tua tricenos largitur sportula nummos:
Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

Diodorum aut obscurum aut spurium dicit; qui tamen arte sua ad magnas opes venerat, gratus quondam Vespasiano. *Rad.*

2. *Rarus non, &c.*] Non rarus, id est, frequens.

3. *Tricenos largitur, &c.*] Triplicem sportulam.

4. *Nemo tamen, &c.*] Hoc faciunt allecti tua sportula, vel in gratiam Imperatoris, cui tu gratus, ut quondam Vespasiano: nemo tamen eorum est qui non te pro ignobili habeat, obscuro, terræque filio. Seneca in Apocolocynthosi: *Nemo enim illum unquam natum putavit.*

Ad Janum. XXVIII.

ANnorum, nitidique sator pulcherrime mundi,
Publica quem primum vota precesque vocant,
Pervius exiguos habitabas ante Penates,
Plurima qua medium Roma terebat iter.
Nunc tua Cæsareis cinguntur limina donis;
Et fora tot numeras, Jane, quot ora geris.
At tu, sancte pater, tanto pro munere gratus,
Ferrea perpetua claustra tuere sera.

Laudat Janum & forum transitorium Nervæ, Jani enim templum quatuor portarum in transitorio foro fuisse Servius ostendit, & Jani olim *Transitiones* dictæ, quod passim transeuntibus paterent. *Rad.*

2. *Publica quem, &c.*] Epigr. 2. ꝟſ. 1. & epigr. 8. ꝟſ. 1. lib. 8. Sic Ovid. 1. Fast.

Me penes est unum vasti custodia mundi,
Et jus vertendi cardinis omne meum est. ——

Publica quem.] Causam addit Festus, Jano primum fuisse supplicatum quasi patenti, à quo rerum omnium factum putabant principium. Quod & Ovid. 1. Fast. testatur:

Ut possis aditum per me qui limina servo
Ad quoscunque voles, inquit, habere deos.

3. *Pervius exiguos, &c.*] Prius habuisti sacellum in foro Transitorio dicto, *Vel* quod per id in alia esset transitus, utpote situm inter Capitolium & collem Quirinalem; *vel* à quatuor transitionibus ad 4. portas Jani templi. Servius testatur, Numam Janum geminum ædificasse, circa imum Argiletum, juxta theatrum Marcelli; cujus portæ duæ, quas legitimum erat aperire, cum bellum esset; in pace verò claudi: ut apertis, in armis esse civitatem: clausis vero, pacatos circum omnes significarent.

5. *Cæsareis cinguntur, &c.*] Quibus ornatur templum tuum à Domitiano, Nerva, Trajano. *Donis.*] Statuis, colossis, pedestribus vel equestribus DD. Imperatoribus locatis mirifice fuit illustratum. Vide Lipsium in Admirandis suis lib. 3. cap. 7.

6. *Tot numeras, &c.*] Nempe, quatuor, vetus Romanum, Julium, Augustum, Transitorium. *Quot ora geris.* Epigr. 2. lib. 8. ꝟſ. 3.

8. *Ferrea perpetua, &c.*] Præsta pacem æternam. cujus signum Janus clausus; ut apertus, belli. epigramm. 66. lib. 8. ꝟſ. 11.

Ad Sextilianum. XXIX.

QUam mihi mittebas Saturni tempore lancem,
Misisti dominæ, Sextiliane, tuæ.
Et quam donabas dictis à Marte Calendis,

De

1. *Saturni, &c.*] In Saturnalibus epigr. 46. l. 4. ꝟſ. 1. & epig. 85. l. 5. ꝟſ. 9.

3. *Dictis à Marte Calendis.*] Qui Veneris natalis, quo munera mittuntur fœminis ab amatoribus. epigr. 92. lib. 9. ꝟſ. 15. & epigr. 85. lib. 5. ꝟſ. 9. Qui idem mihi natalis, quo mihi mitti solent munera, epigr. 24. supra.

4. De

De nostra prasina est synthesis empta toga.
Jam constare tibi gratis cæpere puellæ:
Muneribus futuis, Sextiliane, meis.

4. *De nostra prasina, &c.*] De toga quam mihi mittere solebas emisti amicæ tuæ viridem vestem cœnatoriam. epigr. 46. lib. 2. ℣s. 4.

6. *Muneribus futuis, &c.*] Ita alis dominam meis sumptibus, meo certe damno; dum, quæ me capere oportuit, illa intercipit.

De Apollinaris litore Formiano. XXX.

O Temperatæ dulce Formiæ litus:
Vos, cum severi fugit oppidum Martis,
Et inquietas fessus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.
Non ille sanctæ dulce Tibur uxoris,
Nec Tusculanos, Algidosve secessus,
Præneste nec sic, Antiumve miratur.
Non blanda Circe, Dardanisve Cajeta
Desiderantur, nec Marica, nec Liris,

Nec

Laudat Apollinaris prætorium Formianum, illudque tam graphicè describit, ut nec Formiæ sint tam formosæ & amænæ, quam hoc Epigramma. quod ut capias facilius, ipsas Formias adumbrabimus, ex melioris notæ scriptoribus. Formiæ Latii oppidum, prius Hormiæ dictum, à Laconibus conditum, nomen à commoditate portus, ut auctor est Strabo, accepit. Fuit ad viam Appiam, loco Molæ propinquo, si verus Leander in descriptione Latii. Læstrigonum sedem fuisse Cic. lib. 2. ad Attic. epistol. 13. & Solinus affirmant; ubi olim Antiphates rex Læstrigonum imperitavit. *Rad.*

1. *Formiæ litus.*] Maritima Campaniæ urbs, ubi villam seu prætorium habuit Apollinaris. ad quem, epigr. 87. lib. 4. & epigr. 25. lib. 7. Quasi dicat, O Formiæ temperato cæli loco sitæ, Apollinari rusticanti estis gratissimæ.

2. *Cum severi, &c.*] Cum se recipit ex urbis Romanæ occupationibus & negotiis.

5. *Non ille, &c.*] Temperato cœlo & amœnitati Formiarum non præfert Tibur pudicæ suæ uxoris solum natale seu villam. non Tusc. Algidos recessus. Præneste nec Anxur. *Sancta uxoris.*] Pudicæ. Dicamne uxorem Tiburtinam, an agrum habuisse Tiburtinum, an utrumque? Uxoris, credo, villa, Tibure fuit. *Rad.*

7. *Præneste.*] Latii oppidum, in prospectu urbis; ut & Tusculum & Tibur. *Antium.*] Urbs etiam Latii, centum octoginta octo stadiis ab urbe. nobilis fuit oraculo Fortunæ, de quo Horat. lib. 3. Od. 1.

O diva gratum quæ regis Antium.

8. *Non blanda Circe, &c.*] Præ Formiis non desiderat Circæum promontorium, Cajetam Trojanis conditam. Virgil. 7. & Mart. 13. epigr. 82. Maricam, Lirin. de quibus vide Geographos & Leandrum in primis.

10. Nec

Nec in Lucrinâ lota Salmacis ,venâ.
Hîc summa leni stringitur Thetis vento;
Nec languet æquor: viva sed quies Ponti
Pictam phaselon adjuvante fert aura;
Sicut puellæ non amantis æstatem
Motâ salubre purpurâ venit frigus.
Nec seta longo quærit in mari prædam,
Sed à cubili lectuloque jactatam
Spectatus alte lineam trahit piscis.
Si quando Nereus sentit Æoli regnum,
Ridet procellas tuta de suo mensa.
Piscina rhombum pascit, & lupos vernas;
Natat ad magistrum delicata muræna.
Nomenculator mugilem citat notum,

Et

10. *Nec in Lucrinâ, &c.*] Nec lacum Lucrinum in Campania, cujus aqua, ut & Bajarum, æque delicata & mollis, ac Salmacis in Caria, cujus fons effœminare viros dicitur à poëtis. Ovid. 5. Metam. Auson. epigr. 68. & 92. Anthol. lib. 1. cap. 17.

11. *Hic summa.*] Hactenus Formianum contulit cum aliis locorum amœnitatibus, prætulitque cunctis: nunc ipsum locum describit. *Thetis.*] Æquor.

12. *Nec languet æquor, &c.*] Nec tamen stagnat, sed leni aura portat naviculas.

13. *Phaselon pictam.*] Gyraldus, doctore Nonio, phaselum ait navigium esse Campanum. Sunt qui putent sic dici à leguminis specie. Sunt qui à phaselide loco deduci opinentur Virg. *Et circum pictis vehitur sua rura phaselis.*

15. *Mota salubre, &c.*] Æque lenis est Formiani sinus aura, atque illa quam sibi faciunt puellæ per æstatem agitantes aëra, mota veste vel flabello epistol. 23. Brodæus flabellum ex pavoninis pinnis purpureis confectum intelligit. Miscel. lib. 10. cap. 22. Sunt qui pro *mota* legant *multa*, sed inepte.

16. *Seta.*] Linea piscatoria. *Longo.*] Longe.

18. *Spectatus, &c.*] Per aquam pellucidam. *Altè.*] Alte sublatus lineam curvabat pondere, quo magnitudo piscis ostenditur.

19. *Si quando, &c.*] Si quando mare ventis tollatur, mensa minime solicita est de piscibus, ut quæ suo penu è suo regno, suis piscinis satis sit instructa. *Æoli regnum.*] Ventos, procellas.

21. *Piscina.*] Piscinas passim habebant in villis suis suburbanis. *Vernas.*] In suis natos piscinis, seu domesticos.

22. *Natat ad, &c.*] Sic epigr. 30. lib. 4. ✠. 6.

23. *Nomenculator, &c.*] Qui pisces nominatim citet evocetque: non secus ac nomenclatores solebant in foro & campo Martio citare reos convivasque, & suggerere nomina civium dominis suis in ambitu & petitione magistratus salutandorum. *Nomenculator*, sic scripsetunt antiqui: ut & *tempulum*, pro templum, &c. *Mugil*, seu capito, Gr. κέφαλος, Alii *Großkoff.* Belg. *Harder.* Gall. *Mullet.*

24. *Senes*

Et adesse jussi prodeunt senes mulli.
Frui sed istis quando Roma permittit?
Quot Formianos imputat dies annus
Negotiosis rebus urbis hærenti?
O janitores, villicique felices!
Dominis parantur ista; serviunt vobis.

24. *Senes mulli.*] In piscinis consenescentes; tales enim animi potius, quam mensæ gratia alebant. Belg. *Barbeel.*

25. *Permittit?*] Per occupationes & curas urbanas. Sunt qui legant, *permittit?* non ineptè.

26. *Quot Formianos imputat dies.*] Farnabius explicat: quot dies, quos jucunde agere liceret Formiis, possunt imputari quasi perditi urbanis curis? Non hic sensus Martialis. Dicit enim: quam paucos dies Formiis, vel ut Formiis, agendos concedit? *Imputare nobis* apud Senecam, Suetonium & horum temporum auctores dicitur, quod quisquam beneficii nobis tribuit & concessit: quasi expensum ferre, in rationibus adscribere: & inde venditare: *Fructus amicitiæ magnæ cibus: imputat hunc rex.* Noster lib. 12. 48. *Imputet ipse deus nectar mihi.* Pro beneficio vendicet. Sic *annus imputat nobis dies jucundos*, quos tempore anni ita ferente & concedente, jucunde egimus. *Gronov.* *Formiani* ergò *dies*, jucundi & soluti cura urbana.

28. *O janitores.*] Si sane omnes in hoc MSS. conspirant, vicerit. Alioqui non facile spernerem, quod antehac edebatur, *vinitores*. Nam quod ait Gruterus, se nescire quid hic faciat *vinitores*, ubi nulla mentio vinearum, nulla vindemiæ; possum idem dicere adversus alterum: nulla hic mentio januæ. Sed, ajunt, *janitores* in villis & prætoriis fuisse, nulla dubitatio est. Nec minus credibile Formianum non fuisse sine vinea. Horatius: *mea nec Falernæ Temperant vitesque neque Formiani pocula colles.* Et alibi: *Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi.* Gronov. *Janitores.*] Aliis, *vinitores.* sed nulla hic mentio vineæ. *Janitores* autem etiam in villis & prætoriis fuisse, nullā dubitatio est; ut servi atrienses.

29. *Dominis parantur ista, &c.*] Domini raro, furtim & per otium, civicis quasi emissi vinculis, has voluptates carpunt: vos, ô villici, semper, libere & ad satietatem iis fruimini.

In Calliodorum. XXXI.

ADdixti servum nummis, here, mille trecentis,
Ut bene cœnares, Calliodore, semel:

Nec

In gulosum & ganeonem hoc scriptum, quo notat in Calliodoro luxum & gulam Romanorum.

1. *Addixti, &c.*] Vendidisti. Suet. in Cæs. *Nummo addixit*, id est, venum dedit. Et *addicti* vocabantur homines obærati, qui & *nexi* dicuntur, qui L. 12. tabularum ob æs alienum creditoribus in temporariam servitutem addicebantur, quos Græci ἀγωγίμους, id est, καταδεδικασμένους dixerunt, quos creditori ducere domum à prætore permittebatur. *Raderus.* *Here.*] Heri. epigr. 43. lib. 1. vers. 1. *Trecentis.*] Alii *ducentis*, quadraginta scil. florenis.

2. *Semel.*] Ex pretio servi venundati.

Nec bene cœnasti. mullus tibi quattuor emptus
Librarum cœnæ pompa caputque fuit.
Exclamare libet, non est hic improbe, non est
Piscis: homo est. hominem, Calliodore, voras.

4. *Cœnæ pompa, &c.*] Cœnæ 3. sunt partes, antecœna, cœnæ caput, seu pompa, & secundæ mensæ, seu bellaria.
5. *Exclamare libet.*] Epiphonema à rei indignitate. *Non est hoc.*] Hoc in eos convenit, qui tributa populi vectigaliaque in luxum & pompam absumunt. *Rad.*

De imagine Marci Antonii, ad Cæditianum. XXXII.

HÆc mihi quæ colitur violis pictura, rosisque,
Quos referat vultus, Cæditiane, rogas?
Talis erat Marcus mediis Antonius annis
Primus: in hoc juvenem se videt ore senex.
Ars utinam mores, animumque effingere posset!
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

Nobilitavit hoc epigrammate Antonium illum Tolosanum; & corporis effigiem, & animi virtutes expressit.
3. *Marcus Antonius annis.*] Epigram. 101. lib. 9. *Mediis Antonius annis Primus: in hoc juvenum.*] Ita distinguendum: non *mediis Antonius annis: Primus in hoc.* Gronov.
4. *Primus.*] Cognomen M. Antonius Primus. Supra epigr. 23.
5. *Ars utinam mores, &c.*] *Quod si oculis facies honesti cerneretur, mirificos sui amores excitaret.* Plato. Spectabile hoc & imitabile picturam laudandi exemplar.

Ad Munatium Gallum. XXXIII.

SImplicior priscis, Munati Galle, Sabinis,
Cecropium superas qui bonitate senem;
Sic tibi consoceri claros retinere Penates

Per-

Ut suorum carminum patronum invocat Paulum lib. 7. epigr. 71. Sic rogat hic Munatium, vel ut alii legunt Numacium, ut infames versus, suo nomine vulgatos, suos esse neget. *Rad.*
1. *Simplicior.*] Sabinos vocat *simplices*, id est, rectos, candidos. *Sabinis.*] A quibus per ludorum speciem circumventis, Romani fœminas rapuerunt.
2. *Cecropium senem.*] Socratem, qui Juvenali, *senex vicinus Hymetto.* Alii Epicurum intelligunt.
3. *Sic tibi consoceri, &c.*] Haud dubie, *consoceri*, recte restituit Gruterus. Alterum, quicquid explicetur, ineptum est. Sed nec illud, in ædibus generi & soceri, &c. Nihil hic de ædibus utriusve: *Consoceri claros retinere Penates*, est consoceri tui, nobilis viri, retinere affinitatem & necessitudinem, matrimonio natæ tuæ cum filio ejus

nec

Perpetua natæ det face casta Venus:
Ut tu, si viridi tinctos ærugine versus,
Forte malus livor dixerit esse meos,
Ut facis, à nobis abigas: nec scribere quemquam
Talia contendas carmina, qui legitur.
Hunc servare modum nostri novere libelli;
Parcere personis, dicere de vitiis.

nec alterius aut utrorumque morte, dum tu vives, nec unquam inter ipsos per divortium dirempto. Suetonius de Julio post mortem filiæ ejus: *Ad retinendam autem Pompeji necessitudinem ac voluntatem, Octaviam sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit, sibique filiam ejus in matrimonium petit.* Gronovius. *Sic tibi cum soceri, &c.*] Sic tibi casta Venus det retinere claros Penates soceri cum perpetua face natæ, uxoris scilicet tuæ. Alii leg. *consoceri claros*: rectè. Hoc est, Venus tibi connubium natæ tuæ, cum consoceri filio initum, in ædibus generi & soceri, æternum firmet, ut concordes gener & nurus, consocerique simul vivatis. *Consocer* est, quorum alter filium alterius filiæ in matrimonium dedit. *Rad.*

5. *Ut tu, &c.*] Ut tu, &c. à nobis abigas, id est, me asseras. ut epigr. 71. & 11. lib. 7. *Ærugine versus.*] Maledicentia, livore, quem epig. 71. lib. 7. dixerat, *atrum venenum.* Vide Turneb. lib. 30. cap. 30. qui notat, invidiam animi vitium esse, quale rubigo est ferri & ærugo: ut enim illa ferrum & æs exedit, ita invidia cor exedit, & se ipsam corrodit. Horat. illam æruginem, *nigræ loliginis succum* appellavit.

8. *Qui legitur.*] Cui fama favet & lector, hoc est, qui legitur.

9. *Hunc servare, &c.*] Epigr. ad lib. 1. Epist. & epigramm. 3. lib. 8. vers. 20.

Ad Cæs. Trajanum. XXXIV.

DI tibi dent quidquid, princeps Trajane, mereris;
Et rata perpetuo, quæ tribuêre, velint:
Qui sua restituis spoliato jura patrono;
Libertis exul non erit ille suis.

Dignus

Jus patronorum à Trajano Romanis redditum, laudat Martialis.

1. *Di tibi dent.*] Solennis formula bene precandi. *Princeps Trajane.*] Alii, *Cæsar Trajanus.*

2. *Et rata.*] Ratum imperium, quod Dii contulere, firment.

3. *Qui sua restituis, &c.*] Qui restituis patronis jus patronatus in libertos suos, quos Domitianus militibus æquarat. Vide Plin. jun. lib. 10, epist. 11.

4. *Exul non erit ille suis.*] Jure suo spoliatus tanquam proscriptus & exul. Proscribebantur verò patroni, cum illis jus patronatus eriperetur, ut ex libertorum bonis semissem ne acciperent: ita impropriè vocat hic exulem. De clientibus & patronis hic non ago; alia enim sunt jura patronorum in clientes, alia in libertos: non omnis cliens libertus, omnis tamen libertus cliens. *Rad.*

Dignus es, ut possis totum servare clientem:
Ut liceat tantum; vera probare potes.

5. *Dignus es, &c.*] Certe dignus es integram inire laudem ex integro cive Romano pristinæ suæ dignitati restituto. Legendum hic censet Scaliger *tortum* pro *totum*: nam, de torquendis ex accusatione libertorum aut servorum dominis intelligit; quod quum liceret tempore Domitiani, Nerva Imperator sustulit. *Clientem.*] Civem Roman.

6. *Ut liceat tantum, &c.*] Scriverius *Et (liceat tantum vera probare) potes.* Hoc est: Dignus es ut possis; & potes: dummodo liceat seu possit probare exul se esse patronum. *Rad.*

De Sulpicia. XXXV.

Omnes Sulpiciam legant puellæ,
Uni quæ cupiunt viro placere.
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Uni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestæ;
Scyllam, Byblida nec fuisse credit:
Sed castos docet, & pios amores,
Lusus, delicias, facetiasque.
Cujus carmina qui bene æstimarit,
Nullam dixerit esse nequiorem,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Egeriæ jocos fuisse
Udo crediderim Numæ sub antro.
Hac condiscipula, vel hac magistra

Esses

Poëtriam laudat Sulpitiam, quæ Martiali æqualis, scripsit poëmata de amore conjugum, & temporibus Domitiani, aliaque nonnulla. Est infra ad Galenum ejusdem mentio. *Rad.*

1. *Sulpiciam, &c.*] Poëtriam, Martiali coævam. cujus meminit Sidonius carm. 9.

5. *Non hæc.*] Non scribit insanos Medeæ amores: vel non excusat Medeæ scelera. sic Juven. *peritura ignoscit Elisæ.* satyr. 6. vers. 436. *Colchidos, &c.*] Vide Mythologos & 4. epigr. supra.

7. *Nec fuisse credit.*] Nec ipsa credit, nec aliis credendas ingerit has fab.

8. *Castos, &c.*] De amore conjugum.

11. *Nullum nequiorem.*] Si mores Sulpitiæ spectes, nullam dices pudiciorem: si versus, nullam nequiorem; scripsit enim amores sed conjugum.

13. *Egeriæ jocos fuisse.*] Nymphæ, cujus colloquio & institutis se usum finxit Numa rex Rom. II. vide ep. 47. lib. 6. vers. 3.

14. *Udo autem.*] Aricino, fontibus atque aquæductibus madenti, vide Juvenal. Satyr. 3. ỽs. 11.

15. *Hac condiscipula, &c.*] Si Sulpicia usa fuisses magistra vel condiscipula, ô Sappho.

16. *Sap-*

Esses doctior & pudica Sappho.
Sed tecum pariter simulque visam
Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Frustra: namque ea nec Tonantis uxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi viveret Caleno.

16. *Sappho.*] Poëtria, celebrata decima Musa.

18. *Durus Sulpiciam, &c.*] Qui neglexit, contempsitque alias mulieres, ad amores durus, Sulpiciam tamen æque aut potius amaret.

19. *Frustra.*] Heraldus post *frustra* punctum ponit, hoc sensu: Frustrà eam amaret Phaon durus, & quem Sappho sibi conciliare non potuit. Frustra, inquam, quia Calenum virum suum, nec Jovis, nec Bacchi, nec Apollinis connubio aut societate commutate vellet. *Namque, &c.*] Neque enim Bacchi, Apollinis, ipsiusve Jovis thalamos præferret thalamis conjugis sui Caleni, ad quem mox epigramm. 38.

In Munnam. XXXVI.

IMproba Massiliæ quidquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus;
A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis
Per freta, per longas toxica sæva vias:
Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni
Testa sit, aut cellis Setia cara suis.
Non venias quare tam longo tempore Romam,
Hæc puto caussa tibi est; ne tua vina bibas.

Munnæ vinum Massiliense Romam missum vituperat. Massiliense vinum fumatum lib. 13. exponitur.

1. *Improba, &c.*] Adulterantia vinum. *Fumaria cogunt.*] Epigr. 81. l. 3. vers. 23. & lib. 13. epigr. 123.

2. *Accipit ætatem, &c.*] Vina apothecis condita superponebantur fumariis, ut præcocem maturitatem à fumi tenore traherent. Horat. od. 8. lib. 3: Columella cap. 6. l. 1. & Galen. περὶ ἀντιδότ. Sed insaluberrima esse hæc vina testatur Plinius lib. 23. cap. 1.

4. *Toxica sæva.*] Vina insaluberrima. ut jam vers. 2. vide & ep. 19. lib. 1. vers. 6.

6. *Setia cara suis.*] Vina Setina nobilia, è Setia Campaniæ.

Ad Maternum. XXXVII.

JUris, & æquarum cultor sanctissime legum,
Veridico Latium qui regis ore forum;

Muni-

Poëta patriam cogitans, rogat Maternum Jurisperitum & municipem, an aliquid velit mandari dare ad suos.

1. *Juris, &c.*] Jurisperite, sanctissime atque disertissime.

2. *Qui regis.*] Qui jus respondes advocatis & reis.

Municipi, Materne, tuo, veterique ſodali,
Callaïcum mandas ſi quid ad Oceanum;
An Laurentino turpes in litore ranas,
Et ſatius tenues ducere credis acos?
Ad ſua captivum quam ſaxa remittere mullum,
Viſus erit libris qui minor eſſe tribus?
Et fatuam ſumma cœnare Pelorida menſa,
Quoſque tegit levi cortice concha brevis?
Oſtrea Bajanis quam non liventia teſtis,
Quæ pueri domino non prohibente vorent?
Hîc olidam clamoſus ages in retia vulpem,
Mordebitque tuos ſordida præda canes.
Illic piſcoſo modo vix educta profundo
Impedient lepores humida lina meos.
Dum loquor, ecce redit ſporta piſcator inani:

Vena-

3. *Municipi, &c.*] Mihi concivi tuo & συμπαιζελώτῃ meditanti patriam, & Bilbilim meam viſuro (ut ſupra epigr. 20) ſi quid eſt quod mandatum velis, mandabis nuncio.

4. *Callaïcum, &c.*] Hiſpanum epigramm. 16. ſupra verſ. 3.

5. *An.*] An forte Hiſpaniæ copiæ præfers Italiæ inopiam? *Laurentino, &c.*] Quod diſtat à Roma 17. M. paſſuum.

6. *Ducere.*] Capere. *Acos.*] Piſciculos quoſdam viliſſimos. Græcè βελόνας. Belg. *geepe.*

7. *Ad, &c.*] Quam in Hiſpania captos mullos, niſi trilibres ſint, in mare rejiceere. *Sua captivum, &c.*] Quibus vivunt, unde extrahuntur. Piſces vero ſaxatiles fluviatilibus meliores. Paulo ante epigr. 30. ỳſ. 24. de magnitudine & pretio mulli dictum.

9. *Fatuam.*] Inſipidam, nullius ſaporis. Palatin. legit *fatuum. Summa cœnare.*] Lautiſſima menſa. *Pelorida.*] Concha flaccida & ſine callo, à Peloro Siciliæ promontorio ſic dicta: vel ut alii volunt, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, à cœno. Vide Horat. lib. 2. Serm. Sat. iv. ỳſ. 32. *Lucrina peloris.* epigr. 11. lib. 6. ỳſ. 4.

10. *Quoſque.*] Mitulos.

11. *Bajanis quam, &c.*] Potius quam in Hiſpania cœnare oſtrea nobilia, quæ non habent quod invideant, id eſt, non cedentia oſtreis in Lucrino lacu prope Bajas natis.

12. *Quæ pueri, &c.*] Tanta eorum in Hiſpania copia.

13. *Olidam.*] Quæ urinam in fuga incredibili fœtore mittit. epigramm. 4. lib. 4. verſ. 11. *Clamoſus, &c.*] Canes hortatus.

14. *Sordida præda.*] Vulpes.

15. *Illic.*] In Hiſpania.

16. *Humida lina meos.*] Retia modo extracta è piſcoſco mari & in terra capient lepores.

17. *Dum loquor, &c.*] Steriles amnes Italiæ dicit, & ſine pingui fera ſylvas. Piſcator miſſus ad ducendos piſces, nihil extraxit. Venator quia *Martem* vel ut alii legunt *melen* cepit, putat ſe opimam prædam adeptum, quam ſuperbus oſtentat.

18. *Capta*

Venator capta mele superbus adest.
Omnis ab urbano venit ad mare cœna macello!
Callaïcum mandas si quid ad Oceanum.

18. *Capta mele superbus.*] Non, *male*. Gronov. *Mele.*] Palat. *male.* unde Rutgersius & Scriverius *mele*, animali mordaci & pernicioso, quod vulgo Taxus sive Dasius appellatur. legebatur antea *marte.* Libri veteres habent *male* pro *mele*, quæ est cattus silvestris. Et Gratianus *lucifugam melen* vocat, quæ ovorum maximè appetens, noctu ferè tantum grassari solita. Qui etiam tradit galeros ex ea fieri venatoribus, *lucifugaque ex male galeros*: eamque viverræ vel mustellæ rusticæ similem esse ajunt. *Salmas. Superbus urbano.*] Perinde ac opima præda esset onustus.

19. *Omnis ab urbano, &c.*] Ad villas in Italia maritimas, pisces ex urbe feruntur ad mensas instruendas. sic epig. 47. ✠ſ. 15. & epig. 57. ✠ſ. ult. l. 3.

20. *Callaïcum.*] Supra vers. 4.

Ad Calenum. XXXVIII.

O Molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpicia tua jugales
Indulsit deus & peregit annos:
O nox omnis & hora, quæ notata est
Caris litoris Indici lapillis!
O quæ prælia, quas utrimque pugnas
Felix lectulus, & lucerna vidit
Nimbis ebria Nicerotianis!
Vixisti tribus, ô Calene, lustris;
Ætas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos vel unam,
Malles quam Pyliam quater senectam.

In

Felix conjugium Sulpitiæ & Caleni prædicat, & ad omnia ad Sulpitiæ refert gratiam.

1. *Molles.*] Jucundos, felices, lætos. *Calene.*] Supra epigr. 45.

5. *Caris litoris, &c.*] Epig. 45. lib. 8. vers. 2.

6. *Pugna.*] Τῆς κλινοπάλης.

7. *Lucerna vidit.*] Epigramm. 39. lib. 13.

8. *Nimbis ebria Nicerotianis.*] Quippe in lucernis unguenta quo suavius olerent & arderent sumptuosius. *Nimbis ebria, &c.*] Madens adspersionibus & unguentis à Nicerote aromatopola confectis. epigr. 55. lib. 6. ✠. 3.

9. *Vixisti tribus, &c.*] Veram egisti vitam solos hosce 15. annos quibus fuisti uxoratus.

12. *Ex illis tibi, &c.*] Unum ejusmodi diem tibi à fatis redditam præferres 4. ætatibus Nestoris, id est, 12. seculis. vide epigrammate 30. lib. 9. vers. 1.

In Leſbiam. XXXIX.

COnſule te Bruto quid juras, Leſbia, natam?
Mentiris: nata es, Leſbia, rege Numa.
Sic quoque mentiris. namque, ut tua ſecula narrant,
Ficta Prometheo diceris eſſe luto.

Lesbiam tam turpem & annoſam ait, ut videatur omnium fœminarum prima, ex ipſo luto à Prometheo ficta.

2. *Mentiris, &c.*] Immo antiquior es omnibus Conſulibus. *Numa.*] Secundo rege Roman.

3. *Narrant.*] Alii, *nares* & *noris.*

4. *Ficta Prometheo, &c.*] Ita annoſa es & ſimul adeo ſquallida & turpis, ut videaris è luto facta à Prometheo, reſpicitque figmentum Poëticum. vide epigr. 67. infra.

Ad Lupum de Polla. XL.

SEmper cum mihi diceretur eſſe
Secreto mea Polla cum cinædo:
Irrupi, Lupe. non erat cinædus.

3. *Non erat cinædus.*] Alius erat à cinædo. quod autem fuerit hoc ſcelus, videtur innuere Paronomaſia τῷ *Irrupi.* epigr. 47. lib. 2. ỳſ. 3.

In Proculeiam. XLI.

MEnſe novo Jani veterem, Proculeia, maritum
Deſeris, atque jubes res ſibi habere ſuas.
Quid rogo; quid factum eſt? ſubiti quæ cauſa doloris?
Nil mihi reſpondes? dicam ego: Prætor erat.
Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum
Millibus, ut nimium munera parca dares:

Et

Avaritiæ cauſſa, avara Proculeia à viro divertit.

1. *Menſe novo, &c.*] Januario, & τὸ *novo menſe*, ἀντιθετ*)* τῷ *veterem maritum.*

2. *Res ſibi habere ſuas.*] In repudiis comprobata ſunt hæc verba, *Tuas res tibi habeto.* item, *Tuas res tibi agito.* Cajus lib. 2. ff. de Divort.

4. *Prætor erat.*] Ne itaque uxor dotata & dives, marito pauperi deſignato Prætori cogeretur ſuppeditare impenſas purpuræ (namque purpurati ſeu prætextati curabant Megaleſia Prætores) & ludorum in honorem Magnæ matris deûm & ad conciliandam gratiam & ſalutem populi; fecit Proculeia divortium.

5. *Conſtatura fuit Megalenſis, &c.*] Megalenſem purpuram vocat togam triumphalem, qua indutus Prætor Megaleſiacæ mappâ ſpectacula editurus erat. Videntur etiam Prætores non modò in Ludorum editione, ſed inter ſacrificandum veſtem pictam & triumphalem geſtaſſe. *Ferrar.*

7. *Popu-*

Et populare sacrum bis millia dena tulisset.
Discidium non est hoc, Proculeia: lucrum est.

7. *Populare sacrum*, &c.] Merula refert ad Floralia. Raderus ad Fornacalia, Palilia seu Laralia. Ego hæc eadem Megalesia maxime populare sacrum fuisse censeo, ut quæ ad religionem & lætitiam populi celebrata sunt. *Popularia* ergò *sacra* sunt, quæ omnes cives faciunt: quæque non sunt attributa certis familiis. Ex his *Floralia* erant, quæ Magistratibus, & Prætoribus fiebant: sed & alia, quorum quædam fortassè Prætoris impensis fiebant. Turneb. lib. 30. Advers. cap. 30.

8. *Discidium.*] Quod est divortium, quum discedit à conjuge conjux. Alii leg. *Dissidium*, malè.

Ad * Dindymum. XLII.

TAm dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam
Halitus, & soles, & levis aura terat:
Celantur simili ventura Cydonia lana,
Pollice virgineo quæ spoliata nitent.
Fortius impressi quoties tibi basia quinque,
Barbatus labris, Dindyme, fio tuis.

* Ad eundem. epigramm. 42. & 84. lib. 5.

3. *Ventura*, &c.] Nondum decerpta, intacta adhuc.

Ad Philerotem. XLIII.

SEptima jam, Phileros, tibi conditur uxor in agro.
Plus nulli, Phileros, quam tibi reddit ager.

1. *Agro.*] Sepulchris consecrari agellum moris fuit, ut dictum epigr. 115. & 117. lib. 1.

2. *Plus nulli*, &c.] Manent enim tibi dotes sepultarum, vacatque thalamus novo conjugio.

Ad Q. Ovidium. XLIV.

QUincte Caledonios Ovidi visure Britannos,
Et viridem Tethyn, Oceanumque patrem:
Ergo

Magnus & clarus vir fuit hic Ovidius, Cæsonii comes voluntarius exilii, Neronis temporibus natus Cal. Aprilibus. lib. 9. epigr. 53. Juxta Nomentum prædia habuit. Hoc loco, ait, amici causa profectum in Britanniam, vovet illi reditum, & quietam tandem vitam.

1. *Quincte.*] De hoc epigramm. 43. & 44. lib. 7. & epigr. 53. lib. 9. *Caledonios*, &c.] Scotos, ep. 7. lib. spect. ✝ſ. 3.

2. *Viridem Tethyn*, &c.] Cœruleum seu viride mare. *Patrem.*] Patremne fluminum *Physice*? an qui Deus? Dii autem omnes dicti patres. an ex opinione Thaletis qui omnia ex aqua generari sensit? vide quæ Farnab. ad ✝ſ. 266. Oedipi Senecæ.

Ergo Numæ colles, & Nomentana relinquis
Otia? nec retinet rusque focusque senem?
Gaudia tu differs: at non & stamina differt
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.
Præstiteris caro (quis non hoc laudet?) amico,
Ut potior vita sit tibi sancta fides.
Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis,
Teque tuas numeres inter amicitias.

3. *Numæ colles.*] Sabinorum regionem montanam unde oriundus Numa, Curibus scilicet, & in qua prædium Ovidii Nomentanum. Cluver. Ital. lib. 2. cap. 8. Alii exp. Romam à Numa secundo rege auctam. *Nomentana relinquis.*] Prædium tuum Nomentanum. de quo epigr. 106. lib. 1. & epigr. 92. lib. 7. Nomentum ergò Umbriæ oppidum, Albanorum colonia Tarquinio expugnata.

5. *Gaudia tu differs, &c.*] Vide epigramm. 54. lib. 4. & epigr. 16. lib. 1.

6. *Atropos.*] Parcarum ultima.

7. *Amico.*] *Cæsonio*, ut epigr. 43. & 44. lib. 7. vel alteri cuivis amico.

9. *Tuis Sabinis.*] Unde oriundus es.

10. *Teque tuas, &c.*] Virum probum maxime se amare decet, &c. Arist. Magn. Mor. lib. 2. cap. 13. & 14. *Qui sibi amicus est, hunc scito amicum omnibus esse.* Senec. epist. 6. Tibi ergò carus sis, te quoque respicias: nam ut Terentius rectè: *Proximus sum egomet mihi.*

In delicatum lectorem. XLV.

SI quid lene mei dicunt & dulce libelli,
Si quid honorificum pagina blanda sonat:
Hoc tu pingue putas, & costam rodere mavis,
Ilia Laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas, si delectaris aceto:
Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.

In

Encomiastica, nuptialia, natalitia, amatoria & similia; quæ ut materia blanda & lenis, ita numeros quoque lenes & blanda verba desiderant. Si tibi hæc velut minus acria displicent, abi hinc & rodas ossa, bibas acetum, legas maledica, &c. mihi placet, subinde etiam lenia & dulcia miscere amaris.

1. *Lene dulce libelli.*] Amatorium, nuptiale, salutatorium, &c.

2. *Honorificum, &c.*] Encomiasticum.

3. *Pingue putas.*] Crassum, rude. *Costam Vaticana, &c.*] Ossa mavis rodere, quam gustare ilia apri. hoc est maledica probas carmina, & acria dulcibus præfers. bibe itaque vina venenosa (ut epigr. 19. lib. 1. ℣s. 6. & epigr. 92. lib. 6) & acetum, hoc est, carmina maledica.

6. *Nostra lagena tuum.*] Dulce & mite vinum, id est, carmen lene, dulce, honorificum.

In Mathonem. XLVI.

OMnia vis belle Matho dicere: dic aliquando
Et bene: dic neutrum. dic aliquando male.

Hic Mathonis caussidici studium dicendi videtur carpere, quod eò Matho referebat, non ut benè, sed ut belle diceret.

1. *Belle Matho, &c.*] Placenter & ad voluntatem audientium vel ex regulis Rhetorices & artis lenociniis. sic Pers. sat. 1. ℣s. 86.

2. *Bene.*] Ad rem propositam, omissis artis præceptis, ex rei veritate. *Male.*] Missis lenociniis & blanditiis. atque ubi opus erit, maledicas, neque in obsequium malefico vel potentissimo parces. Vel negligendo artis fucos & præcepta, nonnumquam hoc est benè dicere, cum tali ratione malè dicis. Sicut in ipso neglectu quidam cultus est, & in contemptu artis artificium. *Rad.*

Ad Julium Martialem. XLVII.

VItam quæ faciunt beatiorem,
Jucundissime Martialis, hæc sunt:
Res non parta labore, sed relicta;
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam; toga rara; mens quieta;
Vires ingenuæ; salubre corpus;

Pru-

Hoc est illud πολυθρύλλητον Epigramma, lippis, ut ajunt, & tonsoribus decantatum: quod pueri norunt antequam discant; tenent, antequam intelligant. Totum est ad beatæ vitæ tranquillitatem compositum. *Rad.*

3. *Non parta labore.*] Parce enim, duriter & anxie quæsita, anxie & non sine curis tenentur. *Relicta.*] A patre seu majoribus. Πατρῷ' ἔχειν δεῖ τ' κγλᾶς εὐδαίμονα. *Paterna rura bobus exercet suis.* vide & Senec. de beata vita. c. 23.

4. *Non ingratus ager.*] Qui semina reddit cum largo fœnore; qui spem non ementitur. *Focus perennis.*] Per Metonym. *focum* pro victu posuit.

5. *Lis.*] Contentiones forenses intellige. Horat. *Forumque vitat, & superba, &c.* *Toga rara.*] Officia togata, urbana, clientum ambitus, &c. epigr. 51. infra ℣s. 6. *O tunicata quies.* *Mens quieta.*] Animi concordiam, Seneca putat, summum bonum.

6. *Vires ingenuæ.*] Ex his, quæ omnia notant significare τὸ *ingenuum*, nihil ad hunc rhombum. *Nativum* dicunt simplex, incorruptum, præstans elegans. Immo *ingenuæ vires* sunt temperatæ, non nimiæ, quæ deceant hominem animo magis quam membris æstimandum. Sic supra: *invalidum est nobis ingenuumque latus.* Et Ovidio, *invalidæ vires ingenuæque mihi.* Cui propterea indignum, *ingenuum dura ponere corpus humo.* Sic Ammianus lib. 19. *cum ire protinus pergeremus, & incedendi nimietate superaret, ut insuetus ingenuus.* Eodem pertinet nostri lib. 12. epigr. 4. *Tu das ingenuæ jus mihi pigritiæ.* Socrates dicebat, ὅτι ἡ ἀργία ἀδελφὴ τῆς ἐλευθερίας ἐστὶ, & quæ in hanc rem Ælianus lib. 10. Var. cap. 14. Cicero lib. 2. de orat. *Mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit.* Gronovius. *Vires ingenuæ.*] Εὐφυεῖς, quas & sapiens optat: hinc ingenuæ artes

tan-

Prudens ſimplicitas; pares amici;
Convictus facilis; ſine arte menſa;
Nox non ebria, ſed ſoluta curis;
Non triſtis torus, & tamen pudicus;
Somnus qui faciat breves tenebras;
Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis:
Summum nec metuas diem, nec optes.

tanquam liberæ & nobiles, opponuntur ſervilibus & ignobilibus. *Ingenuus* ergò propriè nativus. *Salubre corpus.*] Mens ſana in corpore ſano.

7. *Prudens ſimplicitas.*] *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes; ſimplices, ſicut columbæ. Pares amici.*] Convictores faciles & jucundi. Impares enim genere, fortuna, opibus, rarò pares gerunt animos, dum major minorem facile contemnit, &c.

8. *Convictus facilis.*] Convivæ, vel ipſe cibus parabilis, nec mari, terra & aëre exquiſitus. gula non irritata. *τὸ μὴ πείθοντας τοὺς μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, καὶ τοὺς μὴ διψῶντας πίνειν.* Xenoph. *ἀπομν.* &c.

9. *Soluta curis.*] *O quid ſolutis eſt beatius curis!* Catull.

10. *Torus.*] Tori ſocia, uxor.

11. *Somnus, &c.*] Somnus facilis, ſuavis, brevis.

12. *Quod ſis, eſſe velis.*] Contentus tua ſorte, conditione, fortuna: nec præ te alios judices beatos. *Δεῖ γὰρ τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.*

13. *Summum, &c.*] Mortis non libido, non fuga. Senec. epiſt. 24, 70, 78. de beata vita cap. 5. &c.

Parat Poëta convivium. XLVIII.

NUnciat octavam Phariæ ſua turba juvencæ,
Et pilata redit, jamque ſubitque cohors.

Tem-

Inſcriptio continet argumentum.

1. *Nunciat, &c.*] Iſidis ſacerdotes reverſi ab indagatione filii amiſſi (quam quotidie repræſentabant) indicant teſtanturque eſſe horam octavam, id eſt, ſecundam à meridie.

2. *Et pilata redit.*] Locus mire vexatus, quem ſic interpretor. *Pilatam cohortem* accipio cohortem prætorianorum militum pilis armatorum, quæ ad palatium illo die excubias egerat. Suetonius Othone cap. 6. *Tulerat animus poſt adoptionem ſtatim caſtra occupare, cœnantemque in palatio Galbam aggredi: ſed obſtitit reſpectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod ejuſdem ſtatione & Cajus fuerat occiſus & deſertus Nero.* Ita enim legendum cum antiquis, non, *Erat animus*, ut ſubjecerunt. Salluſtius Catil. *diutius in his locis eſſe, etiamſi maxime animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egeſtas prohibet.* Ovidius: *In nova fert animus.* Lucanus lib. 1. *Fert animus cauſas tantarum expromere rerum.* Illa igitur *pilata cohors jamque redit*, nempe in caſtra prætoriana, *& ſubiit*, nempe altera, illius vices excipiens. Non quidem confirmare poſſum circa octavam dici horam, ut illis computabatur, fuiſſe ſtationes mutatas: ſatis tamen veriſimile eſt, cum vel occupatiſſimis nona eſſet hora cœnæ: & tum dies operoſus pro exacto haberetur. *Et pilata cohors jam & rediit*

Temperat hæc thermas, nimios prior hora vapores
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.
Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis?
Septem ſigma capit, ſex ſumus, adde Lupum.
Exoneraturas ventrem mihi villica malvas
Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.
In quibus eſt lactuca ſedens, & ſectile porrum:
Nec deeſt ructatrix mentha, nec herba ſalax.

Secta

rediit & ſubiit, ut appareat hoc ſenſu nec in repetitis particulis copulativis aliquid duri hærere. Diſtinctio tantum mutanda: *Et pilata redit jamque, ſubitque, cohors.* Gronov. *Atque pilata.*] Ita reſtituit Seriverius à J. Scaligero monitus. depilata, volſa, calva. Sic Martialis lib. 12. epigr. 29. *Linigeri fugiunt calvi ſiſtrataque turba.* H. Salmuth ad Panciroli cap. de Byſſo, *Ecce pilata*, cum antea legeretur, *Et pilata*, exponereturque pilis, gladiis, cultris armata. Alii, *Et pileata.* contra legem Pediam metri. vide epigr. 56. lib. 6. *Redit, &c.*] Ad templum Deæ Iſidis in campo Martio. Tum & obſervandum, Iſidi bis in die laudes ab Iſiacis dictas. Prima nempe hora, qua ſacerdotes Iſidis templum aperiebant (idque *Apertio* vocabatur) & Deum ſalutabant quod *Salutationem* & *Excitationem* appellabant. Poſt, totum diem ſtipem emendicabant. Inde ad octavam redibant, & Deam componebant, & templum claudebant. Has geminas Iſidis laudes Tibullus intelligit, quum ita lib. 1. canit:

Biſq; die reſoluta comas tibi dicere laudes
Inſignis turba debeat in Pharia.

Jamque ſubitque.] An ſcribendum, *ſtatque ſubitque cohors?* Nam reverſi Iſiaci ex mendicatione, Deam ſtantes adorabant. Martial. lib. 12. epigr. 20. Deinde componebant, opinor, Deam, templumque claudebant. *Rad.*

3. *Temperat hæc.*] Hora ſc. octava. *Prior hora, &c.*] Septima, id eſt, prima pomeridiana, octavâ prior.

4. *Nerone calet.*] Neronianis thermis. ep. 33. lib. 7.

5. *Stella, &c.*] Amici & convivæ Poëtæ.

6. *Sigma capit.*] Lectus ad menſam accommodatus, qui referebat imaginem Græcorum Σ, quod olim formabatur ut Latinum C. vide ep. 87. l. 14. Brodæus menſam interpretatur, cui contrà Lipſ. aſtipulatur Savaro ad Sidonium. lib. 2. verſ. 5. epigr. 2. vide & Stuckium antiquitatum conviv. lib. 2. cap. 34. & Roſinum, cap. 28. lib. 5. Rom. antiquit. *Sumus, adde Lupum*] *Sex enim convivium Cum rege juſtum; ſi ſuper; convicium eſt.* Auſon. Ephemer. & A. Gellius lib. 13. cap. 11. vide & Roſinum antiq. Rom. libro 5. capite 28.

7. *Exoneraturas, &c.*] Epigr. 88. lib. 3.

9. *Sedens.*] Seſſilis. epigr. 47. lib. 3. de qua Athenæus lib. 2. cap. 27. *Sectile porrum.*] Epigramm. 47. lib. 3. verſ. 9. MSS. *tonſile.* verſ. 15. Quo loco vir eruditiſſimus, & benè de poëta illo meritus, negat ſe ſcire quid ſit *porrum tonſile.* Hinc diſcat. Eſt enim quod Græci κουρτὸν vocant, Latini ſectile & ſectivum; diſtinguuntque à capitato. *Salmaſius.*

10. *Ructatrix mentha.*] Quæ ructus ciet. Al. *ſtupratrix mentha.* Al. *nec deſtupratrix mentha, ſed h.* id eſt, ἀποδάνη, frugiperda, quæ ſemen deſtruit. *Herba ſalax.*] Eruca, quæ ſalaci appellatâ, ut ut & bulbis interdicit Ovid. 2. Remed.

11. *Secta*

Secta coronabunt rutatos ova lacertos,
Et madidum thynni de sale sumen erit.
Gustus in his. una ponetur cœnula mensa,
Hœdus inhumani raptus ab ore lupi.
Et, quæ non egeant ferro structoris ofellæ,
Et faba fabrorum, prototomique rudes.
Pullus ad hæc, cœnisque tribus jam perna superstes
Addetur: saturis mitia poma dabo.
De Nomentana vinum sine fæce lagena,
Quæ bis Frontino consule plena fuit.
Accedent sine felle joci, nec mane timenda
Libertas, & nil quod tacuisse velis.

De

11. *Secta ova lacertos.*] Epigr. 79. lib. 5. ỳſ. 5. *Lacertus*. Belg. *een Hagedisse*. Lacertus enim reptilis genus, vocatus ita, quod brachia habeat. Genera lacertorum plura, ut botrax, salamandra, saura, stellio. Est & lacertus piscis. *Rutatos.*] Ruta conditos.

12. *Et madidum, &c.*] Papillæ suis ptimiparæ, salso thynni liquore imbutæ. ep 56. lib. 13.

13. *Gustus in his.*] Gruteri Palatinus agnoscit scripturam *Gastus*, unde Seriverius optimo sensu atque huic loco aptissimo conjecit *Gustus*: quasi dicat, Priora illa dabuntur in promulside & gustu: sequitur caput cœnæ, hœdus, ofellæ, &c. vide quæ ad epigramm. 79. lib. 5. ỳſ. 3.

14. *Inhumani, &c.*] Quem lupo raptori obnoxium nos nostrum faciemus, experturi teneriorem: rationem vide apud Plutarch. lib. 1. Sympos. 9. Quæst.

15. *Structoris.*] Carptoris. vide quæ ad sat. 11. Juven. ỳſ. 136. *Structoris Ofellæ.*] Gloss. *Structor*, οἰκοδόμος. At hic alius structoris usus. Nam *structorem* appellat Martialis, quem *Cibicidam* veteres. Notum enim antiquis fuisse servos, qui obsonium scinderent; quin & Magistros, qui obsonii carpendi artem docerent ac profiterentur. Juvenal. Satyra xi. Ubi etiam *Structorem* nostrum *cibicidam* appellat, quemadmodum & Martialis, ut & Sat. 5.

Structorem interea (ut qua indignatio desit)
Saltantem spectes, & chironomonta volanti
Cultello, &c.

Cognoscis ex hoc loco, certis gestibus solitos structores illos obsonia scindere. *Herald. Et quæ, &c.*] Partes carnium assatæ vel elixæ.

16. *Faba fabrorum.*] Herba, qua faba condita, *fabrilis* dicebatur. Columel. *quique fabis habilis fabrilia miscet. Prototomique rudes.*] Caules, qui primi succiduntur.

17. *Cœnisque, &c.*] Quartæ huic cœnæ inserviens.

19. *De Nomentana, &c.*] Nomentanum vinum, quo recentius hoc deterius; quo vetustius, hoc generosius. epigr. 106. lib. 1. ỳſ. 1.

20. *Quæ bis Frontino, &c.*] Qua vinum conditum erat priore consulatu Frontini iterum Cos. Al. *prima fuit*.

21. *Nec mane, &c.*] Libertas loquendi, cujus nos non pœniteat proximo mane, vel propter difficilem aliquem convivam, vel qui dicta foris eliminet, reumque faciat.

23. *De*

De Prasino conviva meus, Venetoque loquatur;
Nec facient quemquam pocula nostra reum.

23. *De Prasino, &c.*] De factionibus aurigatorum, & studiis Principis & Populi. periculosum autem erat sub Nerone, Vitellio & Domitiano iis favere, à quibus alieni principes. Prasinæ autem & Venetæ maximè favebant. A colore ergò ita appellati sunt Veneti, Prasini, Rosei, Albi. *Prasini* enim habebant viridem cultum: Veneti, cæruleum. Et Palat. hic legit: *De Prasino scutoque meus conviva loquatur:* ut forte fuerit: *De Prasino Scorpoque meus conviva loquatur.* ac non tam factiones designet aurigatum, quam illos aurigas Imperatori caros. *Grut.*

In Cottam. XLIX.

CUm potes amethystinos trientes,
Et nigro madeas Opimiano:
Propinas modo conditum Sabinum:
Et dicis mihi, Cotta, vis in auro?
Quisquam plumbea vina vult in auro?

Convivatorem sordidum carpit, qui bibebat Falernum, & convivis in auro propinabat Sabinum, vinum deterrimum.

1 *Cum potes, &c.*] Vide geminum huic epigramma 86. lib. 4 *Potes*] Bibas vinum nobile. *Amethystinos.*] Scyphos gemmis ornatos, vel vitreos pellucidos instar amethysti. vel respicit ad colorem vini. Legendum *amethystino*, id est, poculo ex amethysto gemma facto. *Trientes.*] Triens est tertia sextarii pars, quatuor cyathos seu uncias continens. epigrammate 107. lib. 1. vers. 8.

2. *Opimiano.*] Epigr. 27. lib. 1. vers. 7.

3. *Modo conditum Sabinum.*] Quod tamen ante annum sextum non est potabile

5. *Plumbeo, &c.*] Pessima & vilissima, ut inter metalla plumbum, aureo pocula indigna.

De Scorpo. L.

FRangat Idumæas tristis Victoria palmas:
Plange Favor sæva pectora nuda manu.

Mutet

Deplorat fatum Scorpi aurigatoris, populo principibusque gratissimi.

1. *Frangat.*] Respicit ad publicum luctum, quo *Consul init fractis mœrentem fascibus urbem.* Ovid. ad Liviam. Victor enim Scorpus fato victus est: itaque frustrà gerit palmam, signum victoriæ. *Idumæas.*] Idume extrema Judææ pars, palmæ ferax. *Arbusto palmarum dives Idume.* Lucan. *Tristis.*] Ob mortem Scorpi, qui sæpe in aurigatione ludis Circensibus vicerat. *Victoria.*] Incitat ad luctus, numina quondam Scorpo nobilissimo aurigatori faventia, Victoriam, Favorem, Honorem, Gloriam. *Palmas.*] Signum victoriæ in certaminibus donabatur palma, quod depressa ea arbor non cedat, sed adversus pondus renitatur ac resurgat. Aristot. probl. Plutarch. Sympos.

2. *Plange.*] Qui solebas plaudere, plausum in planctum converte. *Favor.*] Favor hic propriè: ut & favere. De factionibus modo dicebamus. Inde favere & favor, in circo & theatris. *Herald.*

3. Mutet

Mutet Honor cultus, & iniquis munera flammis:
Mitte coronatas Gloria mœsta comas.
Heu facinus! prima fraudatus, Scorpe, juventa
Occidis, & nigros tam cito jungis equos.
Curribus illa tuis semper properata, brevisque;
Cur fuit & vitæ tam prope meta tuæ?

3. *Mutet Honor cultus.*] Respicit morem publici luctus, quo patres Rom. depositis quæ ad ornatum & δημοσίας insignia pertinebant, atrati, sordidati, pullatique incedebant. *Mutet Honor cultus.*] Quod fieri solitum in luctu, Annulos & cætera ejusmodi ponebant. Vestem etiam Senatoriam equestri veste quandoque mutabant. Matronæ etiam cultum suum deposuerunt. *Herald.* *Munera flammis.*] Quæ munera rogo imponantur. vide Suetonium Jul. cap.84. Dion. August. Et de more laniandi crines in funere, vide quæ Farnab. ad Senecæ Hippolyt. ℣s. 1176. *Munera flammis.*] Proprie *Munera.* Sic & *feralia munera* dicit Ovid. Cæterum præter thus & cæteros odores, quæcumque poterant, conjiciebant in eorum rogum, quos honoratos volebant. Vestes quandoque injiciebant, & certè defunctorum vestes simul cremabant. Existimabant enim mortuos absque vestibus rigere & frigore confici, & idcirco vestes non solum simul sepeliri, sed & comburi debere. *Herald.*

5. *Prima fraudatus, &c.*] Anno ætatis 27. infra ep. 53.

6. *Nigros, &c.*] Pro albis, quibus victor vehebaris, jam veheris Plutoniis equis, infernis, nigris. siquidem affectus & studia in morte & apud inferos manere fingunt poëtæ.

7. *Curribus, &c.*] Ut semper victorix, ita & vitæ metam attingere properabas.

Ad Faustinum. LI.

Sidera jam Tyrius Phryxei respicit agni
Taurus, & alternum Castora fugit hiems.
Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos:

Isma-

Faustinus in Campania amœnos quosdam locos & villas circa Tarracinam habebat. Martialis rectè carpit amicum, quod verno tempore, rure suo nec otio fruatur; sed Romæ patiatur se honoribus & Magistratibus implicari. *Rad.*

1. *Sidera, &c.*] Signa verna fugarunt hyemem, Taurus, cui adsignatur Aprilis, respicit Arietem præeuntem mense Martio, Geminis insecutis mense Majo. de Jove tauro Europam è Tyro in Cretam vehente: Agnus autem Phryxæus appellatur, propter Phryxum Athamantis filium, quem aries per Hellespontum in Colchos vexit cum sorore Helle, quique decidit in pontum. de Phryxi ariete & Geminis, vide Mythol. & quæ Farnab. ad Senec. Hip. ℣s. 302. Troad. ℣s. 1032. & Thyesten 851.

2. *Alternum Castora.*] Quia equiculus Castoris, & Geminus nunquam simul in Græcia videantur, quemadmodum astrologi docent. An occidente altero, alter oriatur, disputat Bisciola lib. 4. cap 6.

3. *Ridet ager.*] Descriptio veris, qualis apud Ovid. 1. Fast. *Omnia tunc florent, &c.*

4. *Isma-*

Iſmarium pellex Attica plorat Ityn.
Quos, Fauſtine, dies, qualem tibi Roma Ravennam
Abſtulit? ô ſoles, ô tunicata quies!
O nemus, ô fontes, ſolidumque madentis arenæ
Litus, & æquoreis ſplendidus Anxur aquis:
Et non unius ſpectator lectulus undæ,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris!
Sed neque Marcelli, Pompejanumque, nec illîc
Sunt triplices thermæ: nec fora juncta quater:
Nec Capitolini ſummum penetrale Tonantis,
Quæque nitent cælo proxima templa ſuo.

Dicere

4. *Iſmarium, &c.*] Philomela vet nunciat. Fabulam vide apud Ovid. Metamorph. libro 6. Iſmaros mons eſt Thraciæ. hinc *Iſmarium*, Thracium. *Ityn.*] Filium Terei & Procnes, occiſum à matre & matertera.

5. *Quos, Fauſtine, &c.*] Quas delicias, quibus Ravennæ ruſticatus frui poteras, tibi auferunt curæ & negotia urbana. Bodleianus MS. *Quos, Fauſtine, dies, quales tibi Roma Ravenna abſtulit?* Ravenna autem hæc, Fauſtini erat villa in agro Tarracinenſi, 20. ab urbe lapide; non urbs Italiæ.

6. *Soles.*] Dies clari, jucundi, liberi. *Fulſere quondam candidi tibi ſoles.* Catullus. *Tunicata quies.*] Ab officiis & ſervitiis togatorum libera: ruſticati quippe & in municipiis agentes, togam raro induebant. De vita municipali hoc dicitur: quia in municipiis, tunicis potius quàm togis utebantur, ut & Lipſius notat, epiſt. 5. lib. 1. epiſtol. quæſt. epigramm. 50. lib. 1. ℣ſ. 3. epigr. 47. ſupra ℣ſ. 5. Juv. ſat. 3. ℣ſ. 71. Cicer. in Rull. Plin. lib. 7. ep. 3.

7. *O nemus.*] A Ravenna tranſit ad Tarracinam. Tarracinenſis ager, ſilvas, lacus & littora habet amœniſſima, Anxur urbs Volſcorum, quondam caput gentis. *Solidumque.*] Non quia altum propter vicinos montes ut interpretantur, ſed quia ambulantibus geſtantibuſque commodum, aliqua duritie, ut in eo luctandum non ſit, quemadmodum in arenis. Plinius lib. 1. epiſt. 3. *quid illa mollis & tamen ſolida geſtatio?* lib. 9. ep. 7. *illic recta geſtatio longo limite ſuper littus extenditur.* Gron. *Madentis arenæ.*] Alluvione maris.

8. *Æquoreis, &c.*] Epigramm. 1. lib. 5. ℣ſ. 6.

9. *Non unius, &c.*] Ex ipſo lectulo proſpicere licet hinc paludem, illinc mare. Urbi circumfuſa & propinqua: tum quod villa littori immineret.

11. *Sed neque.*] Sed objiciet quiſpiam fortaſſe, non eſſe hîc, ut Romæ, theatra, balnea, templa. *Marcelli.*] Theatrum Marcelli filii Octaviæ ſororis Auguſti ab Auguſto extructum. *Pompejanumque.*] Theatrum Pompeji.

12. *Triplices thermæ.*] Thermæ Agrippinæ, Titianæ, Neronianæ, epigr. 36. lib. 3. & lib. 2. ep. 48. Radero videntur triplices cellæ in balnejs à poëta ſignari, caldariæ, tepidariæ, frigidariæ; quas uno & communi nomine thermas vocat: & triplices, propter trina labra & cellas in quibus natabant, lavabant, corpora adſtringebant. vide Plin. epiſtola 6. lib. 5. *Fora.*] Vetus Romanum, Julium, Auguſtum, Tranſitorium. ſupra, epigr. 28. ℣ſ. 6.

13. *Capitolini.*] Capitolium.

14. *Quæque, &c.*] Templum Flaviæ genti excitatum à Domitiano. epigr. 2. & 4.

Dicere te lassum quoties ego credo Quirino?
Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi.

15. *Quirino.*] Romulo ac Romæ. Conditor enim hic pro urbe ponitur & Romanis.
16. *Quæ tua sunt.*] Honores tuos cum curis, è formula divortii. epig. 41. vſ. 2. supra. *Quæ mea, &c.*] Villam meam, rusticum otium.

De Spadone. LII.

THelin viderat in toga spadonem,
Damnatam Numa dixit esse mœcham.

1. *Spadonem.*] Mollem & effœminatum.
2. *Damnatam, &c.*] Adulterii enim damnatæ non nisi togatæ in publicum prodibant, epigrammate 39. lib. 2.

Epitaphium Scorpi. LIII.

ILle ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,
Plausus, Roma, tui, deliciæque breves:
Invida quem Lachesis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit esse senem.

Hujus modo deploraverat immaturum fatum.
1. *Ille ego, &c.*] Epigr. 50. supra.
2. *Breves.*] Prærептæ, morte immatura.
3. *Invida, &c.*] Annos natum 27. *Trieteride.*] *Trieteris* spatium trium annorum. & festum Baccho propter expeditionem ad Indos triennio exactam. vide epigramma 38. libro 6. verſ. 1.
4. *Dum numerat palmas, &c.*] Propter victoriarum Circensium numerum posset Scorpus videri senex. Quippe alii senes ad summam ætatem provecti, tot palmas non rapuere, quot juvenis Scorpus: ita victoriis multis, paucos ævi annos compensavit.

In Olum. LIV.

MEnsas, Ole, bonas ponis: sed ponis opertas.
Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

1. *Opertas.*] E quibus tamen aperiebat Olus quas vellet.
2. *Sic ego, &c.*] Apponendo opertas, sed vacuas, quas aperire non licet.

In Marullam. LV.

ARrectum quoties Marulla penem
Pensavit digitis, diuque mensa est:
Libras scriptula, sextulasque dicit.

Idem

3. *Scriptula.*] Vide epigramm. 89. lib. 4. vſ. 3. *Sextulasque dicit.*] Sextas unciæ partes, Budæus de asse, libro 1.

4. *Pala-*

Idem post opus, & suas palæstras,
Loro cum similis jacet remisso:
Quanto sit levior Marulla dicit.
Non ergo est manus ista, sed statera.

4. *Palæstras.*] Τὴν κλινοπάλην.

7. *Statera.*] Quæ tam accurate pensat ponderatque.

In Gallum. LVI.

TOtis, Galle, jubes tibi me servire diebus,
Et per Aventinum ter quater ire tuum.
Eximit, aut reficit dentem Cascellius ægrum;
Infestos oculis uris, Hegine, pilos.
Non secat & tollit stillantem Fannius uvam:
Tristia servorum stigmata delet Eros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes:
Qui sanet ruptos, dic mihi Galle, quis est?

De patronorum avaritia queritur, qui officia clientum nullis beneficiis compensent.

1. *Me servire diebus.*] Functum munere clientis, salutando, deducendo, comitando, sequendo, &c.

2. *Aventinum tuum.*] Collem Aventinum, in quo ædes tuæ.

3. *Eximit, &c.*] Suetonius Vespasiano cap. 5. *At in Achaia somniavit, initium sibi suisque felicitatis futurum, simul ac dens Neroni exemptus esset: evenitque ut sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderet tantum quod exemptum.* Gronov. *Eximit, &c.*] Morbis cæteris statuuntur medici & remedia: sed sterili huic officio meo, nullus medicus, remedium nullum, uti dentium dolori, &c. medicina autem erat poëtæ pecunia, cujus difficultate laborabat semper.

4. *Infestos, &c.*] Ubi palpebrarum pili oculos lædunt. Celsus lib. 7. cap. 7.

5. *Non secat, &c.*] Absque sectione Fannius curat dejectam uvam, tuberculum in faucibus. Cels. lib. 5. cap. 14.

6. *Servorum, &c.*] Ita de Cinnami arte delendorum stigmatum, epigr. 64. lib. 6. ✠s. 26.

7. *Enterocelarum fertur.*] Herniarum, ubi intestina in scrotum delabuntur. *Podalirius Hermes.*] Chirurgus, medicus. Podalirius autem & Machaon filii fuerunt Æsculapii medici. Ut sensus sit: Hermes est Podalirius, seu medicus enterocelarum.

8. *Qui sanet ruptos, &c.*] Ab Herniæ curatore descendit ad quærendum de cura rupturæ, non ramis, sed togæ, calceorum, corporis detriti officiis, quæ nemo patronorum resarciat compensetve.

Ad Sextum. LVII.

ARgenti libram mittebas: facta selibra est,
Sed piperis. tanti non emo, Sexte, piper.

1. *Argenti, &c.*] Vide epigr. 71. lib. 1.

2. *Tanti non emo, &c.*] Libra argenti mihi mitti solita.

Ad Frontinum. LVIII.

ANxuris æquorei placidos, Frontine, recessus,
Et propius Bajas, littoreamque domum,
Et quod inhumanæ Cancro fervente cicadæ
Non novere nemus, flumineosque lacus,
Dum colui: doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas: nunc nos maxima Roma terit.
Hic mihi, quando dies meus est? jactamur in alto
Urbis, & in sterili vita labore perit.
Dura suburbani dum jugera pascimus agri,
Vicinosque tibi, sancte Quirine, Lares.
Sed non solus amat, qui nocte, dieque frequentat
Limi-

Excusat neglectum salutandi officium. Anxur & Tarracina eadem civitas. de qua paulò ante epigr. 51. ℣. 8. Anxur à poëta nonnumquam pro flumine capitur. *Rad.*

1. *Anxuris.*] Ordo est. Dum colui Anxur, Bajas, Rheg. &c. *Æquorei placidos, &c.*] Epigr. 51. supra ℣. 8. & epigr. 1. lib. 5. ℣. 6.

2. *Et propius Bajas.*] Bajas propiores urbi: Tarracina enim ultrà Bajas. *Littoreamque domum.*] Centum cellas, vel palatia Bajis ad mare extructa.

3. *Et quod inhumanæ.*] Et nemus quod cicadæ non novere, id est, Rheginum, in quo (teste Plinio. lib. 11. c. 27.) silent cicadæ sub solstitio, alias vocalissimæ. unde *inhumanas* vocat, id est, streperas, importunas, nisi præplaceat lectio, *inhumano. Cancro, &c.*] Mense Julio, ubi Sol in Cancro fervet.

4. *Flumineosque lacus.*] Alicem amnem in Locris, ultra quem canunt cicadæ. Rhegium autem & Alex, est in magna Græcia, quam eandem Calabriam nominant.

5. *Dum colui.*] Hæc jam jungenda cum primis: *Dum ego colui Anxuris recessus, &c. Doctas, &c.*] Musis & carminibus vacabam.

6. *Terit.*] Officiis urbanis. epigr. 56. supra ℣. 1. & 8.

7. *Hîc.*] Romæ. *Quando dies meus est.*] Quum liber ab officiis patronorum mihi servit. *Alto, &c.*] *Metaph.* in altis urbis fluctibus, officiorum scilicet, curarum, turbarum, &c. Raderus *in alto*, exponit, in alta semita, monte nempe Quirinali, ubi Martialis lares suos habuit, haud procul à Quirini templo.

8. *Sterili labore.*] Comitandi, deducendi patronos, &c. Vel *labore*, ut Raderus exponit, quem in hortum suum suburbanum frustrà collocat, quum fructus nullos propè reddat. Videtur simul poëticum studium notare, quod idem ut alibi, queritur sterile & inane.

9. *Dura jugera.*] Scrupulosa, sicca. *Pascimus.*] Stercoratione, cultura, repastinatione. epigrammate 96. infra vers. 7.

10. *Vicinosque tibi, &c.*] Ergo in Quirinali, ut modo, ℣. 8.

11. *Sed non solus amat.*] Excusat hic officium suum intermissum; & affirmat, à se non minus amari Frontinum, quamvis non toties revisum, salutatum & comitatum; quam ab officiosis aliis clientibus, qui dies noctesque illis limina terunt: amicitiam enim & amo-
rem

Limina; nec vatem talia damna decent.
Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes
Juro deos, & non officiosus amo.

rem non in extreno, sed intimo penetrali consistere. *Rad.*

12. *Nec vatem, &c.*] Ep.71.l.1.ỷ.15.

14. *Et non officiosus amo.*] Amo te, etiamsi non cæremoniis amorem usque præ me feram.

In delicatum lectorem. LIX.

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis,
Et breviora tibi, non meliora placent.
Dives, & ex omni posita est instructa macello
Cœna tibi, sed te mattea sola juvat.
Non opus est nobis nimium lectore guloso.
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

Excusat longiora Epigrammata.

1. *Consumpta, &c.*] Si unum epigramma tam longum sit, ut paginam totam impleat. *Lemma* autem est titulus & inscriptio epigrammatis.

3. *Dives, & ex omni, &c.*] Comparat epigr. sua apparatissimo convivio, in quo non unius generis cupediæ, sed omnes lautitiæ & gulæ irritamenta sunt. *Macello.*] Macellum generale primum. Sed postea in macello & delicatiora, quemadmodum pisces vendebantur. Et sane *macellum* ἰχθυοπωλεῖον potius, quam κρεωπωλεῖον. Et pisces peculiariter ὄψα. *Herald.*

4. *Mattea sola juvant.*] Cupediæ & dulciaria. Athenæo lib. 14. cap. 23. maza. Mattea, quæ Græcis ματτύα vel ματτύη, lautitiæ, cupediæ. Athenæus libro 14. ματτύην exponit πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδεσμα, sive sint pisces opiparè parati, sive aves, sive olera aut alia, quæ minutatim concisa aromatis condiuntur: & ea quæ λιχνεύματα appellantur.

5. *Non opus, &c.*] Nolo lectorem qui jocorum & acuminum cupediis saturari velit, sed qui solida expectat carmina & gravia, quasi caput convivii. Alii legunt, *pene*, & intelligunt caudam seu finem placet. Alii leg. *penne*, genus cibi, nec vulgaris admodum, nec delicati. *Grut.*

De Munna. LX.

Jura trium petiit à Cæsare discipulorum,
Assuetus semper Munna docere duos.

Epita-

In miserum literatorem, qui, cum non haberet 3. discipulos, petiit à Cæsare jus trium discipulorum. Jocus petitus à jure trium liberorum, de quo epigrammate 91. & epigrammate 92. lib. 2.

Epitaphium Erotii. LXI.

Hic festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hiems.
Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
Manibus exiguis annua justa dato.
Sic Lare perpetuo, sic turba sospite, solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

Discessurus in patriam Martialis, commendat futuro agelli domino, tumulum Erotii puellæ vernulæ.

1. *Hic, &c.*] Vide epig. 35. & 38. l. 5. unde huic lux. *Festinata, &c.*] Immaturâ, præproperâ.

2. *Sexta hiems.*] Nondum absolverat sextum annum. epigr. 35. l. 5. ℣ſ. 5.

3. *Regnator agelli.*] Dominus agri hujus, post discessum meum in patriam, seu mortem.

4. *Manibus exiguis.*] Umbræ Erotii. *Annua justa dato.*] Anniversaria sacra, feralia, parentalia, ad sepulchrum. Pythag. Τοὺς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων. Nam φθαρτοῖς καὶ Ἥρωσιν ἐναγίζειν ἔδει, τοῖς δὲ θεοῖς θύειν, ut notat Herodot. In his nugis libationes quædam effundebantur, χοαὶ ἐχέοντο, ad quas manes defuncti invitabantur. Vinum, mulsum & cæteras libationes defodiebant, & quosdam cibos cremabant. Existimabant enim defunctorum animas ad has libationes excitari, easque avidè sorbere, & cibos vorare.

5. *Sic Lare perpetuo, &c.*] Sic facienti precor tibi domum cum familia incolumem, nec habeas alium quempiam è tuis quem fleas. sic epig. 28. l. 6. ℣ſ. 10.

Ad magistrum ludi. LXII.

Ludi magister parce simplici turbæ:
Sic te frequentes audiant capillati,
Et delicatæ diligat chorus mensæ:
Nec calculator, nec notarius velox
Majore quisquam circulo coronetur.

Albæ

Æstivas vacationes Poëta proclamat, monetque ludi moderatores, ut desinant sævire. Nam à Julio ad Octobrem usque scholæ cessabant, uti & Saturnalibus Minervalibus, & aliis per annum feriis. *Rad.*

2. *Sic te frequentes, &c.*] Sic multos habeas discipulos ingenuos, nobiles, cirratos. vide epigr. 57. lib. 3. verſ. 31.

3. *Et delicatæ, &c.*] Et ameris à discipulis tuis, qui corona cingentes, mensam tibi assident. Lipsius lib. 1. epist. 5. quæst. legit *chorus Musæ*, & exponit pueros deditos Musis. *Et delicatæ, &c.*] Sic legend. *Et delicata diligat chorus Musa.* Dempst.

4. *Calculator.*] Qui rationes computandi per calculos & Arithmeticam docet. *Notarius, &c*] Qui docet literis seu notis excipere dicta alterius. epigr. 208. lib. 14.

5. *Circulo coronetur.*] Corona discipulorum. Vel plures numeret discipulos mensam coronantes.

6. *Alba*

Albæ leone flammeo calent luces,
Toſtamque fervens Julius coquit meſſem.
Cirrata loris horridis Scythæ pellis,
Qua vapulavit Marſyas Celenæus,
Ferulæque triſtes ſceptra pædagogorum,
Ceſſent, & Idus dormiant in Octobres:
Æſtate pueri ſi valent, ſatis diſcunt.

6. *Albæ leone, &c.*] Deſcribit tempora æſtiva, quibus maximi calores, extremo Julio, & primo Auguſto, quum Leo ſidus nobile Soli jungitur, geminatque æſtus, eodémque tempore canis urit omnia. *Albæ.*] Dies ſcilicet longi & ſole perpetuo clari. *Raderus.* *Leone flammeo.*] Epigr. 57. lib. 4. ℣ſ. 5. & epigr. 72. lib. 5. ℣ſ. 2.

7. *Coquit meſſem.*] Maturat ſegetem.

8. *Scuticaque loris horridis.*] MSS. *cirrata loris.* Sed aſperiora illa lora, aluta quandoque obtegebantur. Auſon. protreptico ad Nepotem:

— *Quod fallax ſcuticam prætexit aluta?*

Cirrata pellis, &c.] Ipſa eſt ſcutica multorum lororum. Ea dicitur *pellis Scythæ*, quia multum illis utebantur, ut ex Herodoto, & Juſtino annotatum. *Cirrata*, quia pars ejus qua manu tenetur, omnia lora habet implicata & conſtricta in anſam: pars altera qua ferit, eadem habent ſoluta, pendentia & fluctuantia, inſtar cirrorum. *Gron.*

9. *Celenæus.*] Ad Celenas oppidum Phrygiæ; ubi certavit Marſyas cum Apolline.

11. *Ceſſent.*] Uſque dum deferbuerit æſtatis calor, deferbeat ſcuticæ ferulæque ſævitia. *Idus in Octobres.*] Quibus jam fractus calor, & temperatum cælum.

Epitaphium nobilis matronæ. LXIII.

MArmora parva quidem, ſed non ceſſura, viator,
Mauſoli ſaxis Pyramidumque legis.
Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento,

Et

Elegans epitaphium, quo Poëta, uxorem cujuſdam, felicem à liberis, tempore conjugii, μονογαμίᾳ, morte, celebrat.

1. *Marmora, &c.*] Tumulum marmoreum.

2. *Mauſoli ſaxis.*] Lib. ſpectacul. epigramm. 1. ℣ſ. 5. *Pyramidumque legis.*] Lib. ſpectacul. epigr. 1. ℣ſ. 1. *Pyramidumque leges.*] Dorleans legendum cenſet: *Pyramidumque jugis.*

3. *Bis mea Romano, &c.*] Ludi ſeculares, peſtilitatis avertendæ gratia inſtituti, ut creditur, à Valer. Publicolâ. celebrabantur centeſimo quoque anno; cæſis atro bove Diti, concolori juvenca Proſerpinæ ad aram Ditis in Tarento in campo Martio. ſpectabatur itaque hæc matrona ſecundis ſecularibus. Neque enim carminis hujus laude & miraculo digna fuiſſet matrona hæc ſecularibus Claudii & Domitiani, inter quos interfuerunt anni 41. (vide Sueton. Claud. cap. 21.) ut hunc locum exponunt Ang. Politianus, Beroaldus, Heraldus & Raderus. *Bis.*] Quia bis potuerat videre ludos ſeculares, celebratos ſcil. à Claudio & Domitiano. Nam D. Claudius ludos ſeculares celebravit, non exſpectato tem-

Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi Juno puellas:
Clauserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara, fuitque
Una pudicitiæ mentula nota meæ.

pore legitimo. Duplicem igitur vitam vixit hæc matrona. Siquidem una hominis ætas hos ludos semel tantum spectare poterat. Unde Præco, quum ad eos populum invitaret, *ludos esse* dicebat, *quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset.* Herald. *Romano Terento.*] Non temere adjecit *Romano:* est enim Tarentum alias in extrema Japygia, nobilis civitas. Hic autem locus in Campo Martio, ubi ara Ditis erat, Tarentum vel Terentum nominabatur, quod ara Ditis patris in terra occultaretur; aut quod ad ripam Tiberis si- terram eo loco tereret. *Vita.*] Lipsius legit *vitta*, 26. ep. 3. centur. & refert ad conjugium. Binos sæculares, inquit, vidi nupta & pueros peperi. Matronæ enim vittas gerebant.

4. *Et nihil, &c.*] Et vita mihi permansit syncere felix ad exitum usque.

5. *Juno.*] Quæ præsidet puerperiis, Lucina.

6. *Clauserunt, &c.*] Omnes illi mihi morienti superstites clauserunt oculos. quod erat maxime propinquorum officium. Plin. lib. 11. cap. 37.

7. *Fuitq.*] Unici mariti sui conjunx.

Ad Pollam. LXIV.

Contigeris regina meos si Polla libellos,
Non tetricâ nostros excipe fronte jocos.
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tubâ,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu,
Si nec pædicor, Cotta, quid hic facio?

1. *Regina.*] Dives, nobilis, patrona. *Polla libellos.*] Uxor Lucani, vide epigramm. 20. & 22. lib. 7. Palat. legit, *si forte libellos.*

3. *Ille tuus vates.*] Lucanus. *Heliconis gloria nostri.*] Poëseos Latinæ decus.

4. *Fera bella tubâ*] Civilia, inter Cæsarem & Pompejum.

5. *Non tantum, &c.*] Scripsit etiam lasciva carmina & epigrammata.

In Carmenionem. LXV.

Cum te municipem Corinthiorum
Jactes, Carmenion, negante nullo;

Cur

In Carmenionem effœminatum scribit, quem falsè vocat suam sororem; quum ille se poëtæ fratrem diceret.

1. *Municipem, &c.*] Civem Corinthium: Præceps enim Corinthus in luxuriam erat, plurimæque voluptatum illecebræ ibidem. hinc Carmenion effœminatus fingitur ex officina Corinthiorum prodiisse. de jure municipum, vide A. Gell. lib. 16. cap. 13. & Rosinum, lib. 10. cap. 22.

2. *Negante nullo.*] Molles enim & improbi mores tui hoc loquuntur.

3. *Cur*

Cur frater tibi dicor, ex Iberis,
Et Celtis genitus, Tagique civis?
An vultu similes videmur esse?
Tu flexa nitidus comâ vagaris;
Hispanis ego contumax capillis.
Levis dropace tu quotidiano:
Hirsutis ego cruribus, genisque.
Os blæsum tibi, debilisque lingua est:
Nobis filia fortius loquetur.
Tam dispar aquilæ columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me vocare fratrem,
Ne te, Carmenion, vocem sorôrem.

3. *Cur frater, &c.*] Cur me Bilbilitanum ex Celtiberia appellas fratrem tuum?

6. *Tu flexa, &c.*] Tu arte calamistratos habes capillos: ego neglectâ comâ & incultâ horridus.

7. *Hispanis, &c.*] Horridus, incultus. *nunc de capillatis cuniculosa Celtiberia, &c.* Carul.

8. *Dropace tu quotidiano,*] Epigr. 29. lib. 2. ỳs. 6.

10. *Os blæsum.*] Quod vitium sæpe delicatioribus & pinguioribus est. *Debilisque.*] Infracta, parum virilis.

11. *Nobis filia fortius loquetur.*] Dorleans legendum censet, *Non nobis lea fortius loquetur.* Ponit *loqui* pro rugire. Nam rugitus vox & loquela leonis. *Dorleans.* *Nobis filia, &c.*] Filia mea habet vocem magis virilem quam tu.

13. *Dorcas.*] Inter sylvestres capreas numeratur; magis tamen accedit ad cervum. à Græco *δέρκω*, *video.*

15. *Sororem.*] Mollem & effœminatum: *Vel* amasium, sororum enim nomine amicas designabant antiqui. vide epigr. 4. lib. 2. & lib. 12. epigr. 20. & Petronius passim.

De Theopompo. LXVI.

QUis, rogo, tam durus, quis tam fuit ille superbus,
Qui jussit fieri te, Theopompe, cocum?
Hanc aliquis faciem nigra violare culina
Sustinet? has uncto polluit igne comas?
Quis potius cyathos, aut quis crystalla tenebit?

2. *Te, Theopompe, cocum?*] *Emphaticè*, Te tam eximie formosum.

4. *Uncto polluit ungue comas?*] Manu unctâ. *greasse.* alii leg. *Uncto polligine*, idest, nidore. Gruterus ex Palatin. legit, *polluit igne*, & commentatores capiunt de *nidore culinæ*, ut & Gruterus; ita tamen ut addat *foculum flamantem*, ideoque una & *fumum ejus & fuliginem.*

5. *Quis potius cyathos, &c.*] Quis esset magis idoneus minister miscendis poculis?

Qua sapient melius mixta falerna manu?
Si tam sidereos manet exitus iste ministros,
Jupiter utatur jam Ganymede coco.

7. *Sidereos manet.*] Pulchros, & cœlitum convivio dignos. *Exitus iste.*] Culina.

Epitaphium vetulæ.* LXVII.

PYrrhæ filia, Nestoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laërtes aviam senex vocavit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes;
Jam cornicibus omnibus superstes,
Hoc tandem sita prurit in sepulchro
Calvo Plotia cum Melanthione.

1. *Pyrrhæ filia, &c.*] Vide epigr. 39. supra. *Hyperbolicè omnia.*

5. *Cornicibus, &c.*] Quæ longævæ sunt. *Cornici novem ætates nostras tribuit Hesiodus*, Plinius libro 7. capite 48.

6. *Sita prurit, &c.*] Libidinosam anum fingit etiam sepultam prurire.

In Læliam. LXVIII.

CUm tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, aut Mitylene,
Sed domus in vico, Lælia, patricio;
Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis,
Durus Aricina de regione pater;
Ζωὴ καὶ ψυχὴ *lascivum congeris usque,*

Prô

1. *Cum tibi, &c.*] Cum non sis ex aliqua insula vel parte Græciæ oriunda, sed mediâ natâ Româ. vide sat. 6. Juv. à versu 186. unde huic lux & fortassis ingenium.

3. *Deque coloratis, &c.*] Et mater tua ex Etruria, numquam fucata, imo sole offuscata. *Nunquam lita.*] Lini autem moris erat istos delicatos, vel ad candorem nitoremque cutis conciliandum, vel ne citò barbati essent. *Coloratos* verò *Etruscos* vocat, ἡλιοκαύστους, & mulierem nunquam litam, quæ faciem medicamentis numquam induxerit, ad candorem servandum & solem cuti defendendum, ne coloraretur. Hujusmodi autem medicamina, quæ præstabant, ne sole facies læderetur, θερινὰ προφυλακτικὰ προσώπων vocabant, eaque omnia erant ἐπιχείστα. *Salmas.*

4. *Aricina, &c.*] Aricia oppidum Latii, ad cujus clivum sedebant mendici.

5. Ζωὴ καὶ ψυχὴ, &c.] Vide ad v. 195. sat. 6. Juvenal. & quæ nos ad illum. Gronovius, valde extollit Thuanæi codicis præstantiam, & scriptorem ejus fidelem asserit; ut quæ non assequutus fuerit, imitatione tamen characterum expres-

Prô pudor! Hersiliæ civis, & Egeriæ.
Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis;
Sed quem lascivo stravit amica viro.
Scire cupis quo casta modo matrona loquaris:
Numquid cum crissas, blandior esse potes?
Tu licet ediscas totam, referasque Corinthon,
Non tamen omnino, Lælia, Thaïs eris.

expresserit; & cum cætera minutis litteris exarata sint, hunc unum versum majusculis expresserit:

KURIE MU LELI MU PSICI MU
CONGERIS USQUE.

Hinc colligit Martialem scripsisse.

Κύριέ μου, μέλι μοῦ, ψυχή μου, congeris usque.

Agnoscis enim amatoria vocabula Græcis & Latinis satis familiaria.

6. *Hersiliæ civis, &c.*] Tu Romana. Hersilia autem Romulo cessit conjux è Sabinis raptis una. De Egeria, supra epigr. 35. ℣. 13.

10. *Crissas, &c.*] Κισκλίζῃ, quod in maribus *cevere* dicitur.

11. *Corinthon.*] Linguam græcam. vel magis proprie blanditias & sermones nequam Corinthi, unde Laïs.

12. *Non tamen omnino, &c.*] Nunquam tamen ex deformi & blanda Lælia fies pulchra & elegans Laïs. Hinc pro *Thaïs*, Gruterus legendum censet, *Laïs*, rectè.

De Polla. LXIX.

CUstodes das, Polla, viro; non accipis ipsa.
Hoc est uxorem ducere, Polla, virum.

1. *Custodes, &c.*] Epig. 45. lib. 2. *Ipsa.*] Quæ tamen versaris cum cinædis, &c. supra epigr. 40.

2. *Ducere, Polla, virum.*] Exercere imperium in virum, perinde est ac si uxor *duxisset* maritum, quæ tamen proprie dicitur *nubere* marito. epigr. 12. lib. 8. Hoc ergo modo uxores ducunt viros; non viri uxores, & viri nubunt uxoribus, non uxores viris: atque inverso ordine parent *viri*, mulieres contrà imperant. *Herald.*

Ad Potitum. LXX.

QUod mihi vix unus toto liber exeat anno,
Desidiæ tibi sum, docte Potite, reus.
Justius at quanto mirere, quod exeat unus,
Labantur toti cum mihi sæpe dies.
Nunc resalutantes video nocturnus amicos:
Gratulor & multis; nemo, Potite, mihi.

Nunc

Excusat scriptorum tarditatem, causamque in urbicas occupationes confert.

5. *Nunc resalutantes, &c.*] Vesperi resalutant discedentem patroni, mihique *Vale* dicunt, quibus ego mane, *Ave.*

6. *Gratulor & multis.*] Nuptias, liberos natos, hæreditates, honores, &c. *Mihi.*] Nihil ejusmodi adepto.

7. *Ad*

Nunc ad luciferam ſignat mea gemma Dianam:
Nunc me prima ſibi, nunc ſibi quincta rapit.
Nunc conſul, prætorve tenet, reduceſque choreæ:
Auditur toto ſæpe poëta die.
Sed nec cauſſidico poſſis impune negare,
Nec ſi te rhetor, grammaticuſve rogent:
Balnea poſt decimam laſſo, centumque petuntur
Quadrantes. fiet quando, Potite, liber?

7. *Ad luciferam, &c.*] Rogatus annuli mei gemma ſigno teſtamenta ſeu tabellas alias in monte Aventino, ubi Lucina parturientium præſes colitur.

8. *Prima ſibi, nunc ſibi.*] Salutationum hora. epigr. 8. lib. 4. ỳſ. 1. *Quincta rapit.*] Occupationes, quarum quinta eſt hora, undecima apud nos. epig. 8. lib 4. ỳſ. 3.

9. *Conſul, prætorve tenet.*] Judicia & cauſſæ forenſes, quibus præſunt Coſſ. & Prætor. *Reduceſque choreæ.*] Reducentiumne patronos? An ſacerdotum Iſidis, ut ſupra epigr. 48. An hiſtrionum vel ſaltatricularum?

10. *Poëta die.*] Recitans novum ſuum carmen.

11. *Cauſſidico, rhetor, grammaticuſve rogent.*] Namque & oratores recitabant. Plin. lib. 5. epiſt. 3. ut & Rhetores & Grammatici.

13. *Balnea, &c.*] Cum itaque per has occupationes ſero & poſt horam ſtatutam lavem cœnemque accepta ſportula, quis quæſo locus libro componendo?

De Rabirio. LXXI.

QUiſquis læta tuis & ſera parentibus optas
Fata, brevem titulum marmoris hujus ama.
Condidit hac caras tellure Rabirius umbras:
Nulli ſorte jacent candidiore ſenes.
Bis ſex luſtra tori nox mitis & ultima cluſit,
Arſerunt uno funera bina rogo.
Hos tamen ut primis raptos ſibi quærit in annis;

Impro-

Rabirius hic achitectus erat Domitiani. hic parentum ejus funus deſcribit, & Rabirii ſeu veras, ſeu fictas lacrymas.

1. *Quiſquis, &c.*] Poëta viatorem alloquitur: Quiſquis optas, ut tui parentes diu vivant, & feliciter diem ſuum obeant, ut parentes hujus Rabirii, lege hoc epitaphium. *Rademus.*

3. *Rabirius.*] Epigr. 55. lib. 7. *Umbras.*] Utriuſque parentis ſui.

4. *Candidiore ſenes.*] Feliciore.

5. *Bis, &c.*] Annos 60. *Mitis, &c.*] Qua uterque miti & maturo fato defunctus eſt.

7. *Ut primus, &c.*] Quos tamen Rabirius deflevit, perinde ac immaturo fato præreptos. Sic epigr. 39. lib. 7. ỳſ. 7. quod vide.

8. *His*

Improbius nihil his fletibus esse potest.

8. *His fletibus, &c.*] Quibus prosequitur parentes longa felicique vita functos, jamque maturo letho defunctos, non itaque tantum flendos. Vel qui ipsam felicitatem videtur deplorare, quum & senes, & bono fato defunctos amiserit.

Adulatorium de Cæsare Trajano. LXXII.

FRustra blandiciæ venitis ad me
Attritis miserabiles labellis:
Dicturus dominum, Deumque non sum:
Jam non est locus hac in urbe vobis.
Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes, humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus, sed Imperator,
Sed justissimus omnium senator:
Per quem de Stygiâ domo reducta est
Siccis rustica Veritas capillis.
Hoc sub principe, si sapis, caveto,
Verbis, Roma, prioribus loquaris.

Blanditur Trajano, dum nullum blanditiis apud eum, ait, esse locum; simul ex vituperatione prioris, præsentem Imperatorem laudat, quod & Plinius in Panegyrico fecit.

2. *Attritis, &c.*] Blanditiisne, an adoratione? His ergò verbis diuturnam hominum adulationem temporibus Domitiani declarat; quasi homines attriverint labra, illius pedes, solumque basiando.

3. *Dicturus dominum, &c.*] Non blanditurus Trajano, ut Domitiano quondam. vide epigramma 8. libro 5. vers. 1.

5. *Ad Parthos.*] Nam ejusmodi appellationes apud eos solennes. Parthi enim serviliter regem adorant, pedes illius osculati. *Pileatos.*] Cum cæteræ gentes pileis raro uterentur. Parthi & Persæ gestabant mitras, tiaras, cydares, seu pileos turbinatos, ut hodie Turcæ.

7. *Pictorum.*] Picta veste seu soccis pictis utentium. *Sola.*] Soleas, calceos, soccos. epigr. 75. lib. 9. vs. 2. Hæc etiam consuetudo notatur à Seneca l. 2. de Benef. cap. 12. Quædam exemplaria habent, *Pictos soccos*, & fortasse benè. Unde *picti reges* hoc loco. His enim verbis innuit Martialis serviles istas venerationes à Parthis ad Romanos manasse. *Herald.* *Sola.*] Lucret.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo.

11. *Siccis capillis.*] Inunctis & delibuτis.

13. *Prioribus loquaris.*] Servilibus, adulatoriis, quibus nuper sibi placebat Domitianus, quæ tamen non feret Trajanus.

Ad

Marci

Ad Marcum.* LXXIII.

Littera facundi gratum mihi pignus amici
Pertulit, Ausoniæ dona severa togæ:
Qua non Fabricius, sed vellet Apicius uti,
Vellet Mæcenas Cæsarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuisset:
Non quacunque manu victima cæsa litat.
A te missa venit: possem nisi munus amare,
Marce, tuum: poteram nomen amare meum.
Munere sed plus est, & nomine gratius ipso,
Officium docti, judiciumque viri.

Marco Antonio Primo Tolosano, gratias agit de litteris & toga missa.

1. *Littera facundi, &c.*] M. Antonius Tolosanus, de quo epigr. 101. libro 9. & epigramm. 32. lib. 10. &c. misit mihi literas & togam elegantiorem quam qua uti vellet Fabricius, continens ille paupertatis cultor, imo qualem gestare voluisset luxuriosus Apicius & ipse tener ac mollis Mæcenas. sic Juven. satyr. 12. *vestem Purpuream teneris quoque Mæcenatibus aptam.*

2. *Ausoniæ.*] Ipse tamen non Ausonius.

4. *Mæcenas Cæsarianus.*] Partes Cæsaris secutus.

6. *Non litat.*] Non sacrificat, non impetrat: Non cujusvis hostia Deo grata. *Litare* enim est rite sacrificare & impetrare, ita donum ab omni missum æque non placet.

8. *Nomen amare meum.*] *Marci,* quod mihi tecum commune. Quasi dicat, Gratum fuit mihi tuum munus; gratius ob commune utrique nomen; gratissimum officium & judicium tuum de meis carminibus.

Ad Romam. LXXIV.

Jam parce lasso, Roma, gratulatori,
Lasso clienti: quamdiu salutator
Anteambulones, & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto?

Cum

Damnat inofficiosa officia salutandi, quæ clienti præter sterilem sportulam nihil adferant; quum aurigatores auri saccos ingentes auferant.

4. *Centum plumbeos.*] Sive quadrantes ærei: sunt XXV. asses Romani, in argento sex sestertii & as æreus, vel denarius & victoriatus & as: nostri novem oboli sive stuferi & chalci sive deutæ tres. *Gronov.* *Centum merebor, &c.*] Sportulam, centum quadrantes, nostræ monetæ 18. d. ob. q. sed de plumbeis, vide epigr. 100. lib. 1. vs. 13. *Plumbeos nummos* per contemptum Martialis appellat æream monetam, cui plurimum plumbi admixtum. quadrantes ergò æreos intelligit, sic alibi nigram monetam dixit. *Nigræ sordibus explicet monetæ.* & in fine ejusdem epigrammatis, *plumbeam selibram* vocat, sex sestertios nummos æreos. *Salmas.*

5. Scur-

Cum Scorpus una quindecim graves horâ
Ferventis auri victor auferat saccos:
Non ego meorum præmium libellorum,
(Quid enim merentur?) Apulos velim campos.
Non Hybla, non me spicifer capit Nilus;
Nec quæ paludes delicata Pomptinas
Ex arce clivi spectat uva Setini.
Quid concupiscam quæris ergo? dormire.

5. *Scorpus.*] Auriga, de quo supra. epigr. 50. 53. & sæpe alias. *Una quindecim, &c.*] Victoribus aurigis postu labantur aurei per circum. Buleng. de Circo cap.34. & vide quæ nos ad sat.7. Juvenal. vˢ. ult. *Una hora.*] Qua aurigatur in Circo.

6. *Ferventis, &c.*] Radiantis colore rutilo.

8. *Apulos velim campos.*] Non posco armenta gregesque in campis Apuliæ, non Hyblæ Siculæ mellificia, non fruges fertilis Ægypti, non vineas Setiæ quæ monte sita despectat paludem Pomptinam.

12. *Dormire.*] Sortem tenuem & modicam, unde quietus agam & vacem tandem ab his officiis atque molestiis urbanis.

De Galla. LXXV.

Millia viginti quondam me Galla poposcit;
Et, fateor, magni non erat illa nimis.
Annus abit: bis quina dabis sestertia, dixit.
Poscere plus visa est, quam prius, illa mihi.
Jam duo poscenti post sextum millia mensem,
Mille dabam nummos: noluit accipere.
Transierant binæ forsan, ternæve Calendæ,
Aureolos ultro quattuor ipsa petit.
Non dedimus. centum jussit me mittere nummos:
Sed visa est nobis hæc quoque summa gravis.
Sportula nos junxit quadrantibus arida centum:

Hanc

1. *Millia viginti, &c.*] Quingenti Philippei: *dena sestertia*, dimidium, 250. *duo millia*, quinquaginta: *mille nummi*, 25. Philippei: *aurei quatuor*, quadringenti nummi, decem Philippi: *Centum nummi*, Philippei duo & dimidiatus. *Gronov.*

2. *Magni non, &c.*] Nitebat enim tum flore juventæ.

3. *Bis quina.*] Dena sestertiorum millia.

4. *Poscere, &c.*] Minus quippe formosa est facta, atque hinc gravius visum est pretium.

8. *Aureolus ultro, &c.*] Deflorente jam indies formâ & ipsa vilescit, contempta invicem.

11. *Nos junxit, &c.*] Habuit nos

in

Hanc voluit: puero diximus esse datam.
Inferius numquid potuit descendere? fecit.
Dat gratis: ultro dat mihi Galla: nego.

in officio, id est, officio meritus fueram sportulam tenuem. Hanc voluit.

14. *Dat gratis, &c.*] Epigr. 56. lib. 2. ℣ſ. 4.

De Mævio. LXXVI.

HOc, fortuna, tibi videtur æquum?
Civis non Syriæve, Parthiæve,
Nec de Cappadocis eques catastis,
Sed de plebe Remi, Numæque verna,
Jucundus, probus, innocens, amicus,
Lingua doctus utraque; cujus unum est,
Sed magnum vitium, quod est poëta;
Pullo Mævius alget in cucullo:
Cocco mulio fulget Incitatus.

Queritur poëtas negligi, mulliones locupletari: artes enim nobiles jacebant; viles colebantur. Se ipsum & suam infelicitatem sub persona Mævii poëtæ describit. *Rad.*

2. *Civis non, &c.*] Non è servo, Syro, Partho aut Cappadoce civis Rom. factus & in equestrem ordinem relatus, sed ingenuus, & vere Romæ natus.

3. *Catasta.*] Pegma ligneum, quo venales exponebantur servi à χαλεστώνῃ. Vide epigr. 29. lib. 6. ℣ſ. 1.

4. *Numæque verna.*] Per *vernam* non servum intelligit, sed hominem Romæ natum, ingenuum, liberum.

6. *Utraque, &c.*] Græcâ & Latinâ.

7. *Magnum vitium, &c.*] Paupertatis scilicet alumna poësis.

8. *Pullo Mævius, &c.*] Querela hæc & indignatio ipsius Martialis videtur, sed per modestiam sibi adsciscit nomen Mævii, mali scilicet poëtæ. *Pullo.*] Pullus color paupertinus. *Cucullus*, quo tegitur caput. hodie *cappam* vulgò vocant.

9. *Cocco mulio, &c.*] Purpureus splendet agaso, ad summum multo Incitatus. quem tamen tanquam aurigam Scorpo conjungit. lib. 11. epigr. 1. potest etiam legi, *Coccò mulio fulget Incitati*, equi scilicet Caligulæ. de quo Dio in Calig. Cum, inquit: *Unum vero ex equis suis, quem Incitatum nominabat, invitabat ad cœnam, ita ut ei hordeum ex auro apponeret, funderetque vinum, &c. ac per salutem ejus & fortunam juraret; seque eum consulem facturum polliceretur, &c.* Sed hic *Incitatus*, pro auriga, non equo ponitur. & Sueton. Cal. cap. 55.

De Caro medico. LXXVII.

NEquius à Caro nihil unquam, Maxime, factum est,
Quam quod febre perit: fecit & illa nefas.

Delet Carum medicum subita febri, quem diu cruciatum cupiebat, extinctum.

1. *Caro.*] Medico.

2. *Illa nefas.*] Male fecit febris, quæ leniter & sine cruce sustulit tortorem medi-

Sæva, nocens febris saltem quartana fuisses!
Servari medico debuit ille suo.

medicum, cui excruciando non satis fuisset unius quartanæ (quæ medicorum opprobrium est, & cujus medelam imperitus hic medicus professus videtur) eculeus.

4. *Illa.*] Gruterus è MSS. *ille.* Carus nempe, sibi ipsi. Recte.

Ad Macrum. LXXVIII.

IBis littoreas, Macer, Salonas:
Ibit rara fides, amorque recti,
Et secum comitem trahet pudorem.
Semper pauperior redit potestas.
Felix auriferæ colone terræ,
Rectorem vacuo sinu remittes,
Optabisque moras, & exeuntem
Udo Dalmata gaudio sequêris.
Nos Celtas, Macer, & truces Iberos
Cum desiderio tui petemus.
Sed quæcunque tamen feretur illic
Piscosi calamo Tagi notata,
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter veteres legar poëtas;

Nec

Macrum Hispaniæ & Dalmatiæ diversis annis rectorem laudat, & hic Salonas coloniam felicem prædicat, quæ Macrum esset habitura præfectum.

1. *Macer, Salonas.*] Macrum hunc Hispaniæ & Dalmatiæ diversis annis præfuisse volunt, propter *Salonas*, quæ Dalmatiæ oppidum est. de præfecturâ ejus Dalmatiæ non constat; neque omnia hic conveniunt: præfuisse illum Hispaniæ summâ cum integritate apparet, epigr. 100. lib. 12. Poteris itaque legere, *Ibis litoreum Macer Salonã.* Fluvius Hispaniæ juxta Bilbilim. epigramm. 50. lib. 1. ỷs. 12. & infra ỷs. 8. lege: *Hunc udo Celta gaudio sequeris.*

4. *Pauperior potestas.*] Magistratus continens & abstinens.

5. *Auriferæ terræ.*] Dalmatiæ, teste Plinio lib 33. cap. 4. Quod si de Hispaniâ intelligere malis, quis non audivit de illius aurifodinis?

6. *Vacuo sinu remittes.*] Nihil prædarum è provincia, imo suarum rerum inaniorem reversum.

8. *Udo Dalmata, &c.*] Lacrymis præ desiderio Macri abeuntis effusis prosequêris. supra ỷs. 2.

9. *Nos Cum desiderio, &c.*] Et ego revisam Celtiberiam meam in tuam gratiam: vel non sine desiderio tui quem habuimus prætorem.

11. *Sed quæcumque, &c.*] Sed quæcunque carmina scribam ad Tagum, id est, in Hispania, sonabunt tuum nomen. *Illic.*] Alii, *illinc*, recte.

Nec multos mihi præferas priores,
Uno sed tibi sim minor Catullo.

16. *Uno sed tibi, &c.*] Sic epigr. 5. lib. 5. ℣ſ. 6. vide & epigr. 71. lib. 2.

De Torquato & Otacilio. LXXIX.

AD lapidem Torquatus habet prætoria quartum:
Ad quartum breve rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Exstruxit: cûcumam fecit Otacilius.
Disposuit Daphnona suo Torquatus in agro:
Castaneas centum sevit Otacilius.
Consule Torquato vici fuit ille magister;
Nec minor in tanto visus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim;
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.

Irridetur à poëta Otacilius pauper, qui Torquatum divitem & magnificum, nequicquam æmulabatur. Perstringit interim eos, qui cum sint longè inferiores, tamen potentiores student æquare.

1. *Prætoria quartum.*] Villas magnificas. ad quartum ab urbe milliarium.

3. *Vario, &c.*] Epigr. 42. lib. 6. ℣ſ. 11. 12.

4. *Cucumam, &c.*] Balneolum. cucuma autem vas est ad calefaciendam aquam.

5. *Daphnona, &c.*] Lauretum. locus lauro arbore consitus. δάφνη enim *laurus* est.

7. *Consul Torquatus.*] Gruterus ex Palat. legit *Consule Torquato, &c.* rectè. *Vici fuit, &c.*] Vici singuli, qui in urbe 424. habuerunt magistros, quos appellabant Viocuros & Vicomagistros.

9. *Grandis ut exiguam, &c.*] Ex apologo noto. vide Horat. sat. 3. lib. 2. ℣ſ. 308. unde hoc epigr. sumptum videtur.

De Erote. LXXX.

PLorat Eros, quoties maculosæ pocula myrrhæ
Inspicit, aut pueros, nobiliusve citrum.
Et gemitus imo ducit de pectore, quod non

Tota

Notat hic Erotem, qui apertè flebat, quum venales thesauros, inani marsupio, frustrà, dolentibusq; oculis spectaret; nec inopiam, nec affectum dissimularet: cum quo, alios æquè egentes ac Eros erat, sed ridentes in speciem & mendicitatem risu tegentes, componit.

1. *Plorat Eros, &c.*] Quod non habet, unde hæc omnia emat, quæ licitari gestiebat Mamurra. epigr. 60. lib. 9. *Myrrhæ.*] De poculis murrhinis, vide quæ ad epigr. 113. lib. 14.

2. *Citrum.*] Mensam citream. epigramm. 60. lib. 9. ℣ſ. 10.

3. *Imo promit.*] Anglic. Junii *ducit.* rectè.

4. *Tota*

Tota miser coëmat Septa, feratque domum.
Quam multi faciunt, quod Eros, sed lumine sicco!
Pars major lacrymas ridet, & intus habet.

4. *Tota Septa, &c.*] Omnia quæ venalia exponuntur in septis. epigr. 14. lib. 2. ⱴſ. 5. & epig 60. lib. 9. ⱴſ. 1. & 2. *Coëmat.*] Quidam hic legunt *cœnat*, quod hic absurdum.

5. *Lumine ficco.*] Sed tacite, oculis non lacrymantibus, absque lacrymis.

6. *Lacrymas ridet.*] Risu ficto coërcet dissimulatque lacrymas, quas intus concepit. Gr. γναθμοῖς γελᾶν ἀλλοτρίοις, id est, *alienis buccis ridere.* non ex animo, qui sc. spem vultu simulant, & premunt alium corde dolorem. Tum pro *habet*, quidam leg. *havet*, seu *avet.* Et Grutero ferè placeret, *lacrymans ridet.*

De Phyllide. LXXXI.

CUm duo venissent ad Phyllida mane fututum,
Et nudam cuperet sumere uterque prior:
Promisit pariter se Phyllis utrique daturam,
Et dedit. ille pedem sustulit, hic tunicam.

3. *Daturam.*] Epigr. 56. lib. 2. ⱴſ. 4.

4. *Et dedit, &c.*] Et utrique se præstitit *Donna* Phyllis seu Jana gemina, ἄμφω ποθοῦσα καὶ ὀπίσω λαβοῦσα.

Ad Gallum. LXXXII.

SI quid nostra tuis adicit vexatio rebus,
Mane, vel à media nocte togatus ero.
Stridentesque feram flatus Aquilonis iniqui,
Et patiar nimbos, excipiamque nives.
Sed si non fias quadrante beatior uno,
Per gemitus nostros, ingenuasque cruces:
Parce precor lasso, vanosque remitte labores,
Qui tibi non prosunt, & mihi, Galle, nocent.

Deprecatur officium anteambulonis, quod ait sibi nocere, amico nil prodesse.

1. *Si quid nostra, &c.*] Si cui tibi usui & emolumento esse possint officia à me cliente, cui submolesta hæc servitus.

2. *Togatus ero.*] Officiosus cliens, qui patronum togatus comitatur. Alii, *togatus eo.*

3. *Stridentesque.*] Juv. sat. 5. ⱴſ. 75.

6. *Ingenuasque cruces.*] Id est, tormenta ingenuorum seu liberorum hominum. Sic appellat officia & concursationes, quæ liberi homines tenuiores opulentioribus præstabant. *Gronovius.* *Ingenuasque cruces.*] Servilia officia, quæ non æquo animo fert ingenuus.

7. *Parce lasso.*] Palat. legit *fesso.*

8. *Mihi, Galle, nocent.*] Sic epigr. 71. lib. 1. ⱴſ. 17.

Ad Marinum. LXXXIII.

RAros colligis hinc & hinc capillos,
Et latum nitidæ, Marine, calvæ
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt jubente vento,
Redduntur que sibi, caputque nudum
Cirris grandibus hinc & inde cingunt.
Inter Spendophorum, Telesphorumque,
Cydæ stare putabis Hermeroten.
Vis tu simplicius senem fateri?
Ut tandem videaris unus esse?
Tonsor jam reliquos metat capillos,
Calvo turpius est nihil comato.

Calvum irridet Marinum, ut lib. 5. epigr. 50. Labienum.

1. *Raros colligis.*] Comas à fronte & temporibus utrinque rejicis & disponis ad tegendam calvam.

3. *Campum, &c.*] Calvam, quam epigrammate 59. lib. 5. vs. 7. dixerat *arcam.*

4. *Redeunt, &c.*] In suum locum defluunt.

5. *Redduntur que sibi.*] Idem quod ante dixit, *redeunt.*

6. *Cirris grandibus.*] Cirri, capillamenta velut in nodum collecta, Belg. *Hayr-locke.*

7. *Inter Spendophorum, &c.*] Ita calva tua utrinque cirrata, videtur esse caput calvi Hermerotæ, inter capita cirrata duorum puerorum Spendophori & Telesphori. vide calvam Labieni. epigr. 59. lib. 5.

8. *Cydæ stare putabis, &c.*] Cydæ nescio cujus filius, Hermerotes vel Telesphorus. Quid si legas cum Heraldo, *Sic adstare putabis, &c.* Et sequenti versu, *Vis tu simplicius? senem fatere.* Respondeo: male fecerim. Nam *Cydæ* vocabulum non esse mutandum satis probat Scriverius: illud autem, *vis tu fateri*, eleganter dictum ostendimus ad Senecam de ira 3, 38. & epistol. 58. *Gronovius.*

12. *Comato.*] Calvitiem dissimulante, ut comatus videatur.

De Afro, ad * Cæditianum. LXXXIV.

MIraris, quare dormitum non eat Afer?
Accumbat cum qua Cæditiane vides.

De

* *Cæditianum.*] Alii, *Cæcilianum.*

2. *Qua Cæditiane vides.*] Quam vetula & deformi uxore.

Ele-

De Ladonte nauta. LXXXV.

Iam senior Ladon Tiberinæ nauta carinæ
Proxima dilectis rura paravit aquis.
Quæ cum sæpe vagus premeret torrentibus undis
Tybris, & hiberno rumperet arva lacu:
Emeritam puppim, ripa quæ stabat in altâ,
Implevit saxis, opposuitque vadis.
Sic nimias avertit aquas. quis credere posset?
Auxilium domino mersa carina tulit.

Elegans & venustum epigramma ab eventu natum; quum demersa nave servatus est nauta,. qui salva periisset.

2. *Proxima dilectis, &c.*] Juxta Tiberim sibi assuetum dilectumque, rus emit.

3. *Vagus.*] Inundans.

5. *Emeritam puppim, &c.*] Quæ cessabat, postquam Ladon à duro nautæ labore emeritus, rus hoc emisset. Vel fatiscentem jam & cariosam.

6. *Opposuitque vadis.*] Molem ad cohibendum inundationis impetum.

8. *Mersa carina tulit.*] Quæ alias mergit vectorem.

De Lauro. LXXXVI.

NEmo novâ caluit sic inflammatus amicâ,
Flagravit quanto Laurus amore pilæ.
Sed qui primus erat lusor, dum floruit ætas;
Nunc, postquam desit ludere, prima pila est.

3. *Qui primus erat lusor.*] Qui juventutem pilæ ludo elusit, senex jam pannosus est instar pilæ compitalis. & eleganter jocatur inquiens, qui *primus erat lusor pilæ*, jam factus est *prima pila*. Alludit ergò in pilæ lusorem, qui cum florente ætate primus esset in arte pilæ, postquam desiit per senectutem ludere, factus est *prima pila*, id est, contemptui habetur, ut illa pila, quæ prima objicitur tauris iratis, quam discerpunt & lacerant cornibus. Sic Mart. lib. 2. epigr. 43.

At me quæ passa est furiati cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima suam.

Pilæ taurariæ vocantur in veteribus Glossis, & exponuntur ταυροκαθάπται). *Salmas.*

De natali Restituti. LXXXVII.

OCtobres age sentiat Calendas
Facundi pia Roma Restituti.

Lin-

Multa clientum & ampla munera, Restituto precatur in natali die: se pro muneribus carmen, quod munus est poëtæ, mittere.

1. *Octobres Calendas.*] Qui Restituti dies natalis. ad hunc Rest. Plin. epistol. 17. lib. 6. & lib. 7. epistol. 1. *Sentiat.*] Advertat, observet, celebret missis muneribus. epigramm. 64. libro 8.

Linguis omnibus & favete votis.
Natalem colimus, tacete lites.
Absit cereus aridi clientis,
Et vani triplices, brevesque mappæ
Expectent gelidi jocos Decembris.
Certent muneribus beatiores.
Agrippæ tumidus negotiator
Cadmi municipes ferat lacernas.
Pugnorum reus, ebriæque noctis
Cœnatoria mittat advocato.
Infamata virum puella vicit?
Veros sardonychas, sed ipsa tradat.
Mirator veterum senex avorum,
Donet Phidiaci toreuma cæli.
Venator leporem, colonus hædum,
Piscator ferat æquorum rapinas.
Si mittit sua quisque, quid poëtam
Missurum tibi, Restitute, credis?

3. *Linguis omnibus.*] Silentio & votis favete sacris. *formula in sacris solennis.* Brisson. l. 1. form. *Tacete lites*] *Rituale verbum:* Rebus divinis, ut faverent linguis, imperabatur, utque litibus & jurgiis abstinerent. Cic. 1. de Divinat.

5. *Absit cereus, &c.*] Non mittantur Restituto vilia pauperculorum clientum muneta, cerei, pugillares, mappæ; mittantur hæc in Saturnalibus Decembr.

6. *Vani triplices.*] Pugillares trium paginarum. *Vani.*] Nulli, contempti, viles.

8. *Certent, &c.*] Ditiores amici & clientes mittant certatim munera pretiosa.

9. *Agrippæ, &c.*] Qui in Agrippæ porticu & Septis campi Martii superbas & pretiosas merces vendebat.

10. *Cadmi municipes, &c.*] Tyrias, purpureas. epigr. 43. lib. 2. ỳs. 7.

11. *Pugnorum ebriæque noctis.*] Petulantiæ & vis per ebrietatem noctu cuipiam illatæ, cujusmodi describit Juvenal. sat. 3. ỳs. 278.

12. *Cœnatoria mittat.*] Lænas, vestes quibus in cœna antiqui utebantur. δειπνίτιδας. Sic & *forensia* dixerunt, vestes quibus utebantur foris. *Lugubria* quoque dixit Seneca: vestes lugubres. *Advocato.*] Tibi.

13. *Infamata, &c.*] Adulterii rea, quæ te patrono absoluta, accusatorem vicit, mittat tibi gemmas, sed non fictitias. sic epigr. 60. lib. 9. ỳs. 19.

15. *Mirator veterum senex avorum.*] Non video, quid hic *avi* isti faciant: & suspicor scribendum, *laborum:* ut epigramm. 89. *Juno, labor, Polyclete, tuus:* & lib. 14. *nam Myos iste labor.* Qui miratur, inquit, operis antiqui vasa, donet toreuma Phidiacum. *Mirator, &c.*] Qualem se profitebatur Euctus ep. 6. l. 8.

16. *Phidiaci, &c.*] Crateras & statuas à Phidia nobili toreute torno ac cœlo affabrè factas. epig. 13. l. 6. vers. 1.

20. *Credis.*] Carmina.

Ad Cottam. LXXXVIII.

Omnes perſequeris prætorum, Cotta, locellos;
Accipis & ceras: officioſus homo es.

2. *Officioſus homo es.*] Omnia armaria & loculos, nec non tabellas, vulgo *recordes* excutis, quo liticulam aliquam nanciſcaris: Officioſus Cotta es. Ironicè.

De ſtatua Junonis. LXXXIX..

Juno labor, Polyclete, tuus, & gloria felix,
Phidiacæ cuperent quam meruiſſe manus:
Ore nitet tanto, quanto ſuperaſſet in Ida
Judice convictas non dubitante deas.
Junonem, Polyclete, ſuam niſi frater amaret,
Junonem poterat frater amare tuam.

Laudat ſtatuam Junonis à Polycleto ſtatuario factam.

1. *Labor, &c.*] Opus Polycleti inſignis ſtatuarii.

2. *Phidiacæ, &c.*] Epigramm. 13. lib. 6. ✝ſ. 1.

3. *Ore nitet tanto, &c.*] Si hac forma fuiſſet Juno ipſa in contentione cum Pallade & Venere de pulchritudine, ipſi adjudicaſſet litem arbiter Paris. *In Ida.*] Monte Phrygiæ, ubi Paris de Junonis, Minervæ & Veneris venuſtate arbiter factus eſt.

5. *Junonem, Polyclete, ſuam.*] Sororem uxoremque ſuam. *Frater.*] Jupiter.

6. *Junonem tuam.*] Statuam hanc tuam.

In * Ligellam. XC.

Quid vellis vetulum, Ligella cunnum?
Quid buſti cineres tui laceſſis?
Tales munditiæ decent puellas.
Nam tu jam nec anus potes videri.
Iſtud, crede mihi, Ligella, belle
Non mater facit Hectoris, ſed uxor.
Erras, ſi tibi cunnus hic videtur;
Ad quem mentula pertinere deſit.

Quare

* *Ligellam.*] Palat. legit *Ligela*, ut forſan eadem ſit cum illa, cujus meminit lib. 12. epigr. 7.

1. *Vellis vetulum, &c.*] Expilas, ut tenerior, junſorque videare.

2. *Quid buſti, &c.*] Quid ſuſcitas cineres & ſopitos ignes demortuæ & ſepultæ libidinis tuæ?

6. *Non mater, &c.*] Non anus ut Hecuba, ſed firmæ ætatis mulier, ut Andromache.

Quare si pudor est, Ligella, noli
Barbam vellere mortuo leoni.

10. *Barbam vellere, &c.*] Exstimulare ad libidinem fœtidum os mortuum. alludit ad proverb. *tondere leonem, & vellere barbam leoni.* hoc est, irritare ad iras. quòd periculosæ plenum opus est aleæ. vide epigramm. 93. libro 6. ꝟs. 3. & Annot. Prior. Jo. Bapt. Pii cap. 15. ubi ad explicationem hujus epigrammatis nimis multa. *Mortuo leoni.*] Frustra scil. vetulam vulvam ad libidinem stimulas, est enim mortua.

De Almone. XCI.

OMnes eunuchos habet Almo, nec arrigit ipse,
Et queritur, pariat quod sua Polla nihil.

Vide epigr. 67. lib. 6. & 39. ꝟs. 21. & Juv. sat. 6. ꝟs. 367.

Ad Marium. XCII.

MAri, quietæ cultor, & comes vitæ,
Quo cive prisca gloriatur Atina:
Has tibi gemellas barbari decus luci
Commendo pinus, ilicesque Faunorum,
Et semidoctâ villici manu structas
Tonantis aras, horridique Silvani,
Quas tinxit agni sæpe sanguis, aut hœdi,
Dominamque sancti virginem deam templi,
Et quem sororis hospitem vides castæ
Martem mearum principem Calendarum,
Et delicatæ laureum nemus Floræ,

In

Relictum Mario rusculum suum, poëta rediturus in patriam commendat.

1. *Quietæ, &c.*] Privatum hunc & rebus rusticis deditum fuisse ostendit.

2. *Atina.*] Italiæ urbs antiqua, ex iis una quæ Turno adversus Æneam arma fabricavit. Virgil. 7. Æneid. *Atina potens, Tiburque superbum, &c.*

3. *Has tibi.*] Rediturus in patriam meam commendo tibi rusculum meum Nomentanum cum diis & sacris. *Gemellas, &c.*] Duas pinus, atque ilices, Fauno & diis agrestibus sacras.

6. *Tonantis aras.*] Jovis. *Horridique Silvani.*] Hirsuti, capripedis, cornuti, cui & pinus consecrata.

7. *Tinxit agni, &c.*] *Ritè.* Horat. od. 4. lib. 1. idem.

8. *Dominamque, &c.*] Dianam, cui dicatur templum cum luco, ut nemorum reginæ.

9. *Quem sororis, &c.*] Dianæ frater erat Mars.

10. *Mearum, &c.*] Cujus Calendis mihi prima affulsit lux, natalis scil. meus, epigr. 24. supra & lib. 9. epigramm. 53.

15. *Ubi-*

In quod Priapo perſequente confugit.
Hoc omne agelli mite parvuli numen
Seu tu cruore, ſive thure placabis:
Ubicunque noſter Martialis eſt, dices,
Hac, ecce: meum dexterâ litat vobis
Abſens ſacerdos; vos putate præſentem;
Et date duobus, quidquid alter optarit.

15. *Ubicunque noſter, &c.*] Dices, Martialis noſter ubicunque eſt, abſens tamen mea hac dextra vobis hæc ſacra facit. *Noſter.*] Alii leg. *veſter.*

18. *Date duobus, &c.*] Omnia utrique fauſta bonáque.

Ad Clementem. XCIII.

SI prior Euganeas Clemens Helicaonis oras,
Pictaque pampineis videris arva jugis;
Perfer Ateſtinæ nondum vulgata Sabinæ
Carmina, purpureâ ſed modo ſuta togâ.
Ut roſa delectat, metitur quæ pollice primo:
Sic nova nec mento ſordida charta juvat.

Librum novum Sabinæ, Clementis uxori mittit; quem à novitate commendat.

1. *Si prior.*] Ut primum adveneris oras & arva Patavii vineis conſita. *Euganeas Clemens.*] Patavini dicti ſunt Euganei, quaſi εὐγενεῖς, Henetis ſcilicet & Trojanis oriundi. *Helicaonis oras.*] Filii Antenoris qui Patavium condidit. male legitur ab aliis, *Heliconis in oras.*

3. *Ateſtinæ nondum, &c.*] Ateſte civitas Venetorum, unde Sabina uxor Clementis hujus.

4. *Purpureâ ſed modo culta togâ.*] Olim hic legebatur, *ſuta*: ſed illud melius ſibi videri teſtatur Gruterus. At Scriverius: Non probo *carmina ſuta toga*, niſi placeat homo ſutus toga. Sic tamen & optimi libri, & diſpar ratio eſt: nam homo induit togam, non ei inſuitur: at liber proprie non induit integumentum ſuum, ſed ei inſuitur. Quare omnino retineo veterem ſcripturam. *Gruter.* *Purpuræ, &c.*] Tecta purpura. epigr. 2. lib. 3. vſ. 10. Sic epigr. 1. lib. 11. *cultus Sidone.* vulg leg. *ſuta togâ.*

6. *Nec mento, &c.*] Non villoſa & barbata aſſiduo uſu trita. epigr. 67. lib. 1. vſ. 8.

Munuſculum pomorum. XCIV.

NOn mea Maſſylus ſervat pomaria ſerpens,
Regius Alcinoi nec mihi ſervit ager:
Sed

Amico empta mittit poma.

1. *Non mea, &c.*] Non mihi ſunt aurea & nobilia mala, quæ cuſtodiat draco vigil Ladon, ut in hortis Heſperidum in Libya, cujus pars Maſſylia.

2. *Regius Alcinoi, &c.*] Nec nobilis hortus Alcinoi. epig. 64. lib. 4. verſ. 28.

Sed Nomentanâ securus germinat hortus
Arbore, nec furem plumbea mala timent.
Hæc igitur, mediâ quæ sunt modo nata Suburrâ,
Mittimus autumni cerea poma mei.

3. *Sed Nomentana.*] Prædiolum suum in Nomentano agro poëta frequenter canit. *Securus.*] Causam adjungit, quod plumbeos lapidosósq; fætus edant, quos appetebat nemo. Non timens fures.
4. *Plumbea, &c.*] Non aurea, non nobilia.
5. *Mediâ quæ, &c.*] Empta Romæ in medio vico, ubi forum pomarium. sic epigr. 61. lib. 9.
6. *Autumni, &c.*] Horti & Autumni mei matura poma.

Ad Gallam. XCV.

INfantem tibi vir, tibi, Galla, remisit adulter.
Hi, puto, non dubiè se futuisse negant.

Neuter agnoscit suam esse prolem, ut qui tecum rem non habuerint. Quid ergo? vide epigr. 5. lib. 9. tacet scil. Galla. epigr. 96. lib. 3. ℣. 2.

Ad Avitum. XCVI.

SÆpe loquar nimium gentes quod, Avite, remotas
Miraris, Latiâ factus in urbe senex;
Auriferumque Tagum sitiam, patriumque Salonem,
Et repetam saturæ sordida rura casæ.
Illa placet tellus, in qua res parva beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.
Pascitur hîc. ibi pascit ager: tepet igne maligno
Hîc focus, ingenti lumine lucet ibi.
Hîc pretiosa fames, conturbatorque macellus,
Mensa ibi divitiis ruris operta sui.
Quattuor hîc æstate togæ, pluresve teruntur,
Autumnis ibi me quattuor una tegit.
I, cole

Caussas hic reddit, cur patriam cogitet, solum Hispanum cum Romano confert.
1. *Remotas.*] Hispanas, ad quas anhelare videar cum eas usque loquar, & tamen Romæ consenescam. Romæ enim supra quatuor & triginta annos vixerat.
2. *Auriferumque, &c.*] Patriæ appetam fluvios & agros. epigr. 50. lib. 1. ℣. 15. & 12.
7. *Pascitur hic, &c.*] Epigr. 58. supra ℣. 9. *Igne maligno.*] Lignis multo emptis.
9. *Pretiosa fames.*] Arida cœna & famelica magno empta pretio. *Conturbatorque macellus.*] In quo decoctis opibus conturbantur rationes. epigr. 26. lib. 7. ℣. 10. Alii leg. *conturbaturque macellus.* Alii *conturbatrixque macelli Mensa, ibi.*

13. *I, cole*

I, cole nunc reges: quicquid non præstat amicus,
Cum præstare tibi possit, Avite, locus.

13. *I, cole, &c.*] Dominos Romanos & patronos, assiduis nequicquam officiis prosequere. *Amicus.*] Patronus cultus.
14. *Locus.*] Patria.

De Numa. XCVII.

DUm levis arsurâ struitur Libitina papyro,
Dum myrrham, & casiam flebilis uxor emit:
Jam scrobe, jam lecto, jam pollinctore parato
Hæredem scripsit me Numa: convaluit.

Suam infelicitatem, Numæ dolet saluti fuisse. quod scriptus hæres, hero revalescente proscriptus sit.

1. *Dum levis, &c.*] Dum tibi deplorata jam salutis & vitæ spe, parantur quæ ad funera spectant & rogum. *Struitur Libitina.*] Dum paratur rogus. Libitina dea sepulchralis & funerum præses. epigr. 43. lib. 8. ✝ſ. 4. *Papyro.*] Lectulus feralis priscis altus fuit & sublimis, præsertim lautioribus; itaque pulvini papyro & tomento farti turgebant. Alii censent *papyrum* ligni esse speciem. vide epigramm. 44. lib. 8. vers. 14.

2. *Myrrham, &c.*] Aromata rogo injicienda, & ossibus cineribusque urnæ datis miscenda. epigr. 26. supra.

3. *Scrobe.*] Sepulchro, tumulo. *Lecto.*] Ferali, quo efferendus erat. Declarat ergò poëta, Numam jam conclamatum & depositum fuisse. *Pollinctore parato.*] Νεκρολούτης, qui cadaver lavat & ungit.

In Publium. XCVIII.

ADdat cum mihi Cæcubum minister,
Idæo resolutior cinædo,
Quo nec filia cultior, nec uxor,
Nec mater tua, nec soror recumbit:
Vis spectem potius tuas lacernas,
Aut citrum vetus, Indicosque dentes?
Suspectus tibi ne tamen recumbam,
Præsta de grege, sordidâque villâ
Tonsos, horridulos, rudes, pusillos
Hircosi mihi filios subulci.

Perdet

1. *Addat Cæcubum.*] Temperet, effundat.
2. *Idæo, &c.*] Ganymede, epigr. 43. lib. 2. ✝ſ. 13.
5. *Spectem, &c.*] Vide epig. 26. lib. 9.
6. *Citrum, &c.*] Citream mensam, quam eburnei sustinent pedes. epig. 43. lib. 2. ✝. 9.
8. *Præsta de grege, &c.*] Præsta ministros incultos.

11. *Pu-*

Perdet te pudor hic: habere, Publi,
Mores non potes hos, & hos ministros.

11. *Pudor hic, &c.*] Quo videri vis atque haberi pudicus. Alii, *dolor.* rectè.

12. *Hos, &c.*] Pudicos & castos, quales fingis.

De figura Socratis. XCIX.

SI Romana forent hæc Socratis ora, fuissent
Julius in Satyris qualia Rufus habet.

Si hæc Socratis imago Romano cultu effingeretur; certe ad vivum exprimeret gravitatem Julii Rufi qualis deridetur à Satyricis, *vel* qui refert Satyrum. namque & Socrates fuit naso simo & oculis emissitiis, Sileno haud absimilis, uti describitur à Platone & Xenophonte. *vel.* Si hæc Socratis imago cultu Romano expressa esset, posset quidem haberi pro effigie Julii Rufi, quæ posita est in Satyris, loco quodam in VIII. Regione urbis, ubi spectantur 4. Satyrorum imagines. *Pet. Scriverius.*

In commiscentem versus operi suo. C.

QUid, stulte, nostris versibus tuos misces?
Cum litigante quid tibi, miser, libro?
Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquilisque similes facere noctuas quæris?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte, frustra crure ligneo curres.

2. *Litigante, &c*] Qui tibi litem intendit, & contra te dicit, *Fur es.* ut epigr. 54. lib. 1. ✝ſ. 11.

3. *Quid congregare, &c.*] Quid nobilibus, claris, altisque carminibus inseris ignobiles, tenebrosos, & claudicantes versus tuos? hujusmodi comparationes in eodem argumento. vide epigr. 55. & 73. lib. 1.

5. *Habeas licebit, &c*] Non magis convenit carminibus meis cum tuis, quam si quis haberet alterum pedem perniciſſimi cursoris Ladæ, alterum ligneum. Ladæ velocitatem celebrant Pausanias in Corinth. & Arcad. ep. 4. Antholog. Juvenal. sat. 13. &c.

De Capitolino. CI.

ELysio redeat si forte remissus ab agro
Ille suo felix Cæsare Galba vetus;
Qui Capitolinum pariter, Galbamque jocantes
Audierit: dicet, rustice Galba tace.

De

Si reviviscat Galba nobilis ille Cæs. Augusti scurra. ep. 42. lib. 1. ✝ſ. 12. & jocis salibusque cum Capitolino contendat, rusticus videretur & insulsus præ Capitolino. Pro *Galba*, alii legunt *Gabba*, & Dorleans *sua Gaba.*

Aliena

De Phileno. CII.

QUa factus ratione sit requiris,
Qui nunquam futuit, pater Philenus?
Gaditanus, Avite, dicat istud:
Qui scribit nihil, & tamen poëta est.

Aliena opera hic poëta est, ille pater. An Canius sit hic Gaditanus, de quo epigrammate 62, libro 1. versu 9. N. L.

Ad municipes suos Bilbilitanos. CIII.

MUnicipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidus quem Salo cingit aquis;
Ecquid læta juvat vestri vos gloria vatis?
Nam decus & nomen, famaque vestra sumus.
Nec sua plus debet tenui Verona Catullo,
Meque velit dici non minùs illa suum.
Quattuor accessit tricesima messibus æstas,
Ut sine me Cereri rustica liba datis.
Mœnia dum colimus dominæ pulcherrimæ Romæ;
Mutavere meas Itala regna comas?
Excipitis reducem placidâ si mente, venimus:
Aspera si geritis corda, redire licet.

Reditum in patriam suis civibus denuntiat.

1. *Municipes.*] Cives. *Augusta, &c.*] Colonia scil. Bilbilis & in æreo Tiberii nummo inscripta *Augusta*, teste Adelpho Occone in Tiberio. Alii leg. *angusta*. Et ut Gruterus inquit, *angusta agri* vocabitur Bilbilis, cui ferè nihil additum agri, ob montem in quo ponitur. Et pro *acri*, Alii legunt *alto*: alibi enim Bilbilim pendulam appellat, ut alto monte sitam fuisse intelligas. ut epigr. insequenti. & epigr. 50. lib. 1. & Sidon. Apollinar. cap. 21.

2. *Quem.*] Ita Scriv. & MS. noster, vulg. *quos*. *Salo.*] Quo ferrum duratur quod cæteris antefertur; ipsique urbi claritatem peperit. epig. 50. l. 1. vers. 11.

3. *Ecquid læta, &c.*] A claris enim ingeniis illustrantur plurimum civitates.

5. *Tenui.*] Nitido, culto. *Verona.*] Sic epig. 63. lib. 1.

7. *Quattuor accessit, &c.*] Jam per 34. autumnos, quibus vos sacra facitis Cereri, absfui à vobis, vixique Romæ. epigr. sequent. vers. 9.

9 *Dominæ, &c.*] Epigr. 4. lib. 1. vers. 2.

10. *Mutavere, &c.*] Nigras canis mutavere.

12. *Aspera, &c.*] Ut postea cum stomacho expertus est; si verus ipse lib. 12. epistola. Ultimum distichon abjudicant Martiali.

Ad

Mittit

Ad Librum. CIV.

I Nostro comes, I libelle Flacco
Longum per mare, sed faventis undæ,
Et cursu facili, tuisque ventis
Hispanæ pete Tarraconis arces.
Illinc te rota tollet, & citatus
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
Quinto forsitan essedo videbis.
Quid mandem tibi quæris? ut sodales
Paucos, sed veteres, & ante brumas
Triginta mihi quattuorque visos
Ipsâ protinus à via salutes,
Et nostrum admoneas subinde Flaccum.
Jucundos mihi nec laboriosos
Secessus pretio paret salubri,
Qui pigrum faciant tuum parentem.
Hæc sunt. jam tumidus vocat magister,
Castigatque moras; & aura portum
Laxavit melior. vale libelle:
Navem, scis puto, non moratur unus.

Mittit librum ad Flaccum amicum quem in Hispaniam iturum monet, uti veteres amicos salutet.

1. *Flacco.*] In Hispaniam ituro.

2. *Faventis undæ.*] Sed placidum mare.

4. *Tarraconis arces.*] Urbis, unde illa Hispaniæ regio, in qua Bilbilis.

5. *Rota.*] Vehiculum.

7. *Quinto, &c.*] Quinti diei itinere ipse vehiculo vectus.

9. *Brumas.*] Epigr. proxime præced. vers. 7.

11. *Protinus, &c.*] Mox ut adveneris Bilbilin.

14. *Secessus spatio paret salubri.*] Immo *pretio*, ut omnes MSS. nec præterea mutandum quicquam: nam *salubre pretium* est modicum, quod facias salva re familiari. Sic Plinius lib. 1. epist. 24. *si prædiolum istud, quod commendatur his dotibus, tam salubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat.* Observavit hoc Salmasius ad Solinum. *Gronovius.* *Spatio salubri.*] Loco studiis apto. Alii *pretio.*

15. *Qui pigrum, &c.*] Ubi in ocio consenescat parens tuus, id est, autor libri, ego epigr. 43. lib. 6. vers. 10.


16. *Hæc sunt.*] Quæ tibi in Hispaniam meam proficiscenti mandata velim. *Tumidus, &c.*] Quem vocant rumidi venti: vel ipse rumidus & imperiosus, vectores jurgio cogit.

18. *Laxavit melior, &c.*] Vento secundo solventibus portu, jam laxiore facto navibus.

19. *Navem, &c.*] Non licet navi expectare unum, qui moram trahit, vectorem. Adagii species: *Unum non exspectat navis.* nam unus vir, nullus vir.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM LIBER XI.

I.



Uo tu, quo liber ociose tendis,
Cultus Sindone non quotidiana?
Numquid Parthenium videre? certe.
Vadas, & redeas inevolutus.
Libros non legit ille, sed libellos:
Nec Musis vacat, aut, suis vacaret.
Ecquid te satis æstimas beatum,
Contingunt tibi si manus minores?
Vicini pete porticum Quirini:
Turbam non habet otiosiorem
Pompejus, vel Agenoris puella,

Vel

Librum undecimum exire gestientem, & palatia aulamque affectantem coërcet, satisque feliciter cum eo actum iri dicit, si in porticibus & circulis ab otiosis legatur. *Rad.*

1. *Otiose.*] Absolutum ergò & domi otiosum, foras mittit ad otiosos.

2. *Cultus.*] Eleganter cultus pumice, minio, cedro, velamine purpureo, &c. ut epigr. 2. lib. 3. & lib. 5. epigramm. 9. vide epigramm. 16. lib. 2. *Sindon.*] Propriè amictus est vel torale. vel vestis ex tenui linteo. hic pro velamine libri.

3. *Parthenium, &c.*] De quo vide epigr. 6. lib. 5. & lib. 4. epigr. 45. Cum vero Parthenius interfectus sit sub initio Nervæ Imper. & prodierit hic liber Trajano Imp. videtur Poëta vel rationem temporum in epigrammatum libris non observasse, vel inceptum jam vivo Parthenio librum, absolvisse atque edidisse mortuo, vel non audivisse de morte Parthenii. Longe aliter hic legit Palatinus codex, nempe *Parthenium videre? certe.*

4. *Inevolutus.*] Non lectus, non explicatus.

5. *Libellos.*] Supplicum libellos quos Imperatori à cubiculis exhibet.

6. *Nec Musis vacat, &c.*] Quod si vacaret carminibus, certe vacaret suis pangendis, namque & ipse doctus & poëta. ut epigr. 6. lib. 5. ℣. 2. & lib. 12. epigr. 11.

8. *Minores.*] Plebejæ, vulgi. nisi & Palatinorum manibus teri affectes.

9. *Vicini pete, &c.*] In monte Quirinali habitavit Martialis, epigr. 58. lib. 10. ℣. 10. In Quirini autem porticu (quæ in valle Quirini, sat. 2. Juvenal. ℣. 133.) magnus erat hominum conventus, componendi negotiorum gratia.

11. *Pompejus.*] Porticus Pompejana, epigr. 14. lib. 2. ℣. 10. *Agenoris puella.*] Porticus Europæ. dict. epigramm. ℣. 3. & 15.

12. *Vel*

Vel primæ dominus levis carinæ.
Sunt illic duo, tresve, qui revolvant
Nostrarum tineas ineptiarum:
Sed cum sponsio, fabulæque lassæ
De Scorpo fuerint, & Incitato.

12. *Vel primæ dominus levis carinæ.*] *Levis* ajunt alludit epitheton Argus, ab ἀργὸς *levis*. Ineptissime. Immo *levis*, quia desultor amorum: ab Hypsipyla transiit ad Medeam, ab hac ad Creusam, ab Creusa rursus ad Medeam. Sic apud Ovidium: *Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura, Cur tua polliciti pondere verba carent.* Statius lib. 6. Thebaid. *At levis & nondum misera mihi notus Iason.* Gronovius. *Primæ dominus.*] Porticus Argonautarum. epigr. dict. ℣. 6. & epigr. 20. lib. 3. ℣. 1. Janus autem primus navigasse fertur à Poëtis. *Levis carinæ.*] Alludit etymon Argus, ab ἀργὸς levis.

14. *Nostrarum, &c.*] Nugas has meas, carmina hæc mea alias tineis & blattis relinquendas escas. *per modestiam sua extenuat.*

15. *Sed cum sponsio, &c.*] Et tamen legent hæc non nisi à Circi spectaculis ociosi & lassi, ubi cessarint sponsiones & sermones de factionibus & aurigis. Quum ergò dicit *sponsiones populi*, depositis pignoribus aut pecunia, de alicujus agitatoris victoria factas intelligit. *Scorpus* autem nobilis agitator fuit; & *Incitatus* equus nobilissimus & velocissimus, Circensibus curriculis & palmarum frequentia celebratissimus. vide Sueton. in Caligula cap. 54. Turneb. Advers. lib. 8. cap. 4. & lib. 18. cap. 30. *Fabulæque lassæ.*] Fabula & fabella illa ætate non pro ficto & composito ad arbitrium sermone, ut priscis Latinitatis temporibus; sed pro sermone quolibet, vel narratione, seu ficta, seu vera, quæ in ore populi versabatur, usurpata est. *Salmas.*

16. *Scorpo fuerint.*] Epigr. 50. & 53. lib. 10. *Incitato.*] Epigr. 76. lib. 10.

Ad Lectores. II.

TRiste supercilium, durique severa Catonis
Frons, & aratoris filia Fabricii,
Et personati fastus, & regula morum,
Quidquid & in tenebris non sumus; ite foras.
Clamant ecce mei, Iô Saturnalia, versus:
Et licet; & sub te præside, Nerva, libet.

Lecto-

1. *Triste supercilium, &c.*] Procul, ô procul este, facessite hinc, quotquot adestis tristis atque censorii supercilii, gravis tetricæque frontis & compositi vultus.

2. *Filia Fabricii.*] Pudica & dura, à patre duro.

3. *Regula morum.*] Censura, censoria regula, præfectura morum.

4. *Quidquid, &c.*] Castitas & luce gaudens pudicitia. Nox enim pudore vacat. Ovid. lib. 1. Amor. eleg. 6.

5. *Clamant ecce mei, &c.*] In quibus libertas & loquendi licentia. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 10. 11. pueri autem plaudentes clamabant, *Iô. Saturnalia.* Dioclet. lib. 58. *Saturnalia optimi dierum.* Catull.

6. *Sub te præside, &c.*] Quo Imperatore vera fruimur libertate. *Libet.*]

Ita

Lectores tetrici salebrosum ediscite Santram:
Nil mihi vobiscum est: iste liber meus est.

Ita MS. Bodleianus, cui concinunt duo Gruteri. Vulg. *licet*.

7. *Lectores, &c.*] Conjungit hoc distichon præcedenti epigramm. ex autoritate MSS. Petr. Scriverii. *Salebrosum, &c.*] Duris numeris philosophica scribentem consulta, nec molli fluentem carmine.

8. *Meus est.*] Mollis. immo lascivus, ne dicam impius. infra epigr. 16.

De suis libellis. III.

NOn urbana mea tantum Pimpleïde gaudent
Ocia, nec vacuis auribus ista damus:
Sed meus in Geticis ad Martia signa pruinis
A rigido teritur centurione liber.
5 *Dicitur & nostros cantare Britannia versus.*
Quid prodest? nescit sacculus ista meus.
At quàm victuras poteramus pangere chartas,
Quantaque Pieria prælia flare tubâ;
Cum pia reddiderint Augustum numina terris,
Et Mæcenatem si mihi Roma daret!

Legi se quidem ubique gentium dicit; sed nihil se inde legere. Majorem se vatem futurum, ubi majores fuerint Mæcenates.

1. *Urbana, &c.*] Rom. cives ociosi. *Pimpleïde gaudent.*] Carminibus meis, Musa, à fonte Macedoniæ seu Pieriæ dictâ.

3. *Geticis, &c.*] Duas in Dacos expeditiones suscepit Cæsar. Xiphilin. in Nerva.

6. *Nescit sacculus, &c.*] Illi quidem legunt carmina mea, sed ego nihil inde lego nummi.

7. *Victuras prælia, &c.*] Grande epos & victurum; quo bella & gesta Cæsaris canerem.

9. *Cum pia, &c.*] Si mihi Roma alterum daret Mæcenatem, ut Dii dederunt Romæ alterum Augustum in Nerva.

Precatur deos pro Nerva Trajano. IV.

SAcra, Laresque Phrygum, quos Trojæ maluit hæres,
Quam rapere arsuras Laomedontis opes:
Scriptus & æterno nunc primum Jupiter auro,
Et

1. *Sacra.*] Vittæ, Vestæ ignis ἄσβεστ, æterne, &c. *Laresque, &c.*] Minerva Jupiter, Juno. quos recenset disticho seq. qui tres aëris regiones referant, unde & *penates* dicti, per quos penitus spiramus. vide Macr. Satur. lib. 3. cap. 4. *Trojæ hæres.*] Æneas. vide Ælian. lib. 3. Var. hist. cap. 22. Alii legunt *heros*. heroës enim dicti sunt priscis, viri fortes & semidei.

2. *Laomedontis opes.*] Trojanas, à Laomedonte Priami patre.

3. *Scriptus, &c.*] Effictus, inscriptus, insignitus aurea imagine.

 4. *Soror.*]

Et soror, & summi filia tota patris:
Et qui purpureis jam tertia nomina fastis
Jane, refers Nervæ; vos precor ore pio:
Hunc omnes servate ducem, servate senatum:
Moribus hic vivat principis, ille suis.

4. *Soror.*] Juno. *Filia tota patris.*] Minerva, ἀμήτωρ, è Jovis cerebro nata, patrima virgo.

5. *Qui, &c.*] Jane custos Fastorum, in quos referuntur nomina consulum, adeoque Nervæ, qui Imperii anno gessit tertium consulatum cum Virgil. Rufo, Junius de tertio consulatu Ulpian. Nervæ Trajani intelligit. *Purpureis jam, &c.*] Epigr. 26. lib. 12. ỳs. 3.

8. *Hic.*] Senatus. *Ille suis.*] Nerva Imper.

In laudem Nervæ Trajani. V.

TAnta tibi est recti reverentia, Cæsar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat: sed Numa pauper erat:
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores;
Et cum tot Cræsos viceris, esse Numam.
Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si vacuare nemus:
Te colet invictus pro libertate Camillus;
Aurum Fabricius, te tribuente, volet.
Te duce gaudebit Brutus; tibi Sylla cruentus
Impe-

2. *Sed Numa, &c.*] Non itaque tam miranda atque ardua res in paupertate erat pietas & sanctitas.

3. *Opibus, &c.*] Non efferri & corrumpi à divitiis. Non tradunt mores opibus, qui adepti imperium & opes, non abutuntur iis ad fastum, aliorum oppressionem & injuriam: qui denique idem est dives, qui pauper erat.

4. *Cræsos viceris.*] Divites reges, Decebalum Dacorum, & Armeniæ Parthiæque reges. Xiphilin. Trajan. *Numam.*] Sanctum, æquum, continentem, qualis fuit Numa secundus Romanor. rex.

5. *Si redeant veteres, &c.*] Si revivіscant ab inferis reversi antiqui illi clarique Romani. Atque hinc novum ordiuntur aliqui epigramma à præcedenti tetrasticho divisum. Gruterus ex Palat. legendum contendit, *partes*.

7. *Pro libertate.*] Lips. lib. 1. Epist. quæst. 5. legit *præ libertate*. quasi dicat, Camillus te principem malit, quam suam illam libertatem. vel adeo potior eris ipsa Libertate. Et pro *volet*, alii leg. *colet*. *Camillus.*] Qui Romam à Gallis occupatam Dictator absens creatus, liberavit.

8. *Fabricius, &c.*] Qui continentissime in paupertate vivens, munera sibi à Pyrrho, & aurum à Samnitibus missum repudiavit.

9. *Brutus.*] Juniusne qui reges ejecit? an Marcus Brutus, unus è Julii Cæs. percussoribus? *Cruentus.*] C. M. hominum deleverat, senatores 90. consulares 15. equites 260.

10. *Impe-*

Imperium tradet, cum positurus erit.
Et te privato cum Cæsare Magnus amabit:
Donabit totas & tibi Crassus opes.
Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris,
Si Cato reddatur, Cæsarianus erit.

10. *Imperium tradet, &c.*] Quod non Julius Cæsar, non Augustus fecit: ille enim retinebit, & ob retentum Bruti manibus trucidatus peribit. Hic de reddendo cogitabit, aut potius redditurum simulabit. Nam imperia cum lætitia induuntur, cum molestia exuuntur. *Dorleans.* *Imperium tradet.*] Ut quondam dictaturam deposuit, secessitque Puteolos. Et quem Cæsar dixit, nescisse litteras, quod fasces abjecerit.

11. *Privato cum Cæsare.*] Non rerum summam affectante, idque civili bello.

12. *Crassus.*] Liciniusne Crassus, an Marcus, qui periit apud Parthos?

14. *Cato reddatur, &c.*] Qui sibi mortem consciuit Uticæ, ne videret Cæsarem: tua tamen æquitate adductus à Cæsare stabit. Quasi dicat, O Princeps, tanta est æquitas tua, ut vindices libertatis tibi servire malint, quam libere vivere.

Ad Romam. VI.

Unctis falciferi senis diebus,
Regnator quibus imperat fritillus,
Versu ludere non laborioso
Permittis, puto, pileata Roma.
Risisti: licet ergo, nec vetamur,
Pallentes procul hinc abite curæ:
Quidquid venerit obvium, loquamur,
Morosa sine cogitatione.
Misce dimidios puer trientes,

Qua-

1. *Unctis falciferi, &c.*] Feriis Saturni falcem gerentis (quod κρόνος χρόνος, id est, tempus omnia metat) in quibus unctæ cœnæ. Tum & festis diebus unguenti plurimus usus. Et in ipsa castra hæc voluptatis lenocinia penetravere. Plin. lib. 13. cap. 3. Et quid Saturni feriis unctius? quando cœnæ unctiores & elegantiores? *Her.*

2. *Regnator, &c.*] In quibus impune regnat alea *Fritillus* ergo pyrgus seu turricula, ex qua tesseræ excutiuntur. epigr. 14. lib. 4. ✠. 8. 9. & epigr. 85. lib. 5. ✠. 3.

3. *Non laborioso.*] Facili, jocoso.

4. *Pileata Roma.*] In Saturnalibus servi incedebant pileos induti velut domini: Nam & Romani aliis diebus nudo capite erant, aut caput veste velabant. Itaque veteres nullæ Romanorum statuæ cum pileo visuntur: eamque consuetudinem à prisca Græcia duxisse Eustachius asserit; quum apud Homerum, nec pilei, nec causiæ ulla mentio sit. Turneb. lib. 8. cap. 4.

5. *Risisti.*] Risu annuere & consentire videris.

9. *Trientes.*] Dimidius triens est sextans, hoc est, duo cyathi. epigr. 28. lib. 1. ✠. 2.

Quales Pythagoras dabat Neroni:
"Misce Dindyme, sed frequentiores,
Possum nil ego sobrius: bibenti
Succurrent mihi quindecim poëtæ.
Da nunc basia, sed Catulliana:
Quæ si tot fuerint, quot ille dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

10. *Pythagoras, &c.*] Puer è contaminatorum grege, cui nupsit Nero. Tacit. Annal. 15. quem Sueton. c. 29. Neronis Doriphorum nominat.

11. *Dindyme, &c.*] Puer, minister, epigr. 42. lib. 10. & epigr. 84. lib. 6.

12. *Bibenti.*] Calens mero (quod animi educit instrumenta) fundam carmina & exprimam ingenia xv. simul poëtarum. Exprimit certe Æschylum, Aristophanem, Anacreontem, Ennium, Horatium, &c. quibus vinum erat Hippocrene. lege Antipatri epigramm. Ω᾿ ἑλικὼν Βοιωτὲ, &c. lib. 2. Antholog. cap. 46.

14. *Catulliana.*] 3300. epigr. 34. lib. 6. ✠ſ. 7. vel infinita. *Namque quum* inquit *millia multa fecerimus, conturbabimus illa, ne sciamus: Aut ne quis, &c.* Catull. epigr. 5.

16. *Passerem Catulli.*] Carmen tibi non minus gratum quam Catullianum de passere Lesbiæ. Ang. Politianus obscœnum aliquid per passerem intelligi vult: sed Fr. Floridus asserit simplicem sensum, lib. 1. subcis. cap. 5.

Ad Paullam. VII.

IAm certe stupido non dices, Paulla, marito,
Ad mœchum quoties longius ire voles,
Cæsar in Albanum jussit me mane venire,
Cæsar Circeios. jam stropha talis abit.
Penelopæ licet esse tibi sub principe Nervâ;
Sed prohibet scabies, ingeniumque vetus.
Infelix quid ages? ægram simulabis amicam?
Hærebit dominæ vir comes ipse suæ:
Ibit & ad fratrem tecum, matremque, patremque;
Quas igitur fraudes ingeniosa paras?
Dicet & hystericam se forsitan altera mœcha

In

1. *Jam certe.*] Mortuo Domitiano, cujus imperium prætexebas adulteriis tuis. *Stupide, &c.*] Dolos tuos non sentienti.

3. *Cæsar.*] Domitianus.

4. *Circeios.*] Alii, *Circæos.* jussit me modo venire in Circæos. *Stropha talis abit.*] Dolus, fallacia: à στρέφω.

5. *Penelopæ.*] Castæ.

6. *Scabies, &c.*] Inveterata libidinis prurigo.

8. *Hærebit, &c.*] Maritus tuus te comitabitur.

11. *Hystericam, &c.*] Sic Turnebus lib. 8. cap. 4. id est, uteri strangulatione laborantem: ab ὑστέρα. sic & epi-

In Sinuessano velle sedere lacu.
Quanto tu melius! quoties placet ire fututum,
Quæ verum mavis dicere, Paulla, viro.

epigramm. 72. infra. Sunt qui legant. *Hictericam*, quasi morbo regio laborantem, minus apte.

12. *Sinuessano, &c.*] Sinuessanæ autem aquæ in Campania fœminarum sterilitati aliisque morbis medebantur. Plin. lib. 31. cap. 2. Cluv. Ital. lib. 3. cap. 10.

De basiis sui pueri. VIII.

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci;
Ultima quod curvo quæ cadit aura croco;
Poma quod hibernâ maturescentia capsâ:
Arbore quod verna luxuriosus ager;
De Pallatinis dominæ quod serica prælis;
Succina virgineâ quod regelata manu:
Amphora quod nigri, sed longe fracta Falerni;
Quod qui Sicanias detinet hortus apes:
Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum;
Quod

1. *Lassa quod, &c.*] Nihil potest magis fatuum hac scriptura dari. *Draucus* non est puer delicatus, sed bene & nimium vir. Quid autem suavius habent odores in aliquo Asiatico, Græco, Ægyptio, quam Italico? Ergo sufficiunt *hesterni*. Nihilo melius: aut enim evanuit ille odor aut sudore & spurco opere corruptus est. Præclare vero codex scriptus Pircheimeri vel Arondellianus: *Lapsa quod externis spirant opobalsama truncis.* Quod nihil est quam, illa peregrina & exotica opobalsama quod spirant. Sic Seneca: *Dives Sabæis colligit truncis Arabs.* Vide Diatriben. *Gronov.* *Lassa quod.*] Quod olent trita opobalsama delicati pueri ex Asia, Græcia, vel Ægypto. *Externi.*] Alii, *hesterni*, id est, ejus qui nocte præterita ἐχοίμησε. Rectè.

2. *Corycio.*] Recte Gruterus, *quod curvo*: & sic etiam Pircheimerianus. Sed male explicant de referente nescio quos curvos arcus, dum cadit in theatro. Immo *curvo* est marcescente & ultimas emittente vires. Ovidius: *Marcida demittant subito caput illa gravatum.* Gronov. *Corycio, &c.*] Epigramm. 64. lib. 3. ℣. 2. & epigr. 39. lib. 9. ℣s. 3. Gruterus ex opt. cod. *quod curvo.* recte. Videtur enim loqui de croco theatrali fistulatim expresso, & referente utcunque arcus curvos dum cadit.

3. *Poma quod, &c.*] Epigram. 64. lib. 3. ℣s. 1. *Capsâ.*] Qua poma hyeme servantur.

5. *Dominæ.*] Augustæ nempe vestimenta serica seu syntheses. Palatinis recondita prelis. epigr. 46. lib. 2. ℣s. 2.

6. *Regelata manu.*] Ut epigr. 92. lib. 3. ℣s. 12. hoc est attritu calefacta. epig. 38. lib. 5. ℣s. 13.

7. *Sed longe, &c.*] Odora enim per aërem diffusa gratiora sunt: propius autem admota obstruunt sensorium.

8. *Sicanias, &c.*] Siculas apes, mellificia Hyblæa.

9. *Cosmi redolent.*] Myropolæ. epigramm. 88. lib. 1. vers. 1. *Alabastra.*] Pyxides unguentariæ ex alabastro. *Focique deorum.*] Thure ardentes.

10. *Divi-*

Quod modo divitibus lapsa corona comis:
Singula quid dicam? non sunt satis; omnia misce:
Hoc fragrant pueri basia mane mei.
Scire cupis nomen? nil præter basia dicam.
Jurasti. nimium scire, Sabine, cupis.

10. *Divitibus, &c.*] Proinde nardo & unguento delibutis.

13. *Nil præter basia dicam.*] Alii, *Si propter basia, dicam. Jurasti. nimium scilicet. cap.* 8. Sensus est, Si nomen solummodo scire cupis basiorum caussa, dicam: id ipsum confirmas juramento? ô Sabine altius aliquid, juramentum istud premit. sc. hoc est, amore ejus deperis; itaque absit dicam nomen. *Gruter.*

14. *Nimium scire, &c.*] Aliquid ultra basia cupis, qui de pueri nomine quæris.

De statua Memoris. IX.

CLarus fronde Jovis, Romani fama cothurni,
Spirat Apellea redditus arte Memor.

1. *Clarus fronde Jovis.*] Quercna ornatus corona Jovis Capitolini. ep. 54. lib. 4. vers. 1. Gruterus vult, quercu coronatos fuisse omnes, quibus honor datus imaginis. *Romani fama.*] Tragicine carminis Poëta, an heroici? Tragicum fuisse testatur Placiades Fulgentius. *Cothurni.*] Epigr. 20. lib. 3. vers. 7.

2. *Spirat.*] Ad vivum expressa statua. *Apellea redditus, &c.*] Memoris statua, Apellis opus. alii leg. *Apollinea*, intelliguntque Memoris statuam in Apollinis bibliothecam receptam. ut Persii prolog.

De Turno. X.

COntulit ad Satyras ingentia pectora Turnus:
Cur non ad Memoris carmina? frater erat.

1. *Turnus.*] Epigr. 96. lib. 7. vers. 8.

2. *Carmina.*] Heroicane, an tragica? epigramm. præced. vers. 1. *Frater erat.*] Cessit illius carminis gloriam fratri, neque voluit se illi æmulum ingerere, ut Unicus. epigr. 44. lib. 12.

Ad puerum suum. XI.

TOlle puer calices, tepidique toreumata Nili,
Et mihi secura pocula trade manu,

Trita

Detestatur tecte luxum Romanorum, & cupit reduci priscorum parsimoniam.

1. *Tolle puer calices.*] Amove elaboratos calices vitreos ex Ægypto Romam allatos. *Toreumata Nili.*] Nili vitreos calices intelligit: de quibus l. 14. lemmate, Vitrei calices.

Aspicis ingenium Nili: quibus addere plura.
Dum cupit, ah quoties perdidit auctor opus.

2. *Et mihi secura, &c.*] Et trade mihi pocula fagina vel Saguntina; de quibus non sis solicitus ne labantur. epigramm. 108. lib. 14. *pectant securæ solicitæque manus.*

3. Trita

Trita patrum labris, & tonso pura ministro;
Antiquus mensis restituatur honor.
Te potare decet gemmâ, qui Mentora frangis
In scaphium mœchæ, Sardanapale, tuæ.

3. *Trita patrum labris.*] Fictilia, cujusmodi à Numa instituta sunt in honorem deorum, & ab antiquis Romanis in usu. *Tonso pura ministro.*] Non comato & calamistrato, sed rudi & simplici.

4. *Antiquus honor.*] Urnarum & calicum fictilium. Et revocentur prima sæcula, priscorum parsimonia & frugalitas.

5. *Gemmâ.*] Calice è gemmâ, vel gemmato poculo. *Qui Mentora frangis.*] *Qui pocula Mentorea nobilitata manu* (ut dixit epigr. 60. lib. 2. vers. 16.) diffringis, ut inde conficiatur mœchæ tuæ matula, dignum sane te homine molli & impuro poculum. Sed vide an placeat lectio, *Te potare decet gemma, qui Mentora frangis? In scaphio mœchæ Sardanapale tuæ.* quasi dicat, Magis convenit fictile scaphium, quam calix è gemma illi, qui Mentoris opera frangit.

In Zoilum. XII.

JUs tibi natorum vel septem, Zoile, detur:
Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

Zoilus quamvis notus, nesciebatur tamen unde esset natus, quem jus trium liberorum petentem, irridet.

1. *Jus tibi natorum, &c.*] Vis jure natorum clarescere, cum tibi natales sint ortu Nili obscuriores. Petas licet jus liberorum, septem vel sexcentorum, si placet, ipse usque obscurus eris & nullius filius, terra natus. *Neque tamen jus petebatur liberorum ultra tres.* epigramm. 91. lib. 2.

2. *Dum matrem, &c.*] Dummdo tibi nullus pater & mater sit; hoc est, nemo sciat, quo patre, aut matre sis natus.

Epitaphium Paridis Pantomimi. XIII.

QUisquis Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor.
Urbis deliciæ, salesque Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas,
Romani decus, & dolor theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidinesque,
Hoc sunt condita, quo Paris, sepulcro.

De

1. *Flaminiam, &c.*] Epigramm. 28. lib. 6. vers. 5.

2. *Nili.*] Ægypti. epigr. 42. lib. 4. vers. 35.

5. *Decus & dolor theatri.*] Decus dum viveret, dolor ex morte ejus.

6. *Omnes Veneres, &c.*] Vide Plauti epitaph. apud A. Gell. lib. 1. cap. 24.

7. *Paris, sepulcro.*] Histrio nobilis quem interfici jussit Domitianus, quod eum deperiret Domitia Augusta. Sueton. cap. 3. Domit.

De colono. XIV.

HÆredes, nolite brevem sepelire colonum.
Nam terra est illi quantulacumque gravis.

2. *Nam terra, &c.*] Qui pusillus cum sit, vel levissimæ terræ ferendæ non sufficit. *Ludit autem Poëta in formula* S. T. T. L. vide epigr. 89. lib. 1. vers. 2.

De libro suo. XV.

SUnt chartæ mihi, quas Catonis uxor,
Et quas horribiles legant Sabinæ;
Hic totus volo rideat libellus,
Et sit nequior omnibus libellis:
Qui vino madeat, nec erubescat
Pingui sordidus esse Cosmiano.
Ludat cum pueris, amet puellas:
Nec per circuitus loquatur illam
Ex qua nascimur, omnium parentem,
Quam sanctus Numa mentulam vocabat.
Versus hos tamen esse tu memento
Saturnalicios, Apollinaris.
Mores non habet hic meos libellus.

1. *Sunt chartæ, &c.*] Sunt mihi libelli quos legant castissimæ & pudicissimæ matronæ. sed hunc librum volo totum lascivire vino dissolutum, unguentis delibutum, nequitias loquentem & amores.

6. *Cosmiano.*] Unguento à Cosmo confecto. epigr. 88. libro 1. vers. 2.

8. *Nec per, &c.*] Planè & apertè; verbis dominantibus & rem signantibus. epigr. 67. lib. 3. vers. 7.

10. *Quam sanctus, &c.*] Quam prisci illi probique majores nostri non erubescebant proprio nomine inditare, & tanquam rudes Macedones, ligonem ligonis nomine appellare.

12. *Saturnalicios, &c.*] Libertate usos Decembri & licentiâ Saturnalibus permissâ. epigr. 2. supra vers. 5.

13. *Meus.*] Douzæ & Grutero arridet, *meus*.

Ad Lectores. XVI.

QUi gravis es nimium, potes hinc jam lector abire
Quo libet: urbanæ scripsimus ista togæ.
Nam mea Lampsacio lascivit pagina versu,

Et

2. *Urbanæ togæ.*] Plebi.

3. *Lampsacio versu, &c.*] Priapeio. Lampsacum oppidum est Hellesponti, in quo Priapus exquisite colebatur.

4. *Tar-*

Et Tartessiacâ concrepat æra manu.
O quoties rigida pulsabis pallia vena,
Sis gravior Curio, Fabricioque licet!
Tu quoque nequitias nostri lususque libelli
Uda puella leges, sis Patavina licet.
Erubuit, posuitque meum Lucretia librum:
Sed coram Bruto. Brute recede, leget.

4. *Tartessiaca, &c.*] Gaditana. Vide epigr. 71. lib. 6. vers. 2.
5. *Vena.*] Inguine.
8. *Uda puella leges.*] Vide Juvenal. Satyr. 9. vers. 65. *Patavina licet.*] Patavinæ mulieres audiebant castæ & pudicæ. Plin. epist. 14. lib. 1. vide ep. 42. lib. 6. vers. 4.
10. *Brute recede, leget.*] Et ipsa Lucretia utut pudica legerit, absente marito.

Ad Sabinum. XVII.

NOn omnis nostri nocturna est pagina libri:
Invenies & quod mane, Sabine, legas.

1. *Nocturna, &c.*] Ebria, petulans, impudica.
2. *Mane, &c.*] Sobrius, & salvâ verecundiâ.

Ad Lupum. XVIII.

DOnasti Lupe rus sub urbe nobis:
Sed rus est mihi majus in fenestra,
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
In quo ruta facit nemus Dianæ.
Argutæ tegit ala quod cicadæ,
Quod formica die comedit uno,
Clausæ cui folium rosæ corona est:
In quo non magis invenitur herba,

Quam

Suburbanum prædiolum poëtæ donarat fœnerator Lupus, ad quem sunt plura epigrammata. Hoc poëta mirificè μετ' μείωσιν per varias comparationes extenuat; ac tandem paranomasia concludit; malle se prandium, quam tale prædium. *Raderus.*
1. *Donasti Lupe.*] Huic geminum. vide 2. Antholog. Luciliani. Αγρόν Μηνοφάνης, &c. *Rus sub, &c.*] Prædiolum urbanum.

2. *In fenestra.*] Plebs Romana in fenestris alebat ad speciem hortorum flores & frutices. quod videmus in Hispania & Italia monachos facere, in fenestris ostendentes, arbuscula, malos citreas, hortulos pensiles, &c.
4. *In quo ruta, &c.*] Quem hortum ruta unica tegit obumbratque non secus ac si esset nemus Dianæ Aricinæ. *Hyperbolice*, ut cætera quæ seq.

 9. *Cesti*

Quam costi folium, piperve crudum:
In quo nec cucumis jacere rectus,
Nec serpens habitare tota possit.
Erucam male pascit hortus unam;
Consumpto moritur culex salicto;
Et talpa est mihi fossor, atque arator:
Non boletus hiare, non mariscæ
Ridere, aut violæ patere possunt.
Fines mus populatur, & colono
Tamquam sus Calydonius timetur,
Et sublata volantis ungue Procnes
In nido seges est hirundinino;
Et cum stet sine falce, mentulaque,
Non est dimidio locus Priapo.
Vix implet cochleam peracta messis,
Et mustum nuce condimus picatâ,
Errasti, Lupe, litera sed unâ:
Nam quo tempore prædium *dedisti,*
Mallem tu mihi prandium *dedisses.*

9. *Costi, &c.*] Quæ non nascitur in Italia, uti nec piper. Alii, *Cosmi.* Recte.
11. *Tota.*] Ita MS. noster. Alii, *tuta.* Gruter.
12. *Erucam, &c.*] Vermiculum qui olera depascitur? Belg. *Ruyp.*
13. *Salicto.*] Salictum idem quod salicetum, locus salice consitus.
15. *Boletus.*] Fungus. *Mariscæ.*] Ficus insipidæ.
18. *Sus Calydonius.*] Aper Ætolus. epigr. 15. lib. spect. vers. 1.
19. *Et sublata, &c.*] Cujus segetem seu herbam uno impetu correptam, aufert hirundo ad nidum condendum.
21. *Et cum stet, &c.*] Nec dimidio Priapo vel inermi locus est. epigr. 36. lib. 1. vs. 5. & 15. & lib. 3. epigr. 57.
24. *Picatâ.*] Allusum ad dolia & testas quæ picabantur, ne vina expirarent animam.
25. *Litera sed unâ.*] Litera *e* in *n* mutata. mallem *prandium* quam tale *prædium.*

In Gallam. XIX.

QUæris cur nolim te ducere, Galla? diserta es.
Sæpe solæcismum mentula nostra facit.

Ad

Pete hujus epigramm. ingenium & expositionem à Juven. Sat. 6. vs. 448. & 457. Ad Lucilii item epigr. cap. 46. lib. 2. Antholog. τῇ χειρὶ σολοικίζει. Martialis *inquit Brodæus* Lanuvii ad portas non arrigens dicit, *Sæpe solæcism.*, *&c.*

1. *Casa-*

Ad lectorem gravem. XX.

CÆsaris Augusti lascivos, livide, versus
Sex lege, qui tristis verba Latina legis.
Quod futuit Glaphyren Antonius, hanc mihi pœnam
Fulvia constituit, se quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid si me Manius oret
Pædicem? faciam? non puto si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. quid, quod mihi vitâ
Carior est ipsa mentula? signa canant.
Absolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

1. *Cæsaris, &c.*] Duo primi versus sunt Martialis, ut & duo ultimi; hexastichon intermedium Augusti erat. quod citat poëta ad excusandam carminis sui lasciviam.

3. *Quod futuit, &c.*] Fulvia uxor Marci Antonii (inquit Octavius) incitante Manio, quo ulciscatur mariti sui petulantiam in Glaphyra, sese offert mihi corrumpendam, imo petit. nego, horreoque non minus quam si me Manius oret ut, &c. interminata deinde mihi bellum civile ni faciam, posthabeo ipsam vitam pudicitiæ.

9. *Absolvis, &c.*] Apostrophe Poëtæ ad Augustum. supra.

In Lydiam. XXI.

LYdia tam laxa est, equitis quam culus aëni;
Quam celer arguto qui sonat ære trochus;
Quam rota transmisso toties intacta petauro,
Quam vetus à crassa calceus udus aqua;
Quam quæ rara vagos expectant retia turdos,
Quam Pompejano vela negata Noto;
Quam quæ de phthisico lapsa est armilla cinædo,
Cul-

1. *Equitis, &c.*] *Equitis* pro *equi* positum censet cum aliis Brodæus Misc. lib. 10. cap. 33.

2. *Trochus.*] Epigramm. 168. libro 14.

3. *Rota petauro.*] Turnebus *petaurum* putat esse lignum per rotam à Petauristo trajectum. lib. 8. cap. 4. Corn. Vitellius contra Georg. Merulam cap. 13. contendit petaurum, ipsum esse petauristam qui se transmittit per rotam quasi in aëre volantem, unde nomen. vide Mercurial. lib. 3. de arte gymnastica. cap. 8.

4. *Crassa.*] Cœnosa.

6. *Quam Pompejano, &c.*] Quam vela theatri Pompejani (vide epigr. 39. lib. 9. v. 6.) quæ jacent laxa, ubi non tument sublata ventis.

7. *De Phthisico, &c.*] Tabe diutinâ ac phthisi consumptis, armillæ, quas sana adimpletant brachia, laxæ excidunt. P. Scriv. cum prius legeretur, *Delphitico* aut *Deliaco*.

8. *Leu-*

Culcita Leuconico quam viduata suo;
Quam veteres brachæ Britonis pauperis, & quam
Turpe Ravennatis guttur onocrotali.
Hanc in piscina dicor futuisse marina,
Nescio: piscinam me futuisse puto.

8. *Leuconico, &c.*] Lanæ genere, quo culcitræ farciebantur. Pulmannus legit, *Culcita quam, pluma qua viduata sua est.* vide epigr. 159. lib. 14.

9. *Brachæ, &c.*] Femoralia, quæ Britannis Gallis in usu. de quibus vide quæ Jos. Scalig. ad lib. 4. Propertii, & Is. Casaubon. ad Sueton. August.

10. *Ravennatis guttur.*] In Ravennæ paludibus degentis. *Onocrotali.*] Avis quæ Æliano lib. 16. histor. Animalium cap 4. Cela esse videtur. Gillius ibidem onocrotalum esse autumat. dictum à ruditu asini, ex ὄνος & κρόταλον. & Plin. lib. 10. cap. 47.

In pædiconem masturbantem. XXII.

MOllia quod nivei duro teris ore Galesi
Basia, quod nudo cum Ganymede jaces;
Quis negat hoc nimium? sed sit satis: inguina saltem
Parce fututrici sollicitare manu.
Levibus in pueris plus hæc, quam mentula, peccat:
Et faciunt digiti, præcipitantque virum.
Inde tragus, celeresque pili, mirandaque matri
Barba, nec in clara balnea luce placent.
Divisit natura mares; pars una puellis,
Una viris genita est: utere parte tua.

1. *Duro teris ore.*] Barbato. *Galesi.*] Pueri.

6. *Præcipitantque virum.*] Ante tempus accelerant ætatem, faciem, & opus virile.

7. *Tragus, &c.*] Hircus, fœtor alarum. Virus autem hirci redolent illi qui rem agunt Veneream, quique ea ætate sunt quæ Veneri sufficit, spiritu non coquente humorem ut in pueris. Aristotel. problem, & ab eadem causa, pili, maxime in locis humidis. Lud. Cælius, lib. 10. cap. 54.

8. *Nec in, &c.*] Nec appareant pilosi.

In Silam. XXIII.

NUbere Sila mihi nulla non lege parata est:
Sed Silam nulla ducere lege volo.
Cum tamen instaret, decies mihi dotis in auro
Sponsa

1. *Nulla, &c.*] Qualibet conditione.

3. *Decies mihi dotis in auro.*] Decies sunt viginti quinque millia Philippeum,

Sponsa dabis, dixi: quid minus esse potest?
Nec futuam quamvis prima te nocte maritus.
Communis tecum nec mihi lectus erit:
Complectarque meam, nec tu probibebis, amicam;
Ancillam mittes & mihi jussa tuam.
Te spectante dabit nobis lasciva minister
Basia, sive meus, sive erit ille tuus.
Ad cœnam venies: sed sic divisa recumbes,
Ut non tangantur pallia nostra tuis.
Oscula rara dabis nobis, sed non dabis ultro:
Nec quasi nupta dabis, sed quasi mater anus.
Si potes ista pati, si nil perferre recusas:
Invenies qui te ducere, Sila, velit.

peum, in auro nummi Romani decem millia aureorum. *Gronov.* *Decies, &c.*] Decies centena millia sestertium. nostræ monetæ 7812. lib. 10. ss. eaque in auro appensa, nomine dotis.

10. *Meus.*] Puer. *Tuus.*] Eunuchus, spado.

14. *Nec quasi, &c.*] Non tota, non amoris. sed parca, sed casta, sed religionis. epigramm. 105. infra.

Ad * Labullum. XXIV.

Dum te prosequor, & domum reduco,
Aurem dum tibi præsto garrienti,
Et quidquid loqueris, facisque, laudo,
Quot versus poterant, Labulle, nasci?
Hoc damnum tibi non videtur esse,
Si quod Roma legit, requirit hospes,
Non deridet eques, tenet senator,
Laudat caussidicus, poëta carpit,

Propter

* *Labullum.*] Palat. *Fabullum.*

1. *Dum te prosequor, &c.*] Ejusdem ingenii vide ep 82. lib. 10. & 71. lib. 1. dum cliens te saluto, deduco, reduco, tibi obsequor, assentor & ejusmodi præsto officia perit dies, pereunt studia carminaque.

2. *Aurem, &c.*] Vide epigr. 90. lib. 1. & Theophrasti charact. περὶ κολακείας. & quæ Casaubonus ibi, λέγοντος ᾗ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεύσαι, καὶ ἐπαινέσαι.

8. *Poëta carpit.*] Male explicant, vellicat & reprehendit? Cui enim hoc gratum? Immo *carpit* est excerpit, imitatur. Hoc ipsum gloriatur Phædrus in fine lib. 4. *Mihi parta laus est quod tu, quod similes tui, Vestras in chartas verba transfertis mea.* Horatius: *ego apis Matinæ Grata carpentis thyma, &c. Carmina fingo.*

Propter te perit? hoc, Labulle, verum est?
Hoc quisquam ferat, ut tibi tuorum
Sit major numerus togatulorum,
Librorum mihi sit minor meorum?
Triginta prope jam diebus una est
Nobis pagina vix peracta: sic fit,
Cum cœnare domi poëta non vult.

na fingo. Gronov. *Carpit.*] Vellicat & reprehendit, pro more æmulantium artificum & invidentium. invidis autem displicere, felicitatis argumento est. ep. 61. lib. 6. ℣s. 8. & 77. lib. 4.

9. *Hoc, Labulle, &c.*] Hoccine æquum est? *Ah! idne verum est?* Terent.

10. *Tibi tuorum, &c.*] Me addito cæteris tuis clientibus.

14. *Sic fit.*] Ita fit, ut, cum cœnam officiis demereor, dum foris cœnare volo, negligantur studia, pereant poëmata.

In Linum. XXV.

ILla salax nimium, nec paucis nota puellis
Stare Lino desit mentula: lingua cave.

2. *Lingua cave.*] Epigramm. 78. lib. 1. & epigramm. 62. infra hujus lib.

Ad Telesphorum puerum. XXVI.

O Mihi grata quies, ô blanda, Telesphore, cura,
Qualis in amplexu non fuit ante meo;
Basia da nobis vetulo puer uda Falerno,
Pocula da labris facta minora tuis.
Addideris super hæc Veneris si gaudia vera:
Esse negem melius cum Ganymede Jovi.

1. *Cura.*] Amor, deliciæ.

4. *Facta minora tuis.*] Trita, degustata labris tuis. *Et quà tu biberis, hac ego parte bibam.* Ovid. eleg. 4. lib. 1.

Ad Flaccum. XXVII.

FErreus es, si stare potest tibi mentula, Flacce,
Cum te sex cyathos orat amica gari;
Vel duo frusta rogat cybii, tenuemve lacertum,

Nec

1. *Stare potest, &c.*] In amica; quæ parvo pretio licet, ut quæ poscat 6. vini cyathos, &c.

2. *Orat amica dare.*] Gruterus ex Palat. legit *amica gari*, quod & commentaria Calderini agnoscunt: *Garum* enim est liquamen ex garo pisce.

3. *Cybii.*] Piscis è pelamidum genere. vide epigramma 79. libri 5. vers. 5.

4. *Botryo-*

Nec dignam toto se betryone putat:
Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Alecem, sed quam protinus illa voret:
Aut cum perfricuit frontem, posuitque pudorem,
Succida palliolo vellera quinque petit.
At mea me libram foliati poscat amica,
Aut virides gemmas, sardonychasve pares:
Nec nisi prima velit de Tusco Serica vico,
Aut centum aureolos, sic velut æra, roget.
Nunc tu velle putas hæc me dare dona puellæ?
Nolo: sed his ut sit digna puella, volo.

4. *Betryone putat.*] Ovis sepiarum, non racemo. ut vult Domit.

5. *Paropside rubra.*] Lance fictili. Gruterus legit *parapside.*

7. *Aut cum, &c.*] Quod si majore cum fiducia velit magnum quiddam rogare, poscit illotam lanam in pallium.

9. *Foliati poscat amica.*] Unguenti ex foliis Nardi aliisque foliis odoratis. vide Plinium & Pancirolum.

10. *Pares.*] Geminas.

11. *Prima.*] Optima. *Tusco Serica vico.*] Textura Sericarum & bombycinarum vestium exercebatur in Tusco vico Romæ.

13. *Nunc tu, &c.*] MS. Bodl. *Num tu.* & pro *dare dona* legit Palat. *donare.*

De nephritico, sed phrenetico. XXVIII.

INvasit medicum sicâ nephriticus, Aucte:
Et præcîdit Hylan. hic, puto, sanus erat.

1. *Invasit medicum, &c.*] Al. *Invasit medicum Nasica Phreneticus Aucte.* & Al. Rectius: *Invasit medici Nasica phreneticus Aucti, & percidit Hylan.* Nasica ut potiretur Hyla Aucti medici puero, finxit phrenesin. verum ut voti ita & mentis compos apparuit. *Sicâ.*] Non pugione, sed mentula.

Ad Phyllidem. XXIX.

LAnguida cum vetula tractare virilia dextra
Cœpisti, jugulor pollice, Phylli, tuo.
Nam cum me murem, cum me tua lumina dicis:
Horis me refici vix puto posse decem.
Blanditias nescis: dabo, dic, tibi millia centum,

Et

2. *Jugulor pollice, &c.*] *Mentula mensque cadit.* epigrammate 17. libro 7.

3. *Vitam, &c.*] Epigr. 68. lib. 10. vers. 5. *murem* legit Ang. Politianus cap. 96. Misc. quasi dicat, salacissimum. ita enim esse mures scribit probatque Ælianus lib. 12. de Animalib.

5. *Blanditias nescis, &c.*] Quæ mihi placeant. neque enim excitor palpantis vetulæ blanditiis; sed pretio, sed muneribus.

7. Chry-

Et dabo Setini jugera culta soli:
Accipe vina, domum, pueros, chrysendeta, mensas:
Nil opus est digitis; sic mihi, Phylli, frica.

7. *Chrysendeta, mensas.*] Epigr. 43. lib. 2. ℣ſ. 11.

In Zoilum. XXX.

OS malè caussidicis, & dicis olere poëtis:
Sed fellatori, Zoile, pejus olet.

1. *Os malè caussidicis, &c.*] Propter maledicta hæc? an à studio diutino impedita concoctione? epigr. 4. l. 4. ℣ſ. 8.
2. *Fellatori, &c.*] Tibi. epigr. 81. l. 3.

In Cæcilianum. XXXI.

ATreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas quasi filios Thyestæ
In partes lacerat, secatque mille.
Gustu protinus has edes in ipso,
Has primâ feret alterâve cœnâ;
Has cœna tibi tertia reponet.
Hinc seras epidipnidas parabit;
Hinc pistor fatuas facit placentas;
Hinc & multiplices struit tabellas;
Et notas caryotidas theatris:
Hinc exit varium coco minutal,

Ut

Irridet sordidè lautum Cæcilium, qui non asse comparabat centum fercula.

1. *Atreus, &c.*] Cucurbitas enim dissecat in frusta varieque apparat, ut Atreus quondam fratris Thyestæ filios. Senec. Thyest. ℣ſ. 758. vide Ammiani epigr. lib. 2. Antholog. cap. 4. Ὡς κῆπον τεθυκὼς, δεῖπνον παρέθηκεν Ἀπελλῆς Οἰόμενος βόσκειν ἀντὶ φίλων πρόβατα, &c. Apelles Pythagoræa cœna excepit amicos perinde ac hortum immolasset, vel pecora pasturus esset.

4. *Gustu protinus, &c.*] Cœnæ exordio, antecœnia. epigr. 31. lib. 1. ℣ſ. 4.

5. *Primâ feret.*] Caput, pompa, flos cœnæ. dicto epigr. 31. lib. 10. *Alterave cœnâ.*] Secunda mensa *ibid.* vide & Rosin. lib. 5. Antiq. Rom. cap. 29.

7. *Hinc seras, &c.*] Ex his cucurbitis. *Epidipnidas parabit.*] Dapes, bellaria, quæ ἐπὶ δεῖπνον post cœnam apponuntur, distribuunturve.

8. *Fatuas facit placentas.*] Insipidas sc. & insulsas, è cucurbitis.

9. *Tabellas.*] Quadras de placenta. epigr. 76. lib. 3.

10. *Caryotidas theatris.*] Palmulas. epigr. 27. lib. 13.

11. *Minutal.*] Cibus è variis minutim concisis.

12. *Lens*

Ut lentem positam fabamque credas:*
Boletos imitatur, & botellos,
Et caudam cybii, brevesque mænas:
Hinc cellarius experitur artes,
Ut condat vario vafer sapore
In rutæ folium Capellianæ,
Sic implet gabatas, paropsidasque,
Et leves scutulas, cavasque lances.
Hoc lautum putat, hoc putat venustum
Unum ponere ferculis tot assem.

11. *Lentem positam, &c.*] Pultem ex lente ac faba.

13. *Botellos.*] Genus erat farciminis, ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis, &c. Et botelli sanguine distendebantur, Belg. *Bloet-worst.* vide epigr. 79. lib. 5. ꝟſ. 7.

14. *Cybii.*] Piscis genus. vide epig. 79. l. 5. ꝟſ. 7. *Mænas.*] Epigr. 79 l. 5. ꝟſ. 9.

15. *Hinc.*] Pisciculos, de quibus Athenæus lib. 7. c. 18. & Plin. l. 32. c. 7. *Cellarius.*] Promus, promuscondus. vide Beroaldum in Servium.

16. *Ut condat.*] Gruterius ex Palat. legit: *ut credas.*

17. *Capellianæ.*] Rutæ fibris tanquam capillamentis multicomæ. *vel* rutæ caprariæ, quam capræ sectentur & pascant. Alii legunt: *In rutæ folium Capelliana*; ut sit à Capella unguentario seu herbario nomen deductum. ut à Cosmo pigmentario, unguenta Cosmiana.

18. *Gabatas, paropsidasque.*] *Gabatæ* sunt lances escariæ. epigr. 47. lib. 7. Palat. legit: *parapsidesque.*

*20. *Hoc lautum vocat.*] Grut. legit, *Hoc lautum putat.*

21. *Unum assem ponere.*] Totum convivium asse comparare.

In Nestorem. XXXII.

NEc toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus,
Nec tibi de bibula sarta palude teges:
Nec puer, aut senior, nulla est ancilla, nec infans,
Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix.
Tu tamen affectas, Nestor, dici atque videri
Pau-

1. *Nec togæ, nec focus est.*] Describit hoc Epigrammate Martialis insignem, non paupertatem, sed extremam inopiam ac mendicitatem; nec dubito quin Aristophanem imitari voluerit in Pluto: ubi πενίαν à πτωχείας eleganter distinguit. *Herald.* *Nec toga.*] Sed vilis aliquis pannus. ἀνθ' ἱματίου μὲν ἔχειν ῥάκος, ut Aristophan. inquit. Sic Catullus epigr. 20. *Furi, quoi neque servus est, neque arca, &c.* vide & nostrum, epigr. 93. l. 1. *Nec tritus cimice lectus.*] Atqui lectum ejusmodi mendico non negat Aristophanes: ἀντὶ δὲ κλίνης στιβάδα σχοίνων κορίων μεστήν.

2. *Nec tibi de bibula sarta palude teges.*] Sed nec tu tegetem habes pro peristromate & stragulo. φορμὸν dicit Aristophan. Nec teges seu storea ex ulva, scirpo, seu cannâ palustri. *à ſtdge mat.*

4. *Clavis.*] Epigr. 36. lib. 5. verſ. 8.

5. *Dici atque, &c.*] Epigr. 19. lib 8.

Pauper, & in populo quæris habere locum.
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore:
Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

6. *In populo, &c.*] Plebejus esse & proletarius.

8. *Non est paupertas.*] Sed mera mendicitas.

De Prasino. XXXIII.

SÆpius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Pervenit, & victor præmia plura refert.
I nunc, Livor edax, dic te cessisse Neroni:
Vicit nimirum, non Nero, sed Prasinus.

1. *Sæpius ad palmam, &c.*] Prasinæ factioni (cui favebat Nero) obstrepebant aliarum factionum fautores, vicisse suos aurigas non propria virtute, sed gratia Imperatoris. respondet iis Poëta falsum hoc esse, postquam Nerone mortuo & huic factioni frequens cedat palma. Incredibilis veterum traditur ἱπποµανία, quæ in quatuor divisa partes (nam quatuor erant colores agitatorum) sæpe ad manus, cædem & insignem cladem pervenit. Favebat una pars & potissima Prasinæ factioni, quæ viridata aurigabatur. altera Venetæ, cerulæ: tertia russæ, luteæ, crocceæ, purpureæ, roseæ, qui colores omnes ad unam factionem *russam* pertinent: quarta albæ. Quibus duas postea Domitianus adjunxit, argenteam & auream. *Rad.*

De Apro. XXXIV.

ÆDes emit Aper, sed quas nec noctua vellet
Esse suas: adeo nigra, vetusque casa est.
Vicinos illi nitidus Maro possidet hortos.
Cœnabit bellè, non habitabit Aper.

4. *Cœnabit bellè, &c.*] Fecit hoc optimo quidem consilio: quo invitaretur sæpius à nitido lautoque vicino. *Aliquid boni propter vicinum bonum.*

Ad Fabullum. XXXV.

IGnotos mihi cum voces trecentos,
Quare non veniam vocatus à te
Miraris, quererisque, litigasque.
Solus cœno, Fabulle, non libenter.

De

4. *Solus cœno, &c.*] Solus quippe videtur, qui inter ignotos nec suæ conditionis est, utcunque magnus sit illorum numerus. Plutarchus in septem sapientum convivio narrat, Chilonem non ante condixisse, quam de singulis convivis, quivessent, quæsisset: quod diceret σύµπλειν καὶ σύσκηνον, vectorem sc. & contubernalem esse ferendum, etiam ignotum, quibuscum navigare & militare esset necesse: at verò in convivio quibuslibet se commiscere, non esse hominis prudentis. *Raderus.*

Sote-

De Cajo Proculo. XXXVI.

Cajus hanc lucem gemma mihi Julius alba
Signat, Io votis redditus, ecce, meis.
Desperasse juvat, veluti jam rupta sororum
Fila; minus gaudent, qui timuere nihil.
Hypne quid exspectas piger? immortale Falernum
Funde; senem poscunt talia vota cadum.
Quincunces, & sex cyathos, bessemque bibamus,
CAÏUS *ut fiat*, JULIUS, & PROCULUS.

Soteria Cai Proculi celebrat, præter spem vitæ restituti. Suspicor hunc ipsum Proculum fuisse, ad quem extat epistola Plinii lib. 13. 15. ex qua discis poëtam fuisse.

1. *Gemma,&c.*] Epigr. 45. l. 8. ỳs. 2.

2. *Redditus, &c.*] Convalescens & restitutus ex morbo desperato.

3. *Desperasse juvat,&c.*] Multo mihi dulcior est, deplorati dudum ac depositi amici, recepta insperato salus.

4. *Minus gaudent, &c.*] Gnome. E summa tristitia sæpe nascitur maxima lætitia.

5. *Hypne, &c.*] Puer, minister. *Immortale.*] Quia melius fit annis: & quo vetustius eo generosius. epigr. 95. lib. 9. vers. 1.

6. *Senem poscunt.*] Epig. 95. l. 9. ỳs. 2. *Talia vota cadum.*] Tam grata ex tam insperatis.

7. *Quincunces, &c.*] De hoc more ebibendi nomen amici, vide epigramm. 72. lib. 1. hic autem quincunx respondet τῷ *Cajus*: τῷ *Iulius* semis, id est, 6. cyathi: τῷ *Proculus* bes, id est, 8. cyathi. vide epigr. 28. lib. 1. vers. 2.

In Zoilum. XXXVII.

Zoile quid tota gemmam præcingere librâ
Te juvat & miserum perdere sardonycha?
Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus;
Non eadem digitis pondera conveniunt.

De

Zoilum è servo equitem factum exagitat; ejusque superbiam & humilitatem exprimit.

1. *Quid tota, &c.*] Cur eques è servo factus annulum gestas libralem; *Hyperbolicè*, magnum scilicet; prægravasque & occultas gemmam nimio auro? An credis idem pondus convenire digito & annulo, quod modò gestabas in compedibus? epigrammate 29. libro 3.

3. *Annulus, &c.*] Compes. *frontem literati, capillum semirasi, & pedes annulati.* Apuleius.

De mulione surdo. XXXVIII.

MUlio viginti venit modo millibus, Aule.
Miraris pretium tam grave? surdus erat.

1. *Aule.*] Alii, *Aucte.*

2. *Surdus erat.*] Non adsequuntur hujus epigrammatis salem interpretes. *Surdus erat*, & sic non poterat esse delator, si forte liberi sermones excidissent illis, quorum vehentium mulos regebat: quippe quos audire non poterat. Facit huc lib. 12. epigr. 13. *Gronov.* *Surdus erat.*] Ex ἀπροσδοκήτῳ auget. *Vel*, innuit flagitioso domino magis placere servos surdos, quos nemo roget de criminibus domini. vide sat. 9. Juvenal. vers. 104.

In * Charidemum. XXXIX.

CUnarum fueras motor, Charideme, mearum;
Et pueri custos, assiduusque comes.
Jam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non crevi: te noster villicus horret:
Te dispensator, te domus ipsa pavet.
Ludere nec nobis, nec tu permittis amare:
Nil mihi vis, & vis cuncta licere tibi.
Corripis, observas, quereris, suspiria ducis;
Et vix à ferulis abstinet ira manum.
Si Tyrios sumpsi cultus, unxive capillos;
Exclamas, Numquam fecerat ista pater.
Et numeras nostros adstricta fronte trientes,
Tamquam de cella sit cadus ille tua.
Desine: non possum libertum ferre Catonem.
Esse virum jam me dicet amica tibi.

De

* *Charidemum.*] Vide Plauti Linum, in Bacchid.

1. *Motor, &c.*] Alii, *monitor.* id est, infantiæ pueritiæque moderator. sed & τὸ *motor* placet.

3. *Sudaria.*] Lintea, quæ demessam à tonsore barbam excipiunt.

4. *Labris puncta, &c.*] A rasura asperis durisque.

5. *Sed tibi non crevi, &c.*] Tibi tamen etiamdum puer videar, nec qui in virum transcriptus liberius vivendi potestatem habeam.

11. *Tyrios sumpsi, &c.*] Vestes purpureas, cultus lasciviorum.

13. *Numeras nostros.*] Ἀριθμεῖς πόσας κύλικας πέπωκε. Theophrast. charact. περὶ μικρολογίας. de trientibus vide quæ ad epigr. 28. lib. 1. ✶ s. 2 *Adstricta.*] Constricta fronte. Petron. *Quid me spectatis constricta fronte Catones?*

15. *Catonem.*] Censorium, castigatorem, qualis fuit Cato major.

4. Cam

De Luperco. XL.

Formosam Glyceren amat Lupercus,
Et solus tenet, imperatque solus:
Quam toto sibi mense non fututam
Cum tristis quereretur; & roganti
Caussam reddere vellet Æliano:
Respondit, Glyceræ dolere dentes.

4. *Cum tristis, &c.*] Dum causatus est dolorem dentium in causa fuisse quo minus oris operam posset præstare, aperte fatebatur se capiti Glyceræ illudere.

De Amynta. XLI.

Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas,
Et gaudet fama, luxuriaque gregis:
Cedentes oneri ramos, sylvamque fluentem
Vicit, concussas ipse secutus opes.
Triste nemus diræ vetuit superesse rapinæ,
Damnavitque rogis noxia ligna pater.
Pingues, Lygde, sues habeat vicinus Iolas:
Te satis est nobis annumerare pecus.

Allegoricum est epigramma, quo deplorat casum Amyntæ pastoris, de arbore præcipitantis.

1. *Indulget, &c.*] Dum vehementi studio saginat porcos.

2. *Et gaudet, &c.*] Dum laudem quærit ex pinguibus factis suibus.

3. *Cedentes oneri, &c.*] Ascendit ilicem glande onustam & incurvatam excussurus glandes, sed pondere pueri fractis ramis qui vix suum sustinebant onus, decidit ipse excussas secutus glandes. sic Hylam secutum urnam dixit Juvenalis satyra 1. vs. 164.

5. *Triste nemus, &c.*] Pater Amyntæ succisam arborem filii rogo damnavit.

7. *Pingues Lygde, &c.*] *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.* Cave tibi, Lygde, à simili casu; nec nimium pecus & porcum, sed te ipsum cura.

8. *Annumerare pecus.*] Non, quo Amyntas studio, saginam properare.

In Cæcilianum. XLII.

Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis
Lemmata: qui fieri, Cæciliane, potest?

Mella

Egregium carmen sine egregio argumento fieri posse negat.

1. *Vivida.*] Illustria, insignia. *Mortua ponis.*] Vilia, humilia, abjecta. *vel*, de mortuis, quale fuit præcedentis epigramm. de Amynta argumentum.

2. *Lemmata, &c.*] Epigramm. 59. lib. 10. vers. 1.

Mella jubes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?

3. *Mella jubes, &c.*] Neque enim dulcia mella, qualia ex thymo Hymetti Attici aut Hyblæ Siculæ fiunt, potest apis (vel optima) conficere ex amaris Corsicæ taxis. ita nec, &c.

In uxorem. XLIII.

DEprensum in puero tetricis me vocibus uxor
Corripis, & culum te quoque habere refers.
Dixit idem quoties lascivo Juno tonanti?
Ille tamen gracili cum Ganymede jacet.
Incurvabat Hylam posito Tirynthius arcu:
Tu Megaram credis non habuisse nates?
Torquebat Phœbum Daphne fugitiva: sed illas
Oebalius flammas jussit abire puer.
Bryseïs multum quamvis aversa jaceret,
Æacidæ propior levis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus,
Teque puta cunnos, uxor, habere duos!

4. *Gracili.*] Alii leg. *grandi.*
5. *Incurvabat, &c.*] Ad turpe ministerium. quod Juvenal. *Inclinabat* sat. 9. vers. 26. & 10. vers. 224. *Tyrinthius arcu.*] Hercules. à Tyrintho opp: ubi nutritus est cultusque.
6. *Megaram, &c.*] Uxorem Herculis.
8. *Oebalius, &c.*] Hyacinthus, ex Amyclis Laconiæ civitate.
9. *Bryseïs multum, &c.*] Brysei filia Hippodamia, Achillis amica.
10. *Levis amicus erat.*] Patroclus imberbis.
11. *Parce tuis igitur, &c.*] Ne putes illam partem in fœminis æque gratam esse atque in maribus. epigr. 98. lib. 12.

Ad senem orbum. XLIV.

ORbus es, & locuples, & Bruto consule natus,
Esse tibi veras credis amicitias?
Sunt veræ: sed quas juvenis, quas pauper habebas:
Qui novus est, mortem diligit ille tuam.

In

Monet senes, ut sibi caveant à captatoribus testamentorum & fictis amicis.
1. *Bruto, &c.*] Senex. *Hyperbolice.*
4. *Mortem diligit, &c.*] Captator est & hæredipeta adulatorius, vultur assidens, qui mortem tuam cupit, cadaver expectat. epigr. 63. lib. 6. ✠ f. 2.

1. *In-*

In Cantharum. XLV.

INtrasti quoties inscriptæ limina cellæ,
Seu puer arrisit, sive puella tibi:
Contentus non es foribus, veloque, seraque,
Secretumque jubes grandius esse tibi.
Oblinitur minimæ si qua est suspectio rimæ,
Punctaque lasciva quæ terebrantur acu.
Nemo est tam teneri, tam sollicitique pudoris,
Qui vel pædicat, Canthare, vel futuit.

1. *Inscripta limina.*] Titulum professæ & habentis nomen inscriptum lupæ, quæ ibi merebatur. Juvenal. sat. 6. ỷs. 124. *Cellæ.*] Gloss. *Cella, οἴκημα.* Servulorum propriè receptacula: & partes ædium abstrusiores, ubi servi habent, *Cellæ* dicuntur. Sed *cellæ* sæpe cubilia meretricum, *φωλεοὶ ἑταιρῶν*. Erant verò *cellæ* non ipsa lupanaria, sed receptacula in lupanaribus; in quibus erant plures cellæ, tanquam cubicula, ubi scorta prostabant. Quæ & præfixos habebant titulos, ubi nomina meretricum, quæ ibi merebantur, inscripta erant; ita ut qua quæque cella staret, ex inscriptione nosse posses. Juven. Sat. 6. de Messalina:

Et nigrum flavo crinem, &c.

Cæterum nudæ stabant meretrices, ut eas inspicere possent amatores, ne qua occulta labe fallerentur.

3. *Veloque, seraque.*] Epigramm. 35. lib. 1. vers. 5. & Juvenal. satyr. 8. vers. 168.

4. *Secretumque, &c.*] Grandius scelus cogitas, grandius secretum postulas.

6. *Lasciva acu.*] Calamistro. *Acu lasciviore comam sibi inserunt.* Tertull. de Virgin. veland. cap. 12.

In Mævium. XLVI.

JAm, nisi per somnum, non arrigis, & tibi, Mævi,
Incipit in medios meiere verpa pedes:
Truditur & digitis pannucea mentula lassis,
Nec levat extinctum sollicitata caput.
Quid miseros frustra cunnos, culosque lacessis?
Summa petas: illic mentula vivit anus.

In

2. *Et medios meiere.*] Alii, *In medios*, melius. *Verpa.*] Penis.

3. *Pannucea, &c.*] Debilis, laxa, rugosa. quod & de pomis dicitur. Plin. lib. 15. cap. 14. & Macrob. lib. 3. c. 19.

6. *Summa petas.*] Os. *Illic mentula vivit.*] Epigr. 50. lib. 4. *Anus.*] Vide epigr. 40. ỷs. 2. & epig. 106. lib. 1. ỷs. 4.

In Blattaram. XLVII.

Omnia fœmineis quare dilecta catervis
Balnea devitat Blattara? ne futuat.
Cur nec Pompeia lentus spatiatur in umbra,
Nec petit Inachidos limina? ne futuat.
Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida Virgine? ne futuat.
Cum sic fœminei generis contagia vitet,
Cur lingit cunnum Blattara? ne futuat.

3. *Pompeia, &c.*] Porticu Pompeji, epigr. 14. lib. 2. vers. 10.

4. *Inachidos limina, &c.*] Isidis porticum seu templum, ubi conventus & colloquia de adulteriis. *Multos illa facit, quod fuit ipsa Jovi.* Ovid. 2. de Arte. *Isiacæ sacraria lenæ.* Juvenal. satyr. 6. vers. 490.

5. *Lacedæmonio luteum.*] Palæstram inveniebant exercebantque Lacedæmonii. *Ceromate corpus.*] Epigr. 57. lib. 3. vers. 25.

6. *Virgine, &c.*] Aqua. epigr. 21. lib. 5. vers. 9.

In Silium Italicum. XLVIII.

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
Jugera facundi qui Ciceronis habet.
Hæredem, dominumque sui tumulive, Larisve;
Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

1. *Silius hæc magni, &c.*] Silius Ciceronis atque Virgilii studiosissimus imitator. hujus aram religiosissime coluit. epigramm. 51. infra, illius villas comparavit. Plinius lib. 3. cap. 1.

3. *Tumulisve.*] Virgilii. *Larisve.*] Ciceronis ædium.

4. *Non alium mallet, &c.*] Erat enim orator & Poëta. epigramm. 62. lib. 7.

De Silio. XLIX.

Jam prope desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina qui coleret pauper, & unus erat.
Silius optatæ succurrere censuit umbræ,
Silius & vatem, non minor ipse, tulit.

In

1. *Cineres, &c.*] Cenotaphium & memoriam. neque enim de tumuli loco constat.

3. *Optatæ succurrere, &c.*] Alii, *Andino tandem succurrit agello.* Andes autem vicus non procul à Mantua Virgilii patria.

4. *Et vatem, &c.*] Lips. l. 1. epist. 5. quæst. legit *& vatem, non minor ipse colit.* id est, Silius Poëta Virgilio non inferior colit Virgilium. vide epigr. 14. libro 4. versu 13. & epigramma 49. supra. G. Barthius *ætatem* legit. lib. 1. cap. 4.

1. *Furen-*

In Phyllida. L.

NUlla est hora tibi qua non me, Phylli, furentem
Despolies: tanta calliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto:
Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.
Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt:
Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.
Amphora nunc petitur nigri cariosa Falerni,
Expiet ut somnos garrula saga tuos.
Nunc ut emam grandemve lupum, mullumve bilibrem,
Indixit cœnam dives amica tibi.
Sit pudor, & tandem veri respectus, & æqui.
Nil tibi, Phylli, nego: nil mihi, Phylli, nega.

1. *Furentem.*] Amore tui.

3. *Plorat, &c.*] Lacrymis fictis. *Relicto*] Amisso, vel diminuto, attritove, ἀπολυμένῳ. id est, simulans relictum, quo me pretio ejus emungat.

4. *Gemma, &c.*] Annulus cui gemma includitur. *Cadit aure lapis.*] Hæc ars notata etiam Magistro amandi l. 1.

Quid cum mendaci damno mœstissima plorat?
Elapsusque cava fingitur aure lapis?

Lapis.] Elenchus.

5. *Nunc furtiva lucri.*] Non placet, quod interpretibus. Nam bombycina (puta, quæ revera possedit dudum) fingit aliunde à fure rapta clanculum parvo pretio sibi deferri venalia, & orat, ne nunc utique se destituam in emtione tam lucrosa. *Gron.* *Nunc furtiva, &c.*] Nunc fingit surreptas vestes bombycinas, novasque à me sibi emi poscit.

6. *Profertur Cosmi, &c.*] Ut ego repleam unguento Cosmiano, epigr. 81. lib. 3. vers. 23.

7. *Cariosa Falerni.*] Propter vetustatem.

8. *Expiet ut.*] Somniorum portenta mala, moris erat mola salsa, vivo flumine, vino & redivina expiare, procurare, avertere. *Somnos.*] Somnia. *Expiare* autem est, sacrificiis & religione, malum quod portentum est, deprecari; quemadmodum & *Procurare* Tibullo. Cæterum non solum τὰ δεινὰ à se averti; sed & in alios derivari precabantur: quia existimabant τὸ θεῖον quocunque tandem modo placandum esse. Unde deprecationes ejusmodi:

Hostibus eveniant convivia talia nostris.

Ita existimabant, Deorum minas vix posse esse irritas, & idcircò in alicujus caput averruncandas. Unde Ægyptii in caput victimæ, mala omnia deprecabantur. *Herald.*

10. *Indixit cœnam, &c.*] Statuit se venturam cœnatum apud me, quod & *condicere cœnam* dicitur.

12. *Nil mihi, &c.*] Epigr. 12. lib. 4.

De Titio. LI.

TAnta est quæ Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciæ colunt puellæ.

Hic

1. *Columna pendet.*] Priapus, αἰδοῖον.

2. *Lampsaciæ, &c.*] Epigramm. 17. lib. 11. vers. 3. & l. 3. epigr. 67. vers. 7.

Hic nullo comitante, nec molesto,
Thermis grandibus, & suis lavatur:
Anguste Titius tamen lavatur.

5. *Anguste Titius, &c.*] Ipse ingens & αἰδοιοειδής. an quia sub aquis masturb.

Ad Julium Cerealem. LII.

COEnabis belle, Juli Cerealis, apud me:
Conditio est melior si tibi nulla, veni.
Octavam poteris servare: lavabimur una:
Scis quam sint Stephani balnea juncta mihi.
Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo
Utilis, & porris fila resecta suis.
Mox vetus, & tenui major cordylla lacerto;
Sed quam cum rutæ frondibus ova tegant.
Altera non deërunt tenui versata favilla;
Et Velabrensi massa recocta foco:
Et quæ Picenum senserunt frigus olivæ:
Hæc satis in gustu. cætera nosse cupis?
Mentiar, ut venias; pisces, conchylia, sumen,

Et

Invitat Cerealem ad cœnam.

2. *Conditio, &c.*] Alii, *Conditio melior si tibi nulla, venit.*

3. *Octavam poteris servare.*] Idcirco & solaria erant in balneis, quæ à convivaturis consulebantur. Unde solebant miselli & parasiti τρεχέδειπνοι, quibus venter pruriebat, σκιὰν καταμετρεῖν ἐπὶ δεῖπνον. Hinc exsecratio solariorum à parasito illo apud Aul. Gell. lib. 3. cap. 3. *Lavabimur una.*] Ante cœnam lavabant, æstate, hora octava; hyeme, nona: divites cum cœna, præbebant convivis balnea privata, pauperes publica conducebant. hinc poëta Cerealem ad Stephani balnea invitat. Qui enim cœnam dabat, balneum quoque calfaciebat. Unde jubebantur convivæ, λουσάμενοι ἥκειν. Sane ante cœnam lavare solebant, miseris etiam & afflictis temporibus. *Herald.*

5. *Movendo.*] Ciendo, lubricando.

7. *Cordylla.*] De hoc genere piscis. epigr. 2. lib. 3. vers. 4. & lib. 13. epigr. 1. *Lacerto.*] Epigr. 79. lib. 5. vers. 5.

8. *Quam cum, &c.*] Epigramm. 48. lib. 10.

9. *Altera.*] Ova alia. *Tenui, &c.*] Sic Ovid. 8. Metamorph. *Ovaque non acri leviter versata favilla.*

10. *Velabrensi.*] Caseus Velabrensis fumo focoque induratus. epig. 32. l. 13. *Massa recocta*] Gruter. ex Palat. legit, *massa coacta.*

11. *Quæ Picenum, &c.*] Epigr. 36. lib. 13.

12. *Gustu.*] Antecœna. epigr. 32. supra vers. 3.

13. *Mentiar, ut venias.*] Promittam tibi lautiore apparatu caput cœnæ appositum, ut venire velis. *Mentiar, ut venias.*] In lautioribus conviviis pisces locum præcipuum habebant. Unde

ὄψον

Et cortis saturas, atque paludis aves:
Quæ nec Stella solet rara nisi ponere cœna.
Plus ego polliceor; nil recitabo tibi.
Ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas,
Rura vel æterno proxima Virgilio.

ὄψον proprie ad pisces relatum. cæterum tanti fiebant obsonia ista, ut tintinnabulo monerentur insignes illæ gulæ, si qui pretiosiores pisces asportati erant. Verum ἰχθυοπῶλαι os illis sæpe sublinebant, pisces mortuos, aut veteres pro recentibus vendentes. Unde vetitum quandoque Athenis, ne eos aqua irrigarent; quod facere solent, ut recentes videantur. Et non solum τὸ νεαρὸν, sed & magnitudo piscium notabatur à delicatis illis gurgitibus. Vide Juvenal. Satyr. 4. Horat. &c. Gula itaque τῶν φιλόψων pisces tam caros concinnavit, ut Cato dixerit: Romæ pluris venire piscem, quam bovem. Nec solum Romæ; sed & in Græcia carissimi & pretiosissimi pisces. unde Corinthi lege cautum erat, ne quis in macello pisces sæpe emeret, nisi qui aut censum suum, aut artem qua vitam tutabatur probare posset. Ratio est, quia non possunt pauperes laute simul & innocenter vivere. *Heraldus.* *Pisces.*] Pisces verò in lautioribus conviviis primas habebant. *Conchylia.*] Ostrea. Gruterus hujus loco ex Palat. substitutum mallet *colyphia.* *Sumen.*] Epigr. 44. lib. 13.

14. *Cortis saturas.*] Gallinas. epigram. 30. lib. 7. vers. 1. *Paludis aves.*] Anates.

15. *Nec Stella, &c.*] Non ipse lautus & nobilis Stella. de quo epigr. 78. lib. 8. & alibi.

16. *Nil recitabo tibi.*] Namque convivas suos importuna lectione sæpe enecabant istæ hirudines. epigr. 79. lib. 5. vers. 25. & Lucian. 2. Antholog. cap. 47.

17. *Ipse tuos nobis, &c.*] Tu nobis legas Gigantomachiam à te scriptam & Georgica tua, Virgilii Georgicis non cedentia.

18. *Rura, &c.*] Alii, *Rara.* Per *rura* vero innuit, eum Georgica scripsisse.

De Claudia Rufina. LIII.

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, quam Latiæ pectora gentis habet!
Quale decus formæ! Romanam credere matres

Ita-

Claudiam Rufinam Britannam laudat à vetustate, ingenio, fœcunditate: precaturque tribus natis natabusque totidem generos & nurus. *Rad.*

1. *Claudia.*] Eadem forte quæ Pudenti nupsit, epigr. 13. lib. 4. *Cæruleis, &c.*] An quia Britanni se glasto colorabant, ut tradunt Cæsar 5. com. bell. Gal. Mela, Plinius lib. 22. cap. 1. Solin. cap. 35. atque hinc dictos autumat doctiss. Camdenus. *Brith* enim antiqua lingua patria *depictum & coloratum* significat. sic epigr. 99. lib. 14.

2. *Cur Latiæ pectora, &c.*] Meliores libri: *Quam Latiæ pectora gentis habet!* Barbara quidem patria, sed ingenio Romana, inquit, est Claudia.

3. *Romanam, &c.*] Neque enim cedit Græcis dominis aut matronis Latinis. Imo tam elegans est Claudia, ut Romani possint credere esse Lucretiam, Græci Helenam.

5. *Dà*

Italides possunt, Atthides esse suam.
Dî bene, quod sancto peperit fœcunda marito,
Quod sperat generos, quodque puella nurus.
Sic placeat superis, ut conjuge gaudeat uno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

5. *Dî bene, quod.*] Vide Brissonium lib. I. form. *Sancto peperit, &c.*] Pione? an defuncto? namque & defuncti veteribus *sancti*.
6. *Quod.*] Alii, *Quot. Generos.*] Filiabus. *Quodque.*] Alii, *Quotque. Nurus.*] Filiis.
8. *Gaudeat illa tribus.*] Ut jus trium liberorum habeat.

In Zoïlum. LIV.

Unguenta, & casias, & olentem funera myrrham,
Thuraque de medio semicremata rogo;
Et quæ de Stygio rapuisti Cinnama lecto,
Improbe de turpi, Zoile, redde sinu.
A pedibus didicere manus peccare protervæ.
Non miror furem, qui fugitivus erat.

Zoïlum fugitivum servum & sepulchralem furem exagitat.
1. *Unguenta & casias.*] Quæ rogis inferri solent munera, quantaque. vide epigr. 97. lib. 10. ᵥf. 2.
3. *Stygio lecto.*] Capulo, feretro. *Rapuisti Cinnama.*] Notat in bustuario fure servilem conditionem, non enim nisi viles & inhonesti homines è rogo quippiam diripuerunt. Tum graves olim extabant pœnæ in effossores sepulchrorum, & τυμβορύχους, ut Græci eos appellant.
5. *A pedibus didicere.*] Pedes è compedibus subduxere se, manus sunt exemplum pedum secutæ.

De Lupo ad Urbicum. LV.

Hortatur fieri quod te Lupus, Urbice, patrem;
Ne credas. nihil est quod minus ille velit.
Ars est captandi, quod nolis velle videri:
Ne facias optat, quod rogat ut facias.
Dicat prægnantem tua se Cosconia tantum:
Pallidior fiet jam pariente Lupus.

At

Monet Urbicum, ut Lupum captatorem fallacem fallat.
1. *Hortatur fieri, &c.*] Quod Lupus te hortatur liberis operam dare. *vel* quod Lupus tibi vovet liberos ex uxore.
5. *Dicat prægnantem, &c.*] Fingat modo se concepisse.

7. *Amici.*]

At tu consilio videaris ut usus amici;
Sic morere, ut factum te putet esse patrem.

7. *Amici.*] Lupi, qui amice & fideliter hoc consuluisse videri vult.

8. *Sic morere, &c.*] Nihil illi ex testamento relinque.

In Chæremonem. LVI.

QUod nimium laudas, Chæremon Stoice, mortem,
Vis animum mirer suspiciamque tuum.
Hanc tibi virtutem fracta facit urceus ansa,
Et tristis nullo qui tepet igne focus.
Et teges & cimex, & nudi sponda grabati,
Et brevis, atque eadem nocte dieque toga.
O quam magnus homo es, qui fæce rubentis aceti,
Et stipula, & nigro pane carere potes!
Leuconicis agedum tumeat tibi culcita lanis:
Constringatque tuos purpura pexa toros:
Dormiat & tecum, qui, cum modo Cæcuba miscet,
Convivas roseo torserat ore, puer:
O quam tu cupies ter vivere Nestoris annos,
Et nihil ex ulla perdere luce voles!
Rebus in angustis facile est contemnere vitam;
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Ad

Chæremonem, mortem ex sententia Stoïcorum contemnendam, dictitantem suggillat; ostenditque eum non ex animi constantia vitam odisse, sed ob mendicitatem lucem fugere. Fortis ille est, qui εὐδαιμῶν, non ἀνάγκῃ contemnit mortem. *O vita misero longa, felici brevis:* inquit Publius. *Rad.*

3. *Hanc tibi virtutem, &c.*] Non hoc facis ex virtute & fortiter, sed ex inopia rerum & pusillanimitate.

5. *Et cimex, &c.*] *Et tritus cimice lectus.* supra epigr. 33.

7. *O quam, &c.*] *Ironice.*

9. *Leuconicis.*] Nobiles lanæ fuere, à candoris præstantia sic dictæ. Alii, *Lingonicis.* vide epigramm. 159. lib. 14. *Agedum tumeat, &c.*] Quod si tibi res suppeteret ampla, & lauta.

10. *Texta toros.*] Alii, *pexa.* Turneb. lib. 8. cap. IV.

11. *Qui cum modo Cæcuba.*] Ratio sermonis Latini requirit: *modo qui, dum Cæcuba miscet, Convivas roseo torserat ore.* Gronovius.

13. *Nestoris.*] Epigr. 30. lib. 9. vs. 2.

16. *Fortiter, &c.*] Vide epigr. 30. lib. 1. & 80. lib. 2.

Cast-

Ad Severum. LVII.

MIraris docto quod carmina mitto Severo,
Ad cœnam cum te, docte Severe, vocem.
Jupiter ambrosia satur est, & nectare vivit:
Nos tamen exta Jovi cruda merumque damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa deorum:
Si quod habes, non vis; ergo quid accipies?

Caussam reddit, cur poëtam donet carmine, satutum seu divitem pauper invitet: videor ergò *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας*, lignum in sylvas: aquas in mare ferre.

1. *Miraris, &c.*] Epigr. 27. lib. 9.

2. *Ad cœnam, &c.*] Ut Mæcenatem Horatius ode 29. lib. 3.

3. *Vivit.*] Scriverius, *Vivo*: idem.

4. *Thura, &c.*] *Cruda*, ex mente & MSS. Gruteri; ut *exta cruda* opponantur Ambrosiæ, *merumque* nectari. Omnia Deorum sunt, inquit Seneca; tamen Diis posuimus donum, & stipem jecimus. 7. de Benefic. capite 4.

In Telesphorum. LVIII.

CUm me velle vides, tentumque, Telesphore, sentis;
Magna rogas: puta me, velle negare nihil.
Et nisi juratus dixi, dabo, *subtrahis illas,*
Permittunt in me quæ tibi multa, nates.
Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est,
Tunc libertatem, divitiasque roget?
Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat: res est imperiosa timor.
Sed fuerit curvâ cum tuta novacula thecâ,
Frangam tonsori crura manusque simul.
At tibi nil faciam: sed lotâ mentula lævâ
Λειχάζειν cupidæ dicet avaritiæ.

De

1. *Tentumque, &c.*] Ut infra epigramm. 74. Alii, *certumque*. Sunt & alii qui leg. *tecumque*.

2. *Nihil.*] Alii, *licet*. Rutgers. legit: *Magna rogas puto me velle negare licet?*

4. *Permittunt, &c.*] Quæ faciunt ut multa in me licentia uti audeas.

7. *Nec enim rogat, &c.*] Non quatenus tonsor, sed quasi latro.

11. *Sed lota, &c.*] Alii, *Sed mota mentula læva.* ut epigr. 42. lib. 9. & 74. infra.

12. *Λειχάζειν.*] Irrumationem innuit, quæ ori obstruso quidvis petendi facultatem intercludat. Othmar. Nactgal. in edit. Gryph., J. Scalig. aliique præferunt lectionem *Αἰάζειν*, hoc est, jubebit te avarum plorare, è formula testatorum, qui *plorare jubebant* illos, quibus nihil legarant.

1. *Senos*

De Charino. LIX.

SEnos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit, annulos;
Nec cum lavatur. causa quæ sit, quæritis?
Dactyliothecam non habet.

1. *Senos Charinus, &c.*] Charinum opes ostentantem, ut inopem cavillatur.

4. *Dactyliothecam, &c.*] Non habet repositorium annulorum, ut qui sui non sint, sed conducti.

De Chione & Phlogide. LX.

SIt Phlogis, an Chione Veneri magis apta requiris?
Pulchrior est Chione; sed Phlogis ulcus habet.
Ulcus habet, Priami quod tendere possit alutam,
Quodque senem Pylium non sinat esse senem.
Ulcus habet, quod habere suam vult quisque puellam:
Quod sanare Criton, non quod Hygeia potest.
At Chione non sentit opus, nec vocibus ullis
Adjuvat: absentem, marmoreamve putes.
Exorare dei, si vos tam magna liceret,
Et bona velletis tam pretiosa dare:
Hoc quod habet Chione corpus, faceretis haberet
Ut Phlogis; & Chione, quod Phlogis ulcus habet.

3. *Ulcus habet.*] Veneris sensum, urticas, pruriginem, lasciviam. *Priami quod, &c.*] *Quo incendi jam frigidus ævo Laomedontiades & Nestoris hernia possit.* Juvenal. sat. 6. vers. 326. *Alutam.*] Nervum languentem & laxum instar alutæ.

4. *Quodque senem.*] *Quo Pylius juvenescere posset, Tithonusque annis fortior esse suis.* Ovid. eleg. 6. lib. 3. Amor. *Pylium.*] Alii, *Peliam.*

6. *Quod sanare, &c.*] Nam fœmina simplex. Juvenal. satyr. 6, vers. 328. cui medicus non medica opem ferre potest. sic infra epigramm. 72. vers. 7. Hygeia autem filia Æsculapii. Pausanias in Atticis & Plinius lib. 35. cap. 2. hoc est, *sanitas.*

7. *Non sentit opus.*] *Fatua est.* ut de Laufella dixit epigr. 81. lib. 3. *Infelix, cui torpet hebes locus ille, &c.* Ovid. 3. de Arte. *Nec vocibus ullis.*] Καὶ οὐ φωνεῖς ἁπλῶς, οὐδὲν ἐρῶντος ἔχεις. Antholog. lib. 7. epigr. Philodemi. & infra epigr. 105.

10. *Velletis.*] Palat. *Possetis*, Rectè.

De Manneio seu Nanneio. LXI.

Linguâ maritus, mœchus ore Manneius,
Summœnianis inquinatior buccis:
Quem cum fenestra vidit à Suburanâ
Obscœna nudum lena, fornicem cludit.
Mediumque mavult basiare, quam summum:
Modo qui per omnes viscerum tubos ibat,
Et voce certa, consciaque dicebat,
Puer, an puella matris esset in ventre;
(Gaudete cunni; vestra namque res acta est.)
Arrigere linguam non potest fututricem.
Nam, dum tumenti mersus hæret in vulvâ,
Et vagientes intus audit infantes,
Partem gulosam solvit indecens morbus:
Nec purus esse nunc potest, nec impurus.

1. *Mœchus, &c.*] Λείχων, φοινικίζων, ϑύων.

2. *Summœnianis, &c.*] Ipsis prostibulis Suburanis. epigramm. 35. libri 1. vers. 5. *quorum artificis valet halitus oris, &c.* Juvenal. 10. satyr. 3. vers. 8.

4. *Nudum.*] In lupanaribus nudæ prostabant meretrices. Petronius, Juvenal. 6. Xiph. in Heliogab. *Lena, &c.*] Alii, *Leda.* recte ut epigr. 4. lib. 4. vers. 9.

5. *Mediumque, &c.*] *Τὴν ἕδραν μᾶλλον τοῦ στόματος.

13. *Partem gulosam, &c.*] Linguam reddidit paralyticam, sideravit. ut infra epigr. 86. *Morbus.*] Paralysisne ἀπὸ τοῦ ἀφέδρου καὶ τῶν ἐμμηνίων; quorum malefico humore marcescunt segetes, apes immoriuntur, &c. Plin. c. 15. lib. 7. an sideratio? ut epigr. 86. infra.

14. *Nec purus, &c.*] Morbo illo contaminatus. *Nec impurus.*] Lingua ut prius mœchus.

De Lesbia. LXII.

Lesbia se jurat gratis nunquam esse fututam.
Verum est: cum futui vult, numerare solet.

1. *Gratis nunquam, &c.*] Sine pretio. voluit illa significare *accepto*, intelligit poëta *dato*.

In Philomusum. LXIII.

Spectas nos, Philomuse, cum lavamur;
Et quare mihi tam mutoniati
Sint leves pueri, subinde quæris.

Dicam

Dicam simpliciter tibi roganti:
Pædicant, Philomuse, curiosos.

5. *Curiosos.*] Similes tui cinædos, qui curiosis oculis, & devorantibus, spectas quærisque per balnea mutoniatos. vide epigramma 97. libro 1. versu 11. & libro 9. epigrammate 60. versu 4.

In Faustum. LXIV.

NEscio tam multis quid scribas, Fauste, puellis:
Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

2. *Hoc scio quod scribit.*] Interpretantur, quasi velit Martialis: scio nullam puellam tibi scribere: & ejus sensus causas divinant. At ego credo Fr. Sanctio, *Scio quod*, bene Larine non dici, quicquid contra moliatum Scioppius, cui alio tempore respondebimus. Nec tamen optimus Sanctius hic feliciter, quum explicat: Tu multa scribis puellis, quum sis pædico, ut videlicet te ostendas puellarum amatorem, sed ego scio, quid sis, propter quod nulla tibi rescribit, quia pueros amas. Non hæc mens Martialis, sed ista. Haud scio rem quam tu scribis tam multis puellis: unam rem scio quam præ pudore nulla tibi audet scribere puella: nempe te esse aut fellatorem aut irrumatorem aut lingonem. *Gronovius.* *Nulla puella tibi.*] An itaque pueri? An hinc voluit se videri in gratia esse apud puellas? epigr. 62. lib. 3. vs. 8. quarum tamen nulla illi rescripsit.

In Justinum. LXV.

SExcenti cœnant à te, Justine, vocati
Lucis ad officium, quæ tibi prima fuit:
Inter quos, memini, non ultimus esse solebam;
Nec locus hic nobis invidiosus erat.
Postera sed festæ reddes sollemnia mensæ:
Sexcentis hodie, cras mihi natus eris.

Expostulat cum Justino, quod eum, ut olim, ad natalitias dapes non invitarit.

1. *Sexcenti, &c.*] Permulti. *Synec.*

2. *Lucis ad officium.*] Quos invitaras ad celebrandum diem tuum natalem. Mane sacrificabant in ejusmodi solemnitatibus. *Officium* autem heic propriè omnino. Plin. Epist. 5. lib. 1. *Paucos post dies ipse me Regulus convenit in Prætoris officio.* In nuptiis hoc officium frequens. Petronius: *Consurrexit ad officium nuptiale.* Juvenal Sat. 2. *Quæ caussa officii? quid quæris, Nubit amicus.* Hinc & *officia* dicuntur à Juvenal. Satyr. 10. clientes, hæc & ejusmodi officia patronis præstantes. *Illinc cornicines, hinc præcedentia longi Agminis officia.* τὰ καθήκοντα eodem modo reperio apud Lucianum in somnio. *Heraldus.*

5. *Postera, &c.*] Jam vero me velut imi ordinis amicum invitas ad reliquias & analecta in crastino convivii.

6. *Sexcentis hodie, &c.*] Hodie itaque invitati celebrent natalem tuum muneribus, pro more, genethliacis: ego cras vel nunquam: neque enim veniam vocatus. Gruterus simpliciter accipit, quasi auctor maluerit se postero die invitari quam priore, ob turbam, &c.

In Vacerram. LXVI.

ET delator es, & calumniator:
Et fraudator es, & negotiator:
Et fellator es, & lanista. miror
Quare non habeas, Vacerra, nummos.

4. *Quare non habeas, &c.*] Quod vulgo dicitur: *be hat tao many occupations to thrive.* Qui ubique est, nunquam est. Seneca epist. 2. *Multa novit vulpes, echinus unum magnum.*

In Maronem. LXVII.

NIl mihi das vivus: dicis, post fata daturum.
Si non es stultus, scis, Maro quid cupiam.

2. *Quid cupiam.*] Mortem tuam. ut epigrammate 63. libro 6. versu 2. epigrammate 27. lib. 8. & supra epigrammate 45.

Ad Mathonem. LXVIII.

PArva rogas magnos: sed non dant hæc quoque magni.
Ut pudeat levius te, Matho, magna roga.

2. *Ut pudeat, &c.*] Levior quippe ignominia ex repulsa in magnis quam parvis. & adverte Polyptoton in *magnos, magni, magna.*

Epitaphium canis Lydiæ. LXIX.

AMphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix, sylvis aspera, blanda domi,
Lydia dicebar, domino fidissima Dextro,
Qui non Erigones mallet habere canem:
Nec qui, Dictæa Cephalum de gente secutus,

Luci-

Nobile epigramma in canem venatricem ab apro interfectam; quam cum Procyone & Sirio in cælum relatis, cumque Homerico Ulyssis cane Argo confert. Percusserat Lydiam aper populo notam & charam; cujus hic ingenium in feras asperum, blandum in dominos, fatumque nobile describit. *Rad.*

1. *Amphitheatrales inter.*] Inter Venatores qui curant venationes exhibendas in Amphitheatro nutrita. *Nutrita magistros, &c.*] *Prosopopœia canis.*

3. *Domino, &c.*] Domino meo æque fida ac dextra propria. Alii leg. *Dextro*, ut sit κύριον. rectè.

4. *Canem.*] Meram, Hymeram, seu Neæram, canem, quæ Erigoni monstravit, ubi pater Icarius è pastoribus Atticis occisus jaceret insepultus. Hygin. fab. 130.

5. *Nec qui, &c.*] Nec Lælaps canis à Jove custos Europæ appositus, quem a Minoë acceptum Procris conjugi suo Cephalo reliquit. Hygin. lib. 2. & Ovid. 7. Metamorph.

6. *Luci-*

Luciferæ pariter venit ad astra deæ.
Non me longa dies, nec inutilis abstulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta,
Quantus erat Calydon, aut, Erymanthe, tuus.
Nec queror, infernas quamvis citò-rapta sub umbras:
Non potui fato nobiliore mori.

6. *Luciferæ pariter, &c.*] Ad Lenam, seu Dianam gaudentem venatione & canibus. *Vel*, inter astra relatus est à Jove.

7. *Non me longa dies.*] Neque etiam annosa ut ille Ulyssis canis Argus, qui reversum post viginti annos agnovit herum. Odyss. 17. & Aristot. lib. 6. histor. animal.

8. *Dulichio cani.*] Dulichium insula Ulyssi quondam subjecta cum Ithaco monte.

9. *Fulmineo spumantis, &c.*] Oblique ferienti instar fulminis. *vel* urenti:

10. *Calydon.*] Inesse enim aprorum dentibus igneam vim testatur Xenophon in κυνηγετ. & Oppian. 3. κυνηγ. λοξὸν ὀδόντα λαβέσιν ἐντός. ἰχὼρ μαλεροῦ πυρὸς ... *nec vires fulminis apro.* Ovid. *Erymanthe, tuus.*] Sus Erymanthius, quem interemit Hercules. *Apostrophe.*

12. *Nobiliore mori.*] Quam venatione & pugna in Amphitheatro.

In Tuccam. LXX.

VEndere, Tucca, potes centenis millibus emptos?
Plorantes dominos vendere, Tucca, potes?
Nec te blanditiæ, nec verba, rudesque querelæ,
Nec te dente tuo saucia colla movent?
Ah facinus! tunica patet inguen utrimque levatâ;
Inspiciturque tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia, vende
Argentum, mensas, myrrhina, rura, domum.
Vende senes servos, agros & vende paternos:
Ne pueros vendas, omnia vende miser.
Luxuria est emere hos, (quis enim dubitatve, negatve?)
Sed multo major vendere luxuria est.

De

1. *Potes.*] Sustines.

2. *Plorantes dominos, &c.*] Pueros amasios, ut amicæ dictæ sunt *dominæ*. vel pueros plorantes orantesque te ne veneant dominis aliis.

3. *Rudesque querelæ.*] Pueriles, non fictæ.

4. *Dente tuo saucia, &c.*] Dum amore furens impressisti eorum cervicibus memorem dente notam.

8. *Myrrhina, &c.*] Epigr. 113. lib. 14.

12. *Sed multo, &c.*] Sic epigr. 63. lib. 2. *hac mage luxuria est.*

De Leda. LXXI.

Hystericam vetulo se dixerat esse marito,
Et queritur futui Leda necesse sibi:
Sed flens, atque gemens tanti negat esse salutem,
Seque refert potiùs proposuisse mori.
Vir rogat, ut vivat, virides nec deserat annos;
Et fieri, quod jam non facit ipse, sinit.
Protinus accedunt medici, medicæque recedunt,
Tolluntúrque pedes: O medicina gravis!

1. *Hystericam, &c.*] Uteri strangulatione laborantem, cui morbo præscribunt remedium medici validam congressus succussationem.

3. *Sed flens, &c.*] Sed tamen lacrymans, dissimulat mori se malle quam hujusmodi convalescere remedio.

5. *Virides, &c.*] Nec ætatis flore velit mori.

7. *Medici, &c.*] Supra epigr. 61. vers. 6.

8. *Tolluntúrque, &c.*] In Venerem. epigr. 81. lib. 10. ℣. 4. *Gravis.*] *Sceptice.*

De Nata. LXXII.

Drauci Nata sui vocat pipinnam,
Collatus cui Gallus est Priapus?

1. *Pipinnam.*] Turnebus lib. 8. c. 4. legit *bipennam*. Janus Parrhasius in Var. Annot. & Cælius Rhod. lib. 4. cap. 6. legunt *vepenem*, exponuntque: Nata vastum subactoris sui virile, diminutivo nomine appellat vepenem, id est, parvulum penem, cui tamen si conferas Priapum ipsum (epigr. 36. lib. 1. ℣. 8.) videatur præ hoc Gallus exiratus. *Pisinnam* legit Jan. Rutgersius, ut Labeo apud veterem scholiasten Persii, *Crudum manduces Priamum, Priamique pisinnos*, id est, pueros, filios. vide Gasp. Barthii advers. lib. 1. cap. 6.

In Lygdum. LXXIII.

Venturum juras semper mihi, Lygde, roganti,
Constituisque horam, constituisque locum.
Cum frustra jacui longa prurigine tentus,
Succurrit pro te sæpe sinistra mihi.
Quid precer, O fallax, meritis, & moribus istis?
Umbellam luscæ, Lygde, feras dominæ.

De

4. *Sinistra mihi, &c.*] Epigr. 42. lib. 9. & epigr. 59. supra ℣. 11.

6. *Umbellam.*] Lib. 14 epigr. 28. *Luscæ dominæ.*] Inservias deformi dominæ, quoniam non vis amari à domino.

Quo

De Baccara. LXXIV.

CUrandum penem commisit Baccara Græcus
Rivali medicò: Baccara Gallus erit.

Quo amatâ fueretur sine rivali, Baccharam castravit medicus, *Chironimica* (ut ait Sidonius Apollinaris epigr. 12. l. 2.) *magis institutus quam Machaonica.* Qualis & ille fuit epigrammate 98. lib. 9. supra.

In Cæliam. LXXV.

THecâ tectus aëneâ lavatur
Tecum, Cælia, servus. ut quid, oro,
Non sit cum citharœdus, aut choraules?
Non vis, ut puto, mentulam videre.
Quare cum populo lavaris ergo?
Omnes an tibi nos sumus spadones?
Ergo, ne videaris invidere,
Servo, Cælia, fibulam remitte.

1. *Thecâ tectus, &c.*] Fibula ære circumligata. vide epigr. 34. & 81. lib. 7.
6. *Omnes an tibi, &c.*] An ille solus in nobis vir est? sic epigr. 43. lib. 7. *An sola est, &c.*
7. *Ne videaris invidere.*] Ne videaris ejus conspectum nobis invidere, tibi reservare, refibula servum tuum.

Ad Pætum. LXXVI.

SOlvere, Pæte, decem tibi me sestertia cogis:
Perdiderit quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant, oro, mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

2. *Perdiderat.*] Gruterus è MSS. *perdiderit*, id est, conturbarit.
3. *Tu qui.*] A majori lepide jocatus rogat ut jacturam 10. HS. ferat in se, qui tulit 200. in alio.

In Vacerram. LXXVII.

IN omnibus Vacerra quod conclavibus
Consumit horas, & die totâ sedet:
Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

3. *Cœnaturit Vacerra, &c.*] Non sedet compescendi alvi gratia, sed ut invitetur ab aliquo domino earum cœnationum seu conclavium in quibus sedet.

Ad Victorem sponsum. LXXVIII.

UTere fœmineis complexibus, utere Victor,
Ignotumque sibi mentula discat opus.
Flammea texuntur sponsæ, jam virgo paratur
Tondebit pueros jam nova nupta tuos.
Pædicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima novi.
Sæpius hoc fieri nutrix, materque vetabunt,
Et dicent, uxor, non puer, ista tibi est.
Heu quantos æstus, quantos patiere labores,
Si fuerit cunnus res peregrina tibi!
Ergo Suburanæ tironem trade magistræ.
Illa virum faciet: non bene virgo docet.

3. *Flammea texuntur, &c.*] Flammeum erat velamentum luteum seu rubeum quo nova nupta tegebatur pudoris gratia, vel in subjectionis symbolum. *Parata est.*] Gruterus è MSS. *paratur.*

4. *Tondebit pueros, &c.*] Tondebit catamitos tuos tanquam emeritos & exoletos, postquam uxorem duxeris. epigr. 18. lib. 12.

11. *Ergo Suburanæ, &c.*] Trade te instituendum meretrici cuipiam Suburanæ, quæ melius docebit te officium viri, quam nova nupta & rudis.

Ad Pætum. LXXIX.

AD primum decima lapidem quod venimus hora,
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Non est ista viæ, non est mea, sed tua culpa;
Misisti mulas qui mihi, Pæte, tuas.

Pæti mulas tardissimas irridet; utquæ decem horis vix potuerint mille passus conficere.

1. *Ad primum, &c.*] Ad suburbanum tuum quod mille passus ab urbe distat.

3. *Viæ.*] Alii, *quidem.*

4. *Tuas.*] Tam pigras & tardas.

De Bajis. LXXX.

LItus beatæ Veneris aureum Bajas,
Bajas superbæ blanda dona Naturæ,

Ut

Laudarat Flaccus immodice Bajas; & non negat Martialis dignas laude; neque pro dignitate unquam satis laudari posse: malle tamen se Martialem, quam Bajas affirmat; hoc est, componere epigrammata, & volumen edere, quod Martialis immortale nomen præferat, quum menses & annos, in Bajano sinu delitiis voluptatibusque deterere, unaque cum illis deteri & perire. *Rad.*

1. *Litus beatæ, &c.*] Locum gratum, venustum, blandum, delicatum, lasciviæ imò vitiorum diversorium.

5. *Sed*

Ut mille laudem, Flacce, versibus Bajas:
Laudabo dignè non satis tamen Bajas.
Sed Martialem malo, Flacce, quam Bajas.
Optare utrumque pariter, improbum votum est.
Quod si deorum munere hoc tibi detur:
Quid gaudiorum est Martialis & Bajæ!

5. *Sed Martialem malo, &c.*] Sed malo valetudini & voluptatibus meis indulgere, quam, dum salubres Bajas mille versibus laudo, saluti meæ parum consuluisse videri.

6. *Optare utrumque.*] Optare otium Bajanum, & simul negotium litterarium: hoc est, delitias ac sapientiæ divitias. *Improbi.*] Alii, *improbum.* Palat.

8. *Quid gaudiorum, &c.*] Quantulum gaudii erit ex Bajis à Martiale laudatis.

De spadone, & sene. LXXXI.

CUm sene communem vexat spado Dindymus Aeglen,
Et jacet in medio sicca puella toro:
Viribus hic operi non est, hic utilis annis.
Ergo sine effectu prurit uterque labor.
Supplex illa rogat pro se, miserisque duobus,
Hunc juvenem facias, hunc, Cytherea, virum.

2. *Sicca puella.*] Unde illud apud Ovidium:

Dedecus hoc sumpta dissimulavit aqua.

lib. 3. Amor eleg. 6.

3. *Hic operi non est.*] Eunuchus. epigramm. 39. lib. 6. ✠. 21. Juvenal. satyr. 6. ✠. 367. *Hic utilis annis.*] Senex. & lege, *hic inutilis annis.*

6. *Cytherea.*] Venus, thalami præses.

De Philostrato. LXXXII.

A Sinuessanis conviva Philostratus undis
Conductum repetens nocte jubente larem,
Pæne imitatus obit sævis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit usque gradus.
Non esset; Nymphæ, tam magna pericula passus,
Si potius vestras ille bibisset aquas.

Ad

1. *A Sinuessanis, &c.*] A Balneis & cœna in quæ invitabatur Sinuessæ, quæ urbs est Campaniæ.

2. *Nocte jubente larem.*] Sera jam nocte, quæ domum suam repetere monebat.

3. *Elpenora fatis.*] Qui apud Homerum Odyss. κ. ebrius è scalis devolutus interiit.

4. *Præceps, &c.*] Dum ebrius ruit è scalis per quas conscendit ad conducta cœnacula.

5. *Non esset, &c.*] Non hoc illi accidisset, O Nymphæ Sinuessanæ, si vestras bibisset aquas, quæ vel insaniam abolent. Plinius lib. 31. cap. 2. vide epigramm. Antipatri lib. 3. Anthol. cap. 20.

Ad Sosibianum. LXXXIII.

NEmo habitat gratis, nisi dives & orbus apud te.
Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

1. *Nemo habitat.*] Senes enim & orbos, & simul pecuniosos excipiebat hospitio, ut scriberetur hæres.

2. *Nemo domum pluris, &c.*] Namque viscato hoc hamatoque munere orborum divitum hæreditates captas.

De Antiocho tonsore. LXXXIV.

QUi nondum Stygias descendere quærit ad undas;
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.
Alba minus sævis lacerantur brachia cultris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.
Mitior implicitas Alcon secat enterocelas,
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos, & Stoica menta,
Collaque pulverea nudet equina jubâ.
Hic miserum Scythicâ sub rupe Promethea radat:
Carnificem nudo pectore poscet avem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Mænadas Orpheus:
Antiochi tantùm barbara tela sonent.

Hæc

1. *Qui nondum, &c.*] Huic geminum est Lucilii epigr. εἰς κουρέας. 2. Antholog. c. 26. Ἄρες ἄρες βερβλοιγὰ, &c.

3. *Lacerantur, &c.*] Sacerdotes in sacris Isidis ut & Cybeles Phrygiæ Deæ (quam eandem cum Iside esse volunt) cultris sibi humeros, pectus & lacertos sauciabant.

4. *Phrygios modos.*] Ad æra Corybantia, tympana, ululatus, &c. *Enthea turba.*] Numine inflata, furore sacro correpta.

5. *Mitior implicitas, &c.*] Chirurgus Alcon leviori manu secat enterocelas. *Enterocelas.*] Hernias ex intestinis in scrotum delapsis.

6. *Fabrili dedolat, &c.*] Dura & gravi, instar fabri, non molli & tonsoria.

7. *Cynicos Stoica menta.*] Philosophi promissas alebant barbas, graves & venerandas, quas sæpe vellit Lucianus.

8. *Collaque, &c.*] Detondeatque equorum jubas.

9. *Scythica, &c.*] Epigr. 7. lib. spect. & lib. 9. epigr. 46.

10. *Poscet avem.*] Prometheus libentiori animo præbebit jecur laniandum aquilæ, quam mentum radendum Antiocho. Alii, *pascat.*

11. *Ad matrem, &c.*] Ab hoc tonsore fugiet vel ad matrem suam Agaven à qua dilaniatus est: ab hoc fugiet Orpheus ad furentes Bacchas, à quibus discerptus est.

12. *Antiochi barbara, &c.*] *This Barber barbarous tooles.*

13. *Sti-*

Hæc quæcunque meo numeratis ſtigmata mento,
In veteli pyctæ qualia fronte ſedent.
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor:
Antiochi ferrum eſt, & ſcelerata manus.
Unus de cunctis animalibus hircus habet cor;
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

13. *Stigmata mento.*] Rudis manus incertanii ſque novaculæ inciſuras & quaſi puncturas. epigr. 64. lib. 6. ✝ſ. 26. *ſcotches.*

14. *In veteli pyctæ.*] Nugatur Farnabius cum ſuo picto ſtigmatia. Verum eſt *pyctæ*, quod reſtituit Gruterus. Nec vult ille *Pycten* nomen eſſe pugilis. Immo *pyctes* vocabulum commune & ſignificat pugilem. Sic gallus gallinaceus pyctes. Sic Phædrus, *Simonides idem ille, de quo retuli, Victori laudem cuidam pyctæ ut ſcriberet, Certo condixit pretio.* Gronovius. *Picta.*] Rugoſa, *inquinat*, & ſulcata. Alii leg. *Pyctæ* & nomen eſſe volunt pugilis cicatricibus deformis. Ego retinendum *picta* opinor, & de ſtigmatia intelligo, qualem habes epigram. 29. lib. 2. ✝ſ. 9.

17. *Unus de cunctis, &c.*] Certè ſupra hominem adeoque omnia animalia hircus ſapit, qui mavult prolixam paſcere barbam, quam ſubire rudes manus & barbara tela tonſoris Antiochi. Καὶ τράγος εὐπώγων εὔστολός ἐστι Πλάτων, Anthol. lib. 2. cap. 52.

In Zoilum. LXXXV.

Sidere percuſſa eſt ſubito tibi, Zoile, lingua,
Dum lingis certè, Zoile, nunc futues.

1. *Sidere percuſſa, &c.*] Epigr. 91. lib. 7. ✝ſ. 9. & ſupra epigr. 26. ✝ſ. 14.

In Parthenopæum. LXXXVI.

Leniat ut fauces medicus, quas aſpera vexat
Aſſidue tuſſis, Parthenopæe, tibi:
Mella dari, nucleoſque jubet, dulceſque placentas,
Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces.
At tu non ceſſas totis tuſſire diebus.
Non eſt hæc tuſſis, Parthenopæe: gula eſt.

Ad

3. *Mella dari.*] Præſcribunt enim medici dulcia ad ſiſtendum moderandumque humorem acrem diſtillantem. *Nucleoſque jubet.*] Pineos. *Pityila è pinaſtris, ſingulare remedium adverſus tuſſim, in melle decocta, &c.* Plinius lib. 15. cap. 10.

4. *Et quicquid, &c.*] Et dulciaria, quæcunque pueros flentes iracundoſque placant.

6. *Non eſt hæc tuſſis, &c.*] Vide epigramm. 40. lib. 2. ✝ſ. 3. & 8.

Ad Charidemum. LXXXVII.

DIves erat quondam: ſed tunc pædico fuiſti,
Et tibi nulla diu fœmina nota fuit.
Nunc ſectaris anus. ô quantum cogit egeſtas!
Illa fututorem te, Charideme, facit.

3. *Sectaris anus, &c.*] Ut ex hoc opere victum quærites. Juven. ſat. 1. ꝟſ. 38.

De * Chariſiano. LXXXVIII.

MUltis jam, Lupe, poſſe ſe diebus
Pædicare negat Chariſianus.
Cauſſam cum modò quærerent ſodales,
Ventrem dixit habere ſe ſolutum.

* *Chariſiano.*] Alii, *Maliſiano.*

4. *Ventrem dixit, &c.*] Qua imprudenti excuſatione fatebatur ſe pati ſolitum, non agere.

Ad Pollam. LXXXIX.

INtactas quare mittis mihi, Polla, coronas?
A te vexatas malo tenere roſas.

1. *Intactas quare, &c.*] Amatoribus quippe gratiores corollæ, quæ amicas quaſi olerent & ſaperent, quam quæ recentem ſpirarent fragrantiam. unde iſtæ meretriculæ vexatas corollas & poma adroſa amatoribus mittere ſolebant. Lucian. Toxaris. Amatores vero corallas & roſas in limine amicarum diſſipare ſolebant atque relinquere, quum ibi diu excubuiſſent. Ovid. lib. III. μεταμορφώσεως.

Nec ſua frangetur nocturna janua rixa,
Sparſo nec invenies limine mane roſa.

Sed & januam ornabant & coronabant hiſce roſis & corollis.

In Chreſtillum. XC.

CArmina nulla probas, molli quæ limite currunt,
Sed quæ per ſalebras, altaque ſaxa cadunt.
Et tibi Mæonio res carmine major habetur,
Luceilei columella heic ſitu' Metrophan' eſt.
Attonituſque legis terraï frugiferaï;

Accius

3. *Et tibi Mæonio, &c.*] Et tibi magis placet diſſolutum, aſperum & humile Lucilii ſeu negligentis alterius cujuſpiam & lutulenti poëtæ carmen, quam altum, grande, ſonorum Homeri. vide Cerealii epigr. 2. lib. Anthologiæ, cap. 46. & Antipatri ep. cap. 47. Gruterus ex MSS. *res carmine major habetur.*

4. *Luceili columella, &c.*] *Hic ſitus eſt Metrophanes columen familiæ.* verſus partem citat Donatus ad Terentium.

5. *Attonituſque, &c.*] Nec ſine admiratione legis veterum poëtarum duriore

Accius & quicquid Pacuviusque vomunt.
Vis imiter veteres, Chrestille, tuosque poëtas?
Dispeream, si scis mentula quid sapiat.

riora verba & hiantia, qualia hæc *terrai frugiferai* ex resolutione diphthongi.

8. *Si.*] Alii, *ni.* Alii, *nisi.* quasi dicat: Et tamen qui affectas antiquorum verba, uteris præsentibus moribus. Qui probas durum carmen, molliter vivis, ut versus iste meus, *Dispeream, &c.* compositione durus est, sensu mollis.

Epitaphium Canaces. XCI.

ÆOlidon Canace jacet hoc tumulata sepulchro,
Ultima cui parvæ septima venit hyems.
Ah scelus, ah facinus! properas quid flere viator?
Non licet hic vitæ de brevitate queri.
Tristius est leto leti genus: horrida vultus
Abstulit, & tenero sedit in ore lues:
Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi,
Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.
Sed mors vocis iter properavit cludere blandæ,
Ne posset duras flectere lingua deas.

Puellæ septennis immaturum deplorat fatum, & fato tristius morbi genus.

1. *Æolidon Canace, &c.*] Æolidarum familiæ ac generis. vultque hanc ducere originem ab illa Canace Æoli filia, de qua Ovid. in epist. Alii legunt *Æolidos* recte. Alii, *Æolis heu Canace.*

2. *Ultima.*] Septennis.

6. *Lues.*] Aphtha, cancer, mentagra. epigramm. 79. lib. 1.

7. *Ipsaque crudeles, &c.*] Crudelis morbus serpit exeditque os Canaces.

10. *Alia via.*] Ne vocem intercluderent.

11. *Sed mors vocis, &c.*] Quæ, nisi vocis organa morbo fuissent interclusa, vel ipsas inexorabiles Parcas dulci voce flectere voluisset.

In Zoilum. XCII.

MEntitur, qui te vitiosum, Zoile, dixit.
Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.

De

2. *Vitium.*] In abstracto, & eminenter.

1. Vati,

De Theodoro. XCIII.

Pierios vatis Theodori flamma Penates
Abstulit. hoc Musis, hoc tibi, Phœbe, placet?
O scelus, ô magnum facinus, crimenque deorum,
Non arsit pariter quod domus, & dominus!

1. *Vatis, &c.*] Poëtæ scilicet, sed mali. cui dum incendium domus condolere videtur, per imprecationem queritur quod non & ipse dominus una cum ædibus perierit.

In verpum æmulum. XCIV.

Quod nimium lives, nostris & ubique libellis
Detrahis, ignosco: verpe poëta sapis.
Hoc quoque non curo, quod cum mea carmina carpas,
Compilas: & sic verpe poëta sapis.
Illud me cruciat; Solymis quod natus in ipsis,
Pædicas puerum, verpe poëta, meum.
Ecce negas, jurasque mihi per templa Tonantis.
Non

2. *Verpe poëta sapis.*] Judæe, recutite. Verpus, λεπτόδερμος, in Gloss. epigr. 81. lib. 7. & quæ ad Juvenalem sat. 14. vs. 105.

3. *Quod tu mea carmina carpas.*] Audiendus hic Gruterus. *Compilas* restituit is ex tribus codd. Priora sic ait exstare in Pal. optimo: *quod cum carmina carpas:* versu debili, quem conjicit suppleri: *quod cum mea carmina carpas.* Ita autem, ut ille conjecit, omnino legimus in MS. Pircheimeri: *quod, cum mea carmina carpas, Compilas.* id est, Quum publice illa reprehendas, clanculum compilas, & integros ex illis versus suffuraris. *Gronov.* *Quod tu mea, &c.*] *Quod dum me carmina carpis, Compilas.* J. Rutgers.

5. *Solymis, &c.*] Urbe Judææ celeberrima. Hierosolyma, Salem, Jebus.

7. *Ecce negas, &c.*] Erit itaque hic poëtæ sensus. Scio ego vos Judæos projectissimam esse ad libidinem gentem, ut ut religione, commercio, officiis, & concubitu alienorum abstinere professam: Scio itidem apud vos profana esse omnia, quæ apud nos sacra: Scio apud vosipsos fidem esse obstinatam, adversus alios levem. Scio nihilo vos priùs imbui, quam contemnere deos alienos, vestrum solum colere, vereri, respicere, &c. *Tacit. 5. Histor.* Quoniam itaque te suspectum habeo pro scarabæo, κανθάρῳ τοιαῦτα κυλινδοῦντι, non credo tibi neganti per Templum jurato, utqui nulla te hic religione aut perjurii pœna teneri putes: verum adigo te ad juramentum per Deum vestrum, per quem jurato tibi credam. *Clariss. Seldenus* in Prolegomenis ad penitissimæ eruditionis opusculum, *De Successionibus, seu Jure hæreditario Ebræorum*, etiam tendit ulterius, conceptum scriptumque à poëta versum hunc autumans ad hunc modum: *Non credo; jura verpe iperam chiolam.* ut integra sit juramenti formula. יפרע חי עולם *vindictam sumat is qui vivit in æternum.* *Ecce negas, jurasque mihi, &c.*] Nemo enim lege tenebatur perjurii aut juramenti

Non credo: jura, verpe, per Anchialum.

menti temerarii vel vani, qui juraverat per rem aliquam creatam; excepto juramento per aurum templi, itemque juramento בקרבן. Qui verò per Deum juraverat, sive in judicio, sivè extra judicium, tenebatur lege perjurii, aut juramenti temerarii sive vani si pejeraverat, quodcumque curasset jusjurandum temerarium aut vanum. Videntur autem Gentiles in aliquam hujus moris Judæorum cognitionem venisse: nam Martialis non satis habebat quod Judæus per templum juratit; noverat enim, si jurantes per Templum pejerassent, οὐδὲν εἶναι, ut loquitur Christus, sed vult jurari per Deum ipsum, per quem qui juraverat, si pejeraret, certum erat ὀφείλειν. Est itaque hoc jusjurandum abnutivum tribus distinctis vocibus, *An*, quod est אין, sive אן, confunduntur enim hæ duæ voces, id est, non: חי *vivit*: עליון *Alon*, ut è Plauto pronuntiatum fuisse constat, Dei nomen: est ergò jusjurandum hominis negantis & inficiantis crimen, cujus accusabatur. Unde ergò patet, omninò his verbis *per Anchialon* denotari juramentum per Deum. *Petitus.*

8. *Jura, verpe, per Anchialum.*] Omnino legendum est:

Non credo; jura verpe per ancharium.

Ancharius vel ancarius est asinus. Ἀχθοφόρον Græci interpretantur Ἀσ... , accipiuntque istud vocabulum æquè de jumento atque homine ἀχθοφόρω. Similiter sagmarius vel saumarius de utroque accipitur. Utitur hac voce Lucilius:

Hæc inquam rudet è rostris atq; ululitavit,
Concursans veluti ancarius, clarèque quiritans.

Hinc Ancharia familia, quemadmodum Asellia. *Vossius. Per Anchialum.*] Omissis quæ hic Domicius Calderinus de statua & numine Sardanapali in Anchiala urbe Ciliciæ culto: & quæ Hermolaus ad Plinium lib. 5. cap. 27. Quæ etiam N. Rigaltius de Anchialo, quem Martialis puerum fuisse autumat: Attende clarius (τὸν ἐμοὶ δοκοῦν) lumen & acumen Jos. Scaligeri in Prolegom. ad libros de Emendatione temporum; ubi de Tyriorum & Sidoniorum dialecto differens; *Et sane*, inquit, *mirum est illis sanctissimum fuisse jusjurandum* Korban. *ut Judæis* חי אלה *vel* חייחוה Chajala *vel* Chajadonai. *Sed tempore Martialis pronunciabant* Chiala: *Jura verpe per Anchialum. Quia Judæos audiebat* Chiala *jurare*; *propterea putabat esse* Anchialum, *quod vox* Anchialus *notior illi fuerat quam* Chiala. Cujus ingeniosissimi viri expositioni subscribo, nisi quod poëtam posuisse Anchialum pro notiori vocabulo (fueritne illud magi, herois, nominisve ficti nomen?) inficias eam. Quinimo totum hoc & integrum fuisse Judæorum juramentum contendo. אם enim Hebræis sonat *Si* in juramentis usitatum, ut cap. 5. Jer. ℣. 2. ואם חי יהוה *& si vivit Dominus*, atque alibi pluties in S. Script. Quin & אם absolute positum in jurando negat, Psal. 89. ℣. 36. & 1. Reg. cap. 17. vers. 1. Quum itaque poëta ex pronuntiatione τῷ אםחי אלה *Si vivit Deus* advertisset Judæos jurasse, Hebræa non intelligens, esse has distinctas voces unius Dei nomen credidit, atque ita usurpavit *m* ante *ch* in *n* verso ad Græcas & Romanas litterarum dispositionis leges.

Ad Flaccum. XCV.

INcideris quoties in basia fellatorum,
In solio puto te mergere, Flacce, caput.

Ad

2. *Solio.*] Epigr. 42. lib. 2. vers. 1. *Puto te mergere, &c.*] Vide epigr. 50. lib. 8. Gruterus ex Palat. legit: *In solium puta te*,

Ad Germanum. XCVI.

Martia, non Rhenus, ſalit hic, Germane, quid obſtas,
Et puerum probibes divitis imbre lacus?
Barbare, non debet, ſubmoto cive, miniſtro
Captivam victrix unda levare ſitim.

1. *Martia, &c.*] Hæc, ô Germane, eſt è noſtra Martia (de qua epigr 42. lib.6. ỳſ. 18.) non ex tuo Rheno deducta aqua; ut ejus potu interdicas ingenuo civi.

3. *Submoto cive, miniſtro.*] Lego, *miniſtri*, hoc eſt, captivi & famuli, qualis tu es. *Gronovius.*

4. *Captivam.*] Tui captivi. *Victrix unda levare ſitim.*] Martia, ducta in urbem Romam Germaniæ victricem.

In Theleſillam. XCVII.

Una nocte quater poſſum: ſed quattuor annis
Si poſſum, peream, te Theleſilla ſemel.

Epigrammate 33. & 75. lib. 3.

Ad Baſſum. XCVIII.

Effugere non eſt, Baſſe, baſiatores:
Inſtant, morantur, perſequuntur, occurrunt;
Et hinc, & illinc, uſquequaque, quacumque
Non ulcus acre, puſtulæve lucentes,
Nec triſte mentum, ſordidique lichenes,
Nec labra pingui delibuta ceroto,
Nec congelati gutta proderit naſi.
Et æſtuantem baſiant, & algentem,
Et nuptiale baſium reſervantem.
Non te cucullis aſſeret caput tectum,
Lectica nec te tuta pelle, veloque,

Nec

1. *Effugere non eſt.*] Non licet effugere, nulla ratione, conſilio nullo poteris effugere. *Baſiatores.*] Epigr. 94. lib.7. ỳſ.2. & epigr.10.lib.2.

4. *Non ulcus acre, &c.*] Nullum genus morbi ulceris aut contagii. & pro *puſtulæ*, alii *puſula*.

5. *Triſte mentum.*] Mentagra. ſupra epigr. 98. ỳſ. 5. & epigr. 79. lib. 1. *lichenes.*] Qui è genere cancri.

6. *Labra pingui, &c.*] Delibuta unguento è cera ſeu ceruſſa ad fiſſuras & ulcera. Et pro *ceroto*, alii leg. *cerato*.

7. *Congelati, &c.*] Epigr.36. lib.7. verſ. 5.

9. *Nuptiale, &c.*] Quod clauſo ore reſervat ſponſus ſponſæ ſuæ acceptum.

11. *Tuta pelle, veloque.*] Lecticæ autem pellibus veliſque muniebantur. Lipſ. Elect. lib.1. cap.19.

15. *Savi-*

Nec vindicabit sella sæpius clusa.
Rimas per omnes basiator intrabit.
Non consulatus ipse, non tribunatus,
Senique fasces, nec superba clamosi
Lictoris abiget virga basiatorem:
Sedeas in alto tu licet tribunali,
Et è curuli jura gentibus reddas:
Adscendet illa basiator, atque illa:
Febricitantem basiabit & flentem:
Dabit oscitanti basium, natantique:
Dabit & cacanti. remedium mali solum est;
Facias amicum, basiare quem nolis.

15. *Sævique.*] Sed Palat. legit. *Senive*, nec dubito intelligi Præturam. *Fasces, &c.*] Prælati prætori à lictoribus.

23. *Basiare quem nolis.*] Cui absque offensa negare possis. epigramm. 23. lib. 2.

In Lesbiam. XCIX.

DE cathedra quoties surgis, jam sæpe notavi,
Pædicant miseram, Lesbia, te tunicæ.
Quas cum conata es dextrâ, conata sinistrâ
Vellere, cum lacrymis eximis, & gemitu.
Sic constringuntur geminâ Symplegade culi,
Et Minyas intrant, Cyaneasque nates.
Emendare cupis vitium deforme? docebo;
Lesbia, nec surgas censeo, nec sedeas.

2. *Pædicant miseram, &c.*] Hærent tibi imæ tunicæ.

5. *Sic constringuntur.*] Alii, *Si constringantur.*

6. *Et Minyas intrant, &c.*] Tunicæ tuæ constringuntur, non secus ac columba vel clavus navis Argus in collisione Cyanearum seu Symplegadum insularum, quas transmisere Minyiæ Thessali, cæterique Argonautæ. vide quæ ad Senecæ Herc. Fu. ℣. 1212. & Medeam, ℣. 233. & supra lib. 7. epigramm. 18. ℣. 3.

Ad Flaccum. C.

HAbere amicam nolo, Flacce, subtilem,
Cujus lacertos annuli mei cingant,
Quæ clune nudo radat, & genu pungat:

Cui

1. *Subtilem.*] Gracilem, exilem, junceam.

3. *Quæ clune, &c.*] Quæ de pygis, macilenta, & quasi nudis ossibus.

4. Cui

Cui serra lumbis, cuspis eminet culo.
Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius sum, pinguiarius non sum.

4. *Cui serra lumbis.*] Cujus dorsi spina serram præ se ferat. *Cuspis eminet culo.*] Vropygium. epigram. 92. lib. 3. ỿs. 12.

6. *Carnarius sum, pinguiarius.*] Puellam volo corporis solidi & carnosam, non pinguedine tumidam gravemque.

An Flaccum. CI.

Thaïda tam tenuem potuisti, Flacce, videre?
Tu puto, quod non est, Flacce, videre potes.

2. *Tu puto, &c.*] Summa sane es oculorum perspicacia qui tam exilem deprendere posses. vide epigramm. superius.

In Lydiam. CII.

Non est mentitus qui te mihi dixit habere
Formosam carnem, Lydia, non faciem.
Est ita; si taceas, & si tam muta recumbas,
Quam silet in cera vultus, & in tabula.
Sed quoties loqueris, carnem quoque Lydia perdis;
Et sua plus nulli, quam tibi lingua nocet.
Audiat ædilis ne te, videatque caveto;
Portentum est, quoties cœpit imago loqui.

3. *Est ita, &c.*] Commendat te tacentem cutis pulchra: sed ea est oris tui, quoties loqueris, inelegantia & invenustas, quæ corporis formam deturpet.

7. *Audiat, &c.*] Ædilis quippe erat curare portenta (quale est si sudet loquaturve imago) expianda & tollenda.

8. *Portentum est, &c.*] Corpus habes marmoreis dearum imaginibus non cedens; loquentis vero gestum portentosum.

Ad Sophonium. CIII.

Tanta tibi est animi probitas, orisque Sophoni,
Ut mirer fieri te potuisse patrem.

2. *Ut mirer, &c.*] Ut mirer te vel cum uxore rem habuisse.

In Uxorem. CIV.

Uxor vade foras, aut moribus utere nostris:
Non ego sum Curius, non Numa, non Tatius.

Me

1. *Aut moribus, &c.*] Quasi divortii causa sit inæqualitas morum, vel in uxore magis probatorum quam in viro.

2. *Non ego, &c.*] Non sum continens,

Me jucunda juvant tractæ per pocula noctes:
Tu properas pota surgere tristis aquâ.
Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucernâ,
Et juvat admissa rumpere luce latus.
Fascia te, tunicæque obscuràque pallia celant:
At mihi nulla satis nuda puella jacet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das, aviæ qualia mane soles.
Nec motu dignaris opus, nec voce juvare,
Nec digitis: tanquam thura, merumque pares.
Masturbabantur Phrygii post ostia servi,
Hectoreo quoties sederat uxor equo.
Et quamvis Ithaco stertente, pudica solebat
Illic Penelope semper habere manum.
Pædicare negas: dabat hoc Cornelia Graccho,
Julia Pompeio, Porcia, Brute, tibi.
Dulcia Dardanio nondum miscente ministro
Pocula, Juno fuit pro Ganymede Jovi.
Si te delectat gravitas, Lucretia toto
Sis licet usque die: Laïda nocte volo.

Ad

nens, castus, pudicus, quales Curius, Numa & Tatius. Alii, *Non ego sum Curius, non Numa, non Tatius.*

6. *Rumpere latus.*] Ἐν τῷ τῆς πολυχεύσου Ἀφροδίτης ἔργῳ.

7. *Obscuraque.*] Sic Gruterus è MSS. cui consentit Bodl. Vulgo: *tegunt obscuraque palla.* Et sequenti: *nuda satis nulla puella patet.*

9. *Imitata columbas.*] Lasciva, qualia sibi ingeminant columbæ & passerculi salaces.

10. *Aviæ qualia mane soles.*] Casta, qualia sibi invicem libant οἱ συγγενεῖς ἀσπάζοντες καὶ φιλοῦντες.

11. *Nec motu, &c.*] Supra epigr. 61. ℣s. 7.

12. *Tanquam thura, &c.*] Tanquam pura, & rem divinam thure meroque factura. *Sic surgit mane puella, Proxima ut sanctos possit adire Deos.* Ovid. lib. 3. Amor. lib. 6.

14. *Hectoreo, &c.*] Quoties Andromache & ipsa pudica per lascivum ludum Hectori insedit. *Hisp. cavalgava à Hect.* vel allusum ad versum Ovid. 3. de Arte: *Thebais Hectoreo nupta resedit equo.*

15. *Et quamvis, &c.*] Et soceto dormiente, illa castæ famæ Penelope erat λεσβιάς τελοῦσα.

17. *Dabat, &c.*] Verecundissimæ matronæ Rom. non negabant illud maritis suis viris gravissimis. epig. 69. lib. 9. vers. 3.

19. *Dardanio ministro.*] Ganymede.

20. *Juno Lucretia, &c.*] Et ipsa castissima conjugii præses: tamen gravis & casta, ut Lucretia.

22. *Laïda nocte volo.*] Facilem & lascivam, ut Laïda.

Ad Garricum. CV.

MIttebas libram: quadrantem, Garrice, mittis.
Saltem semissem, Garrice, solve mihi.

2. *Saltem semissem, &c.*] Saltem gradatim & per media descendisses ad hoc imum. ut epigrammate 71. libro 8.

Ad Albium Maximum. CVI.

ALbi Maxime, si vacabit hora,
Hoc tantum lege: namque & occupatus,
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoque quattuor? sapisti.

1. *Si vacabit hora.*] Optimè codd. *si vacas habere*, proba lectio: *habere* enim notat *avere*: aitque si potes ferre, ut te inter postve alios salutem. Sic lib. 1. ep. 54. *Si quid, Fuste, vacas adhuc amari.* Gruterus. Ego vero censeo scribendum, *haberi*. Habetur qui ab aliquo detinetur, qui alicui dat operam. Sic Terentius: *Quis heri habuit Chrysidem.* Gronovius.

4. *Sapisti.*] Qui & hoc tibi laboris parcis, fastidioso lectori.

Ad Septicianum. CVII.

EXplicitum nobis usque ad sua cornua librum,
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.
Omnia legisti. credo, scio, gaudeo, verum est.
Perlegi libros sic ego quinque tuos.

1. *Explicitum, &c.*] Evolutum ad umbilicum usque, perinde ac legisses. epigr. 67. l. 1. ℣. 10. Turn. l. 22. c. 10.

4. *Sic ego quinque tuos.*] Explicitos scilicet oculis lustratos, ac rursum involutos, ut tu meos.

Ad Lectorem. CVIII.

QUamvis tam longo possis satur esse libello,
Lector; adhuc à me disticha pauca petis.
Sed Lupus usuram, puerique diaria poscunt.
Lector solve. taces, dissimulasque? vale.

1. *Tam.*] Alii, *jam.*

3. *Lupus usuram.*] Fœnerator. *Diaria poscunt.*] Demensa & cibaria servis distribuenda in diem.

4. *Taces, &c.*] Epigr. 16. ℣. 14. & epigr. 26. ℣. 11. lib. 5.

M. VAL.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM

LIBER XII.

M. Val. Martialis Prisco suo salutem.

[1] Scio me patrocinium debere contumacissimæ triennii desidiæ: quæ absolvenda non esset inter illas quoque occupationes urbicas, quibus facilius consequimur, ut molesti potius quam officiosi esse videamur: nedum in hac provinciali solitudine, ubi nisi etiam intemperanter studemus, & sine solatio, & sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem; in qua hoc maximum & primum est, quod [2] civitatis aures, quibus assueveram, quæro, & videor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enim in libellis meis quod placeat, dictavit [3] auditor. Illam judiciorum subtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conventus, in quibus studere se voluptatibus non sentiunt: ad summam omnium, ea quæ delicati reliquimus, quasi destituti desideramus. Accedit his [4] municipalium rubigo dentium, & judicii loco livor, & unus aut alter mali, in pusillo loco multi, adversus quos difficile est

1. *Scio me patrocinium, &c.*] Sat scio mihi opus esse validissima defensione, qua excusem silentium meum & scribendi intermissionem, cui contumaciter tres jam annos vacavi. crimen venia haud quaquam dignum vel per occupationes urbis, multo minus in hoc provinciali ocio & secessu.

2. *Civitatis, &c.*] Elegantes & acutos auditores quales mihi Romæ contigerunt, desidero. hic parum idoneos comperio.

3. *Auditor, &c.*] A cujus ingenio, judicio, virtutibus, vitiis, nec non ab urbis magnificis ædificiis ludisque mihi erat seges & materia epigrammaton. idque citra tædium, imo cum Venere quadam & delectatione studii.

4. *Municipalium.*] Municipum meorum Bilbilitanorum invidia & malevolentia, qui quidem pauci, sed pro loci exilitate multi, me carpunt, obtrectant, mordent.

eſt habere quotidie bonum ſtomachum. [5] Ne mireris igitur abjecta ab indignante, quæ à geſtiente fieri ſolebant. ne quid tamen & advenienti tibi ab urbe, & exigenti negarem, ([6] cui non refero gratiam, ſi tantum ea præſto quæ poſſim,) [7] imperavi mihi, quod indulgere conſueveram, & [8] ſtudui pauciſſimis diebus, ut familiariſſimas mihi aures tuas exciperem [9] adventoria ſua. Tu velim iſta quæ [10] tantum apud te non periclitantur, diligenter æſtimare, & excutere non graveris; &, [11] quod tibi difficillimum eſt, de nugis noſtris judices nitore ſepoſito, ne Romam, [12] ſi ita decreveris, [13] non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum.

Ad

5. *Ne mireris igitur, &c.*] Ne ſit igitur mirum ſi per indignationem depoſuerim & abjecerim ſtudia illa, quæ mihi antea cordi fuerunt.

6. *Cui non refero, &c*] Rotunde expreſſit illud Ciceronis epiſt. 8. lib. 4. Fam. epiſt. *Reliquum eſt, ut ad omnia quæ tui velint, ita ſim præſto, ut me non ſolum omnia debere tua cauſa, quæ poſſum, ſed ea quoque quæ non poſſum, putent. Proni ſtudii*, inquit Val. Max. lib. 4. cap. 8. *certius eſt indicium ſupra vires niti, quam viribus ex facili uti: Alter enim quod poteſt, præſtat: alter etiam plus quam poteſt.* εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον. Phalaris epiſt. 31.

7. *Imperavi mihi, &c.*] Ego itaque excitabo ingenium meum & ſtudium, quæ olim me. Alii, *impetravi.* quaſi dicat: Extorſi à me nolente volente.

8. *Statui.* | Alii, *ſtudui.*

9. *Adventoria ſua, &c.*] Libro hoc, tanquam adventoria cœna, qua excipere amicos peregre advenas moris eſt. Turnebus lib. 30. cap. 26.

10. *Tantum apud, &c.*] Non ſolum apud te cui hæc ſcribo, ſed & apud alios quibus propter te innoteſcent. *Vel*, non tantum judicii & cenſuræ periculum apud te, cujus candore fretus ſum, inibunt, quantum apud alios non æque æquos & candidos.

11. *Quod tibi difficillimum, &c.*] Solita benevolentia & innata humanitate, quibus me pertinaciter proſequeris, ad tempus depoſitis, quo rigidiorem agas cenſorem, dijudiceſque an Romam mitti mereatur liber hic in Hiſpania ſcriptus.

12. *Si ita decreveris, &c.*] Si tu cenſueris lib. hunc dignum qui Romam videat.

13. *Non Hiſpanienſem, &c.*] Non tantum à ſolita urbanitate & Romano cultu degenerem, qui in Hiſpania ſcriptus Hiſpanum aliquid ſapiat: ſed prorſus barbarum ac rudem. Ita locutus Paterculus hiſtor. lib. 2. *Illis incrementis fecit viam, quibus non Hiſpania ſua natus, ſed Hiſpanus in triumphum & pontificatum aſſurgeret.* Cum dicimus Hiſpanus, inquit Soſipater, nomen nationis oſtendimus; cum autem Hiſpanienſis, cognomen eorum qui provinciam Hiſpaniam incolunt, etſi non Hiſpani.

Librum

Ad Eundem. I.

RETia dum cessant, latratoresque Molossi,
Et non invento sylva quiescit apro:
Ocia, Prisce, brevi poteris donare libello.
Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit.

Librum Prisco offert opportune legendum.

1. *Retia dum, &c.*] Dum cessat venandi studium per anni tempus. videtur fuisse ver vel autumnus, horæ enim neque æstivæ, & aprorum venationi inservit hyems. *Latratoresque Molossi.*] Canes è Molossorum genere, qui acres.

4. *Nec æstiva est, &c.*] Non longissima, quales sunt horæ æstivæ, ex divisione diei pro anni tempore inæqualis, in 12. partes.

Ad sua carmina. II.

QUæ modo littoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite Sacra, jam non pulverulenta via est.

1. *Quæ modo littoreos, &c.*] Carmina, qualia prius ex urbe misi Pyrgos Tusciæ oppidum maritimum, dispergenda inde per alias orbis partes, nunc ego mitto ex alia orbis parte in urbem, epigr. seq.

3. *Jam non, &c.*] Humida scilicet, vere vel autumno, ut priore epigr. ℣. 1.

Ad librum suum. III.

AD populos mitti qui nuper ab urbe solebas,
Ibis iô Romam nunc peregrine liber.
Auriferi de gente Tagi, tetricique Salonis,
Dat patrios Manes quæ mihi terra potens.
Non tamen hospes eris, nec jam potes advena dici,
Cujus habet fratres tot domus alta Remi.
Jure tuo veneranda novi pete limina templi,
Reddita Pierio sunt ubi templa choro.

2. *Iô.*] Alii, *tu.*

3. *Auriferi, &c.*] Ex Hispania metallis celebri, ubi aurifer Tagus & Salo, cujus aquis ferrum temperatur. epigramm. 50. l. 1. ℣s. 15. & 12. *Tetricique Salonis.*] Propter montes, vel accolas.

4. *Dat patrios, &c.*] Ubi parentum cineres. *Potens.*] Alii, *parens.*

6. *Cujus habet fratres.*] Cujus pater autorque vixerit Romæ 34. annos. *Tot.*] Libros epigrammat. undecim, duos distichorum, spectaculorum unum. *Domus alta.*] Roma. Alii, *Domus una.*

7. *Jure tuo veneranda, &c.*] Namque templum est Apollinis & Musarum, ab Augusto in Palatio excitatum; in quo poëtarum opera recitabantur & probata reponebantur cum imaginibus.

8. *Reddita.*] A Nerva restituta. *Pierio choro.*] Musis & poëtis.

Vel si malueris, prima gradiere Subura:
Atria sunt illic consulis alta mei.
Laurigeros habitat facundus Stella Penates,
Clarus Hyanteæ Stella sititor aquæ.
Fons ibi Castalius vitreo torrente superbit,
Unde novem dominas sæpe bibisse ferunt.
Ille dabit populo, patribusque, equitique legendum,
Nec nimium siccis perleget ipse genis.
Quid titulum poscis: versus duo tresve legantur,
Clamabunt omnes te, liber, esse meum.

9. *Prima Subura.*] Ad Consulem Stellam in prima Subura, hoc est, aditu Suburæ habitantem. Incipiebat a foro Romano; desinebat ad initium viæ Prænestinæ. Vide epigr. 35. l. 1. vers. 6.

10. *Consulis mei.*] Stellæ, cui ego consulatum vovi. epigr. 43. lib. 9. *Vel mihi faventis.*

12 *Clarus Hyantiæ.*] Toties totiesque monui, ut scribatur *Ianthea*, Ἰάνθιος, inquit Scriverius. At ille fallitur. Nihil huc facit Violantilla, nihil fons Ianthidos. *Hyantea* scripsit Martialis. Et *Hyantea aqua* est unda Castalis. Ausonius; *& Hyantea Aganippe.* Ovidio Actæon *juvenis Hyantius* Statio *Hyantiæ sorores* Musæ. Rursus Ovidius lib VIII. *& Hyanteo Iolao.* Gronovius *Petitor.*] Alii, *sititor.* Stella diu ambivit Violantillam. Statius in Epithalamio Sylv I. in cujus ædibus limpidissimus fuit fons, de quo vide epigr. 49. lib. 7. & lib. 6. epigr. 47.

13. *Castalius Unde, &c.*] Propter Stellam Poetam.

15. *Ille.*] Stella.

16. *Nec nimium, &c.*] Præ desiderio mei effusis lacrymis.

17. *Titulum poscis.*] Autoris nomine insignitum.

Ad Priscum. IV.

QUod Flacco, Varioque fuit, summoque Maroni;
Mæcenas atavis regibus ortus eques.
Gentibus & populis hoc te mihi, Prisce Terenti,
Fama fuisse loquax, chartaque dicet anus.
Tu facis ingenium; tu, si quid posse videmur:
Tu das ingenuæ jus mihi pigritiæ.

Ad

Priscum Mæcenatem suum, ait, dignum æterno præconio immortalitatis, ejus simul virtutes prædicat.

1. *Flacco.*] Horatio. *Varioque, &c.*] Nobili poëtæ. epigrammate 18. lib. 8 ✝ſ. 7.

2. *Mæcenas atavis, &c.*] Alludit ad primum Horatii versum: *Mæcenas atavis edite regibus:*

4. *Anus.*] Longæva. vide epigr. 40. lib. 2. ✝ſ. 2.

6. *Ingenuæ.*] Literato ocio. *Muneræ pigritiæ*] Gruterus ex melioribus: *Jus mihi pigritiæ.* Hexastichon illud *Macte animi, &c.* demigrasse hinc in sextum epig. suspicatur Turn. l. 30. c. 26. & huc rescribendum, sed non video cur non & illud Nervæ ascribatur, ut suo loco.

1. *Lon-*

Ad Cæsarem. V.

Longior undecimi nobis, decimique libelli
Arctatus labor est, & breve rasit opus.
Plura legant vacui, quibus ocia tuta dedisti:
Hæc lege tu Cæsar: forsan & illa leges.

1. *Longior undecimi, &c.*] Decimus, undecimusque liber epigramm. à me emendati contractique sunt.
2. *Rasit opus.*] Castigando erasit. Aldus legit *vasit*, id est, evasit.
3. *Ocia tua dedisti.*] Nemo enim imperante tyranno Domitiano, tutus erat.

In commendationem Nervæ. VI.

Contigit Ausoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerva: licet toto nunc Helicone frui.
Recta Fides, hilaris Clementia, cauta Potestas
Jam redeunt: longi terga dedere Metus.
Hoc populi, gentesque tuæ, pia Roma, precantur:
Dux tibi, sit semper talis, & iste diu.
Macte animi quem rarus habet, morumque tuorum,
Quos Numa, quos hilaris posset habere Cato.
Largiri, præstare, breves extendere census,
Et dare quæ faciles vix tribuère dei;
Nunc licet, & fas est. sed tu sub principe duro,
Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

De

Roma, inquit, caput mundi, quum Trajani Imperatoris futuros, eosque plurimos annos evolveret; dixit, omnes bellicosos populos virtutem Imperatoris formidaturos, ejusque armis cessuros.

2. *Toto nunc, &c.*] Libere vacare Musis, sub Imperatore qui Musis Poëtisque favet.

5. *Hoc populi, &c.*] Quod habet versus insequens, *Dux tibi, &c.*

7. *Macte animi, &c.*] Dividendum hoc epigramma in duo ad *Macte animi* vult Jan. Rutgers. Magis auctus sis animo, qualem pauci habent. Hortandi formula re bene gesta, sumpta à sacris. Quoties enim victimæ Infundebatur thus aut vinum, dicebant, *Mactus est taurus* hoc est, cumulata est hostia & magis aucta. Isidor. lib. 10. cap. 10.

8. *Quos Numa.*] Epigr. 6. lib. 11. vs. 4. *Quos hilaris, &c.*] Quos mores posset habere Cato; nisi quod magis tetricus fuit quam Nerva. supra *hilaris clementia.*

9. *Breves, &c.*] Civium paupertatem opibus sublevare.

11. *Nunc sed, &c.*] Sub principe tam pio, clementi, æquo: quandoquidem Tu ipse O Nerva sub Nerone & temporibus illis malis non dubitabas esse bonus.

 1. *Quot*

De Ligeia. VII.

Toto vertice quot gerit capillos,
Annos si tot habet Ligeia, trima est.

1. *Quot gerit capillos.*] Est itaque tripilis seu trisilis. epigrammate 74. lib. 6. vs. 2.

2. *Trima.*] Triennis.

In commendationem Trajani. VIII.

Terrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum,
Trajani modo læta cum futuros
Tot per secula computaret annos;
Et fortem, juvenemque, Martiumque
In tanto duce militem videret:
Dixit præside gloriosa tali:
Parthorum proceres, ducesque Serum,
Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britanni,
Possum ostendere Cæsarem; Venite.

2. *Nihil secundum.*] Vel si quid longo certe intervallo, proximum.

6. *In tanto duce, &c.*] *Sic Imperatorem, commilitonemque miscueras, &c.* Plin. in Panegyrico Trajan. ita locutus est de Cæsare Sylla, referente Sueton. cap. 1. *Cæsari multos Marios inesse.*

7. *Dixit præside, &c.*] Vos (inquit Roma) nominis Romani hostes, nolite ulterius insolescere, jam enim nacti sumus verum Cæsarem injuriarum vestrarum futurum vindicem. venite igitur pacem orantes.

Ad Cæsarem. IX.

Palma regit nostros, mitissime Cæsar, Iberos,
Et placido fruitur pax peregina jugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Misisti mores in loca nostra tuos.

De

Hispaniam pacatam, Cæsaris virtuti & moribus adscribit.

1. *Palma regit nostros, &c.*] A. Cornelius Palma vir Consularis, illustris, & Trajano gratissimus, qui, teste Dione, præfuit Syriæ. Idem (credo) jam præficiebatur Hispaniæ. Nam quod de palma, symbolo Victoriæ & Justitiæ, quæ propter Trajani de Dacis & Scythis triumphum in nummis Trajani est expressa, non usquequaque convenit.

2. *Peregrina.*] Extra Italiam in Celtiberia.

4. *Misisti mores in loca nostra.*] Ubi ridiculè nonnulli ex interpretibus, *mores*, id est, præfectum, æmulum tuorum morum. Sed peculiari ratione *mores* in Domitiano prædicat, qui *morum correctionem suscepit*, ut loquitur Sueton. cap. 8. Censorque fuit, prout à Martiali salutatur. *Gronov.*

Afri-

De Africano. X.

HAbet Africanus millies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

Africani avaritiam carpit.

2. *Satis nulli.*] *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*

Mittit librum ad Parthenium. XI.

PArthenio dic Musa tuo, nostroque salutem.
Nam quis ab Aonio largius amne bibit?
Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro?
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat?
Et si forte, sed hoc vix est sperare, vacabit:
Tradat ut ipse duci carmina nostra, roga;
Quattuor & tantum timidumque brevemque libellum
Commendet verbis; hunc tua Roma legit.

1. *Parthenio dic Musa.*] Vide epigram. 1. lib. 11. vers. 3. judicium de hoc epigr. ad Parthenium. *Tuo, &c.* Dict. epigr. 1. lib. 11. ✝s. 6.

3. *Pimplæo.*] Epigramm. 4. lib. 11. vers. 1. *Lyra clarior, &c.*] Forte & Lyricis vacabat Parthenius.

4. *Pierio de grege.*] E Poëtis.

6. *Tradat ut ipse, &c.*] Eandem poscit ab illo operam. epigrammate 6. lib. 5.

7. *Quatuor verbis, &c.*] Quæ subsequuntur. nempe; *Hunc tua Roma legit.*

In Postumum. XII.

OMnia promittis, cum tota nocte bibisti:
Mane nihil præstas: Postume, mane bibe.

2. *Mane bibe.*] Ut eodem die præstes neque excidant tibi quæ promisisti sobrio post somnum.

Ad Auctum. XIII.

GEnus, Aucte, lucri divites habent iram.
Odisse, quam donare, vilius constat.

1. *Genus, &c.*] Vide huic geminum epigr. 37. l. 3. Ne donarent fingebant iras.

Ad Priscum. XIV.

PArciùs utaris, moneo, rapiente veredo
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.

Monet Priscum venatione plurimum se oblectantem; vel cautè, nec toto equi impetu feras persequatur, si obvia pericula casusque declinare velit.

1. *Rapiente.*] Celeri, volante. *Veredo.*] Opinio est (inquit Turnebus l. 18. cap. 1.) veredum equum esse qui vehat, id est, trahat rhedam, sic enim Isidor.

Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excussus, nec rediturus equo.
Insidias & campus habet: nec fossa, nec agger,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent,
Invidia fati sed leviore cadant.
Si te delectant animosa pericula Tuscis,
(Tutior est virtus,) insidiemur apris.
Quid te frena juvant temeraria? sæpius illis
Prisce, datum est equitem rumpere, quam leporem.

lib.12.cap.1. sed ego (inquit) veredum equum simplicem esse puto qui non trahat redam aut cisium, neque enim verisimile est, qui venabatur, rheda vectari; sed vice tamen rhedæ esse. Ausonius Epist. xx.

Non cisium, aut pigrum cautus conscende veredum;
Nec tibi sit rheda, non amor acris equi.

3. *Satisfecit, &c.*] Ipse, dum prædam captaret, præda factus.

5. *Insidias, &c.*] Vel in plano locus est ruinæ & morti.

8. *Invidia fati, &c.*] Levior invidia in Deos. levior querela & jactura alterius quam tui. ep 13. lib. 1. ℣. 10.

9. *Tuscis*] Synecdochice pro grandibus & ferocioribus, quales habet Thuscia.

11. *Sæpius illis.*] Sæpius equitem venatorem occidere quam leporem solent, provolantes laxis frenis equi. epigramm. 50. lib. 1. ℣. 25.

Adulatorium. XV.

QUidquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis, deisque nostris.
Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Jupiter, & stupet superbi
Regis delicias, gravesque luxus.

Hæc

Raderus hoc epigramma ad Trajanum refert; nec adulatorium esse dicit, sed historicum & verum.

1. *Parrhasia, &c.*] Palatina. epigramm. 55. lib. 7. ℣. 2.

2. *Donatum, &c.*] Consecrabatur Diis & templis, spectandum, non utendum.

3. *Miratur stupet.*] Non sine admiratione & stupore videt se auro effictum gemmisque radiantem Jup. ep. 5 l. 11. ℣. 3. Alii, *Superbi Regis. Scythicas.*] Referas ad aurum, vel smaragdos. nam utroque clarent Riphei montes. *Virentis auri.*] Repercussu smaragdorum aureis imaginibus & poculis insertorum. Intelligit ergò *aurum gemmatum*, quod virebat Scythicis smaragdis, quibus textum erat. Aliud verò *gemmeum* poculum; aliud *gemmatum*. Nam *gemmeum*, ex una gemma in poculum cavata; ut apud poëtam: *hic gemma bibat*. Sed *gemmatum*, χρυσόλιθον, aureum totum & gemmis intextum. *Salmas.*

5. *Regis delicias.*] Domitiani Imper. *Gravesque luxus.*] Principis immoderatum

Hæc ſunt pocula, quæ decent Tonantem:
Hæc ſunt, quæ Phrygium decent miniſtrum.
Omnes cum Jove nunc ſumus beati:
At nuper (pudet, ah pudet fateri,)
Omnes cum Jove pauperes eramus.

deratum in templis exornandis ſtudium cum damno populi à quo exigebat aurum in hunc uſum. Alii, *luſus*

7. *Phrygium miniſtrum.*] Ganymedem.

8. *Nunc ſumus beati.*] Trajano non exigente à nobis & corradente undique aurum in ſacros illos luxus.

10. *Jove.*] Nerone.

In Labienum. XVI.

ADdixti, Labiene, tres agellos:
Emiſti, Labiene, tres cinædos:
Pædicas, Labiene, tres agellos.

Sic epigrammate 31. lib. 10.

In Lentinum. XVII.

QUare tam multis à te, Lentine, diebus
Non abeat febris, quæris, & uſque gemis.
Geſtatur tecum pariter, pariterque lavatur:
Cœnat boletos, oſtrea, ſumen, aprum.
Ebria Setino fit ſæpe, & ſæpe Falerno:
Nec niſi per niveam Cæcuba potat aquam.
Circumfuſa roſis, & nigra recumbit amomo;
Dormit & in pluma, purpureoque toro.

Cum

Inſectatur luxum ægri & febrientis Lentini; qui quæſtus de diuturna febri, febris cauſſam, ut ſunt vina & cupedias non abſtinebat; non mirum ergò, febrem tam lautè apud Lentinum delicateque habitantem non diſcedere ad pauperem miſerumque deficeret ac diſcederet. lepidiſſimus eſt ejuſdem ingenii apologus N Gerbelli de Podagra & arena & epigr. Græc lib. 2. cap 43. Μισόπτωχα θεὰ, μόνα πλύτε δυ-μάτορ, &c.

1. *Quare tam multis, &c.*] Cum febris à te excipiatur molli geſtatione, balnearum blanditiis, optimarum dapum vinorumque deliciis, omnium denique, quæ humoris ſui fomitem & nutrimentum febris appetit, lautitie & luxu: inhumana certe & inſulſa foret, ſi à tam felici & benigno hoſpite

2. *Non abeat febris.*] Scriver. legit: *Non abeat quereris febris, &c.*

3. *Tecum, &c.*] Alii, *Tecum pariter, pariterque lavatur.*

6. *Niveam aquam.*] Epigr. 65. lib. 5. vſ. 2.

7. *Nigra, &c.*] Uncta amomo. ut epigramm. 38. infra.

9. *Cum*

Cum ſit ei pulcre, cum tam bene vivat apud te,
Ad Damam potiùs vis tua febris eat?

9. *Cum ſit, &c.*] Alii leg. *Cum ſit ei pulchre, cum tam bene vivat apud te.*

10. *Damam potius, &c.*] Proletarium neſcio quem inopem & infelicem Poëtis uſurpatum nomen ſervi manumiſſi. Horat. & Perſio.

Ad Juvenalem. XVIII.

DUm tu forſitan inquietus erras
Clamoſa, Juvenalis, in Suburâ,
Aut collem dominæ teris Dianæ:
Dum per limina te potentiorum,
Sudatrix toga ventilat, vagumque
Major Cœlius, & minor fatigant:
Me multos repetita poſt Decembres
Accepit mea, ruſticumque fecit
Auro Bilbilis, & ſuperba ferro.
Hìc pigri colimus labore dulci
Boterdum, Plateamque: Celtiberis
Hæc ſunt nomina craſſiora terris.
Ingenti fruor, improboque ſomno,
Quem nec tertia ſæpe rumpit hora.
Et totum mihi nunc repono, quidquid

Ter

Deſcribit otium ſuum Bilbilitanum.

1. *Inquietus.*] Officiis & curis urbicis diſtentus.

2. *Clamoſa.*] Strepenti clamoribus præconum & aliorum, qui res venales & promercales clamitant. *Clamoſa in Subura.*] Officio ſcil. tuo demeriturus Stellam, cujus ædes eo loci, ut patet ex libri hujus epigramm. 3. *Iuvenalis.*] Satyricus ille, ut vult Lipſius, quem epiſt. 20. lib. 4. epiſtolicarum Quæſtionum arguit ab exilio reverſum ſcripſiſſe mortuo Domitian. *Subura.*] Epigramm. 35. lib. 1. ꝟſ. 6.

3. *Collem Dianæ.*] Aventinum, in cujus vertice templum Dianæ. Salutaturus ibi Suram, cujus ædes ibi collocat noſter epigrammate 64. lib. 6. verſu 16.

5. *Sudatrix, &c.*] In qua tu ſalutatoris obiens officia ſudas.

6. *Major Cœlius, &c.*] Mons Cœlius, unus è 7. collibus, dictus olim Querquetulanus, & in eo colliculus minor Cæliolus dictus.

7. *Multos poſt Decembres.*] Poſt annos XXXIV.

9. *Auro Bilbilis, &c.*] Supra epigramm. 3. verſ. 3. & epigr. 50. lib. 1.

11. *Boterdum.*] Alii, *Bothrodum.* Epigr. 50. lib. 1. ꝟſ. 7. *Plateamque.*] Epigr. 55. lib. 4.

14. *Tertia ſæpe, &c.*] Tertia diei hora, quæ nobis fermè nona vel octava antemeridiana, pro vario anni tempore.

15. *Totum mihi, &c.*] Compenſo ſomno & edormio, quicquid Romæ vigilaveram.

17. *Ignota*

Ter denos vigilaveram per annos.
Ignota est toga · sed datur petenti
Rupta proxima vestis à cathedra.
Surgentem focus excipit superbâ
Vicini strue cultus iliceti,
Multa villica quem coronat ollâ.
Venator sequitur; sed ille, quem tu
Secreta cupias habere sylva.
Dispensat pueris, rogatque longos
Levis ponere villicus capillos.
Sic me vivere, sic juvat perire.

17. *Ignota est toga.*] Officia togata mihi nulla. epigr. 51. lib. 10. v. 6. *Jani Numaque ninguidos menses in ocio fuliginoso & tunicata quiete transmittere.* Sidonius epist. 14. lib. 2. *Datur petenti.*] Mihi mane surgenti petentique datur à servo.

18. *Rupta proxima, &c.*] Proxima, id est, quælibet obvia vestis è ruptâ cathedra repositoria. Vel rupta vestis è proxima cathedra: producta ultima in *Rupta*, propter *priores* insequentes. vel neglecto Phaleucii modulo, in quo non admodum religiosus est Martialis.

19. *Surgentem.*] Me. *Superbâ.*] Alta.

20. *Vicini strue.*] *Vicina in ipsum sylva descendet focum.* epigrammate 50. lib. 1. *Cultus.*] Focus dives ligni ex ilice arbore.

21. *Multa villica, &c.*] Quem villica cingit multis ollis. vel cui foco villica imponit ollas coquentes prandia & cœnas.

22. *Ille, quem tu.*] Delicatus adeo & mollis, ut cupias, &c.

24. *Dispensat pueris.*] Diaria, operumque labores. Alii, *Dispensat pueri. Rogatque longos.*] Villicus novacula rasus, rogat dominum ut liceat pueris deponere capillos, quod signum erat emeritæ suæ militiæ, ut jam in viros transcripti rei rusticæ dent operam. Ramiresius ad epigr. 57. lib. 3. intelligit ipsum villicum levem rogare dominum, ut hoc sibi liceat. vide an huc faciat illud Catulli in Epithalamio, *Sordebant tibi villice Concubine hodie atque heri. Nunc tuum cinerarius Tondet os. Levis villicus*, cui nihil adhuc erat lanuginis, quemadmodum *leves pueros* posuit lib. 11. epigr. 23.

De Æmilio. XIX.

IN thermis sumit lactucas, ova, lacertum,
Et cœnare foris se negat Æmilius.

In balneis potabant non raro, sed & quandoque cibi aliquid sumebant. Lautiores una lavantibus distribuebant cibos gustandos. hos voravit Æmilius, ita ut sibi non esset opus captare cœnam, quod cum sordidum esset, jactavit se non cœnare foris.

Ad Fabullum. XX.

QUare non habeat, Fabulle, quæris
Uxorem Themison? habet sororem.

2. *Sororem.*] Amicam. vide epigramma 4. libro 2.

Ad * Marcellam. XXI.

MUnicipem rigidi quis te, Marcella, Salonis,
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum, tam dulce sapis: Pallatia dicent,
Audierint si te vel semel, esse suam:
Nulla nec in media certabit nata Subura,
Nec Capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus,
Romanam deceat quam magis esse nurum.
Tu desiderium dominæ mihi mitius urbis
Esse jubes: Romam tu mihi sola facis.

De

* Uxorem Martialis epigr. 31. infra. Marcellam uxorem habuit Poëta; laudat hic ejus comitatem, prudentiam, & morum suavitatem, ipsisque Romanis Julionibus comparat.

1. *Municipem.*] Quis te crederet Hispanam è Bilbili quam alluit Salo? *Rigidi Salonis.*] *Fluvii* ferrum durantis. lib. IV. epigr. 15. Vide & epigramm. 3. supra ✓s. 3.

3. *Pallatia dicent.*] Roma si te videat, dicet te natam Romæ, & educatam in ipsa principis aula. Sic. epigr. 54. lib. 11. *Romanam credere matres Italides possunt.*

4. *Audierint.*] Morum scil. ingenii & linguæ elegantiam.

5. *Nulla nec.*] Duo hic negativa, more Græcorum, magis negant. *Certabit.*] Emendatius leg. *certarit.* Neque ulla medio Romæ vico vel monte Capitolino nata, tibi contenderit nedum vicerit moribus, lingua, ingenio.

7. *Nec cito.*] Neque facile alia fœmina nobilis nascetur extra urbem, quam magis deceat esse Romanam, vel quæ magis referat matronam Romanam quam Marcella. Vel, Nec temere ullus alius partus peregrinus erit, quem Romanum exstimari magis deceat. *Herald.* Distichon intricatum, & ni fallor, mendosum, in quo emendando non pauci elaborarunt. Jos. Scal. in Catullum legit: *Te cito ridebit peregrinus Clodia partus, &c.* id est, Marcella cui nomen Claudia. *Ridebit, &c.*] Nata ridebit ad parentes. Allusum ad illud Virgil. 4. Ecl. *Quos non risere parentes*, cujus rationem vide apud Servium & alios Virgilii interpretes, tum Quintilian. lib. 9. cap. 3. & Turnebum lib. 18 cap. 3. Catullum in Epithalamio.

8. *Ducat.*] Alii, *deceat.*

9. *Dominæ urbis.*] Romæ.

10. *Romam, &c.*] Etiam in Bilbili.

3. *Caca*

De Philænide. XXII.

QUam ſit luſca Philænis indecenter,
Vis dicam breviter tibi, Fabulle?
Eſſet cæca decentior Philænis.

3. *Cæca decentior, &c.*] Si utroque careret oculo, ſed vide quæ ad epigramma 33. lib. 2.

In Læliam. XXIII.

DEntibus, atque comis, nec te pudet, uteris emptis.
Quid facies oculo, Lælia? non emitur.

Edentula eras, adſciviſti dentes eburneos buxeoſque: calva eras, ſumpſiſti comas factitias & emptitias: cæca facta es qua arte teficies hoc damnum, cum oculi non perinde ac comæ atque dentes adulterati emantur?

2. *Quid facies oculo Lælia? non emitur.*] Scribe: *Quid facies, oculus, Lælia non emitur.* Senſus elegantiſſimus eſt, crines adſcititios potes emere, dentes eburneos loculo circumferre; at malam deterioris faciei formam, aut oculum comparare non poteſt. *Dempſterus.*

Ad Juvencum, de covino curru. XXIV.

O Jucunda, covine, ſolitudo,
Carruca magis, eſſedoque gratum
Facundi mihi munus Æliani:
Hic mecum licet, hic Juvence, quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris.
Non rector Libyci niger caballi,
Succinctus neque curſor antecedit.
Nuſquam mulio: mannuli tacebunt.
O ſi conſcius eſſet hic Avitus,

Aurem

Munus Æliani celebrat.

1. *Covine, ſolitudo.*] Currus camerate. *Mole.* lib. 3. cap. 4. vehiculum falcibus armatum. unde *Silio* lib. 17. *covinus falcifer* dictus.

2. *Carruca magis.*] Curriculo bijugi. *Eſſedoque gratum.*] Curru Britannico, petorito.

3. *Æliani.*] Alii, *Hadriani.*

4. *Quidquid.*] Quodlibet libere.

6. *Vector Lybici.*] Vectus, ὁ ὑποχεύμενος ἐφ' ἵππῳ. Sic *vehere equo* atque *in equo*, frequens pro vehi, ὀχεῖσθαι ἵππῳ Alii, *Rector. Niger caballo.*] Maurus, Maſſylus eques expeditus. epig. 23. lib. 9. ỳſ. 13. & epigr. 13. lib. 10. ỳſ. 2.

8. *Nuſquam mulio, &c.*] Mulionem non habet covinus qui regat equos, unde ſupra dixit *ſolitudinem*. certè equulei covinum trahentes non deferent, non prodent ſermones noſtros. ep. 11. lib. 13.

9. *Avitus.*] Sterninius. epigramm. ad lib. 9.

Aurem non ego tertiam timerem.
Totus quàm benè sic dies abiret!

10. *Aurem non ego, &c.*] Neminem è tribus, etsi vulgo actum sit proverbium, *Tacere posse duos, absente altero.*

In Thelesinum. XXV.

Cum rogo te nummos sine pignore: non habeo, inquis.
Idem, si pro me spondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,
Credis colliculis, arboribusque meis.
Ecce reum Carus te detulit: adsit agellus.
Exilii comitem quæris? agellus eat.

Fœneratorem Thelesinum, qui nihil Poëtæ sine pignore credebat, exagitat. scribit quasi Romæ esset. *Raderus.*

5. *Carus te detulit.*] Causidicus & delator. de quo Plin. epist. 5. lib. 1. & Juvenal. satyra 1. vers. 36. *Adsit agellus.*] Tibi in judicio, causam tuam agat agellus meus, cui magis credis quam mihi. Scopticè.

6. *Agellus eat*] Non ego, vetus sodalis.

In * avarum amicum. XXVI.

Sexaginta teras cum limina mane senator,
Esse tibi videor desidiosus eques:
Quod non à prima discurram luce per urbem,
Et referam lassus basia mille domum.
Sed tu purpureis ut des nova nomina fastis,
Aut Numidûm gentes, Cappadocumve petas:
At mihi, quem cogis medios abrumpere somnos,
Et matutinum ferre, patique lutum,
Quid petitur? rupta cum pes vagus exit aluta,

Et

* Scriver. legit: *Ad Lectorium.*

Eosdem labores, non eadem præmia divitibus & pauperibus esse proposita Romæ, quasi adhuc degeret in urbe, ostendit. *Rad.*

1. *Sexaginta, &c.*] Cum tu ordinis Senatorii discurras officiosus salutator, me insimulas desidiæ, qui cum eques sim (idque honore non censu) idem non faciam. *Sexaginta teras.*] Omnino *Sexagena.* Vide Voss. in arte Grammatica.

4. *Et.*] Alii, *Nec.* *Basia mille domum.*] Epigr. 94. lib. 7. ℣ſ. 1.

5. *Sed tu purpureis, &c.*] Sed tu hoc facis, ut fias Consul. Consulum autem nomina referebantur in Fastos, qui purpura illinebantur. epigr. 5. lib. 11. ℣ſ. 5. & ipsi Coss. purpurati.

6. *Aut Numidum, &c.*] Vel ut obtineas provinciam in Africa vel Asia.

8. *Matutinum ferre, &c.*] Epigr. 36. lib. 3. ℣ſ. 4. & epigram. 10. lib. 10. vers. 8.

9. *Quid petitur?*] Id est, quid mihi est emolumenti. *Aluta.*] Pelle, calceo.

11. Nec

Et ſubitus craſſæ decidit imber aquæ:
Nec venit ablatis clamatus verna lacernis;
Accedit gelidam ſervus ad auriculam,
Et, rogat ut cœnes ſecum Lætorius, inquit.
Viginti nummis. non ego. malo famem;
Quam ſit cœna mihi, tibi ſit provincia merces,
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

11. *Nec venit.*] Nec ſervus vocatus adeſt qui afferat lacernas, detrahat, venit tantum à patrono Lætorio qui me trita & gelida toga horrentem invitet ad cœnam. *Ablatis.*] Jac. Bongarſius conjicit legendum eſſe *adlatis.*

14. *Viginti nummis, &c.*] Annon mihi ſatius eſſet domi tenuem parvo pretio emptam ſumere cœnam, quam tot officiis & tanto labore fractum demereri rectam cœnam vel ſportulam? vide Epictet. lib. 3. cap. 26. & Antholog. lib. 5. cap. 12. *εἰς αὐτάρκειαν.*

15. *Quod ſit cœna mihi, &c.*] Alii ſic diſtinguunt hunc verſum: *non ego malo famem?* Alii, *Quam ſit.* Alii leg. *Cum ſit.* Ego *Cur ſit cœna, mihi.*

In Seniam. XXVII.

A Latronibus eſſe te fututam
Dicis Senia: ſed negant latrones.

1. *Te fututam.*] Negant te impulſam ab iis. *vel* negant hoc, ajuntque te inhoneſtius quippiam paſſam eſſe. ut Calliſt. epigr. 35. infra.

In Cinnam. XXVIII.

POto ego ſextantes: tu potas, Cinna, deunces.
Et quereris quod non, Cinna, bibamus idem.

1. *Sextantes, &c.*] Pocula duorum cyathorum. epigram. 28. lib. 1. verſ. 2. *Deunces.*] Pocula undecim cyathorum.

2. *Et quereris, &c.*] Tu quereris me tibi apponere deterius vinum quam ego bibo. Imo ego queror quod tu bibis plus quam ego. Convenimus tamen & pares ſumus, quod ego genere, tu numero; quod ego qualitate, tu quantitate bibis. Neque enim æquum eſt te bibonem haurire optimi vini amphoras.

De Hermogene fure. XXIX.

HErmogenes tantus mapparum, Pontice, fur eſt,
Quantus nummorum vix, puto, Maſſa fuit.

Tu

Furem nobilem & ingenioſum ſub perſona Hermogenis depingit. Finxit etiam poëta aptum furi nomen. Hermes enim ſeu Mercurius furum Deus.

1. *Hermogenes, &c.*] Nomen apte fictum, quaſi *natus Mercurio,* qui callebat *quicquid placuit doloſo condere furto.* vide Catulli epigramm. *Marrucine Aſini, manu ſiniſtra non bellè uteris & Tollis lintea negligentiorum.*

2. *Maſſa fuit.*] Alius, credo, à Bæbio Maſſa Bæticæ provinciæ prætore & prædone. Plinius ultima epiſtola libri 7.

Tu licet observes dextram, teneasque sinistram:
Inveniet, mappam qua ratione trahat.
Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem:
Casuras alte sic rapit Iris aquas.
Nuper cum Myrino peteretur missio læso:
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.
Cretatam prætor cum vellet mittere mappam;
Prætori mappam surripit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantele è mensa surpuit Hermogenes.
Hoc quoque si deerit: medios discingere lectos,

Men-

5. *Cervinus gelidum, &c.*] Attrahit surripitque mappas nativa quadam furacitate, non secus ac cervus naturali antipathia serpentes è latebris spiritu extrahit, cornu elidit voratque. unde ἔλαφος Plutarcho lib. de prud. anim. dictus ἀπὸ τοῦ ἐλεῖν vel ἐλᾷν τοὺς ὄφεις. sanius duxerim ab אולח cerva ab אול cervus. vide Plin. lib. 11. cap. 83. & Ælian. lib. 2. cap. 9.

6. *Casuras alte, &c.*] Et veluti Iris furtim tollit aquas rursus casuras. hoc ex opinione vulgi. Fit autem Iris ex reflexu radiorum Solis ad nubem resolutam Solique oppositam in adspectu nostro.

7. *Myrino peteretur.*] Gladiatori. epigr. 20. lib. spect. *Missio læso.*] Læso gladiatori arma submittenti & ferrum accepturo, missio sæpe data à munerario, ne interficeretur, intercedente populo.

9. *Cretatam, &c.*] Candidam mappam in signum Circensium committendorum Prætor qui plerunque editor, missum è sella suspendit: fluxitque mos hic à Nerone, qui populo missus flagitante, mappam per fenestram jussit abjiei. Cassiodor. lib. 3. var. Sed & *mappam* usirarum Circo nomen Pærios sibi vendicasse testatur Fabius Quintil. lib. 1. cap. 9. *Mittere.*] Mittere, quandoque simpliciter. Sed & equi *mitti* dicuntur. Et ita quoque ἀφεῖναι Græci accipiunt. unde & *Carceres* ἀφετήρια. Gloss. *Missus*, ἀφεθείς.

10. *Surripit.*] Legendum videtur *surpuit.* & vero allusit Pal. in quo *surripuit.* quod versui officit. *Gruterus.* In Pircheimeri codice plane legebatur, *surpuit.*

11. *Attulerat mappam nemo, &c.*] Mappas suas ad convivia afferebant singuli, mantile convivator præbebat. Inter mappas enim & mantelia tunc temporis hoc discrimen statuebatur: ut *mantelia* mensis operiendis; *mappæ* manibus tergendis usum præbetent. nam *mappæ* erant brevia lintea, quas quisque secum ad convivium ferebat: inveniebant quidem apud dominum convivii mensam manteli instratam; sed unusquisque mappam suam afferebat. quod constat ex hoc epigrammate Martialis in Hermogenem mapparum magnum furem. quodam ergò die, quum furis metu nemo ex convivis mappam attulisset ad id convivium, cui ille debebat interesse, cum nihil posset mapparum surripere; mantele ipsum furatus est, quo mensa erat instrata: Hinc *mappæ breves*, eidem Martiali ἐπιθιζακῶς appellantur:

Et vani triplices, brevesque mappæ.

Salmas.

13. *Distringere lectos.*] Bracteas argenti

Mensarumque pedes non timet Hermogenes.
Quamvis non modico caleant spectacula Sole:
Vela reducuntur, cum venit Hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.
Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit unquam:
A cœna semper rettulit Hermogenes.

genti lectis deradere. epigramm. 33. lib. 8. ÿs. 5. *Vel* lectos stragulis nudare, plagisque (ut quidam legunt) *discingere*.

14. *Pedes non timet, &c.*] Eburneos. epigr. 43. lib. 2. ÿs. 9. vel mensarum pedibus deradere bracteas argenti.

15. *Spectacula.*] Spectatores in theatris.

16. *Vela.*] Vela in theatris ad umbram faciendam adhibita, docuimus epigramm. 39. lib. 9. ÿs. 6. *Reducuntur, &c.*] Ne surripiantur ab Herm.

18. *Paruit Hermogenes.*] Apparuit.

19. *Linigeri fugiunt calvi, &c.*] Isidis sacerdotes rasi, linteæ vestis candore puro amicti, & gestantes sistra, id est, crepitacula ex ære aut argento tinnula, à σείω.

21. *Ad cœnam Hermogenes.*] Supra vers. 11.

Ad Aprum. XXX.

Siccus, sobrius est Aper: quid ad me?
Servum sic ego laudo, non amicum.

2. *Non amicum.*] Qui amicum volo madidum & ebrium, servum siccum & sobrium.

De hortis Marcellæ uxoris. XXXI.

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis umbra supini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ:
Prataque, nec bifero cessura rosaria Pæsto:
Quodque viret Jani mense, nec alget olus:
Quæque natat clusis anguilla domestica lymphis,
Quæque geret similes candida turris aves:

Munera

1. *Hoc nemus.*] Laudat hortos uxoris, sibi reduci donatos. *Textilis umbra.*] Palmitum inter se consertorum foliis, umbram jacentibus.

2. *Ductile, &c.*] Aquæductus.

3. *Bifero cessura, &c.*] Epigr. 42. lib. 4. ÿs. 10.

4. *Jani mense.*] Januario.

5. *Lymphis.*] Palat. reponit, *Nymphis.*

6. *Similes aves.*] Candidas columbas. *Candida turris.*] Columbarium. *Adspicis ut veniant ad candida tecta columbæ?* Ovidius Trist. 1. el. 8.

Munera sunt dominæ post septima lustra reverso;
Has Marcella domos, parvaque regna dedit.
Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,
Alcinoö possem dicere, malo meos.

7. *Dominæ.*] Uxoris meæ. Alii legunt, *Domino.* *Septima lustra reverso.*] Annos 35. lustrum autem hic capitur, ut epigramm. 38. lib. 10. pro 5. annis. ut patet ex epigr. 103. lib. 10. ꝟ. 7.

9. *Si mihi Nausicaë, &c.*] Si mihi Alcinoi filia concederet patris sui pulcherrimos hortos.

In Vacerram. XXXII.

O Juliarum dedecus Calendarum,
Vidi Vacerra sarcinas tuas; vidi:
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat uxor rufa crinibus septem,
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putavi nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore & fame siccus,
Et non recenti pallidus magis buxo
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare clivum crederes Aricinum.
Ibat tripes grabatus, & bipes mensa,
Et cum lucerna, corneoque cratere
Matella curto rupta latere mejebat.
Focum ferentis suberat amphoræ cervix:

Fuisse

Vacerram divitias simulantem, mendicabulum omnibus ridendum ostendit.

1. *Juliarum, &c.*] Migrabant è conductis ædibus, Calendis Juliis.

3. *Quas non retentas, &c.*] Quas ædium dominus haud dignatus est retinere pro mercede cellæ per biennium tibi locatæ. Neque enim nisi ex biennii cessatione, retentio pignorum erat. Turneb. lib. 30. cap. 26. Cujacius ad Novell. VII.

6. *Nocte.*] Erebo.

8. *Et non recenti, &c.*] Et pallidior marcente buxo.

9. *Irus tuorum, &c.*] Pauper mendicus. epigr. 40. lib. 5. ꝟ. 9.

10. *Clivum Aricinum.*] Ubi sedent mendici. epigr. 19. lib. 2. Quasi dicat, diceres mendicos omnes ex colle Aricino, ubi frequentissimi spectantur, aliò discedere.

11. *Tripes grabatus.*] Pede carens uno.

13. *Mejebat.*] Et ipsa diffluebat.

14. *Focum ferentis, &c.*] Cervix tui ferentis focum suberat amphoræ quam capiti impositam gerebas. Sunt qui legendum contendunt *Foco virenti.* Sed vide sat. 3. Juv. ꝟ. 250.

15. *Gor-*

Fuiſſe gerres, aut inutiles mænas
Odor impudicus urcei fatebatur,
Qualem marinæ miſit aura piſcinæ.
Nec quadra deerat caſei Tholoſatis.
Quadrima nigri nec corona pulei,
Calvæque reſtes allioque, cepiſque,
Nec plena turpi matris olla reſina,
Summænianæ qua pilantur uxores.
Quid quæris ædes, villicoſque derides,
Habitare gratis, ô Vacerra, cum poſſis?
Hæc ſarcinarum pompa convenit ponti.

15. *Gerres.*] Locuſtarum genus, & inde minuta ſalſamenta. vide epigr. 76. lib. 3. vſ. 7. *Mænas.*] Viles piſciculos. vide epigr. 32. lib. 11. vſ. 14

16. *Impudicus, &c.*] Teter, olens pudenda.

18. *Caſei Tholoſatis.*] Caſei è Tholoſa Galliæ, qui mali eſt ſaporis.

19. *Quadrima nigri, &c.*] Faſciculus pulegii aridi, ut quod eſſet 4. annorum.

20. *Calvæque reſtes, &c.*] Colligata in reſtis formam allia, cepæque glabræ & quaſi calvæ. *ropes of onyons, &c.* An uſu longo detritas vult?

21. *Reſina.*] Qua reſina utebatur dropacis vice ad ſe levigandam mater Vacerræ.

22. *Summænianæ, &c.*] Meretrices. epigr. 81. lib. 3. vſ. 2.

23. *Quid quæris ædes, &c.*] Quid quæris villam ruri, quaſi lautiorum more per æſtatem ruſticaturus ſis?

24. *Habitare gratis.*] Ipſemet exponit, ubi gratis habitare poſſit. in ponte ſcilicet cum grege mendicorum, qui nullam ſolvunt de ponte penſionem.

2. *Ponti.*] Fontibus ſcilicet & crepidinibus, quæ mendicorum ſunt ſtationes. epigr. 5. lib. 10. vſ. 3.

De Labieno. XXXIII.

UT pueros emeret Labienus, vendidit hortos:
Nil niſi ficetum nunc Labienus habet.

2. *Nil niſi ficetum, &c.*] Jocus eſt in ambiguitate τῦ *ficus*: cum dicat, Labieno ex hortis ſupereſſe ficis conſitum agrum. intelligit pueros ex nequitia ficoſos. ut epigr. 52. lib. 4. & epigr. 70. lib. 7. & epigr. 66. lib. 1.

Ad Julium Martialem. XXXIV.

TRiginta mihi, quattuorque meſſes
Tecum, ſi memini, fuere Juli:
Quarum dulcia mixta ſunt amaris;

Sed

Nimium uſum familiarium, moleſtias creare, & perturbare vitæ beatæ tranquillitatem docet.

Sed jucunda tamen fuêre plura.
Et si calculus omnis huc, & illuc
Diversus bicolorque digeratur:
Vincet candida turba nigriorem.
Si vitare velis acerba quædam,
Et tristes animi cavere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus, & minus dolebis.

5. *Si calculus, &c.*] Si computemus felices nostros faustosque dies, quo more suos numerant Thraces nigris albisque lapillis. vide epig.45.l.8.vs.2.

7. *Vincet candida, &c.*] Plures apparebunt fuisse boni dies quam mali.

10. *Nulli te facias, &c.*] Νεμεσσῶμαι δ' καὶ ἄλλῳ Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ ὃς καὶ ἔξοχα μὲ φιλέῃσιν, Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα. Menelaus ad Telemachum Odyss. 5.

Ad Callistratum. XXXV.

Tamquam simpliciter mecum, Callistrate, vivas:
Dicere percisum te mihi sæpe soles.
Non es tam simplex, quam vis, Callistrate, credi:
Nam quisquis narrat talia, plura tacet.

1. *Tamquam simpliciter mecum.*] Vis videri ingenuè mecum communicare secreta tua, proinde fateri etiam vitia; sed hoc non facis ingenuè: namque minus de te fateris, ut majus taceas.

2. *Præcisum.*] Palat. legit *percisum.* vide epigr. 72. lib. 2.

4. *Narrat, tacet.*] In vocibus *narrat* & *tacet*, latet majus illud quod Callistratus non fatetur vitium. vide epigramm.83. lib.3. & epigr.95.l.3.vs.2.

In Labullum. XXXVI.

Libras, quattuor, aut duas amico,
Algentemque togam, brevemque lænam,
Interdum aureolos manu crepanteis,
Possint ducere qui duas calendas,

Quod

Labullum Tibi de liberalitate blandientem negat esse liberalem, quamvis omnes sui temporis avaros superet munificentia; imparem tamen esse eum priscis Mæcenatibus verè benignis & liberalibus. Malos vincere bonitate, negat esse præclarum; sed ipsis bonis esse meliorem, pulchrum dicit. *Rad.*

1. *Libras.*] Argenti.

2. *Algentemque, &c.*] Tritam. *Lænam.*] Græcis dicitur χλαῖνα, vestis quæ togæ injicitur.

3. *Aureolos.*] Aureos, quorum unus denariis 25. valebat. vide lib. 10. epigramm. 75. *Crepanteis.*] Epigram. 20. lib. 5. vers. 4.

4. *Duas Calendas.*] Duorum mensium diætam & victum.

7. Opti-

Quod nemo, nisi tu, Labulle donas;
Non es, crede mihi, bonus. quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorum.
Pisones, Senecasque, Memmiosque,
Et Crispos mihi redde, sed priores:
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu, pedibusque gloriari?
Tigrim vince, levemque Passerinum,
Nulla est gloria praeterire asellos.

7. *Optimus malorum.*] Cum avaris collatus, videris munificus; inter avaros quidem es liberalissimus, *Neque enim bonitas est*, inquit Seneca, *pessimis esse meliorem*. epist. 79.
8. *Pisones, Senecasque, Memmiosque & Crispos.*] Nisi liberalitate excedas munificos illos viros Pison. Senec. Memmium, Crispum.
9. *Priores.*] Non viventes, sed avos, proavos, & non sui aevi.
10. *Ultimus bonorum.*] Quem aequat optimus malorum.
12. *Tigrim, Passerinum.*] Equum celerem.
13. *Praeterire asellos.*] Vincere avaros, quos asellis comparat.

In nasutum. XXXVII.

NAsutus nimium cupis videri.
Nasutum volo, nolo polyposum.

2. *Nasutum volo, &c.*] Urbanum volo derisorem, non putidum & impudentem scurram. ut epigr. 49 lib. 1. *Vel* acrem & acutum volo censorem judicemque, non rancidum & nigrum, qui vitio suo meum corrumpat sensum. Est verò Polypus, nasi morbus, de quo Celsus lib. 6. cap. 8.

Ad Candidum. XXXVIII.

HUnc qui foemineis noctesque diesque cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis;
Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro,
Ore tener, latus pectore, crure glaber;
Uxori qui saepe tuae comes improbus haeret:
Non est quod timeas, Candide: non futuit.

In

1. *Foemineis, &c.*] In quibus foeminae sedentes, varia & ad suam Rempubl. pertinentia miscent colloquia. sic epigr. 62. lib. 3. γυναικείας hasce ἕδρας Juvenalis *molles* dixit sat. 6.
4. *Glaber.*] Dropace depilatus. epigramm. 29. lib. 2. vers. 6.
6. *Non futuit.*] Ipse est inter cinaedos fossa pathica. *Vel* λείχων. *Vel* turpius aliquid.

In Sabellum. XXXIX.

ODi te, quia bellus es Sabelle.
Res est putida bellus, & Sabellus,
Bellum denique malo, quam Sabellum.
Tabescas utinam, Sabelle, belle!

1. *Sabelle.*] Sabellum hunc perstrinxerat epigr. 84. lib. 7. quod belle scripsisse epigrammata sibi visus est. nunc illi sæpius in os regerens quod affectabat *bellum*, Sabellum pronunciat odio dignum, putidum, & tantum bello minorem, quantum ipse *bellus bono* infetior est; illi denique exitium imprecatur.

2. *Res est putida, &c.*] Epigr. 10. lib. 1. *Quare* Bene & Præclare *quamvis nobis sæpe dicatur:* Belle & Festive *nimium sæpe nolo, &c.* Cic. 3. de Oratore.

4. *Tabescas utinam, &c.*] Ut nomine suo ex primæ syllabæ tabe diminuto *Sabellus* fiat *Bellus*.

In Pontilianum. XL.

MEntiris? credo: recitas mala carmina? laudo:
Cantas? canto: bibis, Pontiliane? bibo.
Pedis? dissimulo: gemma vis ludere? vincor.
Res una est sine me, quam facis, & taceo.
5 Nil tamen omnino præstas mihi mortuus, inquis,
Accipiam bene te, nil volo: sed morere.

Omni genere officii prosecutus poëta Pontilianum, seu ut alii leg. Pompilianum, nihil præter promissa recipiebat; promittebat autem hæreditatem, aut ejus partem post mortem. Poëta pro istis promissis illi mortem imprecatur: quo simul insinuat stultè fieri ab amico, qui sic amicum conciliet; ut conciliatus, mortem amico exoptet. *Raderus.*

1. *Credo, &c.*] Subservio, supparasitor, secundas ago, cum Terentiano illo Gnathone, vel Græculo apud Satyricum satyra 3. verſ. 100. adulatore. item Plutarchi lib. de discrimine amici & adulatoris, ut & Theophrasti charact. 3. & 5.

3. *Pedis? dissimulo.*] At egregii illi capitones & plagipatidæ, homines alienæ mentis, alieni arbitrii, id non dissimulassent: imo suffitum hcic fragrantissimum patulis naribus hausissent. *Herald.* *Gemma.*] Latrunculis vitteis. epigr. 71. lib. 7. verſ. 8. & lib. 14. epigr. 20.

4. *Una est sine me.*] Turpicula quæpiam.

6. *Accipiam bene te, &c.*] Hæreditate, vel hæreditatis parte officia tua compensabo. *Nil volo, &c.*] Epigrammate 63. lib. 6. & epigr. 27. lib. 8.

In Tuccam. XLI.

NOn est, Tucca, satis, quod es gulosus:
Et dici cupis, & cupis videri.

De

2. *Et dici cupis, &c.*] Quod perditi hominis est & eximie dissoluti, velle morbum suum profiteri, neque caute agere, si non caste.

1. *Barba-*

De Calliſtrato & Afro. XLII.

Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo ſolet.
Præluxere faces; velarunt flammea vultus:
Nec tua defuerunt verba, Thalaſſe, tibi.
Dos etiam dicta eſt. nondum tibi, Roma, videtur
Hoc ſatis? expectas numquid ut & pariat?

1. *Barbatus.*] Huic epigr. ingenium & lux à ſat. 2. Juv. vſ. 134. vide & Tacit. 15. Annal. quo modo Nero Pythagoræ nupſit. *Rigido Afro.*] Mutoniato.

3. *Faces.*] Nuptiales. quæ quinque pro numero partus naturali. vel in honorem 5. deorum, Jovis adulti, Junonis adultæ, Veneris, Suadelæ, Lucinæ præferebantur à pueris patrimis & matrimis apud Romanos: à ſponſæ matre apud Græcos. vide quæ Farnab. ad Senecæ Thebaida. verſ. 263. & 507. *Flammea.*] Flammeum erat velamentum luteum ceu rubeum, quo nova nupta tegebatur pudoris gratia. vel in ſubjectionis ſymbolum. epigramm. 79. lib. 11. verſ. 3.

4. *Thalaſſe, tibi.*] Nuptiarum Deus. epigr. 36. lib. 1. verſ. 6.

In Sabellum. XLIII.

Facundos, mihi de libidinoſis
Legiſti nimium, Sabelle, verſus:
Quales nec Didymi ſciunt puellæ,
Nec molles Elephantidos libelli,
Sunt illic Veneris novæ figuræ:
Quales perditus audeat fututor:
Præſtent, & taceant quid exoleti;
Quo ſymplegmate quinque copulentur;
Qua plures teneantur à catena;

Exſtin-

3. *Didymi ſciunt puellæ.*] Spintriæ neſcio cujus, monſtroſi. pro *Dindymi* legi *Dydimi* vult Joſ. Scalig. ad Catull.

4. *Elephantidos libelli.*] Poëtrix, quæ libris ſuis expreſſit ποικίλα τῆς Ἀφροδίτης καὶ ἀκολασίας σχήματα. cujuſmodi figuris & ſchematis cubicula ſua inſtruxit Tiberius Cæſar. taceo Aretini nefarias tabellas. vide ſi placet quæ Caſaubon. ad cap. 43. Suet. Tiberii, ex Propertio, Clemente Alex. &c.

5. *Novæ.*] Scriv. leg. *novem.*

7. *Taceant quid exoleti.*] An taceant pudore inhibiti ipſi exoleti? *Emphatice.* An tacent, uti epigramm. 95. lib. 3. verſ. 3.

8. *Symplegmate Qua plures, &c.*] Sellarias iſtas ac ſeries turpiter connexorum, nimis apertè refert Suet. cap. 43. Tiberii. Ἀφροδίτην ταύτην ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην execratur Clemens Alexandrin. Προτρεπτικῷ ad Græcos. Scriverii editio: *Symplegade.* haud ſcio, quo auctore.

Exſtinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat eſſe te diſertum.

11. *Tanti non erat, &c.*] Non erant hæc digna tanto ingenio.

Ad M. Unicum. XLIV.

UNice cognato junctum mihi ſanguine nomen:
Quique geris ſtudiis corda propinqua meis:
Carmina cum facias ſoli cedentia fratri,
Pectore non minor es, ſed pietate prior.
Leſbia cum tenero te poſſet amare Catullo,
Te poſt Naſonem blanda Corinna ſequi.
Nec deerant Zephyri, ſi te dare vela juvaret:
Sed tu litus amas. hoc quoque frätris habes.

Unicum cognatum, unicè laudat; qui & ipſe fratrem habebat poëtam heroum; ſed ipſe elegiam ſcribebat, ne ſtarent ſua carmina æmula fratri. *Rad.*

1. *Junctum, &c.*] Mihi affinis.

2. *Propinqua meis.*] Faventia.

3. *Soli cedentia fratri.*] Elegiaca, quum ille heroïca pangat.

4. *Pectore, &c.*] Scientia & arte. *Pietate prior.*] Qua cedis fratri primas. vide ejuſdem ingenii, epigramma 11. lib. 11.

5. *Lesbia, &c.*] Te Elegiæ gloria vel Catullo & Ovidio poſſent æquiparare amicæ ſuæ Lesbia & Corinna. *Tenero.*] Palat. legit, *lepido*.

7. *Nec deerant Zephyri, &c.*] Non deſunt tibi genius & ingenium, ſi grandi ſtilo & heroico velis intonare; ſed tu in fratris gratiam reprimis ingenii tui habenas, & elegias ſcribis.

8. *Hoc quoque fratris habes.*] Hoc te fratrem oſtendis, dum fratris cauſſa tuam venam coërces.

Ad Phœbum. XLV.

HOEdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticemque calvæ;
Feſtive tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit caput eſſe calceatum.

1. *Hædina, &c.*] Galericulo ex hirſuta hœdi pelle ad diſſimulandam calvitiem. ep 50. lib. 14.

4. *Calceatum.*] Cum eadem tegeretur materia, qua pedes.

Ad Claſſicum. XLVI.

VEndunt carmina Gallus, & Lupercus.
Sanos, Claſſice, nunc nega poëtas.

In

Etſi Democritus Poëtas ſanos, id eſt, mentis compotes, nec ἐνθυζιάσμασ & ſacro furore correptos. excludat Helicone: quis tamen audet negare Gallum & Lupercum ſanos eſſe, qui mala ſua carmina pretio obtrudant hominibus proculdubio inſanis, qui mala emunt carmina?

2. Nec

In habentem varios mores. XLVII.

Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem:
Nec tecum possum vivere: nec sine te.

2. *Nec tecum, &c.*] Sumptum ab Ovidio eleg. 10. lib. 3. Amor. *Aversor morum crimina, corpus amo. Sic ego nec sine te, nec tecum vivere possum, &c.*

In lautum invitatorem. XLVIII.

Boletos & aprum si tanquam vilia ponis,
Et non esse putas hæc mea vota: volo.
Si fortunatum fieri me credis, & hæres
Vis scribi, propter quinque Lucrina: vale.
Lauta tamen cœna est: fateor lautissima: sed cras
Nil erit, immo hodie; protinus immo nihil;
(1) *Quod sciat infelix damnatæ spongia virgæ,*
(2) *Vel quicumque canis, junctaque* (3) *testa viæ:*
Mullorum, leporumque, & suminis exitus hic est;
Sulphureusque color, carnificesque pedes.

Non

Lautitias divitum captatrices contemnit, frugalitatem laudat.

1. *Boletos, &c.*] Si vulgares & quos ipse soles, apponis cibos, & non quales putas me cupere, hinc hæreditatem meam captans, volo. *Bolet.*] Fungorum genus opt. quod lib. 13. auro anteponit:
Argentum atque aurum facile est, læmamque togamque
Mittere: boletos mittere difficile est.

4. *Lucrina.*] Ostrea è lacu Lucrino. epigr. 11. lib. 6. vers. 5. *Vale.*] Nolo apud te cœnare.

6. *Immo hodie, &c.*] Imo statim à cœna nulla manet gulæ voluptas. Namque lautissimæ hæ cupediæ Vel (1) dejiciuntur per alvum (2) vel rejiciuntur vomitu per guttur; vel (3) excernuntur per vesicam: neque earum saporem dignoscet sentietve spongia, canis, aut testa seu matula.

7. *Infelix, &c.*] Quod vel spongia, vel testa sciat, nihil superesse de vestris lautis cupediis, quam sordes & stercora. Spongia ligno adhærens, damnata in vile ministerium, ad emundanda scilicet obscœna. ut de bestiario quodam refert Seneca, epist. 70. vide Corn. Vitellium cap 9. in Merulam. *Virgæ.*] Virgam appellat lignum, cui spongia adhærebat.

8. *Quicumque canis.*] Qui ad vomitum accurrunt. *Junctaque testa viæ.*] Testæ in angiportis parabantur iis qui urinam emittere volebant. Atque hinc illud Vespasiani è lotio vectigal. Suet. Vesp. cap. 23.

9. *Mullorum, leporumque.*] Optimorum piscium & carnium. *Suminis.*] Epig. 44. l. 13. *Exitus hic est.* In has sordes abeunt & mutantur vorati pisces, lepores, & suillæ pars optima, quæ *sumen* est, h. e. papillæ modo enixæ porcæ.

10. *Sulphureusque color.*] Ex cruditate, pallor. *Carnificesque pedes.*] Podagra. Λυσιμελοῦς Βάκχου καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης Γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς Ποδάγρα. Anthol. l. 2. c. 43.

11. *Alba-*

Non Albana mihi ſit comiſſatio tanti;
Nec Capitolinæ, pontificumque dapes.
Imputet ipſe deus nectar mihi, fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Convivas alios cœnarum quære magiſter,
Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ:
Me meus ad ſubitas invitet amicus ofellas:
Hæc mihi, quam poſſum reddere, cœna placet.

11. *Albana, &c.*] Lautiſſimum epulum, quale exhibuit in Albano monte in Quinquatriiis Minervæ ſuæ Domitianus. Quaſi dicat, ſi mihi apponeres epulum, ut olim Domitianus in Albano, hac conditione & exprobratione beneficii, nolim tecum cœnare. *Tanti.*] Ut ſtomacho & pedibus laborem.

12. *Capitolinæ.*] Jovis epulum in Capitolio à 7. Epulonibus inſtructum. *Pontificumque dapes.*] Magnifica Pontificum cœna, qualem Metelli deſcribit Macrob. cap. 13. l. 3. Saturn.

13. *Imputet, &c.*] Si mihi ipſe Jup largitus nectar in rationibus & meriti loco numeret, non mihi ſapiet aliud quam acetum & vappam è vino viliſſimo. Gloſſ. *Imputare*, λογίζομαι. & ita ſæpe illius ætatis ſcriptores, hoc verbum uſurparunt.

14. *Vappa.*] Vinum fugiens, aut fæx vini. & Metaphoricè, homo nihili.

15. *Cœnarum magiſter.*] Cœnæ pater, invitator, parochus. Ergò hoc loco *Magiſter* cœnæ, non is qui *Arbiter bibendi*, unde *Magiſteria* & *regna vini*: nam idem & *Rex*: ſed potius *Cœnæ pater*, menſæ rex. Macrob. lib. 2. cap. 1.

17. *Ofellas.*] Epigrammate 221. lib. 14.

Ad Linum pædagogum. XLIX.

CRinitæ Line pædagoge turbæ,
Rerum quem dominum vocat ſuarum,
Et credit cui Poſtumilla dives
Gemmas, aurea, vina, concubinos:
Sic te, perpetua fide probatum,
Nulli non tua præferat patrona:
Succurras miſero, precor, furori,
Et ſerves aliquando negligenter
Illos qui male cor meum perurunt:
Quos & noctibus & diebus opto

In

1. *Crinitæ, &c.*] Puerorum nobilium & cirratorum pædagoge. Pueri enim, ut formoſiores viderentur, comam nutrire & colere ſtudioſè ſolebant, qui & *cirrati* ideo dicuntur à Perſio Sat. 1.

Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe
Pro nihilo pendas.

Turneb. Adverſ. lib. 26. cap. 21. epigrammate 57. lib. 3. verſ. 8.

5. *Sic te, &c.*] *Precantis Adverb.*

7. *Furori.*] Meo,

13. *Sed*

In nostro cupidus sinu videre.
Formosos, niveos, pares, gemellos;
Grandes, non pueros, sed uniones.

13. *Sed uniones.*] Ἀπροσδοκήτως. Expectabatur enim ut peteret pueros, petit ille uniones.

In habentem amœnas ædes. L.

DAphnonas, platanonas & aërias cyparissos,
Et non unius balnea solus habes;
Et tibi centenis stat porticus alta columnis,
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx;
Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit,
Et pereuntis aquæ fluctus ubique sonat.
Atria longa patent: sed nec cœnantibus usquam,
Nec somno locus est. quam bene non habitas!

Sapientis esse architecti, non elegantes tantum, sed commodas ædes parare, docet.

1. *Daphnonas, &c.*] Laureta. l. 10.79.

2. *Non unius, &c.*] Magis ampla quam pro privato homine.

4. *Calcatusque, &c.*] Pavimenta sternuntur Onychite lapide.

5. *Hippodromon ungula plaudit.*] Spacium per quod currunt equi. ex ἵππος, & δρόμος. *Hippodromus* namque apud Latinos pro Circo accipitur, in quo de equi pernicitate certabatur.

6. *Aquæ fluctus ubique sonat.*] Fontium, scaturiginum in hortis diffluentium.

8. *Quam bene non habitas.*] Cui inter hæc omnia cœnatio nulla, cubiculum nullum. Quid ergo absurdius, quam in amplissima domo, nullum esse locum cœnandi, nullum dormiendi, quorum caussa potissimum ædes ædificantur. *Rad.*

De Fabullo. LI.

TAm sæpe nostrum decipi Fabullinum
Miraris, Aule? semper bonus homo tiro est.

1. *Fabullum.*] Gruterus è MS. legit, *Fabullinum.* rectè.

2. *Tiro est.*] Simplex, nec satis exercitatus ad cavendum veteratos hos veteratores. Scriverius legit: *homo bonus.*

Ad Semproniam. LII.

TEmpora Pieria solitus redimire corona,
Nec minus attonitis vox celebrata reis,

Hic

Epitaphio mortem Rufi, & Semproniæ ergà Rufum virum, amorem & fidem celebrat. quæ rapta ab amatore rediit ad virum, ostenditque se invitam fuisse abductam, aut certè pœnituisse facti. *Rad.*

1. *Tempora, &c.*] Rufus tuus, Poëta insignis, nec minus celebris notæ Orator.

4. *Cujus*

Hic ſitus eſt, hic ille tuus, Sempronia, Rufus:
Cujus & ipſe tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elyſio narraris fabula campo,
Et ſtupet ad raptus Tyndaris ipſa tuos.
Tu melior, quæ deſerto raptore rediſti;
Illa virum voluit nec repetita ſequi.
Ridet, & Iliacos audit Menelaus amores:
Abſolvit Phrygium veſtra rapina Parim.
Accipient olim cum te loca læta piorum,
Non erit in Stygia notior umbra domo.
Non aliena videt, ſed amat Proſerpina raptas:
Iſte tibi dominam conciliabit amor.

4. *Cujus & ipſe tui, &c.*] Quod rapta ad Rufum ſponte redierit.

5. *Narraris fabula campo.*] A Rufo tuo jam in Elyſiis.

6. *Stupet ad raptus.*] Quod tu rapta, Rufum tuum ſponte repetiiſti. *Tyndaris ipſa tuos, &c.*] Helena, Tyndari filia. Alii leg. *Noluit illa virum vel repetita ſequi.*

8. *Repetita ſequi.*] A conjuge Menelao & Græcis.

9. *Ridet, &c.*] Menelaus lætus, audit te raptam rediiſſe ad maritum tuum, excuſat crimen Helenæ ſuæ, ridetque amores Paridis & Deiphobi.

11. *Accipiunt, &c.*] Ubi tu defuncta migraris ad Elyſios campos, nota eris & nobilitata ex hac Rufi tui fama.

13. *Non aliena videt, &c.*] Sed amica, & propter communem raptum favens raptis.

14. *Tibi dominam conciliabit amor.*] Proſerpinam tibi propitiam faciet. Non ſolum enim amatores amicam ſuam *Dominam* vocare ſolebant; ſed & eodem nomine Auguſtæ & Reginæ vocabantur. Maro VI. Æneid. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.* Tum & in univerſum uxores omnes ſic vocantur, ut è quodam Senecæ loco intelligi poteſt. Turneb. lib. XXI. Adverſ. cap. VI.

In Avarum. LIII.

NUmmi cum tibi ſint, opeſque tantæ,
Quantas civis habet, paterve, rarus:
Largiris nihil, incubaſque gazæ,
Ut magnus, draco, quem canunt poëtæ
Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.

Sed

Paternum inſectatur illiberalem & avarum, patremque appellat avaritiæ.

2. *Paterve, rarus.*] Aut qui habet liberos, ut continuet filios, & *pater fuiſti.* & epigr. 62. infra. Alii, *Paterne, κύριον.*

5. *Scythici fuiſſe luci.*] Aurei velleris ſago ſuſpenſi in luco ante templum Martis. de quo Apollonius & Val. Flaccus in Argonauticis. Ovid. 7. Metamorph. Seneca in Medea. Hyginus 14. fab. Apollod. lib. 1. &c. Alii leg. *Libyci.* de quo epigr. 37. lib. 3. Et vide Macrob. Sat. 1. cap. 20.

6. *Sed*

Sed caussa, ut memoras, & ipse jactas,
Diræ filius est rapacitatis.
Et quid tu fatuos, rudesque quæris,
Illudas quibus, auferasque mentem?
Huic semper vitio pater fuisti.

6. *Sed caussa, &c.*] Sed arguis filium tanquam causam tuæ rapacitatis.

8. *Et quid tu fatuos, &c.*] Quasi vero tam fatui simus, quibus hoc persuadeas.

10. *Huic semper, &c.*] Immo tute ipsius vitii pater es. *Vel*, illi autor ad hoc vitium.

In Zoilum. LIV.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Vultus est index mentis, & lineamenta corporis, argumenta animi: liberalis & honesta facies, liberalem & honestum arguit animum; prava, pravum. Fronti magna fides, inquiunt Physiognomones, pronunciantque, cavendum ab iis quos signavit Deus.

1. *Læsus.*] Sic MS. Bodleianus. Vulg. *Luscus.*

Ad Puellam. LV.

Gratis qui dare vos jubet puellæ,
Insulsissimus, improbissimusque est.
Gratis ne date, basiate gratis.
Hoc Ægle negat, hoc avara vendit.
Sed vendat bene, basiare quantum est?
Hoc vendit quoque nec levi rapina:
Aut libram petit illa Cosmiani,
Aut binos quater à nova moneta:
Ne sint basia muta, nec maligna,

Ne

1. *Dare vos, &c.*] Vestri copiam facere.

4. *Hoc Ægle, &c.*] Etiam basiare.

5. *Sed vendat bene.*] Quid hic versus sibi velit, nescire ait Gruterus. At scivit Martialis, qui posuit. Ægle negat se basiare gratis: vendit hoc quoque. Mirum: nam utcumque vendat hoc bene vel parvo pretio, an cuiquam est basiare tanti, ut id vel bene emere velit? At illa tantillum quidem bene vendit, &c. *Gronov. Sed vendat bene.*] Phaleucium istum cum sequenti non est videre in Palat. & nescio sane quid sibi velit: quartus servat: *Sed vendat quoque nec levi rapina.* omissis intermediis.

7. *Libram petit, &c.*] Unguenti à Cosmo confecti. epigr. 88. lib. 1. vs. 2. libram petit Ægle, quo oris impuri fœtorem emendet.

8. *Binos quater, &c.*] Octo Flavios monetæ novæ & asperæ.

9. *Muta.*] Alii, *multa.* Alii leg. *Nec clusa.*

11. *Ha-*

Ne clusis aditum neget labellis.
Humane facit hoc tamen: sed unum est,
Gratis quæ dare basium recusat,
Gratis lingere nec recusat Ægle.

11. *Humane facit, &c.*] An quia esse & ebore dentata? epigr. 73. lib. 1. An quia ore impura, utpote μύζουσι epigr. 95. lib. 1. & epigr. 15. lib. 2.

In Polycarmum. LVI.

Ægrotas uno decies, aut sæpius anno;
Nec tibi, sed nobis hoc, Polycarme, nocet.
Nam quoties surgis, soteria poscis amicos.
Sit pudor: ægrota jam, Polycarme, semel.

Ut supra quosdam dixit sæpius in anno nasci & natalem celebrare, uti poscerent munera natalitia; ita Polycarmum ait sæpius fingere morbum, ut posceret σωτήρια.

1. *Ægrotas uno decies, &c.*] Convalescenti mittebant amici pro salute receptâ munera, quæ σωτήρια vocabant. Polycarmus morbum simulabat sæpius, ut haberet occasionem exigendi hæc munera: non secus ac Clytus ille ex natalitiis fictis. epigramm. 64. lib. 8.

4. *Ægrota jam, &c.*] Morere, nec convalesce è morbo. sic epigramm. 40. lib. 5. vs. 5.

Ad Sparsum. LVII.

Cur sæpe sicci parva rura Nomenti,
Laremque villæ sordidum petam, quæris?
Nec cogitandi, Sparse, nec quiescendi
In urbe locus est pauperi. negant vitam
Ludimagistri mane, nocte pistores,
Ærariorum marculi die toto.
Hinc ociosus sordidam quatit mensam
Nero-

Exponit Sparso caussas recessus in villam Nomentanam, urbanos strepitus; qui nullam quietis partem concedunt Poëtæ, vel meditandi, vel connivendi. *Rad.*

1. *Cur sæpe sicci, &c.*] Quæris, cur toties secedam in sterilem meam & siccam villam Nomentanam. vide Plinii epist. 17. lib. 2.

2. *Sordidum.*] Jan. Douza legendum censet *Sparse.*

4. *Negant vitam.*] Eandem Sybaritæ querelam vide epigrammate 70. libri 9.

5. *Pistores.*] Qui & ipsi molam vertebant.

6. *Ærariorum, &c.*] Fabrorum æs cudentium & tractantium malleoli. *Marculus* ergò à marco: *marcus* est malleus major; dictus *marcus*, quod major sit ad cædendum & fortior: *marcellus* mediocris malleus; *marculus*, pusillus.

8. *Nero-*

Neroniana nummularius massa:
Illinc paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fuste verberat saxum.
Nec turba cessat entheata Bellonæ,
Nec fasciato naufragus loquax trunco,
A matre doctus nec rogare Judæus,
Nec sulfuratæ lippus institor mercis.
Numerare pigri damna qui potest somni,
Dicet quot æra verberent manus urbis,
Cum secta Colcho Luna vapulat rhombo.

-Tu,

8. *Neroniana.*] Pustulata, optima auri atque arge .ti nota, cujusmodi exegit Nero. Sueton cap. 44. An forte massam innuit ex metallis, urbe sub Nerone incensa, conflatam, quale fuit æs Corinthium.? Alii intelligunt, nummos & mensam Claucii fœneratoris, de quo epigramm. 57. lib. 2. vers. 7. *Nummularius.*] Nummularii Trapezitæ dicuntur, seu mensarii, qui pecunias ad mensas tenent.

9. *Paludis, &c.*] Lini & setabi quod in paludosis Hispaniæ locis seritur. *Nam sudaria Setaba ex Hiberis Miserunt, &c.* Catul. Quod enim Turnebus lib. 30. cap. 26. legendum conjicit *balucis* & de auro rudi & crudo intelligit, nullatenus convenit aureæ operæ cum fuste; lineæ, optime. *Farnabius.* Attamen & sit Vir incomparabilis. Cl. Salmasius sic legendum censet. *Illinc balucis malleator Hispanæ.* Nam *balux* minutus auri calculus. Intelligit ergò Martialis, auri monetiarum ex baluca Hispana. idem enim ac si dixisset, Hispani auri malleatorem. *Malleatores* erant, qui monetam feriebant, & malleis formas incudebant. inde *illa: ære, argento, auro, flando, feriundo.*

10. *Tritum nitenti, &c.*] Linum olim in saxo fuste ligneo, seu malleo stupatio tundebatur. Nam ut Plin. l. 19. cap. 1. inquit: *Mox arefactæ* (virgæ lini) *in saxo tunduntur stupario malleo.* Alii de auro extenuato in laminas & bracteas interpretantur.

11. *Turba cessat, &c.*] Sacerdores Bellonæ œstro perciti: *quos sectis Bellona lacertis Sæva movet.* Lucan. lib. 1. *Entheatam* hic vocat, quam supra *entheam* appellavit.

——— *Lacerantur brachia cultris,*
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.

Hæc ergò turba nullam civitati quietem indulget.

12. *Nec fasciato, &c.*] Nec emendicans naufragus, suspensâ ex humeris à pectore naufragii depicti tabula de fascia.

13. *A matre doctus, &c.*] Devictis enim Solymis, Judæorum multi Romam delati Ægeriæ nemus incolebant, & passim mendicabant miseri. Juvenal. satyra 6. ꝟs. 544.

14. *Nec sulfuratæ, &c.*] Nec cessat proclamare sulphurata ramenta lippus & vilis circulator. epigr. 42. l. 1. ꝟs. 4. *Lippus, &c.*] Ab opere sulfureo.

15. *Numerare pigri, &c.*] Ille numerabit somni damna, qui potest numerare pulsantes æra mulieres, quum devocatur luna sagis: Nullus autem manus illas numerabit, multo minus & somni damna.

16. *Æra verberent, &c.*] Quorum crepitu Lunæ delinquenti succurri posse credebant. vide quæ Farnab. ad Senecæ Hippolyt. ꝟs. 420. 787.

17. *Colcho Luna vapulat.*] Magico. propter Medeam, quæ Colchis. *Rhombo.*] *Rhombo*, magico instrumento. epigramm. 30. lib. 9. ꝟs. 9.

 18. *Nescis*

Tu, Sparse, nescis ista, nec potes scire,
Petilianis delicatus in regnis,
Cui plana summos despicit domus montes.
Et rus in urbe est, vinitorque Romanus.
Nec in Falerno colle major autumnus,
Intraque limen latus essedo cursus,
Et in profundo somnus, & quies nullis
Offensa linguis; nec dies, nisi admissus.
Nos transeuntis risus excitat turbæ,
Et ad cubile est Roma: tædio fessis
Dormire quoties libuit, imus ad villam.

18. *Nescis ista, &c.*] Damna somni & urbis molestias.

19. *Petilianis, &c.*] Qui habes prætorium, id est, villam magnificam sub Janiculo, in agro quondam L. Petilii scribæ. *Regnis.*] Regna autem vocat poëta, ut Virgilius:

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

20. *Cui plana, &c.*] Vide epigr. 64. lib. 4. ℣s. 5.

21. *Vinitorque Romanus.*] Namque vinea in urbe ipsa.

22. *Nec in Falerno, &c.*] Neque in Falerno Campaniæ monte uberior fructuum proventus aut lætiores vites quam tibi in villa suburbana, seu urbana potius. *Autumnus*, pro vindemia.

23. *Intraque, &c.*] Et tibi intra ædium tuarum septa, spatium est gestationi, imo cursui. *Essedo cursus.*] Fr. Modius legit: *Intraque limen latus essedo cursus*. c. 109. Novantiq. Lect. Nec aliter Pall. Gruteri & Arondell. sive Pircheimeri codex.

25. *Offensa linguis.*] Transeuntium & clamantium. *Admissus.*] Apertis fenestris.

27. *Et ad cubile, &c.*] Et mihi ante ipsum cubiculum omnis Roma obstrepit somnumque negat.

28. *Imus ad villam.*] Quod tibi non est necesse, qui villam in urbe habes, & noctem in meridie.

Ad Alaudam. LVIII.

ANcillariolum tua te vocat uxor, & ipsa
Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

De

1. *Ancillariolum, &c.*] Quod ancillas sectaretur. Sed & matronæ Romæ eos dicebant ancillariolos, qui nulla nobili amica se fecerunt insignes. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 9.

2. *Lecticariola est, &c.*] Quæ se prostituit servis lecticam succollantibus. vide Turneb. lib. 30. cap. 26. Nescio, an mulierem istam probri & dedecoris tacitè arguat. Nam in lecticis & sellis suis vehebantur quandoque bellæ illæ matronæ paulò incautius, aut potius consulto sese inspiciendas præbebant τοῖς τυχοῦσι. *Herald.*

1. *Tan-*

De importunis basiatoribus. LIX.

Tantum dat tibi Roma basiorum
Post annos modo quindecim reverso,
Quantum Lesbia non dedit Catullo.
Te vicinia tota, te pilosus
Hircoso premit osculo colonus.
Hinc instat tibi textor, inde fullo,
Hinc sutor modo pelle basiatâ,
Hinc menti dominus pediculosi,
Hinc defioculusque & inde lippus,
Fellatorque, recensque cunnilingus.
Jam tanti tibi non fuit redire.

1. *Tantum, &c.*] Vide huic geminum epigr. 99. lib. 11.

3. *Quantum Lesbia.*] Catulli de hac re versus lepidissimi omnibus ad manum sunt. Solitos autem peregrè redeuntes, basiis excipi, satis notum est. Hic mos antiquissimus, & Israëlitis quoque usitatus. Sed in hoc osculo notanda etiam honoris & observantiæ nota, Rabinis observata. Diu obtinuit hæc consuetudo. Sed & discedentes, aut longius aliquod iter suscipientes, amicos osculabantur. Plinius Panegyrico. *Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, ut demissus osculo fueras.* Persarum etiam hæc consuetudo inter τῆς συ[illegible]. *Herald.* Epigramm. 34. lib. 6. ✝ſ. 7.

5. *Hircoso premit, &c.*] Fœtido, male olenti hircum axillarum. *Basiis olidissimis* dixit Petron. impuri scilicet oris.

7. *Basiatâ.*] Dum morderet luto putrem soleam, ut epigramm. 75. lib. 9. vers. 2.

8. *Pediculosi.*] Brodæus lib. 10. Miscel. cap. 34. legit, *periculosi*, & exponit laborantis lichene seu mentagra.

9. *Hinc defioculus.*] Dubito an Salmasius correxerit, *Hinc cæcis oculis* sed requirendum. *Defioculusque, &c.*] Luscus, cui desit oculus alter.

Ad suum natalem. LX.

Martis alumne dies, roseam quo lampada primum,
Magnaque siderei vidimus ora dei:
Si te rure coli, viridesque pigebit ad aras,

Natali suo se genialiter victurum dicit ruri, quod in urbe non poterat.

1. *Martis alumne, &c.*] Martiæ Calendæ, mihi natalis. epigramm. 53. lib. 9. *Lampada primum.*] Solem.

2. *Magnaque ora.*] Centies enim & sexagies, magnitudine superat universæ terræ globum globus Solis, ut communis est Astrologorum ἀπόδειξις. *Siderei dei.*] Phœbi. ut epigr. 2. lib. spectac. ✝ſ. 1.

3. *Viridesque, &c.*] E vivo ac viridi cespite.

Qui fueras Latia cultus in urbe mihi:
Da veniam, servire meis quod nolo Calendis,
Et qua sum genitus, vivere luce volo.
Natali pallere suo, ne calda Sabello
Desit, & ut liquidum potet Alauda merum,
Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco;
Atque inter mensas ire, redire suas;
Excipere hos, illos, & tota surgere cœna
Marmora calcantem frigidiora gelu:
Quæ ratio est, hæc sponte tua perferre, patique,
Quæ te si jubeat rex dominusve, neges?

4. *Qui fueras, &c.*] Quem natalem hucusque in urbe Roma celebravi.

5. *Servire meis, &c.*] Quod supersedeam deferre hunc honorem urbi Martiæ, Calendis Martiis.

6. *Vivere luce volo.*] Valere & genialiter vivere, quod in urbe non datur.

7. *Natali.*] Hoc vulgo faciunt novum epigramma, & præfigunt ineptum lemma, cum *Sabellus* pro aliquo è convivarum numero ponatur; sitque epigramma in eum qui adeo solicite curet quæ ad celebrandum natalem spectent, ut genium suum, cui illo maximè die indulgendum fuerat, fraudet. Tum hoc epigramma cum præcedenti conjungunt Gruterus & Scriverius. *Pallere suo, &c.*] Anxium esse. Et pro *suo*, Brodæus mallet *tuo*. Et pro *ne calda Sabello*, legit, *Sabelle*. id est, ne calda desit convivis. Et *liquidum merum*, est sacco colatum. *Calda Sabello.*] Epigr. 12. lib. 1. ✝s. 3.

8. *Alauda.*] Conviva. *Synecdoche* id est, convivæ.

9. *Turbida solicito, &c.*] Epigr. 40. lib. 2. ✝s. 5. & lib. 14. epigr. 104.

10. *Ire redire.*] Famulorum ritu.

12. *Marmora, &c.*] Pavimentum marmoreum. idque nudis pedibus pro more discumbentium, nisi jam surgens soleas posceret.

13. *Quæ ratio est.*] Quam verniliter, imò præpostere facis hoc convivator, rex & dominus, quod nón faceret conviva & cliens? *Sponte tua.*] Palat. legit, *sua*. Et pro *Quæ te*, Palat. legit *tibi*. Alii *tu*.

De Ligurra. LXI.

VErsus, & breve vividumque carmen
In te ne faciam times, Ligurra;
Et dignus cupis hoc metu videri:

Sed

Læserat quispiam ineptus & insulsus versificator poëtam, eo tantum fine, ut irritaret in se Martialem ab eoque nominatim refutaretur. Poëta negat se quicquam dicturum in eum, quem contemnerent omnes, sibi prorsus imparem ingenio & carmine, quod genus contumeliæ gravissimum est, non videri dignum, quem ulcisci eas. *Rad.*

1. *Vividumque carmen.*] *Quicke sharpe witti.* acumen enim est è virtutibus epigrammaris. epigr. 1. lib. 1. ✝s. 3.

2. *Times, Ligurra.*] Dices subinde te timere.

3. In

Sed frustra metuis, cupisque frustra.
In tauros Libyci fremunt leones;
Non sunt papilionibus molesti.
Quæras, censeo, si legi laboras,
Nigri fornicis ebrium poëtam;
Qui carbone rudi, putrique creta
Scribit carmina, quæ legunt cacantes.
Frons hæc stigmate non meo notanda est.

5. *In tauros, &c.*] Αὐτὸς ὁ θηρ[illegible] τοὺς μύρμας ὅτε μεδὺ ἔλαφας. *Runne.*] Alii, *fremunt.* melius.
8. *Nigri fornicis.*] Obscuri loci, & vilis notæ versificatorem. *Ebrium.*] Insanum, stolidum. *A pot-poet.*
9. *Qui carbone rudi, &c.*] Qui levi carbone cretave versus inscribit parieti è tergo ædium. Adjecit *putri*, ut putida notatet carmina.
10. *Quæ legunt cacantes.*] Quæ mandentur Deæ Cloacinæ. Qualia *Tanusii Annales* Senecæ: & Catullo, *Annales volusi cacata charta.*
11. *Frons hæc stigmate, &c.*] Servilis tua frons non digna est, cui ego inuram mansura carminis mei puncta.

Ad Saturnum pro Prisco Terentio. LXII.

ANtiqui rex magne poli, mundique prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat,
Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna,
Scissa nec ad Manes, sed sita dives humus:
Lætus ad hæc facilisque veni sollennia Prisci
Gaudia; cum sacris te decet esse tuis.
Tu reducem patriæ sexta, pater optime, bruma
Pacifici Latia reddis ab urbe Numæ.

Cernis

Prisco Terentio post annum sextum, ipso Decembri in patriam Hispaniam reduci epulum exstruitur, ad quod Poëta Saturnum invitat; & rogat, ut Prisco sæpè revocet Saturnalia diuque illi ævum propaget. *Rad.*
1. *Antiqui, &c.*] Saturne, sub quo aurea illa ætas, secuta, innocens, quieta, &c. Et *Antiqui poli regem* appellat Saturnum, quod Saturnus ante Jovem cœlo imperitaverit, à Jove filio postea exutus imperio, & deturbatus.
3. *Nec regale, &c.*] Imperiosum, tyrannicum. *Nec fulmine digna.*] Nec scelera fulmine digna. *Digna.*] Palat. *digni.*
4. *Scissa, &c.*] Ad eruendum ex visceribus terræ imaque Manium sede settum ferroque nocentius aurum.
6. *Sacris tuis.*] Saturnalibus & Decembri, quo post 6. annos rediit Roma in patriam Hispaniam Priscus Terent. *Aliis* Marius Priscus.
8. *Pacifici Numæ.*] Qui nulla bella gessit, sed totum se populumque religionibus dedit & adstrinxit.

Cernis ut Ausonio similis tibi pompa macello
Pendeat, & quantus luxurietur honos?
Quam non parca manus, largæque nomismata mensæ,
Quæ, Saturne, tibi pernumerentur opes?
Utque sit his pretium meritis, & gratia major,
Et pater, & frugi sic tua sacra colit.
At tu sancte, tuo sic semper amere Decembri:
Hos illi jubeas sæpe redire dies.

9. *Cernis ut Ausonio, &c.*] Viden' ut apparatus Saturnaliorum hic in Hispania æmuletur Romam? *Pompa.*] Carnium, pisciumque & obsoniorum.

11. *Quam non parca manus.*] Vides quam larga tibi deferantur munera, quantaque pecunia in Saturnalibus absumatur. *Nomismata mensæ.*] Munera.

13. *Utque sit his pretium, &c.*] Et quo gratior tibi sit hæc celebritas, O Saturne, Priscus & Pater & tenacior aliquanto, hæc tibi larga profundit manu: Itaque si orbus esset, posset esse liberalior, nunc pater hoc facit, quid faceret ἄπαις.

16. *Hos illi jubeas, &c.*] Ut Prisco plurima indulgeas Saturnalia, id est, diuturnum vitæ usum.

Ad Cordubam. LXIII.

UNcto Corduba lætior Venafro,
Histra nec minus absoluta testa,
Albi quæ superas oves Galesi,
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore vivo:
Dic vestro, rogo, sit pudor poëtæ,
Ne gratis recitet meos libellos:

Fer-

In Cordubensem Poëtam, & malum, & furem carminum suorum scribit; rogatque Cordubam, ut suum clientem moneat, ne aliena pro suis recitet. *Rad.*

1. *Uncto.*] Unctum ergò appellat Venafrum ab oleo, quod in Venafrano agro nascitur. Olearum gloriæ facile principatum obtinuit Venafrum in Campania; secundas Histria.

2. *Histria.*] Histria Italiæ peninsula. *Nec minus, &c.*] Nec cedens testis olei, seu olivarum Histriæ.

3. *Galesi.*] Galesus flumen Italiæ ad Tarentum, ubi candidæ lanæ copia. epigr. 43. lib. 2. vers. 3.

4. *Nullo murice, &c.*] Non muricis sanguine seu succo purpureo tincta lana, sed nativo rutilo imbuta. *Nec varios discet mentiri lana colores; Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti Murice, &c.* Virgil. vide epigr. 38. lib. 5. vers. 7.

6. *Dic.*] Corduba, dic tuo civi & clienti, malo poëtæ.

7. *Ne.*] Palat. leg. *Nec. Gratis recitet, &c.*] Impunè, cui nulla vel mala scribenti carmina non possum ego referre gratiam, illius recitans cum honore, ut ille mea.

10. *Cer-*

Ferrem, si faceret bonus poëta,
Cui possem dare mutuos honores:
Corrumpit sine talione cælebs.
Cæcus perdere non potest, quod aufert.
Nil est deterius latrone nudo:
Nil securius est malo poëta.

10. *Corrumpit sine talione cælebs.*] Non translatio est sed comparatio: nec *Cælebs* nihil scribens, sed qui non habet uxorem. Is adulterat (hoc enim est *Corrumpit*) sine talione, ita ut par pro pari ei reddi non possit, caret enim uxore, quæ vicissim corrumpatur. *Gronov.* *Sine talione.*] Vindicta parili. *Cælebs.*] *Metaph.* nihil scribens.

11. *Cæcus perdere, &c.*] Non possis lege talionis agere cum cæco, qui alteri oculum eruerit.

12. *Nudo malo poëta.*] Cui nihil est quod vicissim auferas. Cordubensem furem cum cæco & latrone comparat ignominiosis similitudinibus, ut acrius mordeat.

De Cinna. LXIV.

VIncentem roseos, facieque, comaque ministros
Cinna cocum fecit. Cinna gulosus homo est.

2. *Gulosus homo est.*] Qui vel in culina luxuriare formam vult. vide epigr. 66. lib. 1.

De Phyllide. LXV.

FOrmosa Phyllis nocte cum mihi tota
Se præstitisset omnibus modis largam,
Et cogitarem mane quod darem munus,
Utrumne Cosmi, Nicerotis an libram,
An Bæticarum pondus acre lanarum,
An de moneta Cæsaris decem flavos:

Am-

2. *Omnibus, &c.*] Nil negantem. epigr. 12. lib. 4.

4. *Cosmi, &c.*] Libram unguenti à Cosmo seu Nicerote myropolis confecti.

5. *Bæticarum pondus.*] Epig. 133. l. 14. *Octo lanarum.*] Sic Scriv. Alii *acre.* Alii, *ære.* *Pondus octo lanarum.*] Si toleramus lanam, accipiendum est pro certi ponderis glomere lanæ: ut cum Seneca dicit *multa millia frumenti.* ubi intelligimus, modiorum. Sed Pircheimeri codex, ut Anglis, & Pal. Gruteri *acre*: alluduntque eodem, in quibus est *ære.* Et videtur eleganter dici posse pro exacto, cui nihil desit: ut & *acerbum* accipere solent. Itaque huc inclino. Sequenti versu *Flavos* dici pro Flaviis contra morem Romanum est. *Flavi* sine dubio dicuntur aurei ob colorem. *Gronovius.*

6. *Flavos, &c.*] Flavios ex moneta Domitiani. Scriv. legit 1 *flavos.*

Amplexa collum, basioque tam longo
Blandita, quam sunt nuptiæ columbarum,
Rogare cœpit Phyllis amphoram vini.

7. *Basioque tam longo.*] Sic epigrammate 105. lib. 11. *basia blandas imitata columbas.*

9. *Rogare cœpit, &c.*] Vinosa mulier. *Digna est concubitus quoslibet illa pati.* inquit Ovidius.

Ad Amœnum. LXVI.

BIs quinquagenis domus est tibi millibus empta,
Vendere quam summa vel breviore cupis.
Arte sed emptorem vafra corrumpis, Amœne,
Et casa divitiis ambitiosa latet.
Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
Et Maurusiaci pondera rara citri.
Argentum atque aurum non simplex Delphica portat:
Stant pueri, dominos quos precer esse meos.
Deinde ducenta sonas, & ais, non esse minoris.
Instructam vili vendis, Amœne, domum.

In

Fraudulentum venditorem describit, qui deceptus, malè materiatam domum, centum millibus HS. emerat, quam vel quinquaginta venditam cupiebat. Is ergò ut emptori fumum venderet, aurea argenteaque supellectili domum ornavit, illamque ducentis millibus æstimavit. Poëta ait, vili instructam domum vendi; sed vacuam carò nimis. Ædes autem non erat cum ornamentis vendituros Amœnus, sed vacuas: ornamenta apposuit, ut objiceret escam emptori. *Rad.*

4. *Et casa divitiis, &c.*] Et domum male materiatam instruis pretioso ornatu, quo sit venalior.

5. *Gemmantes, &c.*] An quia testudinum putaminibus ornati: Juv. sat. 11. ℣. 94. An lectum innuit pavoninum? de quo epigr. 85. lib. 14. *Prima testudine.*] Prima enim testudo sive nobilior est masculа & marina; terrestris minus utilis. *Gemmantes* verò *lecti*; quia & testudo inter gemmas. Et fulcra lectorum olim potentioribus è putaminibus testudinum. Plin. lib. 9. cap. 11.

6. *Et Maurusiaci, &c.*] Et mensæ citreæ magni pretii & luxus ex Mauritania. epigrammate 43. libro 2. versu 9.

7. *Argentum atque, &c.*] Mensa marmorea è Delphis (6. Verr. in Cic.) obtegitur vel cingitur gravi lamina auri argentive.

8. *Dominos, &c.*] Amasios. ut amica dicitur *domina.*

9. *Sonas, &c.*] Poscis pretium.

10. *Instructam, &c.*] Sed si tollas hunc ornatum & supellectilem (quod divendita casa tibi facere certum est) cara nimis erat domus, quæ sic instructa, vili exposita pretio videtur.

Cele-

In natalem Maronis. LXVII.

MAjæ Mercurium creastis Idus.
Augustis redit Idibus Diana.
Octobres Maro consecravit Idus.
Idus sæpe colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

Celebrat natalem Virgilii, & eundem celebrantibus optat mille natales.

1. *Creastis Idus.*] Edidistis in lucem, natalitiæ estis. Nusquam tamen legitur Idus Majas natalitias fuisse Mercurio. Sed quod eo die, Mercurio templum haud procul à Circo maximo dedicatum à veteribus Romanis, A U. C. CCLIX. ipso Livio teste. Templi autem dedicatio natalis erat numinis. Vide Turn. Adverf. lib. 2. cap. XI. & lib. 25. cap. 24.

2. *Diana.*] Natalis Dianæ.

3. *Octobres Maro, &c.*] Natus est Virgilius Idibus Octobris. Donat. & Probus Gram.

4. *Idus sæpe colas, &c.*] Diu vivas precor, celebresque natalitias Mercurii & Dianæ Idus, O Sili, vel quicunque natalem celebras Virgilii. epigr. 14. lib. 4. ýf. 14.

Ad clientes. LXVIII.

MAtutine cliens, urbis mihi caussa relictæ,
Atria, si sapias, ambitiosa colas.
Non sum ego caussidicus, nec amaris litibus aptus:
Sed piger, & senior, Pieridumque comes.
Ocia me, somnusque juvant, quæ magna negavit
Roma mihi: redeo, si vigilatur & hîc.

Poëta non desiderat officiosos, vel patrocinium implorantes clientes, quos ait se fugisse etiam Romæ, quam & ipsam clientum caussa reliquerit. *Raderus.*

1. *Matutine cliens.*] Salutationis vel patrocinii causa me summo mane visens. *Urbis mihi, &c.*] Cujus importunitatem ut fugerem, ipse ex urbe Roma huc profugi.

2. *Ambitiosa colas.*] Divitum, quibus ad honorem gradus est clientum turba.

4. *Pieridumque comes.*] Poëta.

6. *Si vigilatur & hîc.*] Si per clientes importunos non liceat mihi hic dormire.

Ad Paullum. LXIX.

SIc tamquam tabulas, scyphosque, Paulle,
Omnes archetypos habes amicos.

Paullum avarum, ait, ornari ab amicis, sed amicos non à Paullo. Quemadmodum antiqua opera poculorum & tabularum ornant quidem dominum, sed à domino nihil accipiunt; ita amici à Paullo nihil beneficii accipiebant. *Rad.*

1. *Sic tamquam, &c.*] Quos tanquam ornamento ostentet, non quibus utatur. de archetypis. vide epig. 6. l. 8. ýf. 1.

De Apro. LXX.

Lintea ferret Apro vatius cum vernula nuper,
Et supra tegulam lusca sederet anus;
Atque olei stillam daret enterocelicus unctor:
Udorum tetricus censor & asper erat:
Frangendos calices, effundendumque Falernum
Clamabat, biberet qui modo lotus eques.
A sene sed postquam patruo venere trecenta;

Sobrius

Aper tenuis, in balneis reprehendebat luxum potantium: interim legati ei fuere testamento trecenti nummi, quos ille statim in dolium contulit; ebriusque è thermis ægre domum rediit. *Rad.*

1. *Lintea.*] Cum tenui ac pauperi Apro in balneis lavanti servulus vilis, pedibusque obtortis ferret lintea ad tergendum. *Ferret Apro.*] Postquam enim in balneis laverant, oleo sese perfundebant, & quandoque unguento beatiores, ac linteis postea tergebant, quæ domo sibi adferenda curabant. Apul. lib. 1. Metam. Sed beatiores delicatioresque ac molliores mollius tergebantur. Petronius: *Itaque intravimus balneum, & sudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus. Jam Trimalchio unguento perfusus tergebatur, non linteis; sed palliis ex mollißima lana factis.* Herald. *Vatius.*] *Vatius* ergo dicitur qui distortis est pedibus.

2. *Et supra tegulam, &c.*] Et togæ Apri insideret lusca anus quæ custodiebat vestes lavantium repositas in apodyterio ne subducerentur.

3. *Atque olei stillam, &c.*] Et herniosus servulus uncturo Apro parcè distillaret oleum.

4. *Udorum tetricus, &c.*] Aper lavantium luxum qui in balneis potabant, aspere reprehendebat, frangendos scilicet calices, id est, non admittendas potationes. *Detestantur hæc infelicibus, eadem si potuerint, facturi.* Sen. Benef. lib. 1. cap. 9. *Sic aliorum vitiis irascuntur, quasi invideant.* Plin. ep. 22. lib. 8. Et pro *qui modo*, forte legend. *si modo*: aut, *quod modo.* Sic *biberet* dicit, nam in balneis etiam bibebant.

6. *Biberet qui modo lotus.*] Tò *biberet* accipiendum per intellectum particulæ *Si*: ut in illo, *Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum*, id est, si illa velit. Sic dicit, si biberet, qui modo lotus erat, eques. Frustra igitur Gruterus, *biberet si modo*, aut *quod modo.* Gronov.

7. *Sene sed, &c.*] Qui moriens Apro legaverat testamento 300. nummos. *Postquam venere.*] *Venire* hic significat, alicui obvenire, contingere: sic *venire alicui* dicitur *hæreditas.* Porrò si legas *trecenti nummi*, non erunt nisi decem floreni: si *trecenta*, subaudi millia sestertiûm, hoc est, decem millia florenorum. Malui ergò *trecenta* legere. docet enim Poëta Aprum post acceptam hæreditatem à patruo, non amplius fuisse pauperem. *Salmas. Rad.* *Trecenta.*] Omnino legendum, non *trecenti.* Sed tamen trecenti nummi non sunt decem floreni, nec *trecenta*, decem millia. *Trecenti* sunt tres aurei Romani. Aureus XXV. denarii sive schellingi nostri, duo Philippei & dimidiatus. Ergo, septem floreni & dimidiatus. Trecenti vero nummi sive aurei, XXII. floreni & unius dimidium. Trecenta sestertia septem millia quingenti Philippei, hoc est, viginti duo millia & quingenti floreni.

8. *Sobrius*

Sobrius à thermis nescit abire domum,
O quantum diatreta valent, & quinque comati!
Tunc, cum pauper erat, non sitiebat Aper.

8. *Sobrius à thermis, &c.*] Aper modo in re tenui tam gravis censor damnatorque potationum in balneis, jam in re aliquanto lautiori mutavit animum, factus bibo ad ebrietatem. Multi sane ea reprehendunt & tristissime damnant, quæ, si possent, lubentes facerent. Invident plerique beatis: & vitia in iis improbant, quæ ipsi si ad beatorum gregem transcriberentur ambitiosissimè colerent. Vere Seneca lib. I. de Benef. cap. 9. *Colunt*, inquit, *detestanturque felicem, & si potuerint, eadem facturi, odere facientem.*

9. *O quantum diatreta.*] Scriverius mavult *diatheca*. Non ego. Ridet hominem tanquam ostentatorem repentinarum divitiarum. Nunc bibit, non quod sitiat, sed quia potest bibere in diatretis, & quinque comatis ministris usi, qui & ebrium domum reducant: ut sciant homines se ista & hos habere. *Gron.* *Diatreta valent.*] Calices diatreti, id est, tornati ac tessellati. vide Turneb. Adversf. 27. c. 31. *Diatreti* ergo calices erant vitrei, cavati perforatique hoc est, sculpti. Διατρῆσαι enim est perforare vel cavare, quod Latini *sculpere* dicunt. Qui enim gemmas scalpunt, quasi quosdam sulcos in iis cavant & foramina cælo imprimunt; inde *cælatores* dicti gemmarum scalptores. *Salmas.* *Quinque comati.*] Pueri 5. relicti testamento. epigramm. 57. lib. 2. vs. 8. & epigramm. 57. lib. 3. vs. 8.

Ad Lygdum. LXXI.

NIl non, Lygde, mihi negas roganti:
At quondam mihi, Lygde, nil negabas.

1. *Negas roganti.*] Epigramm. 74. lib. 11.

2. *Nil negabas.*] Epigrammate 12. lib. 4.

Ad Pannicum. LXXII.

JUgera mercatus prope busta latentis agelli,
Et male compactæ culmina fulta casæ,
Deseris urbanas, tua prædia, Pannice, lites,
Parvaque sed tritæ præmia certa togæ.
Frumentum, milium, ptisanamque, fabamque solebas
Ven-

Pannicum caussidicum fructuosa dicendi arte deserta, agellos ementem steriles, irridet.

1. *Busta latentis agelli.*] Busta Gallica, ubi Galli in jacenti & depressiori urbis loco castra habentes, pestilitate pereuntes, vel à Camillo cæsi sepeliebantur. Liv. 5.

3. *Deseris urbanas, &c.*] Deseris forum & officia urbana, unde tibi major proventus, donariorum scilicet tibi à clientibus missorum, quam ex sterili, quam mercatus es, agro.

Vendere pragmaticus: nunc emis agricola.

6. *Vendere.*] Ut quorum tibi abundaret copia, dum multa tibi mitterent monumenta clientes. *Pragmaticus.*] Quando fuisti caussidicus. *vel* Pragmaticus, qui operam suam in verbis & formulis juris suggerendis submiuistrat oratoribus. A Græcis sumpserunt hanc dictionem, quam nos etiam Gallice, quanquam intersectam, retinemus. Nam πραγματικοὶ Græcis appellantur, quos nos practieos appellamus, chartaceos & calamarios homines. Quintil. tamen lib. 2. cap. 6. πραγματικοὺς Græcis vocari *Juris interpretes* dicit. *Herald. Nunc emis agricola.*] Propter agri sterilitatem.

Ad Catullum. LXXIII.

HÆredem tibi me, Catulle, dicis.
Non credam, nisi legero, Catulle.

2. *Nisi legero, Catulle.*] Nisi accepero hæreditatem. *Vel*, nisi lecto testamento (quod priusquam tu mortuus fueris non licebit) præstiteris fidem. morere itaque ut credam.

Ad Flaccum. LXXIV.

CUm tibi Niliacus portet crystalla cataplus,
Accipe de circo pocula Flaminio.
Hi magis audaces, an sunt qui talia mittunt
Munera? sed geminus vilibus usus inest.

Anteponit usum calicum fictilium, calicibus vitreis & crystallinis ex Ægypto allatis, propter usum & pretium vilius; minusque incommodum si frangantur aut frangendi sint. *Rad.*

1. *Niliacus portet.*] Ex Ægypto. *Crystalla.*] Calices vitreos & crystallinos. *Cataplus.*] Navigatio & navigia Ægyptiorum. Ex Ægypto vero merces illæ allatæ. epigr. 115. lib. 14. Crystalla ista quæ adferebantur Alexandrino Cataplo, non fuere vera Crystalla, sed κρυσταλλοφανῆ, seu vitra, crystalli similitudine, quæ in Alexandria conficiebantur, & magno erant in pretio. At quæ Romæ fiebant κρυσταλλοφανῆ, asse vænibant. Nam ὑαλουργοὺς Romanos, multa adinvenisse tradit Strabo ad facilitatem vitri conficiendi ac vilitatem. Pretiosa nihilominus habita semper, quæ in Ægypto fiebant, atque inde afferebantur. Ideo poëta Crystalla Niliaci, hoc est catapli, κρυσταλλοφανῆ eum Romæ væneuntibus comparat, eara vilibus. Calices ejusmodi vitreos, qui Romæ conflabantur, eo nomine commendat idem Martialis, quod calidis aquis non vitiarentur:

Nostra neq; ardenti gemma feritur aqua.

At κρυσταλλοφανῆ Alexandrina, non patiebantur aquam calidam. *Salmas.* Turneb. lib. Adv. 30. c. 26. & l. 10. c. 23.

2. *De circo, &c.*] Fictilia seu vitrea quæ in Circo Flaminio venduntur.

3. *Magis audaces, &c.*] Alludit ad *calices audaces.* epigrammate 94. libro 14.

4. *Sed geminus.*] Ita Gruterus: & sensus: sed his vilibus calicibus usus duplex est, neque enim furem alliciunt, nec calida aqua rumpuntur. Vulgo, *gemmis:* quasi possint fictilia ista ita fingi & tingi ut gemmas imitentur. Male.

Nullum sollicitant hæc, Flacce, toreumata furem,
Et nimium calidis non vitiantur aquis.
Quid! quod securo potat conviva ministro,
Et casum tremulæ non timuere manus?
Hoc quoque non nibil est, quod propinabis in istis,
Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.

7. *Securo potat, &c.*] Non observante, ne conviva frangeret crystalla, vel gemmas unguibus eraderet. Juvenal. sat. 5. ✝ſ.40.

8. *Et casum tremulæ.*] Et tam solliciti erant famuli in tenendis & porrigendis crystallinis, ut ex ipsa sollicitudine & cura peccarent, poculaque frangerent: quod lib. 14. docet poeta: lemmate *Crystallina.*

Frangere dum metuis, frangis crystallina: peccant
Securæ nimium, sollicitaque manus.

9. *Hoc quoque, &c.*] Nec grave erit damnum si ab impuro homine propinata vel incantata hæc pocula frangantur. ita à propinatione mulieris famæ haud probæ, jubet ille θραῦσαι τὰς κύλικας. Anthol. libro 2. capite 48.

De pueris. LXXV.

FEstinat Polytimus ad puellas:
Invitus puerum fatetur Hymnus:
Pastas glande nates habet Secundus.
Mollis Dindymus est, sed esse non vult:
Amphion potuit puella nasci.
Horum delicias, superbiamque,
Et fastus querulos, amice, malo,
Quam dotis mihi quinquies ducena.

De

1. *Festinat, &c.*] Polyt. grandior est, & exoletus.

2. *Invitus puerum, &c.*] Recusat, negans sibi esse voluptati.

3. *Pastas glande, &c.*] Βαλανοβόρος. quod dixit Diogenes de cinædo quodam. Hic autem *glans* seu βάλανον est τὸ τῦ καυλῦ ἄκρον. Ubi non pinguitudo pueri significatur; sed pathici effœminatique impudicitia. Acumen enim sensus est in dictione *glande*, qua significatur pars obscæna genitalium virorum. Salse ergò dicit, cum habere nates glande pastas: tanquam subactione illa præpostera concubini, veluti cibo nates pascerentur. *Beroaldus.*

4. *Mollis Dindymus, &c.*] Lascivus est, & nequam: sed dissimulat & rogari vult.

5. *Potuit puella nasci.*] Formæ est adeo ambiguæ, & ipse facilis.

8. *Quam dotis, &c.*] Quam uxorem cum maximæ dotis modo, Decies scilicet centenis millibus sestertium. 78 pa. lib. 10. 1.

Dicit

De Agricola. LXXVI.

AMphora vigessis, modius datur ære quaterno.
Ebrius & crudus nil habet agricola.

Dicit tantam esse annonæ vilitatem ut agricolæ diu noctuque studeant compotationibus atque abliguriant rem familiarem.

1. *Amphora vigeßis.*] Si utrumque Latine dicitur, *vigeßis datur*, & *vigeßi datur*, ut fatetur Scriverius, quare mutat *vigeßi*? Hic, inquit, *vigeßi* legendum, quia sequitur *ære quaterno*. Immo sive sequatur, sive non sequatur, nihil interest: nam &, ubi non sequitur τὸ *ære*, in tali sermone semper intelligitur. Ita enim loquebantur: *emere centussis*, puta *ære*: *constare decussis*, nempe *ære*: *valere quinquessis*, *scilicet as* vel *ære*. Vide de pecunia veteri l. 1. c. 8. *Gronov.* *Modius datur ære quaterno.*] Æs quaternum pro quaternario vel sestertio posuit. *Quaternarii* enim sestertii dicti sunt, postquam quaternis assibus valere cœperunt. Sic *quinarii*, olim & *denarii*, qui quinos asses & denos pendebant. *Salmas.* *Datur ære quaterno.*] Ita vili venditur, ut malit agricola ingurgitare se ad crapulam usque & ebrietatem, quam tantulo pretio vinum & frumentum vendere. Sic Farnabius; & in eandem sententiam Scriverius. At Martialis miseratur sortem agricolarum, qui dum beati sunt, minime sunt beati: & abundantes frumento vinoque, adeo ut potare & cœnare ad cruditatem possint, egent: quia ex frumento ac vino vendito nihil nummorum reficere possunt in annonæ tanta vilitate. Non ille mavult absumere, ut nihil sibi reliquum faciat, quam vendere: sed quum vendere nequeat, quamvis ad ebrietatem potare, ad saturitatem vesci habeat nil habet, & æris indigus est. *Gronovius.*

De Æthonte. LXXVII.

MUltis dum precibus Jovem salutat,
Stans summos resupinus usque in ungueis,
Æthon in Capitolio, pepedit;
Riserunt comites: sed ipse divum
Offensus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.
Post hoc flagitium misellus Æthon,
Cum vult in Capitolium venire,
Sellas ante petit Patroclianas,
Et pedit deciesque, viciesque:

Sed

2. *Stans summos, &c.*] Pro ritu adorantium. Brisson. form.
4. *Comites.*] Alii, *homines*. Rectè.
5. *Trinoctiali, &c.*] Quo castigaret ventrem alienis luxuriantem cœnis.
8. *In Capitolium.*] Salutatum Jovem.
9. *Sellas, &c.*] Latrinas à conditore Patroclo dictas. Turneb. lib. Advers. 30. cap. 26.

12. *Com-*

Sed quamvis sibi caverit crepando,
Compressis natibus Jovem salutat.

11. *Compressis, &c.*] Ne quid animæ amittat.

De eodem. LXXVIII.

ANte Jovis statuam crepuit satur histrio: pœnam
Jupiter indixit vivere de proprio.

1. *Ante Jovis statuam.*] Honorem statuis Deorum habitum liquet, quando pro ipsis Diis adorabantur. Unde Cicero contra Cæcilium dixit, à Verre sublatos Deos è Sicilia, quum Deorum simulachra abstulisset, de qua te Lactantius lib. 2. cap. 4. Nec Deorum tantum, sed Imperatorum quoque & Regum statuæ ira cultæ sunt, ut qui violaret, contaminaret, ullave contumelia afficeret majestatis reus fieret. *Rad.* Epigr. præcedent. ℣ſ. 11.

Ad Bithynicum. LXXIX.

NIl in te scripsi Bithynice: credere non vis;
Et jurare jubes: malo satisfacere.

2. *Et jurare jubes, &c.*] De more fori, qui se jurejurando purgare recusavit oportebat damnatum solvere: Poëta dicit se malle satisfacere. sed & hoc ambiguè: solvetene? an deprecari? an scribere aliud carmen? Lusit elegantissimè in ancipiti significatu vocis *satisfacere.* Amici offensa tollitur duobus modis: vel si fecisse negemus: vel si factum excusemus, & peccatum nobis condonari supplici prece petamus. Bithynicus Martialem jurare voluit non esse factum à se quod ille arguebat. recusat poëta jurare, & ait *malo satisfacere*, potest intelligi malle illum, ut hominem religiosum, deprecari culpam quam jurare. at ille sentit, paratum se potius fateri id cujus arguebatur. *Caf.*

Ad Atticillam. LXXX.

DOnavi tibi multa, quæ rogasti:
Donavi tibi plura, quam rogasti:
Non cessas tamen usque me rogare.
Quisquis nil negat, Atticilla: fellat.

4. *Quisquis nil negat, &c.*] Sic epigramm. 12. lib. 4.

De Callistrato. LXXXI.

NE laudet dignos, laudat Callistratus omnes.
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

De

Callistratus, ut neminem offenderet, laudabat omnes. Poëta negat verum esse judicium, quod nec omnes sint pares, nec omnes sint boni. Ita fiëri, ut improbi etiam laudentur; quod qui facit, ipse reprehendendum se docet. Neque enim esset malitia, si nulla in mundo bonitas; & contrà. Cui omnia alba, qui malos æque ac bonos promiscue laudat, arguit se judicii infirmi & vel livore vel adulatione præpediti. vide quæ Chrysippus referente Aul. Gellio, libro 6. capite 1.

Notat

De Umbro. LXXXII.

Brumæ diebus, feriisque Saturni,
Mittebat Umber aliculam mihi pauper:
Nunc misit alicam: factus est enim dives.

Notat avaritiam Umbri, qui plus pauper donarat in Saturnalibus poëtæ, quam dives: pauper aliculam; dives alicam donabat. Cum verò alica crassior sit & vilior quam alicula, poëta, dum laudare Umbrum videtur, carpit, ut sordidiorem factum, quàm olim ubi pauper fuit. Sed audi quid H. Salmuth. adferat ad Pancirol. cap. de vestibus Veterum. Taxat, inquit, Umbri avaritiam: qui olim pauper misit Aliculam; nunc dives alicam mittat. Alicula, togæ vel chlamydis genus est; alica autem, potius ex Zea. epigr. 6. lib. 13. infra. Cujus tamen cum alicula videretur diminutivum, credi posset hæc illa vilior.

3. *Nunc mittit.*] Palat. legit, *misit.*

De Menogene. LXXXIII.

Effugere in thermis, & circa balnea non est
Menogenen, omni tu licet arte velis.
Captabit tepidum dextra, lævaque trigônem,
Imputet exceptas ut tibi sæpe pilas.
Colliget, & referet lapsum de pulvere follem,
Et si jam lotus, jam soleatus erit.
Lintea si sumes, nive candidiora loquetur,
Sint licet infantis sordidiora sinu.

Exi-

Cœnipetam ad unguem describit. unde discis, quibus artibus olim captarint adulatores, clientes, & parasiti potentiorum culinas. *Rad.*

1. *E thermis.*] Gruterus è MSS. legit, *in thermis.* Menogenes enim istud negotium omne exercebat in ipsis thermis. *Non est, &c.*] Menogenes sc. dextra juxtà ac læva pilam excipiet, & tibi adscribet exceptam, velut docto artis pilæ. Pilam ergò trigonalem, non à figura ipsius pilæ; sed ludentium, & in trigono stantium appellat. *Rad.* *Non est.*] Non licet, non potes.

2. *Menogenen.*] Cœnipetam.

3. *Tepidum.*] Et *tepidum* addit, scil. sudore ludentium madefactum. *Lævaque.*] Epigr. 71. lib. 7. ℣ſ. 11. *Trigonem.*] Pilam, epigr. 19. lib. 4.

4. *Imputet, &c.*] Ut tibi exceptam referas pilam, initurus apud te gratiam. *Exceptas.*] Et pro *exceptas*, Palat. legit, *acceptas.*

5. *Lapsum.*] Palat. & Brit. leg. *laxum.* Rectè.

6. *Et si jam lotus, &c.*] A balneis verò discumbebant, ante balnea se exercebant, discubituri soleas ponebant. infra. epigr. 89. Menogenes verò cœnæ caussa tam erat officiosus; ut etiam lotus jam & soleatus; hoc est, jam accubiturus, non dubitarit inquinare pedes.

7. *Lintea.*] Ad balneas, quibus corpus tergas. supra epigramm. 71. ℣ſ. 1. *Nive candidiora loquetur.*] Dicet lintea tua esse nive candidiora, licet sint, &c.

9. *Exi-*

Exiguos secto comentem dente capillos,
Dicet Achilleas disposuisse comas.
Fumosæ feret ille tropin de fæce lagenæ,
Frontis & humorem colliget usque tuæ.
Omnia laudabit, mirabitur omnia, donec
Perpessus dicas tædia mille, veni.

9. *Exiguos.*] Raros. *Secto dente.*] Pectine.

10. *Dicet Achilleas, &c.*] Laudabat pulchras, densas, flavas, instar Achillearum.

11. *Fumosæ, &c.*] Ipse tibi ministrabit vinum, quo urebantur in balneis ad sudorem seu vomitum, quod licet vapidum sit & ex imâ lagenæ parte (quæ Metaph. τρόπις dicitur) laudabit tamen. τρόπις Hesychio est τὸ κοιλότατον τοῦ νηὸς, hoc est, infima navis pars: hic pro vino ex infima lagena deterrimo & vapido, adeoque ipsa fæce, accipitur Metaphoricè. Gruterus ex tribus MSS. legit *propin*, quæ vox est nihili. *Scriverius.*

12. *Frontis & humorem colligit.*] Et ipse vernaliter tibi sudorem deterget. *Usque.*] Alii, *ipse.*

14. *Veni.*] Ad cœnam, servitiis suis extorquebit tibi invitationem.

De Fabiano. LXXXIV.

DErisor Fabianus herniarum,
Omnes quem modo colei timebant
Dicentem tumidas in hydrocelas,
Quantum nec duo dicerent Catulli;
In thermis subito Neronianis
Vidit se miser, & tacere cæpit.

1. *Herniarum.*] Scrotorum est autem hernia seu ramex, ubi intestina, omentum seu humor aliquis deciderit in scrotum, estque Enterocelas, Sarcocelas seu Hydrocelas.

2. *Quam modo colei.*] Coleus, κολεὸς, Græcis est vagina. Latinis est testiculus, à cole ut apparet. Dicitur etiam *culeus.*

4. *Quantum, &c.*] Catullus autem in Venereis hisce extendendis Hyperbolicus est & immodicus.

Ad Polytimum. LXXXV.

NOlueram, Polytime, tuos violare capillos:
Sed juvat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis eras modo tonse Pelops, positisque nitebas
Crinibus, ut totum sponsa videret ebur.

In

1. *Nolueram, &c.*] Invitus permisi te comas detondere. ut epigr. 49. lib. 5. & epigr. 32. lib. 1.

2. *Sed juvat, &c.*] Sed tonso tibi fulgent eburnea colla, haud cedentia Pelopi, cui humerum à Cerere excisum restituit Jupiter ex ebore. Hygin. fab. 83. &c.

4. *Ut totum sponsa videret ebur.*] Ut Hippodamia te totum videret eburneum.

In Fabullum. LXXXVI.

PÆdiconibus os olere dicis.
Hoc si, sicut ais, Fabulle, verum est,
Quid tu credis olere cunnilingis?

Epigramm. 31. lib. 11.

In non arrigentem. LXXXVII.

TRiginta tibi sunt pueri, totidemque puellæ:
Una est, nec surgit mentula. quid facies?

Epigramm. 26. lib. 11.

De Cotta. LXXXVIII.

BIs Cotta soleas perdidisse se questus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam,
Qui solus inopi præstat, & facit turbam:
Excogitavit homo sagax, & astutus,
Ne facere posset tale sæpius damnum;
Excalceatus ire cœpit ad cœnam.

Irridet Cottæ extremam inopiam dissimulantis.

2. *Negligentem ad pedes vernam.*] Servum à pedibus, Turneb. lib. 3. cap. 23. qui à tergo & ad pedes domini discumbentis stat ministrans, soleasque quas dominus accubiturus exuerat, servat. epigr. 23. lib. 3. & epigr. 49. lib. 3. ℣ſ. 3.

3. *Qui solus, &c.*] Qui pauperi Cottæ unicus est servus & pro toto comitatu est. *all is one. Facit turbam.*] In toto comitatu suo nihil habet præter unicum servum.

Ne facere posset, &c.] Imo prætexit hanc causam excalceatæ suæ inopiæ.

De Tongiliano. LXXXIX.

TOngilianus habet nasum: scio, non nego: sed jam
Nil præter nasum Tongilianus habet.

1. *Nasum.*] Acumen joci, irrisionis & dicacitatis. epigr. 4. lib. 1. vers. 6. & epigr. 42. lib. 1. vers. 18. & lib. 13. epigr. 2.

2. *Nil præter, &c.*] Qui resupinet aliorum cœnas, dum famelici atque pauperis domini nasus, alienæ culinæ nidore trahitur.

Ad Charinum. XC.

QUod lana caput alligas, Charine,
Non aures tibi, sed dolent capilli.

De

2. *Non aures tibi, &c.*] Non adhibes focale ad muniendas aures, sed ad tegendum calvitium. vide epigr. 41. l. 4. & epigr. 142. lib. 14.

Lepidè

De Marone. XCI.

PRo sene, sed clare, votum Maro fecit amico,
Cui gravis, & fervens hemitritæus erat:
Si Stygias æger non iret missus ad undas,
Ut caderet magno victima grata Jovi.
Cœperunt certam medici spondere salutem.
Ne votum solvat, nunc Maro vota facit.

Lepidè & acerbè tangit Maronem testamenti captatorem deceptum.

1. *Sed clare.*] Ita ut audiat senex quem captat Maro. sic Persius saty ra 2. ✠ſ.8. *Votum clare fecit amico.* De more hujus voti, vide sat.12. Juv. ✠ſ.98. Hac consuetudine usi peculiariter Galli; ut observat Cæsar l. de bell. Gall. vi Quin & erant qui se ipsos morti offerrent, aut inter se depugnarent, quia mortem morte redimi existimabant. Cæterum se ipsos etiam vovebant, aliquando iidem ipsi, qui ægrotabant, sodales Æsculapio. Tum hæc vota figebantur in signis Deorum, aliquando in porticibus, aut portis templorum: Unde *Signare votum*, & *incerare genua Deorum*, quæ pridem Magno Turnebo explicata in Adversariis. *Heraldus.*

2. *Hemitritæus.*] Semitertiana.

3. *Si Stygias, &c.*] Si convalesceret. *Non iret.*] Alii, *non esset.*

6. *Ne votum solvat, &c.*] Priùs votum feceràt; pro quo hæres scriptus, ne convalescente Cotta hæreditatem cum victima amitteret: jam facit *Vota*, multasque spondet victimas.

In Magullam. XCII.

COmmunis tibi cum viro, Magulla,
Cum sit lectulus, & sit exoletus.
Quare, dic mihi, non sit & minister?
Suspiras: ratio est, times lagenam.

3. *Quare, &c.*] Cur non & communi uteris pocillatore?

4. *Times lagenam.*] Times nempe venenatum poculum. epigr.43. l.4. ✠ſ.5.

Ad Priscum. XCIII.

SÆpe rogare soles qualis sim, Prisce, futurus,
Si fiam locuples, simque repente potens.
Quemquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?

Fingit se interrogatum à Prisco, qualis futurus fuerit, si dii fortunatum & beatum fecissent: Respondet id quidem certò neminem providere: si tamen licet ex vobis divitibus conjectare, leo essem, quia vos tales estis; tenues enim opprimitis & devoratis. arguè & salse. *Raderus.* Multa vitia, quæ coërcet & supprimit tenuis fortuna, ampla, & sublimis manifestabit: *magistratus indicabit virum.*

De Fabulla. XCIV.

QUa mœchum ratione basiaret
Coram conjuge repperit Fabulla.
Parvum basiat usque morionem:
Hunc multis rapit osculis madentem
Mœchus protinus, & suis repletum
Ridenti dominæ statim remittit.
Quanto morio major est maritus?

1. *Qua mœchum, &c.*] Eadem techna osculi apud Aristænetum. epist. 3. lib. 1.

5. *Protinus.*] Palat. *proximus.*

7. *Quanto, &c.*] Qui hoc non animadvertit, vel, si animadvertat, qui patitur.

In Tuccam. XCV.

SCribebamus epos: cœpisti scribere: cessi,
Æmula ne starent carmina nostra tuis.
Transtulit ad Tragicos se nostra Thalia cothurnos:
Aptasti longum tu quoque syrma tibi.
Fila lyræ movi Calabris exculta Camœnis:
Plectra rapis nobis ambitione nova.
Audemus satiras: Lucilius esse laboras.
Ludo leves elegos: tu quoque ludis idem.
Quid minus esse potest? epigrammata fingere cœpi:
Hinc

In æmulum Tuccam, omnia poëtæ studia imitantem, quem eleganter monet, ut sibi tantum ea relinquat, quæ ipse nolit: turpe esse omnia velle, quum in uno excellere vix possis. *Rad.*

1. *Epos.*] Carmen Epicum seu heroicum.

3. *Thalia.*] Epigr. 8. lib. 4. ỳs. 12. & epigr. 16. lib. 7. ỳs. 4. *Cothurnos.*] Epigr. 20. lib. 3. ỳs. 7.

4. *Aptasti, &c.*] Tu quoque contulisti te ad tragœdiam. Syrma autem tragicorum vestis est. ut epigramm. 49. lib. 4. ỳs. 8.

5. *Fila lyræ movi.*] Scripsi lyrica. *Camœnis.*] Quibus tandem doctis Camœnis? An quia præcedenti disticho Thaliam appellat; aliæ sunt doctæ Camœnæ, aliæ Musæ Pierides? Muti omnes aliis visi codices, omnes editores: Sed præclare Thuanorum monumentum: *Fila lyræ movi Calabris exculta Camœnis.* quod explicabimus ex lib. v. epigr. 31.

Varro Sophocleo non inficiande cothurno,
Nec minus in Calabra conspiciende lyra.

Et luculentius lib. VIII. epigr. 18. quod & ipsum nuper à scriptis codicibus cœpit integrius haberi. *Gronovius.*

6. *Ambitione.*] Et pro *ambitione* Palat. legit, *ambitiose.*

7. *Lucilius, &c.*] Satyrographus.

9. *Quid minus esse potest.*] Quam scribere epigrammata?

1. *Pathi-*

Hinc etiam petitur jam mea fama tibi.
Elige quid nolis; quis enim pudor, omnia velle?
Et si quid non vis, Tucca, relinque mihi.

Ad Rufum. XCVI.

MUsæi pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas
Instanti lege Rufe: sed puella
Sit tecum tua, ne Thalassionem
Indicas manibus libidinosis,
Et fias sine fœmina maritus.

1. *Pathicissimos libellos.*] Mollissimos & nefandi argumenti, cujusmodi fuere Elephantidos. epigr. 43. supra vs. 4.

2. *Sybariticis libellis.*] Libris abominandæ nequitiæ. quos scripsit Hemitheon Sybarita; ut testatur Lucian. περὶ τοῦ ἀπαιδεύτου. horum meminit & Ovidius lib. 2. Trist. epist. ad Augustum, *Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.*

4. *Instanti lege Rufe.*] Ad hunc eundem epigramm. 67. lib. 7. & lib. 8. epigramm. 51.

5. *Thalassionem.*] Conjugale illud. De Thalassione vide epigramm. 36. lib. 1. vers. 6.

6. *Indicas manibus libidinosis.*] Alii, *Inducas.* rectè.

7. *Et fias, &c.*] Ut epigramm. 42. lib. 9.

In Zelotypam. XCVII.

CUm tibi nota tui sit vita, fidesque mariti,
Nec premat ulla tuos, sollicitetve toros:
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris,
In quibus & brevis est, & fugitiva Venus?
Plus tibi quam domino pueros præstare probabo:
Hi faciunt, ut sis fœmina sola viro.
Hi dant, quod non vis uxor dare. do tamen, inquis,
Ne vagus à thalamis conjugis erret amor.
Non eadem res est: Chiam volo, nolo mariscam.
Ne dubites quæ sit Chia, marisca tua est.

Scire

3. *Ministris.*] Pueris.

6. *Ut sis fœmina sola viro.*] Ut non utar alia fœmina, quam te.

7. *Do tamen, inquis.*] Vide epigr. 43. lib. 11.

9. *Non eadem res est.*] Dicto epig. 43. lib. 11. vers. 11. *Chiam volo, &c.*] De Chia & marisca vide quæ ad epigr. 24. lib. 7. vers. 7. hic autem *Chiam* de pueris dicit, *mariscam* de fœminis.

Scire suos fines matrona, & fœmina debet:
Cede suam pueris; utere parte tua.

12. *Tua.*] Qua fœmina es.

In Bassum. XCVIII.

UXor cum tibi sit puella, qualem
Votis vix petat improbis maritus,
Dives, nobilis, erudita, casta:
Rumpis, Basse, latus, sed in comatis,
Uxoris tibi dote quos parasti.
Et sic ad dominam reversa languet
Multis mentula millibus redempta:
Sed nec vocibus excitata blandis,
Molli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor, aut eamus in jus.
Non est hæc, tua, Basse: vendidisti.

2. *Improbis maritus.*] Qui votis suis non ponat modum.

4. *Rumpis, &c.*] Venerea opera. *Comatis.*] Pueris. epigrammate 57. lib. 2. vers. 5. & epigrammate 57. lib. 3. vers. 31.

11. *Vendidisti.*] Uxori, nomine dotis.

Ad Bætim. XCIX.

BÆtis oliviferâ crinem redimite coronâ;
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis:
Quem Bromius, quem Pallas amat; cui rector aquarum
Albula navigerum per freta pandit iter:
Ominibus lætis vestras Instantius oras
Intret; & hic populis, ut prior, annus eat.

Non

Instantium Rufum Macro successurum in provincia, excipit carmine.

1. *Bætis, &c.*] Fl. Hispan. unde nomen provinciæ Bæticæ, quam mediam interluit, cujus margines oleis florent. Quum alii poëtæ plerunque fluvios arundinibus cingant.

2. *Aurea quæ tingit, &c.*] Sæpicule poëta lanas Bæticas prædicavit. vide epigr. 28. lib. 8. vers. 6. & lib. 14. epigr. 153

3. *Bromius.*] Bacchus, faciens ut Bætica abundet vino. *Pallas amat.*] Faciens ut Bætica abundet oleo. *Cui rector aquarum.*] Cui Neptunus aperit iter navigerum, (*navigabile,*) ut exoneretur in cana freta Oceani qui Bætim excipit.

5. *Vestras oras.*] Hispaniam, cui præsidet. *Instantius.*] Ad quem est epig. 73. lib. 8. cujus hoc principium: *Instanti quo nec sincerior alter habetur, &c.*

6. *Hic populis, &c.*] Felix, ut prior sub administratione Macri. epigr. 87. lib. 10.

7. *Omis*

Non ignorat, onus quod sit, succedere Macro.
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

7. *Onus quod sit, &c.*] Quam difficile sit, quid expectetur ab illo, qui sancto & integro successerit præsidi, qualem se gessit Macer.

8. *Qui sua metitur pondera, &c.*] Qui habita virium suarum ratione, videt quam grave subeat onus, ille ferre poterit.

In effrontem. C.

OS atavi, patris nasum, duo lumina patris,
Et matris gestus dicis habere tuæ.
Cum referas priscos, nullamque in corpore partem
Mentiris; frontem dic mihi cujus habes?

3. *Priscos.*] Majores. Alii legunt, *Priscos.*

4. *Habes.*] Nullius. Es itaque effrons ut patet ex lemmate. Verum epigramma hoc non sapit Martialis acumen. ut nec sequentia, quæ nec Scriverius suæ editioni inserere est dignatus.

Ad Mattum. CI.

QUi negat esse domi se, tunc cum limina pulsas,
Quid dicat, nescis? dormio, Matte, tibi.

2. *Dormio, Matte, tibi.*] Tibi, *non sum, non possum, non licet esse domi.* vel, respicit ad Galbam qui dormiebat Mæcenati. vel Ennium respondentem Scipioni, *se non esse domi.*

Ad Milonem. CII.

THura, piper, vestes, argentum, pallia, gemmas,
Vendere, Milo, soles, cum quibus emptor abit.
Conjugis utilior merx est: quæ vendita sæpe,
Vendentem numquam deserit, aut minuit.

3. *Vendita sæpe.*] Pretio prostituta.

4. *Vendentem, &c.*] Triopeis altera, quam famelicus pater Erisichthon in varias se mutantem figuras sæpius vendidit. Ovid. lib.8. Metamorph.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM LIBER XIII.

Cui * XENIA inditum nomen.

* Xenia dicta, quod τοῖς ξένοις, id est, hospitibus, nec non amicis apponebantur mittebanturve. hæc cum pictores tabellis, tum poëta carminibus imitatus est. infra epigrammate 3. & Vitruv. libro 6. capite 10. Tituli & lemmata quæ in elegantissimis Xeniorum & Apophoretorum libellis adscripta sunt distichis singulis, ea Martialis esse ut scias, ad dignitatem imprimis utilitatemque utriusque pertinet: cum cæteræ inscriptiones quæ in Epigrammatum libris XII. atque in fragmento de Spectaculis occurrunt, librariorum sint & criticorum, pro arbitrio ac lubitu quidvis interpretantium ac interpolantium. Quod in Xeniis & Apophoretis factum, cave credas. In epigrammatis quod dico, clamat ipsa diversitas inscriptionum in diversis codicibus, qua scriptis, qua editis. Horum verò lemmatum auctorem se ipsum profitetur initio Apophoretorum; cum inquit:

Lemmata, si quæres, cur sint adscripta docebo:

Ut, si malueris, lemmata sola legas.

Adde quod absque iis ne millesima pars distichorum rectè intelligi possit. Quod vel solum arguat, ipsius Martialis ea esse; non librariorum, quibus Sphinx domi non erat. In Epigrammatis tam operosis, passim divinationibus non opus. *Scriver.*

Ad Lectorem. I.



NE toga cordyllis, ne pænula desit olivis,
Aut inopem metuat sordida blatta famem;
Perdite Niliacas, Musæ, mea damna papyros:
Postulat, ecce, novos ebria bruma sales.

Martialis imparatus à pecuniâ, jocabundus ait, se Saturnaliorum diebus; quibus pueris fas, nucibus; adolescentioribus alea ludere, cum Musis lusurum, & blattis prandia paraturum: eamque aleam parum quidem lucrosam, nec multum tamen esse damnosam. *Rad.*

1. *Ne toga, &c.*] Ut habeant salsamentarii & aromatopolæ ineptas chartas, quibus involvant pisciculos, scombros & olivas, epigr. 2. lib. 3. ✻ſ. 4. & epigr. 87. l. 4. ✻ſ. 8. *Cordyllis.*] Cordylæ pisciculi sunt. vid. lib. 3. epigr. 2. *Pænulam* pro cucullo posuit. *Molestam* tunicam vocat alibi, quod involuti chartis, veloci tunica cineribus assarentur.

2. *Aut inopem.*] Ut habeant tineæ & blattæ cum quibus rixentur, & quam arrodant escam, chartas. *Perdite.*] O Musæ, quarum æstro ego percitus, meo cum damno scribo carmina; perdite & has chartas.

3. *Niliacas papyros.*] Chartæ usum præstitit olim papyrus, juncus in palustribus Ægypti locis natus, divisusque in tenuissimas Philyras. *Mea damna.*] Jocus est: quia mala carmina perdunt bonas chartas.

4. *Ebria bruma.*] Saturnalia mense brumali Decembri celebrata, in quibus genio indulgebatur. *Sales.*] Jocos.

5. Non

Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur:
Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus;
Alea nec damnum, nec facit ista lucrum.

5. *Non mea.*] Ego in his Saturnalibus non ludo talis, dein tesseris: non nucibus nec fritillis; sed carminibus & charris. epigr. 66. lib. 4. vſ. 15, 16. *Magnanimo, &c.*] An *talum* appellat *magnanimum*, quod talis & tesseris strenuè operam dent, seu potius opes perdant luxuriosi & prodigi juvenes, quos Persius sat. 6. appellat *magnanimos pueros*? An forte alludit ad illud Philosophi, qui fortem & magnanimum comparat τῷ τετραγώνῳ. Et hic. Nicomed. lib. 1. cap. 10.

6. *Senio nec nostrum.*] Faustus jactus, qui ternus in 3. talis si ceciderit, faustissimus est & lucrosissimus. *Cane quassat.*] Unione, jactu damnoso. *Ebur.*] Fritillum ex ebore. epigr. 14. lib. 4. vſ. 8. Alii talos; alii alveum intelligunt.

7. *Hæc mihi charta nuces.*] Pro nucibus puerorum scribam jocosa & levia epigrammata, quæ mihi erunt nuces. *Fritillus.*] Est vasculum buxeum longum & teres, è quo mittuntur tesseræ, vel tali in tabulam. Idem & pyrgus seu turricula. Epigramm. 14. lib. 4. vſ. 8.

8. *Alea ista.*] Ludus hic meus epigrammatarius.

In detractorem. II.

Nasutus sis usque licet, sis denique nasus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,
Et possis ipsum tu deridere Latinum,
Non potes in nugas dicere plura meas:
Ipse ego quam dixi. quid dentem dente juvabit
Rodere? carne opus est, si satur esse velis.

Epigramma hoc est in Zoilum & sciolum, quo monet lectorem Theoninum, uti ne carpat, quod à se jam carptum & abjectum, contemptumque sit satis.

1. *Nasutus, &c.*] Sis licet ingens irrisor. μυκτηρίζων. vide epigr. 4. l. 1. vers. 6.

2. *Quantum noluerit ferre rogatus.*] Totus ex irrisione compositus & conflatus, *deos rogabis totum ut te faciant, Fabelle, nasum.* dixit Catullus. sed sensu alio. *Atlas.*] Hyperbolicè. Qui Atlas cœlum tamen humeris sustinuisse dicitur. epigrammate 4. libro 9. vers. 5.

3. *Ipsum Latinum*] Emphaticè. Mimum, qui & alios imitatione deridet. epigrammate 5. lib. 1. vers 5.

5. *Ipse ego quam dixi.*] Nam superiori carmine appellavi eas, rogas cordylarum, ludibrium blattarum, nuces puerorum, & fritillos, &c. *Quid dentem, &c.*] Quid limam rodis vipera? quid carmina mea reprehensoria, reprehensor?

6. *Carne opus est, &c.*] Quæ cedat denti tuo. mea reager, ut loquuntur Physici. pete dente poëtas magna professos, illis vel frange genuinum, in illos virus invidiæ tuæ & maledicentiæ evome. meæ istæ nugæ serpunt humi tutæ satis, & si opus sit, sui vindices. epigr. 61. lib. 5. vers. 10.

Ne perdas operam: qui ſe mirantur, in illos
Virus habe: nos hæc novimus eſſe nihil.
Nec tamen hoc nimium nihil eſt, ſi candidus aure,
Nec matutina ſi mihi fronte venis.

7. *Qui ſe mirantur.*] Qui ſibi placent. *In illos virus habe.*] Digni ſunt qui rideantur & carpantur, qui majora viribus promittunt aut ſuſcipiunt.

8. *Virus.*] Mordacia, verba virulenta. *Eſſe nihil.*] Eſſe nugas fatemur.

9. *Nec tamen, &c.*] Nec tamen plane nihil ſunt mea hæc. excipientur candidis & feſtivis, ſi minus placeant ſobriis, ſeveris, & impranſis.

Ad lectorem. III.

O*Mnis in hoc gracili* XENIORUM *turba libello*
Conſtabit nummis quattuor empta tibi.
Quattuor eſt nimium: poterit conſtare duobus,
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
Si tibi tam rarus, quam mihi, nummus erit.
Addita per titulos ſua nomina rebus habebis:
Prætereas, ſi quid non facit ad ſtomachum.

Pretium & argumentum libelli ſignificat. Pretium eſt geminus nummus ſeu victoriatus: Argumentum, Xenia diſtichis comprehenſa.

1. *Xeniorum, &c.*] Vide inſcriptionem libri hujus ſupra.

4. *Bibliopola Tryphon.*] Epigr. 72. lib. 4. ℣ſ. 2.

6. *Rarus, &c.*] Poëtarum prope omnium fatale malum.

7. *Titulos, &c.*] Lemmata, inſcriptiones.

8. *Non facit ad ſtomachum.*] *Metaphorice.* cum Xenia quæ carmine adumbrantur, ſint plerumque eſculenta & poculenta.

Thus. IV.

S*Erus ut æthereæ Germanicus imperet aulæ,*
Utque diu terris; da pia thura Jovi.

Piper.

Quidam hinc initium Xeniorum faciunt, & IV. pro primo numerant epigrammate. Poeta uſum thuris oſtendit, & monet Deos rogandos pro diuturna Cæſaris vita.

1. *Serus ut æthereæ.*] Sic Epigr. 39. lib. 8. ℣ſ. 5. *Germanicus imperet aulæ.*] Domitianus. epigr. 2. lib. 5. ℣ſ. 7. Conſtat itaque hæc ſcripta, vivo Domit. ante lib. 10. & 11.

2. *Da pia thura.*] Pia, quia deſtinata rebus piis; nempe religioni & Superis.

1. *Certa*

Piper. V.

CErea quæ patulo lucet ficedula lumbo,
Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper.

1. *Cerea quæ patulo lucet.*] Pinguis ut epigr. 58 lib. 3. ℣ſ. 19. *Ficedula lumbo.*] Infra epigr. 49

2. *Cum tibi forte.*] Scribo: *Cum tibi forte.* Sic in his libris: *Sortitus thecam.* Item: *Hæc illi fine forte datur.* Et sæpe alias. *Scriverius.* Nec aliter Arondellianus codex. *Gronovius.* *Si sapis adde piper.*] Ut & avis una tecum sapiat, alioqui illa insipida futura, tu insipiens.

Alica. VI.

NOs alicam, mulsum poterit tibi mittere dives.
Si tibi noluerit mittere dives, eme.

1. *Nos.*] Pauperes. *Alicam.*] Potum è zea seu spelta, cerevisiæ nostræ haud dissimilem. *Mulsum.*] Potio ex aqua & melle confecta. infra epig. 108.

Conchis faba. VII.

SI spumet rubra conchis tibi pallida testa,
Lautorum cœnis sæpe negare potes.

1. *Spumet.*] Inter coquendum. *Rubra.*] Fictili vase rubro. vel ab igne rubente. *Conchis tibi pallida.*] Faba cum cortice elixa; ad discrimen fabæ fressæ, quæ sine cortice coquitur. epigr. 77. lib. 7. ℣ſ. 2.

2. *Lautorum.*] Invitatus potes mensa divitum carere, domique cœnare.

Far. VIII.

IMbue plebeias Clusinis pultibus ollas,
Ut satur in vacuis dulcia musta bibas.

1. *Imbue plebeias.*] Condito. *Clusinis pultibus ollas.*] Pulte è farre Clusino, quod optimum est, è Clusio Tusciæ pop. *Far* significat frumentum quum omne ferè, tum potissimum adoreum; deinde farinam ex eodem factam, & pultem. *Rad.*

2. *Ut satur, &c.*] Gratiora enim bibuntur è vasis pulte imbutis vina. Turneb. lib. 25. cap. 28. & Theophrast. lib. de odoribus scribit, demissis in dolia farris offis, vinum domari, mollescere & cum saporis gratia mitescere.

Lens. IX.

ACcipe Niliacam, Pelusia munera, lentem:
Vilior est alicâ, carior illa fabâ.

1. *Niliacam, &c.*] Lens enim optima nascitur circa Pelusium opp. Ægypti. vulgo *Damiata*, aliis *Rosetto* ad extremum Nili ostium. *Nec Pelusiaca curam aspernabere lentis.* Belg. *Linsen.* Virgil. Georg. 1.

Simila

1. *Dotes*

Simila ex tritico. X.

NEc poteris similæ dotes numerare, nec usus,
Pistori toties cum sit & apta coco.

1. *Dotes numerare, nec usus.*] Munera & usus. farina enim similaginea variis pistorum usibus servit.

Ordeum. XI.

MUlio, quod non des tacituris, accipe, mulis.
Hæc ego cauponi, non tibi dona dedi.

1. *Mulio, &c.*] Quo, mulio defraudat jumento muta. epigr. 28. lib. 12.

2. *Hæc ego cauponi, &c.*] Quod tu vendes cauponi, pabulum equis futurum, non panem tibi. vide Turnebum lib. 25, cap. 28. Dabat Dominus mulioni hordeum in pastum mularum. Ille eas fœno saturare contentus; gnarusque mutas pecudes furtum non prodituras: mavult id vendere cauponi, & ejus pretio aut mercedulam augere, aut curare cutem. Loquitur ergo, tanquam minime dubitans de fraude servili: Accipe quidem hordeum, etsi nimis verear ut id mulis apponas: itaque quia fraudatores, & fœno mulas pascis, videor hordeum tibi cum maxime dans, non tibi, sed cauponi dare. *Gronovius.*

Frumentum triticeum. XII.

TErcentum Libyci modios de messe coloni
Sume, suburbanus ne moriatur ager.

1. *Tercentum modios.*] Triticum ex Africa frumenti feracissima, quod seratur in agro suburbano ne sterilescat. vel quo alatur urbs alioqui peritura ob agri suburbani sterilitatem, seu continua cultura effœti. Numerus certus pro incerto, quod more Poëtarum, pro magna copia ponitur. *De messe coloni Libyci.*] De frumento, quod ab agricolis ex Libya adfertur.

Betæ. XIII.

UT sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam sæpe petet vina, piperque cocus.

1. *Sapiant fatuæ.*] Insipidæ non condiantur. *Fabrorum.*] Pauperum.

Lactuca. XIV.

CLaudere quæ cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes?

1. *Claudere, &c.*] Ut frigiditate sua retunderent vini calorem: & somni conciliandi ergò.

4. *Dapes.*] Ad lubricandum ventrem. epigramm. 53. lib. 11. vers. 5 tollendum stomachi fastidium, & appetitum irritandum.

Ligna acapna. XV.

SI vicina tibi Nomento rura coluntur,
Ad villam moneo, rustice, ligna feras.

1. *Ad villam moneo, &c.*] Namque in agro Nomentano propter uliginem & paludes non sunt sicca ligna, aptaque foco materies. *Acapna* ergo ligna dicuntur, quod incensa, nullum exhalant fumum: καπνὸς enim Græcè dicitur fumus; ἄκαπνος, quod fumo caret.

Rapa. XVI.

HÆc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cælo Romulus esse solet.

1. *Brumali, &c.*] Frigore dulciora fiunt & grandiora; calore spongiosa. Plinius lib. 18. cap. 13.
2. *In cælo, &c.*] Frugaliter & aride victitatis, ut quondam in vivis. Credidisse enim videtur prisci, non tantum nectare & ambrosia Deos pasci, verum etiam vilibus quibusdam cibis, ut Romulum rapis. Credo de paupertate illius sæculi quo Romulus vixerat; proinde quasi in cœlo iisdem cibis victitet, quibus terra alebatur. Turneb. libro 18. capite 13.

Coliculi. XVII.

NE tibi pallentes moveant fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aquâ.

Brassicæ vim, laudes, medicinam Cato de re rustica cap. 156. commemorat. Caules (unde coliculi, pro cauliculi) sunt brassicæ pars interior.
2. *Nitrata, &c.*] Nitro enim olera viridiora fiunt. Plinius lib. 31. cap. 10.

Porri sectivi. XVIII.

FIla Tarentini graviter redolentia porri
Edisti quoties, oscula clausa dato.

1. *Fila.*] In herbulas enim fruticescit, in tenuia qua stamina crescens. *Tarentini.*] Quod optimum nascitur Tarenti.
2. *Clausa dato.*] Clausis labiis. Alii, *clusa.*

Porri capitati. XIX.

MIttit præcipuos nemoralis Aricia porros:
In niveo virides stipite cerne comas.

1. *Aricia porros.*] *Et mater Aricia porri.* Columel. Ut ergò sectile porrum Tarenti; sic Aritiæ capitatum nascitur optimum. *Aritia*, Latii civitas. *Nemoralis* dicitur, propter vicinum nemus.
2. *Stipite cerne.*] Capite & stipite seu calamo. (*comas.*] Folia & herbas, *blades.*

Napi.
1. *Nos.*]

Napi. XX.

NOs *Amiternus ager felicibus educat hortis:*
Nursinas poteris parcius esse pilas.

1. *Nos.*] Alii, *Hos.* id est, Napos, paulò minores rapis. *Amiternus,&c.*] Amitotum urbs Italiæ, Aquileiæ vicina. *In qua palude* (inquit Sidonius Apollinaris epist. 8. lib. 1.) *muri cadunt, aquæ stant: turres fluunt, &c. Mare antem Adriaticum Ravennæ paludibus immiscetur.* Vitruv. lib. 1. cap. 4.
2. *Nursinas pilas.*] Rapa, quæ in orbem optima nascuntur in Nursia Sabinorum civitate. *Esse pilas*] Edere.

Asparagi. XXI.

MOllis in æquorea quæ crevit spina Ravenna;
Non erit incultis gratior asparagis.

1. *Æquorea quæ crevit.*] Epigr. 55. lib. 3. *Spina Ravenna.*] *In totum spina est asparagus.* nullum folium habet. Plin. lib. 21. cap. 15.
2. *Non erit,&c.*] Sylvestres & sponte sua nati per montes asparagi, non cedant altilibus & satis Ravennatibus. Athenæus lib. 2. cap. 22.

Uva duracina. XXII.

NOn *habilis cyathis, & inutilis uva Lyæo:*
Sed non potanti me, tibi nectar ero.

Quæ acinos duros, vel duro tectos corio habet. Plin. lib. 14. cap. 1. & 3. Gallice *Piqueponlle.*
1. *Non habilis cyathis, &c.*] Prelis & vino inutilis.
2. *Tibi,&c.*] Sed edenti, nectar ero.

Chia ficus. XXIII.

CHia *seni similis Baccho, quem Setia misit:*
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

1. *Chia.*] In Chia insula nata, post ea aliò translata. *Seni similis Baccho.*] Quæ vinum vetus sapit & salem. epigrammate 24. lib. 7. ✝f.8. *Setia misit.*] Campaniæ.

Cydonia. XXIV.

SI *tibi Cecropio saturata Cydonia melle*
Ponentur: dicas hæc melimela, licet.

1. *Cecropio.*] Attico, à Cecrope rege. *Saturata.*] Melle incocta. Plinius lib. 15. cap. 17. *Cydonia*, à Cydone, urbe Cretæ, sic dicta.
2. *Melimela.*] Mellita poma.

Nuces

1. Poma

Nuces pineæ. XXV.

POma ſumus Cybeles: procul hinc diſcede viator,
Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.

1. *Poma ſumus Cybeles, &c.*] Pinus magnæ Matri conſecrata eſt, propter Atyn mutatum in hanc arborem. Et pro *diſcede*, Gruterus ex Pal. leg. *abſiſte*.

2. *Ne cadat, &c.*] Ne cadamus in tuum caput.

Sorba. XXVI.

SOrba ſumus, molles nimium durantia ventres:
Aptius hæc puero, quam tibi, poma dabis.

2. *Puero, quam tibi, poma dabis.*] Qui molliore eſt alvo, & ſæpe profluvio laborat. Et pro *dabis*, Palat. legit, *damus*. Videndum, ne ſubſit aliquid nequius, propter illud Gildæ in Querolo: *Nam ſi inſuper nuces & ſorba dederis, totum pupillum ceperis.*

Spathalion caryotarum. XXVII.

AUrea porrigitur, Jani Caryota Kalendis:
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Termes ab arbore palma decerptus. Dioſc. lib. 1. cap. 123. Salmaſius cenſet legendum eſſe *ſpalathion* vel *palathion*. παλάθη enim ficuum dicebatur globus vel maſſa. In maſſam conditæ ſimiliter afferebantur caryotæ. Heſychius: παλάθη, ἡ τῶν σύκων ἐπιπλοκὴ ... Inde σπαλάθιον & σπαθάλιον. Cottana etiam ac pruna in maſſas ſic componebantur. Hinc Martialis:

Hæc tibi quæ torta venerunt condita meta,
Si majora forent cottana, ficus erant.

Statius:

Nuſquam turbine conditus ruenti
Prunorum globus, atque cottanorum.

Ad verbum, *globus prunorum* eſt παλάθη. *Salmaſ.*

1. *Jani.*] Calendis Januariis mittebantur à pauperibus palmulæ inauratæ, vel cruſta illitæ, ut placet Joſ. Scalig. in Tibull. lib. 1. vide epigramm. 33. lib. 8. Martial. ✠ſ. 11. *Caryota Kalendis.*] Palmularum fructus ita dicti quod capiti graves ſunt. Plin. l. 13. c. 4.

2. *Sed tamen, &c.*] Hæc munera ſi mittant pauperes, quanto majora divites?

* Coctana. XXVIII.

HÆc tibi quæ torta venerunt condita meta,
Si majora forent coctana, ficus erant.

Pruna

* Vel, *Vas Coctanorum.*

1. *Torta venerunt, &c.*] E tortis juncis texta ſporta, vel teſta turbinata in metæ formam. ut epigr. 44. lib. 1. ✠ſ. 7. quam lib. 5. epigr. 18. dixit *acutam teſtam*. Palat. pro *tortâ* legit *coctâ*. Et pro *metâ*, alii, *menſâ*.

2. *Coctana.*] Κόττανα εἶδος σύκων. epigrammate 89. lib. 4. verſ. 6.

* Ex

Pruna * Damascena. XXIX.

PRuna peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume: solent duri solvere ventris onus.

* Ex Damasco Syriæ.
1. *Rugosa senectæ.*] Quæ siccata, vetustateque ipsa jam contracta in rugas.

Caseus Lunensis. XXX.

CAseus Etruscæ signatus imagine lunæ,
Præstabit pueris prandia mille tuis.

1. *Imagine lunæ.*] An lunæ forma? Quod forte insigne erat Lunæ oppidi Etruriæ, cujus portus & lunæ referebat imaginem.

Caseus Vestinus. XXXI.

SI sine carne voles jentacula sumere frugi:
Hæc tibi Vestino de grege massa venit.

2. *Vestino de grege.*] Vestini populi Italiæ, Sabinis vicini. *Massa venit.*] Caseus lacte presso & in massam coagulato.

Caseus Velabrensis. XXXII.

NOn quemcumque focum, nec fumum caseus omnem,
Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.

2. *Velabrensem.*] Velabrum locus Romæ prope Aventinum. *Fumus imbibitus auget gratiam casei, qualis in ipsa urbe conficitur cunctis præferendus.* Plin. lib. 11. cap. 42. *Qui bibit.*] In Velabro enim multæ erant casearię, seu tabernæ, ubi veteres, caseos reponebant, & fumos bibere instituebant: recens enim ille caseus fistulosus erat, & facile hauriebat fumum. *Rad.* *Ipse.*] Et pro *ipse* Palat. legit, *ille*.

Casei Trebulani. XXXIII.

TRebula nos genuit; commendat gratia duplex,
Sive levi flamma, sive domamur aqua.

Bulbi.

1. *Trebula nos genuit.*] Vicus in Sabinis. epigr. 72. lib. 5. vers. 1. *Commendat gratia duplex.*] Usus duplex nobis est, & duobus modis cum suavitate in cibum paramur.
2. *Sive levi flamma.*] Sive torremur. *tostis.* *Sive domamur aqua.*] Sive defcobinati maceramur jure.

2. *Bul-*

Bulbi. XXXIV.

CUm sit anus conjux, & sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.

1. *Bulbis, &c.*] Qui Venerem inflant. Ex his vero cum nucleis pineis, eruca, pipere, in nuptiali cœna sponso ferculum parari solitum. Alex. ab Alexandr. lib. 2. cap. 5. Citat adagium Athenæus lib. 2. cap. 23. ὠφέλει σ' οὐδὲν βολβὸς ἂν μὴ, νεῦρ' ἔχῃς.

Lucanica. XXXV.

FIlia Picenæ venio Lucanica porcæ:
Pultibus hinc niveis grata corona datur.

1. *Filia Picenæ, &c.*] Farcimen è concisis carnibus porcæ in agro Picentino natæ. vide epigr. 46. lib. 4. ℣f. 8. & epigr. 79. lib. 5.

2. *Pultibus, &c.*] Oras patinæ habentis pultem ex tritico circumdat. ut epigr. 79. lib. 5. vers. 9. Sic & hodie ad brassicam apponuntur.

Olivæ. XXXVI.

HÆc quæ Picenis venit subducta trapetis,
Incohat atque eadem finit oliva dapes.

1. *Picenis venit.*] Olivæ optimæ ex agro Piceno in Italia. *Subducta.*] Subtracta, oleo non expresso integra. *Trapetis.*] Trapes, etis, vel trapetum, est mola olivaria; vel prælum, quo oleum exprimitur. à τρέπω, verto, volvo. epigr. 27. lib. 7. ℣f. 3.

2. *Inchoat atque eadem.*] Ad incitandum stomachum. *Finit oliva dapes.*] Ad tollendum fastidium.

Mala citrea. XXXVII.

AUt Corcyræi sunt hæc de frondibus horti,
Aut hæc Massyli poma draconis erant.

1. *Corcyræi, &c.*] Ex horto Alcinoi regis Phæacum in insula Corcyra.

2. *Aut hæc Massyli, &c.*] Aut Hesperidum mala. epigr. 94. lib. 10. ℣f. 1. Neque alia creduntur fuisse aurea illa poma, quam hæc Aurantia, citrea, Medica. Athenæus libro 3. cap. 4. 7. & 43.

* Colostrum. XXXVIII.

SUrripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis,
De primo matrum lacte colostra damus.

Hœdi.

* Belg. *Biest.*

1. *Nondum stantibus hœdis.*] Priusquam hœduli recens nati erexissent se & admovissent uberibus ora. Plin. *Colostrum* est prima à partu spongiosa densitas lactis.

Hœdi. XXXIX.

LAscivum pecus, & viridi non utile Baccho
Det pœnas: nocuit jam tener ille deo.

1. *Viridi, &c.*] Rodens virentes palmites.
2. *Det pœnas, &c.*] *Mactetur hostia Baccho, Quod teneras vites roserit ipse tener.* Ovid. Fastor. 1. *Rode caper vitem, &c.* Ανθολογ. α. Κἤν με φάγης ἐπὶ ῥίζαν, &c. κίϕ ς. Hædilli mensis grati: tenerrima eorum caro.

Ova. XL.

CAndida si croceos circumfluit unda vitellos,
Hesperius scombri temperet ova liquor.

1. *Candida unda vitellos.*] Lacteus liquor in albumine ovi.
2. *Hesperius scombri, &c.*] Condito ova garo Hispano. epigrammate 102. infra. *Hesperius* enim *liquor* est garum.

Porcellus lactens. XLI.

LActe mero pastum pigræ mihi matris alumnum
Ponat, & Ætolo de sue dives edat.

1. *Lacte mero, &c.*] Malo edere lactentem porcellum, quam aprum: ille mihi sapit, non invideo lautis aprum.
2. *Et Ætolo, &c.*] Et diviti apponatur pro more lautorum aper, vel Arcadici illius æmulus. epigr. 15. lib. Spect. ✝ſ. 1.

Apyrina & tuberes. XLII.

NOn tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus.

1. *De Libycis tuberes, &c.*] In Africa primum nata, sed translata & alibi postea sata poma, quibus, quod iis lignosus abesset nucleus, nomen ex α & πυρὴν. Plinius lib. 13. cap. 29. & l. 15. cap. 14. Malorum Granatorum genera duo: alteri nucleus est lignosus: alteri aut nullus, aut certè minimus, ob id *abyrenum* vocatum. *Brod.*
2. *De Nomentanis, &c.*] Ex villa mea in agro Nom. qui ad 10. ab urbe lapidem.

Idem. XLIII.

LEcta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes. quid tibi cum Libycis?

Sumen.

2. *Vernæ turberes.*] Domi nati, ut præcedenti epigr. ✝ſ. 2.

1. *Esse*

Sumen. XLIV.

ESse putes nondum sumen: sic ubere largo
Effluit, & vivo lacte papilla tumet.

1. *Esse putes, &c.*] Non credas hoc farcimen esse è papillis suis à partu cæsæ resectis: sed etiamdum vivere in sue papillas, ita lacte exundant. Scriverius. *Esse putes nondum sumen.* nam alias, inquit, cum muria thynnive liquamine aut garo apponebatur. Haud scio quam bene.

Pulli gallinacei. XLV.

SI Libycæ nobis volucres, & Phasides essent,
Acciperes. at nunc accipe cortis aves.

1. *Libycæ nobis volucres.*] Guineyes. Turkeyes. Angl. Id est, Si mihi copia esset peregrinarum avium illas mitterem; quæ cum desint, boni consule domesticas. *Libycæ.*] Numidicas gallinas dicit. *Phasides essent.*] Phasiani. infra epigr. 72.

2. *Cortis aves.*] Epigr. 40. l. 7. ✱ſ. 1.

Persica, Nucipersica. XLVI.

VIlia maternis fueramus præcoqua ramis;
Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

Lemma hoc corrigendum dicit Salmasius, legendumque *Præcoqua nucipersica.* hæc sunt *Armeniaca nuciprunа* Plinii. *Præcoqua* vel *præcocia*, Persica sunt; atque ita dicebantur, *Persica præcocia*, ut Persica duracina, Asiatica, &c.

1. *Præcoqua.*] Pro *præcoqua*, alii *Persica* leg.

2. *Nunc in adoptivis, &c.*] An quia in nativa stirpe vilia; pruno insita fiunt nobilia? ut habet Pallad. lib 4. de Insi. An quia in sua Perside noxia & venenosa; sed translata, mutatoque cœlo & solo dulcia fiunt & salubria? ex opinione Columellæ. vide Alciat. emblem. 142. & Claud. Minoëm ad idem emblema.

Panes Picentini. XLVII.

PIcentina Ceres niveo sic nectare crescit,
Ut levis accepta spongia turget aqua.

1. *Picentina Ceres.*] Panis Picentinus ex alice seu tritico opt. macerato. *Niveo nectare crescit.*] Lacte.

Boleti. XLVIII.

ARgentum atque aurum, facile est, lenamque togamque
Mittere: boletos mittere difficile est.

Fice-

2. *Boletos mittere.*] Fungorum genus nobilissimum. epigr. 21. lib. 1. ✱ſ. 2. *Difficile est.*] Ipsi malunt edere, quam amicis mittere. *Vel* quia rari.

Ficedula. XLIX.

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis,
Cur potius nomen non dedit uva mihi?

2. *Cur potius, &c.*] Cur non *uvedula* potius quam *ficedula*. Belg. *Snippe.*

Tubera. L.

Rumpimus altricem tenero quæ vertice terram
Tubera; boletis poma secunda sumus.

1. *Rumpimus altricem tenero.*] Negant tamen gigni ex tuberante terra aut rimas urgente, nec terræ cohærere tubera fibris aut capillamentis, Plinius l. 18. cap. 3. Dioscor. lib. 2. cap. 139. vide & Athenæum l. 2. *De vertice.*] Gruterus è MSS. *quæ vertice.* Infra epigr. 102.

2. *Poma secunda sumus.*] Ἀκύφυς fructus.

* Turdorum corona. LI.

Texta rosis fortasse tibi, vel divite nardo,
At mihi de turdis facta corona placet.

* *Turdorum corona.*] Observat Scriverius in membr. legi: *Turdorum decuria.* In Arondeliani erat utrumque: *Turdorum decuria sive corona.* Gronov.

1. *Texta rosis, &c.*] In lautissimorum conviviis dabantur coronæ à nardi folio. Plin. lib. 21. cap. 3. Athen. lib. 15.

2. *De turdis, &c.*] Epigr. 47. lib. 3. vers. 11. serta turdorum redimibant lancem. Vel accipe potius de vimine in orbem flexo, à quo pendebant turdi: hinc mihi corollam, dicit, texe; quam & gestabo libens, & postea coctam devorabo. Sic hodie coronæ feruntur venum in forum, è viminis circulo seu ramo in orbem flexo, factæ. Favet huic interpretationi, ipsemet Auctor supra lib. 3. epigr. 47. *Illic coronam pinguibus gravem turdis.*

Anas. LII.

Tota quidem ponatur anas: sed pectore tantum,
Et cervice sapit: cætera redde coco.

Tur-

2. *Cætera redde coco.*] Tanquam saporis non æque grati.

Appo-

Turtur. LIII.

DUm pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe. perdere nolo famem.

Apposito pingui turture, abstinendum à lactucis dicit & cochleis, veluti vilioribus, stomachumque servandum delicatioribus.

1. *Lactuca valebis.*] Puto scripsisse auctorem: *lactuca valebit.* Alloquitur enim convivatorem, vel quicumque cœnam instruxit: quod apparet ex illo: *Et cochleas tibi habe.* Neque enim hoc ad lactucam potest referri. *Gronov.* *Lactuca valebis.*] Non attingam, nec gustabo.

2. *Perdere nolo famem.*] Nolo acetaria quæ claudant stomachum. *Vel* quæ procurent appetitum, *aliamque famem*, ut vocat Juvenal. sat. 4. ✝ſ. 137. Mihi sapit turtur. Nolo conchylia. *Quæ renovent per damna famem.* Petron.

Perna. LIV.

CÆretana mihi fiet, vel missa licebit
De Menapis: lauti de petasone vorent.

1. *Cæretana mihi fiet.*] A Cære opp. Hetruriæ. Brodæus, & credo melius, leg. *Cerretana*, & intelligunt pernam ex Cerretanis Hispaniæ pop. quam commendat Athenæus lib. 14. *Massa licebit.*] Pulpa, epigr. 76. lib. 3. Sic vulgo: sed rectius Gruterus & Scriverius, *missa.*

2. *Menapis.*] Rheni accolis, quos alii Juliacenses, alii Westphalos esse putant. Turneb. l. 16. c. 16. *Ego*, inquit, *putem petasonis partem pernam vocari.*

Petaso. LV.

MUsteus est: propera, caros nec differ amicos:
Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

1. *Musteus, &c.*] Recens, succi & saporis plenus.

2. *Nam mihi &c.*] Non placet fumo duratus & siccus.

Vulva. LVI.

TE fortasse magis capiet de virgine porca:
Me materna gravi de sue vulva capit.

1. *De virgine porca.*] Vulva virginis suis, sterilis, utpote castratæ, *spayed.* Plin. lib. 8. cap. 51.

2. *Materna, &c.*] Vulva porcaria. id est, suis ante editum partum enectæ. vide Plin. l. 11. c. 37. & supra, epigr. 44.

Colocasia. LVII.

NIliacum ridebis olus, lanasque sequaces,
Improba cum morsu fila manuque trahes.

1. *Niliacum ridebis olus.*] Fabam Ægyptiam, Colocasiam. *seu* caulem fabæ. *Olus* ergò vocat *Niliacum*, quia caules ejus manderentur. Græci vocant λάχανα omnes herbas, quarum caules aut folia esui sunt: & λαχανίζειν dicunt, quæ sic parantur ut edi possint. *Salmas.* *Sequaces.*] Caulis enim Colocasiæ araneosus est & filis nervosus in mandendo, Plin. l. 21. c. 15. epig. 32. l. 8. ✝ſ. 13.

Jecur anseris. LVIII.

ADspice quam tumeat magno jecur ansere majus!
Miratus dices; hoc, rogo, crevit ubi?

1. *Tumeat.*] Mulso, lacte, ficu, & carica fartum. *Magno, &c.*] *Anseris ante ipsum magni jecur.* Juvenal. sat. 5. ỿs. 113. χηνὸς ἧπαρ περισπούδαστον κατὰ τὴν Ῥώμην. Athenæus lib. 9. c. 8. quin & ipsæ anseribus saginandis adhibiti χηνοβοσκοί. ibid.

2. *Hoc, rogo, crevit, ubi?*] In culina nempe jecur ita crevit fartum: sed hospes imperitus, primum jecinoris magnitudine perspecta, putabit anseres alicubi esse tanto majores, & quæret ubi tanti nascantur, aut unde ferantur. *Rad.*

Glires. LIX.

TOta mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

1. *Tota mihi, &c.*] Plin. lib. 8. cap. 52. & 29. cap. ult.

Cuniculus. LX.

GAudet in effossis habitare cuniculus antris:
Monstravit tacitas hostibus ille vias.

2. *Tacitas hostibus ille vias.*] Subterraneas. ab hoc animali *cuniculos* dictos. *undermynings.* Vegetius libro 4. capite 24.

* Atagenæ. LXI.

INter sapores fertur alitum primus
Iônicarum gustus attagenarum.

* Variè scribitur, tum apud Græcos, tum apud Latinos: Horatius dixit, *Attagen Ionicus.* Martial. *Attagena.*

Gallina altilis. LXII.

PAscitur & dulci facilis gallina farina;
Pascitur & tenebris. ingeniosa gula est.

Capo.

1. *Dulci facilis, &c.*] Mulso depsita.
2. *Tenebris.*] Motus enim & lux pinguedini inimica, &c. Varro lib. 3. c. 9. Seneca epist. 123. *Ingeniosa gula est.*] Gulones isti ingeniosi sunt ad luxuriam. sic epigr. 117. l. 14. Sic & Petronius: *Ingeniosa gula est, Sicula scarus æquore mersus Ad mensam vivus perducitur.*

1. Exhau-

Capo. LXIII.

NE *nimis exhausto macresceret inguine gallus,*
Amisit testes: nunc mihi Gallus erit.

1. *Exhausto, &c.*] Per coïtum.
2. *Gallus erit.*] Æque castratus ac Galli sacerdotes Cybeles. epigr. 45. lib. 2.

Idem. LXIV.

S*Uccumbit sterili frustra gallina marito:*
Hanc matris Cybeles esse decebat avem.

1. *Sterili, hanc, &c.*] Capon. ut præced. epigramm.

Perdix. LXV.

P*Onitur Ausoniis avis hæc rarissima mensis:*
Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

1. *Ponitur, &c.*] Perdix lauta & nobilis, ales, magnique pretii, potentium mensis ponebatur, ut & hodie etiam ponitur.

2. *Hanc in lautorum.*] Divitum. nam 50. drachmis unicam ab Aristippo emptam legimus. De natura, vi, ingenio, &c. vide Gesnerum. Alii, *Hanc in piscina ludere sæpe soles* legunt, & alludunt ad ludum in piscina, qui πέρδιξ seu πέρδικισμὸς dictus. *Mandere.*] Palat. *condere.*

Columbini. LXVI.

NE *violes teneras perjuro dente columbas,*
Tradita si Cnidiæ sunt tibi sacra deæ.

1. *Perjuro dente columbas.*] Docet enim sequens versus interdictum fuisse columbinorum esum Mystis Veneris, qui initiati erant sacris Deæ Ven. Cnidiis religiose cultæ, & cui columba sacra. *Perjuro dente.*] Quum Mysta Veneris contra jus sacrorum suorum violet ministram Veneris columbam.

2. *Tibi.*] Sacerdoti scil. & Mystæ Veneris.

Palumbus torquatus. LXVII.

I*Nguina torquati tardant hebetantque palumbi:*
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax.

Gal-

Palumbus Torquatus.] Sic dictus à circulo seu torque circa collum. Avis casta ex moribus appellatur, quod comes sit castitatis. Dicitur enim amisso corporali consortio solitaria incedere, nec carnalem copulam ultra requirere.

1. *Inguina.*] Venerem, salacitatem.

Galbula. LXVIII.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales,
Turget adhuc viridi cum rudis uva mero.

1. *Galbula.*] Alii, *Galbina.* Rectè. *Galbina* ergò seu galbeæ atque etiam galbulæ, aves sunt viridis aut lutei coloris: Græcis χλωρίδες dicuntur. Baptista Pius asserit lectionem *Galbula* quæ ἰκτερὸς. Annot. Post. cap. 29. *Calamis.*] Viscatis.

2. *Turget, &c.*] Autumno primo.

Catta. LXIX.

Pannonicas nobis numquam dedit Umbria cattas:
Mavult hæc domino mittere dona Pudens.

1. *Pannonicas, &c.*] E Pannonia missas Pudenti in Umbriam misit: ille Romam. *Pannonicæ* ergo *Cattæ* Martiali sunt, quas vulgò *martas* vocitamus: quæ de genere felium sunt sylvestrium; seu mustelæ sylvestres.

2. *Domino.*] Domitiano, vel divini patrono. Duo Pal. & Arond. *Dominæ.*

Pavo. LXX.

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes hunc sævo tradere, dure, coco?

2. *Hunc sævo tradere, &c.*] Spectaculum pulchrius quam ferculum, avem oculis quam gulæ gratiorem.

Phœnicopterus. LXXI.

Dat mihi penna rubens nomen: sed lingua gulosis
Nostra sapit. quid si garrula lingua foret?

1. *Dat mihi penna, &c.*] Φοινικόπτερος, puniceus alas Phœnicopterus ergo avis circa lacus & paludes victitans, visu pulchra, & colore decora purpureo; magnitudine ciconiæ, &c. *Gulosis.*] Apicio Heliogabalo, Vitellio.

2. *Quid si garrula, &c.*] Quanto magis gulosis istis saperet si vox accessisset, quibus tacita lingua tam in deliciis est? Respicitque Poëta patinam Æsopi tragœdi ex linguis avium canorarum. Plin. lib. 10. cap. 51.

Phasianus. LXXII.

Argiva primum sum transportata carina,
Ante mihi notum nil, nisi Phasis, erat.

Numi-

1. *Argiva carina.*] Argo.

2. *Phasis, erat.*] Fl. Colchorum. unde phasianos ab Argonautis transportatos arguit, à nomine avis. Post hoc distichon interponit Arondel. aliud de avi eadem cum lemmate:

PHASIANI DUO.

Quas Argoa prius transvexit Phase carina,
Oris aves stupidi femina torque fumus.

Nec Martiale indignum videtur.

1. Roma-

Numidicæ. LXXIII.

ANsere Romano quamvis satur Hannibal esset:
Ipse suas nunquam barbarus edit aves.

1. *Romana quamvis, &c.*] Qui Romanis in deliciis? An quia servavit Capitolium Romæ. ut sequente epigramm.

2. *Suas nunquam, &c.*] Numidicas, quæ nondum gulæ barbaræ innotuerant. Numidicæ ergò seu Africanæ, in ea parte Africæ, cui Numidia nomen.

Anser. LXXIV.

HÆc servavit avis Tarpeji templa Tonantis.
Miraris? nondum fecerat illa deus.

1. *Hæc servavit, &c.*] Manlius clangore anseris excitatus subeuntes nocte Gallos à summa rupe dejecit, &c. Liv. 5. L. Florus lib. 1. cap. 13. Plutarchus lib. de fortuna Rom. &c.

2. *Nondum, &c.*] Postquam vero Domitianus Dominus ac Deus noster Capitolium conflagratum restituit, non opus est ansere, nedum alio custode.

Grues. LXXV.

TUrbabis versus, nec litera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

1. *Turbabis versus, &c.*] Exempta una avis turbabit ordinem & formam literæ, quam ex gruum volatu adinvenit Palamedes. sit illa Y an A an ut aliis magis placet Δ. Nisi potius ob Φ, à Palamede inventum, grues Palamedis aves dici malis: quia etsi in volando referant Y, sive ut Hieronymus scripsit trianguli formam in volando efficiant; tamen singulæ corpore suo Φ, repræsentent. Unde Auson. in Eidyllis: *Hæc gruis effigies Palamedica porrigitur* Φ. Vossius.

Rusticula. LXXVI.

RUstica sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est?
Carior est perdix: sic sapit illa magis.

1. *Rustica sum, &c.*] MS. Oxoniensis. *Rusticula, an perdix, quid refert.*

2. *Sic sapit, &c.*] Propter pretium *magis illa juvant, quæ pluris emuntur.*

Cycnus. LXXVII.

DUlcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.

Por-

1. *Dulcia.*] Poëtis & quibusdam philosophis receptum, cycnum mortis præscium cum voluptate & cantu mori. Sed negant Plinius, Ælianus, Jul. Scaliger, aliique sanioris judicii. *Defecta lingua.*] Hoc est, jam deficiente lingua. Nam *deficere* est λείπεσθαι: & *defectus* qui deficit: unde *defectus annis*, de sene. Sic *indefectus* ἄλειπτος: ita vocabantur athletæ qui vinci non poterant. *Salmas.*

Porphyriones. LXXVIII.

Nomen habet magni volucris tam parva gigantis?
Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

1. *Gigantis.*] Porphyrionis, cujus meminit Horat. libro 3. ode 4. Claudian. in Gigantomach. Eustath. ad Iliad. ξ.

2. *Porphyrionis habet.*] Purpurionis, qui auriga Neronis, factionis Prasinæ. Vide & aliam Lipsii expositionem hujus epigramm. lib. 1. Quæstion. Epistolic. 5. Gigantem Pindarus Pyth. Eid. VIII. Apollinis arcu domitum narrat. De avi verò, à colore sic dicta, præter Arist. Plin. mira quædam narrat Ælianus de hist. animalium. l. 3. c. 42. & lib. 5. cap. 28.

* Mullus. LXXIX.

Spirat in advecto, sed jam piger, æquore mullus:
Languescit? vivum da mare, fortis erit.

* *Mullus.*] Scriveriani & Arondellius codex: *Mulli vivi.*

1. *Spirat.*] Impropriè, ex sententia scholæ Peripateticæ; spirare vero pisces contendit Plinius lib. 8. cap. 7. *Advecto æquore mullus.*) Vase pleno aqua marina. Palat. legit, *avecto.*

Muræna. LXXX.

Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
Non valet exustam mergere Sole cutem.

2. *Non valet exustam, &c.*] Præ pinguedine in summo æquore fluitat, ubi à sole torrefacta nequit se curvare neque immergere.

Rhombus. LXXXI.

Quamvis lata gerat patella Rhombum:
Rhombus latior est tamen patellâ.

Ostrea. LXXXII.

Ebria Bajano veni modo concha Lucrino:
Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

1. *Ebria Bajano, &c.*] Satura. *Vel* immersa. *Lucrino.*] Ostreis Lucrinis optimum adjudicavit saporem Serg. Orat. Macrob. 2. Sat. cap. 11.

2. *Nobile, &c.*] Condior garo. infra epigr. 132. ut ante satur eram aquæ Lucrinæ.

Squil- 1. Liris

Squillæ. LXXXIII.

COEruleus nos Liris amat, quem ſylva Maricæ
Protegit: hinc ſquillæ maxima turba ſumus.

1. *Liris amat, &c.*] Fl. Campaniæ Minturnas præterfluens, cui præſidet Marica Nympha, Fauni uxor; vel ut alii volunt Venus, cui ſacellum juxta Lirin conſecratum.

Scarus. LXXXIV.

HIc Scarus, æquoreis qui venit obeſus ab undis,
Viſceribus bonus eſt: cetera vile ſapit.

1. *Obeſus.*] In Palat. *adeſus.*
2. *Viſceribus, &c.*] Jecinore. Plinius lib. 32. cap. 8. *Cetera vile ſapit.*] Supp. κατὰ. *Helleniſm.*

Coracinus. LXXXV.

PRinceps Niliaci raperis, Coracine, macelli:
Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ.

2. *Pellææ prior, &c.*] Ægyptiacæ Alexandrinæ, ab Alexandro Pellæ Macedoniæ urbe nato, qui condidit Alexandriam.

Echinus. LXXXVI.

ISte licet digitos teſtudine pungat acuta,
Cortice depoſito mollis echinus erit.

1. *Teſtudine, &c.*] Teſta hirſuta & aculeata.
2. *Mollis, &c.*] Cibo gratus.

Murices. LXXXVII.

SAnguine de noſtro tinctas ingrate lacernas
Induis, &, non eſt hoc ſatis, eſca ſumus.

1. *Sanguine, &c.*] Queruntur Murices iniquam ſortem ſuam, & crudelitatem hominem: ut, quod ſanguinem ſuum hauriant aves, carnes verò homines abſumant. vide epigr. 24. l. 5. ꝟſ. 5.
2. *Et, non eſt hoc ſatis, &c.*] Namque inter conchylia menſis inferuntur murices. δύναται γὰρ βάπτειν οὐκ ἐσθίεσθαι μόνον τὸ τῆς πορφύρας κρέας. Lucian. κυνικός.

Gobius. LXXXVIII.

IN Venetis ſint lauta licet convivia terris,
Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

1. *Venetis ſint.*] Italis Henetis, non Gallis. *Lauta.*] Palat. *pauca.*
2. *Principium, &c.*] Epigr. 31. lib. 10. ꝟſ. 4.

Lupus.

1. *Lautus*

Lupus. LXXXIX.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi,
Æquoreo dulcet cum sale pastus aquas.

1. *Laneus Euganei, &c.*] Colorene albus, an carne mollis, an madendo araneosus, ut de colocasiis supra epigramm. 57. an alludit ad Euganeas & Altinates oves juxta Timavum, quæ lanarum mollitie laudantur, unde & Poëtice piscibus ora ejusdem fl. excipientibus idem tribuit? Addam quod Gruterus refert: Qui cum carpos & lucios immittit saltentibus aquæ frigidioris, intra xx. diem fiunt supra cutem quasi lanei; villos certè exhibent toto dorso notabiles colore cineritio: iis prætertim, quos piscatores vendebant familiæ ejus pro Rhenanis, quum essent lacustres. Factatne istud Martiali interpretando, dijudicent quibus palatum sapit. *Timavi.*] Epigr. 25. l. 4. ỳs. 5.

2. *Æquoreo dulces, &c.*]. Namque illi lupi sunt laudatissimi qui ad ostia fluviorum degunt dulci pariter ac salsa aqua pasti.

Aurata. XC.

Non omnis laudem pretiumque aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

1. *Aurata meretur.*] Ab auri colore in capite dicta. ut Græce χρύσοφρυς.

Acipensis. XCI.

Ad Pallatinas acipensem mittite mensas:
Ambrosias ornent munera rara dapes.

1. *Palatinas.*] Cæsarum, Principum in Palatio.

2. *Ambrosias, &c.*] Divinas dignas Diis superis & Cæsaribus.

Lepus. XCII.

Inter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes mattea prima lepus.

1. *Quis.*] Palat. *si quod, &c. certum est.*

2. *Gloria prima lepus.*] Lud. Cælius olim, post Gruterus è MSS. rectius *Mattea.* de qua voce epigr. 59. lib. 10. ỳs. 4. Bodleian. MS. *Bestia.*

Aper. XCIII.

Qui Diomedæis metuendus setiger agris
Ætola cecidit cuspide, talis erat.

Damæ.

1. *Diomedæis metuendus.*] Ætolis, Thraciis. nam Diomedes rex Thraciæ. *Setiger agris.*] Epigramm. 41. supra & lib. spectaculor. epigrammate 15. vers. 1.

2. *Ætola.*] Meleagri.

1. Dente

Damæ. XCIV.

Dente timentur apri; defendunt cornua cervos:
Imbelles damæ quid, nisi præda, sumus?

1. *Dente timentur apri, &c.*] Sic Anacreon ludis in ferarum armatura nativa, 2. [illegible]ar.

Oryx. XCV.

Matutinarum non ultima præda ferarum
Sævus oryx, constat quot mihi morte canum?

1. *Matutinarum, &c.*] Spectaculis enim matutinis plerunque venationes dabantur, ac feræ spectabantur. Turneb. lib.25. cap. 28. Vide epigr. 25. lib. 10. ℣. 1.

2. *Oryx, constat.*] De quo Oppian. 2. κυνηγ. Plinius lib. 2. cap. 40. & 46. Ælian. lib. 14. cap. 14. *Quot mihi, &c.*] Sævus enim est, multosque occidit canes.

Cervus. XCVI.

Hic erat ille tuo domitus, Cyparisse, capistro:
An magis iste tuus, Silvia, cervus erat?

1. *Hic erat ille, &c.*] Hic cervus similis est illius cui tu Cyparisse insidens *Mollia purpureis frenabas ora capistris.* Ovid. Metamorph. 10. Vel illius, qui Silviæ filiæ Tyrrhi in deliciis. Virgil. 7. Æneid.

Lalisio. XCVII.

Cum tener est onager, solaque lalisio matre
Pascitur: hoc infans, sed breve nomen habet.

1. *Solaque, &c.*] Lacteus onager. Onagri enim pullus *Lalisio* vocatur. Plin. lib. 8. cap. 44.

2. *Hoc infans.*] Quamdiu lacteus est; citò vero depulsus, in onagrum transit. Plin. lib. 8. cap. 44. Asini autem sylvestris pullus in deliciis ciborum erat. Luciani Λούκιος ἢ ὄνος. *Breve nomen.*] Non est breve nomen si spectes syllabas; sed tempus breve est, quo profertur hoc nomen.

Dorcas. XCVIII.

Delicium parvo donabis dorcada nato:
Jactatis solet hanc mittere turba togis. Caprea.

1. *Delicium parvo, &c.*] Cicurantur enim Dorcades, mansuetæ & familiares fiunt, cum aliquamdiu inter homines fuere; ita ut se tractari à pueris sinant, & è manu illorum cibum capiant, quod in Germania, quia frequentes sunt, usitatum est, & nemini ignotum.

2. *Jactatis solet, &c.*] In arenam mitti solet dato à Quiritibus signo togæ jactatæ. sic Turneb. lib.25. cap.28. Vel hanc in arena missam agitare & venari solet turba jactatis togis. Mihi simplicior sensus videtur, Dorcadem sive damam animal timidum in arenam missum nullo canum terrore, sed sola togarum jactatione agitatum à spectatoribus: Vel quod magis arridet, ludicri caussa Dorcadem subjecta togæ & jactata in sublime, missam. *Ferrar.*

1. Pen-

Caprea. XCIX.

PEndentem summa capream de rupe videbis:
Casuram speres, despicit illa canes.

1. *Pendentem, &c.*] Respicit ad Virgilii versum, *Dumosa pendere procul de rupe videbo.*

2. *Decipit.*] Gruterus è MSS. *despicit*, melius. *Canes.*] Inter venandum.

Onager. C.

PUlcher adest onager: mitti venatio debet
Dentis Erythræi: jam removete sinus.

1. *Pulcher adest onager, &c.*] Missam facite venationem elephanti: adest onager, cujus venatio arenæ & spectatoribus jucundior.

2. *Dentis Erythræi.*] Elephanti Indici seu Æthiopici, juxta mare Erythræum. *Sinus.*] Reria, quæ ad coërcendos elephantes obtendebantur podio.

Oleum Venafranum. CI.

HOc tibi Campani sudavit bacca Venafri:
Unguentum, quoties sumis, & istud olet.

1. *Sudavit.*] Trapeto seu prelo domita emisit. *Bacca.*] Oliva. *Venafri.*] Epigr. 64. lib. 12. vers. 1.

2. *Et istud olet.*] Vult enim odorem ipsi etiam oleo, non his tantum, quæ oleo condiuntur deberi. Vide Plinium lib. 15. cap. 11. *Torrent.*

Garum * sociorum. CII.

EXpirantis adhuc scombri de sanguine primo,
Accipe fastosum munera cara garum.

* Muria.

* Sic Gruterus è MSS. Vulgo male, *scombrorum*, quod garum hoc *Caviari* (quod tamen ex ovis acipenserum parari volunt) à sociis Romanorum, Græcis, Mauris, Foro-Iulensibus, Clazomeniis, Hispanis vero optimum fieret mittereturque Romam. supra epigrammate 40.

1. *Expirantis, &c.*] Garum, liquor erat ex intestinis Gari piscis sale maceratis inventum Græcum. Hispani verò postea à scombris *Anchoras*, liquorem hunc conficiebant, retento Gari nomine. *garo de succis piscis Iberi* Horat. satyra 8. lib. 2.

2. *Fastosum.*] Had. Junius & Gruterus è MSS. *fastosum*, id est, superbum & fastidiens pauperes, divitum mensis dignum. recte. *Muria* enim pauperum; *garum* divitum munus erat.

* Muria. CIII.

ANtipolitani (fateor) sum filia thynni:
Essem si scombri, non tibi missa forem.

* *Muria.*] Cujac. & Scriv. & Arond. *Amphora muriæ.*
1. *Antipolitani.*] Antipolis, civitas provinciæ Narbonensis, unde thynnus adferebatur laudatissimus. *Filia thynni.*] Liquamen sale thynni soluti. Tria namque liquaminum erant genera, primum quod è Scombro *garum* appellabant: alterum ex thynno pisce factum, quod *Muriam*: tertium quod ex quovis minutiore, halece nempe, deterrimum, idque *alec* dicebant. vide Horat. Sat. 4. Serm. 2. *Ego faecem primus & alec Inveni.*
2. *Essem, &c.*] Si essem garum, non tibi pauperi, sed diviti missa forem.

Mel Atticum. CIV.

HOc tibi Thesei populatrix misit Hymetti
Pallados à sylvis nobile nectar apis.

1. *Thesei.*] Attici, à Theseo rege. *Populatrix.*] Periphrasis apis. *Hymetti.*] Montis Attici.
2. *Pallados, &c.*] Præsidis Atticæ.

Favi Siculi. CV.

CUm dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ,
Cecropios dicas tu, licet, esse favos.

1. *Hyblæ.*] Montis Siciliæ.
2. *Cecropios.*] Atticos, à Cecrope rege. confert ergo mel Siculum cum Attico.

* Passum. CVI.

CNossia Minoæ genuit vindemia Cretæ
Hoc tibi, quod mulsum pauperis esse solet.

* Liquor ex uva ad solem passa expressus.
1. *Cnossia vindemia.*] Cretensis, Gnossus enim urbs Cretæ, Minois regis.
2. *Mulsum, &c.*] Mox, epigr. 108.

Picatum vinum. CVII.

HÆc de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.

Mul-

Picatum hoc vinum in ipsa urbe Roma factum arte ex picis fluxu ita picis gratiam olet, ut dubites an nativum sit picatum à Vienna Allobrogum. De nobilitate Viennensis uvæ, picem resipientis, Plin. lib. 14. cap. 1. & 23. cap. 1.

1. *Attica*

Mulsum. CVIII.

ATtica nectareum turbatis mella Falernum:
Misceri decet hoc à Ganymede merum.

1. *Attica nectareum.*] Vos optima mella ex Attica, mista optimo vino Falerno, æquatis nectari Deorum. *Turbatis.*] Turbari, hoc est, misceri.
2. *A Ganymede.*] Dignum inquit mulsum quod à Jove bibatur, tam dulce & gratum est: divitum erat potio. A mulsi dulcedine sunt ista Plautina: *Mea mulsa*, id est, mea suavitas: *mulsa dicta*, id est, dulcia & blandientia dicta.

Albanum. CIX.

HOc de Cæsareis mitis vindemia cellis
Misit, Iuleo quæ sibi monte placet.

1. *Cæsareis cellis.*] Quæ in monte Albano, quo secedebant Cæsares: Domitianus inprimis. *Mitis vindemia.*] Quia Albanum vinum prædulce.
2. *Iuleo, &c.*] In quo Iulus longam Albam condidit.

Surrentinum. CX.

SUrrentina bibis? nec myrrhina picta, nec aurum
Sume: dabunt calices hæc tibi vina suos.

1. *Surrentina bibis, &c.*] Vina ex Surrento Picentinorum promontorio.
2. *Dabunt, &c.*] Una cum vino Surrentinos calices mittent Picentini. ita nec myrrhinis nec aureis poculis opus erit. De myrrhinis vide quæ ad epigramma 113. lib. 14. infra.

Falernum. CXI.

DE Sinuessanis venerunt Massica prelis:
Condita quo quæris consule? nullus erat.

1. *Sinuessanis venerunt.*] Campanis. namque Sinuessa urbs Campaniæ maritima. *Massica prelis.*] Massicus & Falernus distincti erant montes, sed vitium laude pares.
2. *Nullus erat.*] *Hyperbolicè.* etiam ante consules diffusum.

Setinum. CXII.

PEndula Pomptinos quæ spectat Setia campos,
Exiguâ vetulos misit ab urbe cados.

Fun-

1. *Pendula Setia.*] Setina Campaniæ oppidum est: unde Setini, & vinum Setinum. Et cum *pendulam* dicit, in edito sitam loco docet. Plin. lib. 14. cap. 6. & lib. 3. cap. 5. vide epigr. 74. lib. 10. vers. 11.

1. *Fun-*

Fundanum. CXIII.

HÆc Fundana tulit felix autumnus Opimi:
Expreſſit muſtum conſul, & ipſe bibit.

1. *Fundana tulit.*] E Fundis opp. Campaniæ. *Felix autumnus.*] Opimio enim Conſule, ea cœli temperies fuit, qua optima & generoſiſſima vina feliciſſimè provenerint. vide epigrammate 27. libro 1. verſ. 7.

2. *Et ipſe bibit.*] Quod ita auſteritatem decoxit, ut ipſe conſul, qui diffuderat, ſuo conſulatu vinum hoc biberet.

Trifolinum. CXIV.

NOn ſum de primo, fateor, Trifolina Lyæo,
Inter vina tamen ſeptima vitis ero.

2. *Inter vina, &c.*] Septimum (ut hic noſter) inter vina Italica locum dat Trifolino (Campaniæ loco prope Sinueſſam) Galenus apud Athen. lib. 1. cap. 24. vide & Plinium lib. 14. cap. 6. Palat. legit: *ſeptima lautis ero.*

Cæcubum. CXV.

CÆcuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis:
Vitis & in media nata palude viret.

1. *Cæcuba.*] Ex agris Cæcubis in Campania. Plin. libro 14. capite 6. *Fundanis generoſa.*] Supra epigr. 113. Apponitur vero ad diſtinctionem illarum Amyclarum in Italia, ab alteris illis in Laconia. epigr. 106. lib. 9. verſ. 5. *Coquuntur Amyclis.*] A ſole. Scaliger, *Coluntur.* Male, ut oſtendit Scriverius.

Signinum. CXVI.

POtabis liquidum Signina morantia ventrem:
Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis.

Mamer-

1. *Signina.*] E Signia opp. Italiæ. *Morantia ventrem.*] Siſtentia alvum. Plin. lib. 14. cap. 6.

2. *Ne nimium ſiſtant.*] Gruterus ſubjecit è quibuſdam ſuis: *Ne nimium ſitias.* Prorſus illepide: qua ille nota figit alterum. Nam ſi hoc accipias, ſuperfluum erit omne, quod ſequitur. Abſoluta enim foret ſententia, ita ut intelligeretur: ne ſcilicet duritia alvi laborare incipias. Quod ſi dixiſſet ſignina ſitim accendere, aliquis ſenſus τοῦ *ſitias* poſſet dari: nempe, ne nimium ſitias, parce bibas. Sed non hos criminatur in illis Martialis. *Morari ventrem* ſeu alvum ſiſtere dixit: Huic commodiſſime ſubjungitur: Ne nimium morentur vel ſiſtant, ſiti fac temperes, & parce bibas. *Gronovius.* *Sit tibi parca ſitis.*] Parcè bibe.

 1. *Neſto-*

Mamertinum. CXVII.

AMphora Nestorea tibi Mamertina senecta
Si detur, quod vis nomen habere potest.

1. *Nestorea tibi.*] Epigr. 30. l. 9. ℣. 1. *Mamertina.*] Ex agro Mamertino in Sicilia juxta Messanam.
2. *Quodvis nomen.*] Seu Falernum, seu Setinum, tu ne cura de nomine, sed pota largiter, est enim & dulce & egregium. Et Julius Cæsar auctoritatem huic vino conciliavit. Sic de Nomentano, epigr. 106. lib. 1. vide & Plin. lib. 14. cap. 6.

Tarraconense. CXVIII.

TArraco, Campano tantum cessura Lyæo,
Hæc genuit Tuscis æmula vina cadis.

1. *Tarraco.*] Civitas Hispaniæ, quæ & provinciæ nomen dat. *Campano Hæc genuit, &c.*] Primis Italiæ vinis Tarraconense confertur à Plinio, lib. 14. c. 6.

Nomentanum. CXIX.

NOmentana meum tibi dat vindemia Bacchum:
Si te Quinctus amat, commodiora bibes.

1. *Nomentana, &c.*] Ex villa, quam habeo Nomenti, ad 10. lapidem.
2. *Si te Quinctus amat.*] Si tibi quid familiaritatis cum Q. Ovidio, præbebit ille tibi meliora, qui diligentius agrum colit, quam ego. ep. 92. l. 7. ℣. 3.

Spoletinum. CXX.

DE Spoletinis quæ sunt cariosa lagenis
Malueris, quam si musta Falerna bibas.

1. *Spoletinis.*] E Spoletio urbe Italiæ. *Cariosa.*] Vetusta: quæ tum æque dulcia, ac Falernum recens.

Pelignum. CXXI.

MArsica Peligni mittunt turbata coloni:
Non tu, libertus sed bibat illa tuus.

1. *Marsica, &c.*] De Marsico vino Athenæus: *Marsicum valde austerum & confert stomacho.* vide epigramma 116. lib. 14.

Acetum. CXXII.

AMphora Niliaci non sit tibi vilis aceti,
Esset cum vinum, vilior illa fuit.

1. *Amphora Niliaci, &c.*] Ne contemnas acetum ex vino Ægyptio. Nobilius enim est acetum quam fuit vinum. Athen. lib. 2. cap. 26. & Juvenal. sat. 13. ℣. 85.
2. *Vinum.*] Alii, *vini.*

Massilitanum. CXXIII.

CUm tua centenos expugnet sportula cives,
Fumea Massiliæ ponere vina potes.

1. *Cum tua centenos, &c.*] Cum tibi sportula devinctos alas 100. clientes: appone iis vinum Mass. Alii leg. interrogatoriè, quasi dicat, cur tam dives bibis ipse villum? Est enim ut Plinius lib. 23. cap. 1. fumo inveteratum insalubertimum. Cum ergò in sportulis tam liberalis, cur in vino jam parcus?
2. *Fumea, &c.*] Epigr. 36. lib. 10. vers. 1, 2.

Cæretanum. CXXIV.

CÆretana Nepos ponat, Setina putabis,
Non ponit turbæ, cum tribus illa bibit.

Laudat Cæretanum vinum, & cum Setio primæ notæ contendit: idque non turbæ, ut Massiliense, sed paucis, ob præstantiam ponendum docet. Cæro est urbs Tusciæ.

1. *Cæretana.*] Epigr. 54. supra ℣. 8. *Nepos ponat, &c.*] Amicus poëtæ, epigramm. 48. lib. 10. ℣. 7.
2. *Cum tribus illa bibit.*] Cum paucis, est enim nobile vinum.

Tarentinum. CXXV.

NObilis & lanis, & felix vitibus Aulon,
Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.

1. *Nobilis & lanis, &c.*] Poëta enim facetissimus, diviti & cuicumque delicatulo lanas illas mollissimas relinquit, sibi vinum poscit. Qui tamen locus erit illustrior si Tarentum lanis non nativis tantum, sed & purpura tinctis laudari meminerimus, ut lib. 11. epist. 1. Horat.
——— *Quid placet ergo?*
Lana Tarentino violas imitata veneno.
De nativa verò lanæ Tarentinæ mollitie Plinius lib. 8. cap. 48. *Torrentius.*
Aulon, &c.] Mons Calabriæ, contra Tarentum.

Un- 1. Un-

Unguentum. CXXVI.

UNguentum hæredi nunquam, nec vina relinquas,
Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

1. *Unguentum, &c.*] Præceptum hoc ex Epicuri diſciplina, ut quiſque ſuis bonis præſens præſentibus fruatur, præſertim quæ ad cutem curandam pertinent. In quo genere, vina, odores, unguenta, &c. vide epigr. 27. lib. 6. & epigr. 77. lib. 8.

Corona roſea. CXXVII.

DAt feſtinatas, Cæſar, tibi bruma coronas:
Quondam veris erat, nunc tua facta roſa eſt.

Extremo diſticho adulatur Cæſari Domitiano, velut Deo, ad cujus nutum natura vertat vices, ſolita prius roſam vere tantum gignere, nunc autem & autumno, imò ipſa hyeme: quodque hominum ſolertia fiebat, id Cæſaris divinitati attribuit. *Rad.*

1. *Feſtinatas.*] Præcoces, ante tempus provenientes. Et addit *bruma dat*, quia menſe Decembri Saturnalia celebrabantur & Xenia mittebantur. epigramm. 80. lib. 6. *Cæſar tibi bruma coronas.*] Domitiane. ſupra epig. 4. ꝟſ. 1, 2.

2. *Quondam veris erant, &c.*] Natura ſua erant vernæ, in tuam gratiam hybernæ factæ ſunt. *Adulatoriè.* Et Palat. hic recte legit, *erat*, ut ad roſam referatur.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATUM LIBER XIV.

Cui * APOPHORETA inditum nomen.

* Dona, quæ in Saturnalibus dantur convivis domum ferenda, ab ἀποφέρω. mox epigr. 1. *Præmia convivæ det sua quisque suo. Vespasianus dabat sicut Saturnalibus apophoreta viris; ita & per Calendas Martias fœminis.* Suetonius Vesp. cap. 19. Turneb. lib. 28. cap. 32.

I.



Synthesibus dum gaudet eques, dominusque senatus;
Dumque decent nostrum pilea sumpta Jovem:
Nec timet ædilem moto spectare fritillo,
Cum videat gelidos tam prope verna lacus:
Divitis alternas, & pauperis accipe sortes:

Præ-

Ad lectorem hoc Epigramma scriptum quasi præfatiunculæ loco; quo describit carptim Saturnaliorum celebrationem, & libri materiam humiliorem excusat, opusque à brevitate distichorum commendat. *Rad.*

1. *Synthesibus, &c.*] Dum equites & Senatores pro licentia Saturnaliorum indulgent genio, & diurnis vacant conviviis; syntheses, id est, vestes cœnatorias induti. epigr. 46. lib. 2. ỳs.4. *Dominusque senatus.*] Alciatus legit *dominisque senatus.* quod domini tum servis ministrarent. Male. nam *dominus* est convivator.

2. *Pilea sumpta.*] Epigr. 7. l. 11 ỳs.4. *Jovem.*] Domitianum, ut supra sæpe; & vide epigr. 4. lib. 13. vers. 2. Id, Saturnalia à Jove data Saturno. ut mox; *Quos tibi pro cœlo filius ipse dedit.*

3. *Nec timet ædilem.*] Ædiles animadvertebant in aleatores extra Saturnaliorum dies. epigramm. 85. lib. 5. *Fritillo.*] Epigr. 14. lib. 4. ỳs. 8.

4. *Cum videat, &c.*] Cum servi videant adesse Decembrem mensem hybernum. *Farnabius.* Puto explicandum, in quos alias, cum Saturnalia non sunt, deprehensus ab ædile soleret demergi. *Lacus* interpretor cloacas. Et huc alludi puto lib. 5. ep. 85. *Arcana modo raptus è popina Ædilem rogat udus aleator.* Neque enim *udus* mihi vino madens, sed aqua, in qua pœnæ causa tenetur, & rogat, ut celerius ex pœna mittatur, & una mersione defungatur. Quamquam & perfundi aqua potuerint contumeliæ causa: ut ipsum ædilem, *succensens curam viis verrendis non adhibitam*, Cajus *luto jussit oppleri, congesto per milites in prætextæ sinum*, Sueton. Vespas. cap. 5. Sic Bibulo καταβαίνοντι κοπρίων ἐπεσκεδάσθη κόφινος à factione Cæsaris, ut refert Plutarchus in Catone Uticensi. *Gronovius.*

5. *Divitis alternas, &c.*] Miscentur in his Apophoretis alternatim dona divitum, citrei pugillares & eburnei, chartæ majores, &c. cum donis pauperum, qualia sunt quintuplices, triplices, chartæ epistolares, &c. atque hæc per sortem. infra 40. 144. 170.

 6. *Præ-*

Præmia convivæ det sua quisque suo.
Sunt apinæ, tricæque, & si quid vilius istis.
Quis nescit? vel quis tam manifesta negat?
Sed quid agam potius madidis Saturne diebus,
Quos tibi pro cælo filius ipse dedit?
Vis scribam Thebas, Trojamque, malasve Mycenas?
Lude, inquis, nucibus: perdere nolo nuces.
Quo vis cumque loco potes hunc finire libellum:
Versibus explicitum est omne duobus opus.

6. *Præmia, &c.*] Supra tit.

7. *Sunt.*] *Objectio ex persona lectoris.* *Apinæ.*] Sunt nugæ, exiliaque carmina. vide epigr. 114. lib. 1. ✠ʃ. 2.

8. *Quis nescit, &c.*] *Resp. Poëta.*

9. *Madidis Saturne diebus.*] Saturnalibus, quibus promiscue à servis & dominis indulgebatur genio, Baccho & festis.

10. *Pro cælo, &c.*] Unde te ejecit, supra vers. 2.

11. *Thebas, &c.*] Bella & fata magnarum illarum urbium, Theb. Trojæ & Mycen. atque *αὐτίθετ*) istæ Tricis & Apinis, quas volunt esse Apuliæ oppidula. epigr. 114. lib. 1. vers. 2.

12. *Lude, &c.*] Epigr. 85. lib. 5. ✠ʃ. 1.

13. *Quo vis cumque, &c.*] Distichon sequens in peculiare removetur epigramma, à Pet. Scriver.

14. *Explicitum, &c.*] Finitum, absolutum. ut epigr. 108. lib. 11.

Apophoreta. II.

LEmmata si quæris cur sint adscripta, docebo:
Ut, si malueris, lemmata sola legas.

1. *Lemmata, &c.*] Titulos seu inscriptiones, quæ epigrammaton argumenta doceant.

Pugillares citrei. III.

SEcta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis onus.

1. *Secta nisi, &c.*] Nisi in tenues laminas dissectæ essemus tabellæ, fuissemus certè mensæ citreæ, ut epigr. 43. lib. 2. ✠ʃ. 9. Secabantur ligna in laminas tenuissimas, cera illinebantur, & stylo exarabantur, ut Gellius lib. 17. cap. 9. exponit. Colore etiam diversi erant, lutei, virides, crocei, albi, &c.

Quincuplices. IV.

CÆde juvencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera cum datur auctus honor.

Pu-

1. *Cæde juvencorum.*] Immolantur hostiæ in atrio Cæsaris, seu Jovis Capitolio, cum decretus Consulatus vel triumphus denunciatur hoc genere pugillarium, à forma & circumgestationis commoditate, quod manu pugnove teneantur. unde *ἐγχειρίδια* & *manuales* dict. à numero vero foliorum dicebantur duplices, triplices, quincuplices. Triumphantes enim Diis victimas mactabant. *Domini.*] Domitiani. *Area.*] Ubi cædebantur.

1. *Lem-*

Pugillares eborei.* V.

L*Anguida ne tristes obscurent lumina ceræ,*
Nigra tibi niveum littera pingat ebur.

1. *Languida, &c.*] Quibus per morbum vel ætatem obtusior est oculorum acies, ut non discernant quæ ceratis inscribuntur, atramento inscribant ebori.

Triplices. VI.

T*Unc triplices nostros non vilia dona putabis,*
Cum se venturam scribet amica tibi.

1. *Tunc triplices, &c.*] Pauperum erant hæc dona, sed quibus lautiores amatoria & ad amicas scribebant, atque ad illos hæ invicem. de nomine. vide epigr. 4. supra.

Pugillares membranei. VII.

E*Sse puta ceras, licet hæc membrana vocetur:*
Delebis, quoties scripta novare voles.

1. *Esse puta ceras, &c.*] Gypso enim illitæ præstabunt usum ceratarum tabellarum, æquè deletiles ac illæ.

* Vitelliani. VIII.

N*Ondum legerit hos licet pusilla,*
Novit quid cupiant Vitelliani.

* Vide epigr. 6. lib. 2. vers. 6.
1. *Pusilla.*] Et pro *pusilla*, lege *puella*.
2. *Quid.*] Noctem, vel nummos. ut epigr. seq. *Cupiant.*] Alii, *capiant*.

Idem. IX.

Q*Uod minimos cernis, mitti nos credis amicæ;*
Falleris, & nummos ista tabella rogat.

1. *Quod minimos cernis, &c.*] Nummos, quorum mentio in his pugillaribus, non mitto amicæ, sed posco ab illa.

Chartæ majores. X.

N*On est, munera quòd putes pusilla,*
Cum donat vacuas poëta chartas.

1. *Non est munera.*] Sic Scriverius è Cujaciano & aliis. Beneficium dare poëtam dicit dando vacuas chartas, quod nugis suis eas non oneraverit. Jocatur. Vulgo: *Non sunt munera, quæ putas puella.*

Chartæ epiſtolares. XI.

SEu leviter noto, ſeu caro miſſa ſodali;
Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

1. *Seu leviter noto.*] Seu familiares ſint, vel parum noti quibus mittuntur epiſtolæ, inſcriptio ſemper præfigit *Suo* vel *Suis*. vide epigr. 101. lib. 9.

Loculi eborei. XII.

HOs niſi de flava loculos implere moneta
Non decet. argentum vilia ligna ferant.

1. *Flava moneta.*] Auro. *Flava* ergò *moneta*, pro aurea ponitur. Et *flavos* abſolutè idem dixit, nummos aureos: *Et de moneta Cæſaris decem flavos.* Fallitur Calderinus, qui *flavos*, eſſe putat Flavios. *Flavi* enim ſunt aurei nummi. ſic recentiores ὑπέρπυρον aurum appellarunt, inde ὑπέρπυρα, ſolidi aurei. *Salmaſ.* *Loculos*] Capſulam interpretor hoc loci; qualia hodie ſcriniola fiunt ex ebore, teſtudine, auro, argento, &c. ad pecuniam & κειμήλια cuſtodienda.
2. *Ligna ferant.*] Loculi lignei.

Loculi lignei. XIII.

SI quid adhuc ſupereſt in noſtri fæce locelli,
Munus erit: nihil eſt, ipſe locellus erit.

1. *Fæce locelli.*] Fundo, πυθμένι.
2. *Nihil eſt, &c.*] Si nihil reliqui ſit, dabitur ipſe locellus.

Tali eborei. XIV.

CUm ſteterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

1. *Cum ſteterit, &c.*] Ludebatur talis quatuor, quandoque tribus. talorum autem feliciſſimus jactus dicebatur Venus, ubi ſinguli tali diverſam haberent faciem, comparentibus ſimul cane, ternario, quaternario & ſenione. *Luciani* ἔρωτες.
2. *Munera, &c.*] Grati erunt tibi tali iſti quos tibi miſi, per ſe quidem munus leve, ſed propter ludi depoſita magnum.

Teſſera. XV.

NOn ſim talorum numero par teſſera, dum ſit
Major, quam talis, alea ſæpe mihi.

1. *Non ſim talorum, &c.*] Talis enim ludebatur 4. teſſeris verò duabus, ad ſummum tribus: & hinc eſt, quod ſe talo imparem fateatur, numero.
2. *Alea ſæpe mihi.*] Depoſita & ludi pretia ampliora.

Turri-

1. Qu

Turricula. XVI.

QUæ ſcit compoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

1. *Quæ ſcit compoſitos.*] Vulgo, *Quærit compoſitos.* Sed illud è Pal. eruit Gruterus. Ad fraudem ergò in ludo talorum vitandam, excogitata eſt turricula, cylindro Mathematico ſimilis; cava tamen, & intus gradatim efficta, ut tali excutiendi impingerent: hanc Græci πύργον dicunt. *Rader.* epigr. 14. lib. 4. verſ. 9.

2. *Nil niſi vota facit.*] Fortunæ, non arti locus eſt.

Tabula luſoria. XVII.

HIc mihi bis ſeno numeratur teſſera puncto:
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

1. *Bis ſeno, &c.*] In abaco (inquiunt) ſeu alveo luditur duabus teſſeris, quarum numerus ſummus, duplex ſenio. Sed quid ſi dicamus abacum hunc fuiſſe diſtinctum 12. ab omni latere teſſeris ſeu ſpaciis quas regiones, urbes ſeu mandras appellabant? ut epigr. 71. l. 7. verſ. 8. Vel, *Heic*, id eſt, in tabula duodecim punctis notata, luditur ad teſſeram: & in eadem etiam tabula calculis, hoc eſt latrunculis luditur. hic eſt ſenſus illius diſtichi. eadem igitur tabula & teſſeris & latrunculis ſerviebat: ſed alterum tabulæ latus in quo teſſeris ludebatur, lineis vel punctis duodecim deſcriptum diſtinctumque erat, in quibus calculi varie diſponebantur, prout teſſeræ cecidiſſent. lineas illas ſive puncta, *ſcripta* etiam Latini vocabant, Græci γραμμὰς vel γραμμαὶ. *Salmaſius.* Primum ab initio legendum è MS. *Hac mihi.* nempe tabula luſoria: ut epigr. 35. & 47. Deinde duodecim puncta non ſunt tabulæ, ſed binarum teſſeratum, quum ſingulæ non ultra ſex habeant. Vide de pec. vet. 3. 15. *Gronovius.*

2. *Calculus hic gemino.*] Calculus deprehenſus utrinque nudus, ab hoſte circumventus capitur, *Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus.* Ovid. 2. de Arte, & 3. *Unus cum gemino calculus hoſte perit.* *Diſcolor hoſte perit.*] Epigr. 72. l. 7. verſ. 8. & infra epigr. 20.

Nuces. XVIII.

ALea parva nuces, & non damnoſa videntur:
Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates.

Theca

1. *Alea parva.*] Pro re depoſita in ludo hic capitur quæ parva eſt, & nec damnum facit, nec lucrum; pueris tamen ſat grandis eſt, cum vapulant. epigramm. 85. lib. 5. verſ. 1.

2. *Abſtulit illa nates.*] Nudavit ad pœnas, ſi ultra diem permiſſum luſerius. *Farnabius.* Videtur potius aliquid turpe ac nefandum ſignificari. *Gronovius.*

Theca calamaria. XIX.

SOrtitus thecam, calamis armare memento:
Cætera nos dedimus, tu leviora para.

1. *Armare memento.*] Instruere.
2. *Cætera nos dedimus.*] Thecam. *Leviora para.*] Calamos, stilos, scalprum.

Calculi. XX.

INsidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit.

1. *Insidiosorum, &c.*] In insidiis enim latent subsessores quidam è latrunculis, qui hostem incautum intercipiant. Calculorum ergò & latrunculorum ludus idem omnino fuit. nam & latrunculi *calculi* dicebantur. Ovid.
Sæpe latrocinii sub imagine calculus ibit.
Calculi ergò & latrones iidem. Græci recentiores ζατρίκιον, hunc latronum ludum vocarunt. quia totum Zatricii aut latronum ludi negotium, bellum erat, vel belli simulacrum: hinc calculi ipsi quibus ludebatur, & latrones, & milites dicebantur. Poëta vetus:
—— & vitreo peraguntur milite bella.
Salmas.

2. *Gemmeus, &c.*] E vitro discolori facti latrunculi. ut epigramm. 17. lib. 7. ỳs. 8. quorum alii grassatores, insidiatores alii.

Graphiarium. XXI.

HÆc tibi erunt armata suo graphiaria ferro:
Si puero dones, non leve munus erit.

1. *Ferro.*] Graphiis, stilis ferreis, quibus in tabulis ceratis exarabatur.

Dentiscalpium. XXII.

LEntiscum melius: sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna levare potest.

1. *Lentiscum melius, &c.*] Cuspis è lentisco.

Auriscalpium. XXIII.

SI tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

1. *Verminat auris.*] Prurit, vexatur.
2. *Libidinibus.*] Titillationi, prurigini.

Acus

1. *Te-*

Acus aurea. XXIV.

TEnuia ne madidi violent bombycina crines:
Figat acus tortas, sustineatque comas.

1. *Tenuia, &c.*] Alii, *Splendida.* Ut τὸ *bombycina* pro ipso nomine ponatur; materia pro forma. ne igitur reticula bombycina & subtilia & tenuia violent madidi capilli. Erat enim in reticulis, fasciis vittisque luxus in gens.

2. *Figat acus.*] Ista acu omnes annuli comarum in capite jam ornato fixi continebantur, ne fluerent laxius. Idem Martialis:

Unus de toto peccaverat orbe comarum Annulus, incerta non benè fixus acu. Salmas. *Figat acus tortas.*] Gruterus cum in MS. reperisset *spartas* (nec aliter nos in Arond.) conjecit *sparsas*. Sed quomodo figuntur *sparsæ?* Hic explicandum erat: nam qui hoc capere non poterant, subjecerunt *tortas*. Dicam. *Sparsæ* hic non sunt fusæ, sed adspersæ unguento: nec *sparsæ comæ* aliud quam *madidi crines* in præcedenti versu, quam *madidæ comæ* epig. 50. Sic *saxa spargere tabo*, & *humus sparsa cœlesti rore*. Gron.

Pecten ad calvam. XXV.

QUid faciet nullos hic inventura capillos:
Multifido buxus quæ tibi dente datur?

Jocus in calvam, cui frustrà donatur pecten, quum, quod pectat, non habeat.

2. *Buxus quæ, &c.*] Pecten buxeus.

Sapo. XXVI.

CAustica Teutonicos accendit spuma capillos,
Captivis poteris cultior esse comis.

1. *Caustica.*] Sapo, cujus vis caustica capillos ustulat russatque. *Teutonicos accendit.*] Germanis in usu hic sapo ad capillos rutilandos, Plinius lib. 28. cap. 12. *Spuma capillos.*] Germanorum scilicet qui flava Cæsarie pulchri. quasi dicat, Si caustica utare, superabis Germanorum cæsariem.

Mattiacæ pilæ. XXVII.

SI mutare paras longævos cana capillos:
Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.

Umbel-

1. *Mutare, &c.*] Tingere. Turneb. lib. 9. cap. 23.

2. *Mattiacas.*] Trochiscos è sapone, ut epigrammate præcedent. à Mattiaco opp. Germaniæ; *Eadem. Quo tibi calva?*] Non majori tibi usui futuras, quam pectinem. epigrammate 25. supra.

Umbella. XXVIII.

Accipe quæ nimios vincant umbracula Soles,
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

1. *Quæ nimios, &c.*] Quæ sicubi publica defecerint in theatris vela, ventis revoluta ut sequent. epigr. privata arceant nimios solis ardores, ventique vim. *Umbella* dicta ab umbra quam facit, Græcis σκιάδιον. fœminis hodie nobilioribus usitata, frequens in Italia: caput velut cœlum quoddam tegit.

* Causia. XXIX.

In Pompejano tectus spectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare solet.

* Alii, *Gausapa.* Pilei Thessalici contra solem.

1. *Tectus.*] Pro *tectus* Gruterus è MSS. legit *tecum*: & observat pro eo quod habemus, *Nam ventus*, in opt. codice esse *Mandatus*. Ex quo Salmasius, *mantatus.* posse tamen & *mandatus* retineri. nam *mandum* & *mantum* dicebant. qui, inquit, mantatus est, in Pompeiano theatro, vela populo solet negare, quibus ipse non indiget. nam qui manto tectus est, æquo animo fert vela negata populo. vela autem negata dicebantur, quæ theatro non intenderentur. idem Martialis alio loco: lib. 9. epigr. 39.

Et rapiant celeres vela negata noti.

Salmas.

Venabula. XXX.

Excipient apros, expectabuntque leones:
Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

2. *Sit modo firma manus.*] Si non erret, si non cedat manus.

Culter venatorius. XXXI.

Si dejecta gemes longo venabula rostro:
Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.

1. *Dejecta longo, &c.*] Declinata vel exuta à fera: sic aper ille Ovidianus Adonidis *excussit pando venabula rostro* in puerum ruens. malo enim de rostro apri intelligere, quam de venabulo, cujus longam aciem Raderus dici rostrum putat. *Gemes.*] Alii, *Geres.*

2. *Brevis.*] Scriv. *levis.* Sensus est: Si excusserit tibi venabulum aper, supplebit vicem venabuli culter.

* Parazonium. XXXII.

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma tribunicium cingere digna latus.

Pugio.

1. *Et grati nomen honoris.*] Pal. & Aron. *gratique erit omen honoris.*

2. *Arma tribunicium, &c.*] Gladiolus zonæ appensus, quo donatos honoris causa tribunos cingebant imperatores, ut Suram Trajanus apud Dionem.

1. Car-

Pugio. XXXIII.

PUgio, quem curvis signat brevis orbita venis,
Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

1. *Curvis signat, &c.*] An circuli isti & venæ in ipso ferro temperato apparent, ut volunt interpretes; an manubrii armamenta? pro *signat* alii leg. *cingit*. & pro *venis curvis*, leg. *vena curva*.
2. *Stridentem, &c.*] Epigramm. 50. lib. 1. ℣ 12.

Falx ex ense. XXXIV.

PAx me certa ducis placidos curvavit in usus:
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

1. *Curvavit in usus.*] E directo ense in falcem. sic galea in alveum ad apum mellificia, Alciat. emblem. 177.

Securicula. XXXV.

CUm fieret tristis solvendis auctio nummis,
Hæc quadringentis millibus empta fuit.

1. *Auctio nummis.*] Bonorum proscriptorum subhastatio.
2. *Hæc.*] Securis bellica, Amazonum inventum. *Quadringentis, &c.*] Unde hoc pretium? ab armorum penuria? an ab artifice? N. L.

Ferramenta tonsoria. XXXVI.

TOndendis hæc arma tibi sunt apta capillis:
Unguibus hæc longis utilis; illa genis.

1. *Hæc arma.*] Forfex.
2. *Hæc longis utilis.*] Scalprum tonsorium. Namque & ungues resecare ad tonsores pertinebat. ut de Bruti Porcia refert Val. Max. lib. 3. cap. 2. & lib. 4. cap. 6. & de Vulteio, Horatius epistola 7. libri 1. *Genis.*] Novacula.

Scrinium. XXXVII.

COnstrictos nisi das mihi libellos:
Admittam tineas, trucesque blattas.

Componendos ait, & constringendos in scrinio libros, ne soluti corrumpantur, & tineis blattisque ludibrium fiant. *Rad.*

1. *Constrictos.*] Alii, *Constructos*.
2. *Admittam.*] Quid si legas *Admittent*, sc. libelli.

Fasces

1. Dat

Fasces calamorum. XXXVIII.

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus:
Texantur reliquâ tecta palude tibi.

1. *Dat chartis, &c.*] *Chartis serviunt calami Ægyptii maxime.* Plinius lib. 16. cap. 36.

2. *Texantur, &c.*] Reliquarum regionum arundines palustres serviunt solum operiendis tectis.

Lucerna cubicularia. XXXIX.

Dulcis conscia lectuli lucerna,
Quidquid vis facias licet, tacebo.

1. *Dulcis conscia, &c.*] *Me ludere teste lucerna, &c.* epigr. 105. lib. 11. Estiturque testimonium à lucerna contra Megapenthen, Lucian. κατάπλους.

Candela. XL.

Ancillam tibi sors dedit lucernæ,
Tutas quæ vigil exigit tenebras.

1. *Ancillam, &c.*] Candela quæ ancilla est lucernæ, præstat noctem totam à tenebrionibus. *vel* Candela quæ tibi sorte contigit, utpote pauperis munus, præstabit tibi idem officium quod divitis lucerna, conscia scilicet erit dulcis lectuli, & luce minus clara præbebit ancillæ consorti pauperis lecti. *Quas timidus tenebras vellet habere pudor.*

2. *Tutas.*] Gruterus è MS. *Totas.*

Lucerna * polymyxos. XLI.

Illustrem cum tota meis convivia flammis,
Totque geram myxas, una lucerna vocor.

* Plura habens ellychnia seu funiculos, μύξας. Ex πολυς & μύξα. Unde δίμυξος, τρίμυξος, πολύμυξος, hoc est, lucerna duorum ellychniorum, trium & plurium. Μύξα verò hîc idem quod ἐλλύχνιον: seu fomes lychni & lucernæ: ita ut in una lucerna plures lychnuchi, seu nasi, rostraque, quæ sustinent vel candelas, vel cereos; ut plerunque pensiles sunt lychnuchi, qui sex, septem aut plura lumina in orbem ferant. *Rad.*

Cereus. XLII.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes:
Subducta est puero namque lucerna tuo.

Cande-

2. *Subducta*] Furto sublata, ut epigr. 59. lib. 9. &c.

* Ex

Candelabrum * Corinthium. XLIII.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:
Non nôrat parcos uncta lucerna patres.

* Ex ære Corinthio, quod optimum. vide quæ ad ✠ſ. 795. Medeæ Senecæ noſtri.
1. *Nomina, &c.*] Lucernam à Græcis accepere frugales Romani, longe poſt candelabrum, in quo figebatur candela ſeu funiculus ardens.

Candelabrum ligneum. XLIV.

Esſe vides lignum: ſerves niſi lumina, fiet
De candelabro magna lucerna tibi.

2. *Lucerna tibi.*] Ardente pariter ligneo candelabro.

Pila * paganica. XLV.

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma,
Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.

* Dicta *paganica*, vel ab hominibus paganis, vel pagis urbanis, quibus erat in uſu. Pila paganica pluma farciebatur, mollior erat pila*, durior & minor folle, major trigonali. *Rad.*
1. *Difficilis.*] Quia ægrè ſtipatur in pilam. *Paganica pluma, &c.*] Vide epigramm. 19. lib. 4.

Pila trigonalis. XLVI.

Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,
Sum tua: ſi neſcis, ruſtice, redde pilam.

1. *Nobilibus.*] Scal. *mobilibus*. Scriv. conject. *Si me ſcis Polybi levis expulſ.* Vide epigr. 72. l. 7. *Siniſtris.*] Epigr. 71. lib. 7. ✠ſ. 11. & lib. 12. epigr. 84. ✠ſ. 3. & epigr. 19. lib. 4.
2. *Ruſtice, redde pilam*] Qui tantum paganica ludere noſti: *vel* rudis & indoctæ pilæ. ſic infra epigrammate 58. Græcæ linguæ rudem vocat *ruſticum*.

Follis. XLVII.

Ite procul juvenes, mitis mihi convenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

* Har-

2. *Folle decet, &c.*] Vide epigramm. 19. lib. 4. ſed minore, qui vento diſtentus agitatur facili manu.

* Epigr. 19.

* Harpasta. XLVIII.

HÆc rapit Antæi velox in pulvere draucus,
Grandia qui vano colla labore facit.

* Epigr. 19. lib. 4. ℣ſ. 6.
1. *Antæi draucus.*] Palæſtrites, ſtudioſus palæſtræ, qua claruit Antæus. epigr. 104. lib. 9. ℣ſ. 4. At Turnebus lib. 9. cap. 23. ſenſu minus verecundo intelligi vult, atque alterum diſtichi verſum ad eundem draucum refert, qui cum mollis ſit, fortis videri cupit, vano labore Antæi cervices æquare conatus. ut ſat. 3. Juv. ℣ſ. 88. ſed poteris *vanum* exponere *agro inutilem*, ut ſequent. epigr. *Farn.* Mirum hic ſatagere viros doctos, & non videre, draucum velocem hæc rapere *in pulvere Antæi*, accipiendum. *Pulvis Antæi*, palæſtra. Vide Diatriben ad Statium, cap. 24. *Gronov.*

* Halteres. XLIX.

QUid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea foſſa viros.

* Halteres erant maſſæ è plumbo, ferro, vel lapide, quibus in in ſaltu librabant, ab ἁλλεσθαι. videtur & horum uſus fuiſſe in balneis ad ſudorem. Juvenal. ſat. 6. ℣ſ. 422. Tum poëta *ſtultum* haltera vocat; quod ſine operæ pretio fieret ea exercitatio, & plus noceret corpori quam prodeſſet.

Galericulum. L.

NE lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas.

1. *Lutet immundum.*] Luto inquinet. *Nitidos.*] Unguento delibutos. *Ceroma capillos.*] Epigr. 57. lib. 3. ℣ſ. 25.
1. *Hac pelle comas.*] Galero è pelle, ut epigrammate 45. libri 12. verſu 1.

Strigiles. LI.

PErgamus has miſit. curvo deſtringere ferro,
Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi.

1. *Pergamus has miſit.*] Inventæ forte in Pergamo Aſiæ opp. vel inde allatæ ſunt ſtrigiles. Gruterus è MS. *Pergamon. Diſtringere ferro.*] Imperativum paſſivum. Strigiles enim à ſtringendo tergendove corpore dictæ.
2. *Non tam ſæpe, &c.*] Minus indigebit opera fullonis ad eluenda lintea, quo magis ſordes diſtrinxeris ſtrigilibus in balneis.

Guttus corneus. LII.

GEſtavit modò fronte me juvencus,
Verum rhinocerota me putabis.

1. *Geſtavit, &c.*] E cornu bovis eſt hic guttus, qui videtur tamen è naſo rhinocerotis factus, quo in balneis utuntur lautiores oleo ſuperfundendi; *magno cum rhinocerote lavari Qui ſolet.* Juvenal. ſat. 7. ℣ſ. 129. Dictus eſt à guttis, quod vinum aquam ſeu oleum guttatim funderet.

Rhi- 1. Nuper

Rhinoceros. LIII.

NUper in Ausonia domini spectatus arena
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

1. *Nuper, &c.*] Guttus hic est è cornu seu naso rhinocerotis, qualem vidimus nuper in Amphitheatro jactantem tauros quasi pilas. epigr. 9. lib. Spect.

Crepitacillum. LIV.

SI quis plorator collo tibi vernula pendet,
Hæc quatiat tenera garrula sistra manu.

1. *Plorator vernula pendet.*] Puellus, cujus fletum sedare velis.
2. *Sistra.*] Sistrum instrumentum erat Ægyptium è metallo arguto, quo in Isidis sacris utebantur, ab agitatione nomen habens. Græcis enim σείω valet, idem quod moveo, quatio nam agitatum & concussum, tinnitus argutos edebat. epigrammate 29. lib. 12. vers. 19.

Flagellum. LV.

PRoficies nihil, hoc cædas licet usque flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

1. *Proficies nihil, &c.*] Segnes enim & tardipedes sunt, nec assiduo flagello provocantur equi purpureæ factionis; quod de Venetis dixit epigr. 46. lib. 6.

Dentifricium. LVI.

QUid mecum est tibi? me puella sumat.
Emptos non soleo polire dentes.

1. *Quid mecum est tibi, &c.*] Pulvis hic candefacit puellarum nativos dentes: non vetularum & edentularum adscititios ex ebore.

Myrobalanum. LVII.

QUod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat, & ex balano.

1. *Quod nec Virgilius, &c.*] In voce *myrobalano* tot concurrunt syllabæ breves. ut (quod de *Equotutio* dixit Horatius) *versu dicere non fit.* imo (ad quod respicere videtur poëta noster, & quod idem observat ad Iliad. ✝ Eustathius) nec in toto opere vocem μύρον usurpavit Homerus, uti nec *unguentum* Virgilius. Est vero *Myrobalanum*, unguentum è glande arboris Myrobalani.

Aphronitrum. LVIII.

Rusticus es? nescis quid Græco nomine dicar,
Spuma vocor nitri. Græcus es? ἀφρόνιτρον.

1. *Rusticus es, &c.*] Græcæ linguæ rudis. supra epigr. 46.
2. *Spuma nitri.*] Ἀφρὸς νίτρου.

Opobalsama. LIX.

Balsama me capiunt, hæc sunt unguenta virorum:
Delicias Cosmi vos redolete nurus.

1. *Balsama.*] Balsamum, inquit Servius, est ipsa arbor; Opobalsamum succus collectus ex arbore: Xylobalsamum lignum ipsius arboris. *Hæc sunt unguenta virorum.*] Ita sane Latonia apud Juvenalem, sat. 2. ✝ſ. 41.

2. *Delicias, &c.*] Unguenta seu amomum Assyrium. ut lib. 8. epigr. 77. Ninus vero rex fuit Assyriorum. Alii legunt *Nili*. Gruterus ex trib. MSS. *Cosmi*. Et consentit Arondel.

Lomentum. LX.

Gratum munus erit, scisso nec inutile ventri,
Si clara Stephani balnea luce petes.

1. *Scisso nec inutile ventri.*] Rugoso & sulcis scisso utero.

2. *Si clara.*] Epigramm. 71. lib. 3. *Stephani, &c.*] Epigr. 53. lib. 11. ✝ſ. 4.

Laterna cornea. LXI.

Dux laterna viæ clausis feror aurea flammis,
Et tuta est gremio parva lucerna meo.

Vulcanus in cornu conclusus, ut loquitur Mercurius Plautinus. *Laterna* dicta, quod ignis lateat intus clausus.

Laterna ex vesica. LXII.

Cornea si non sum, numquid sum fuscior? aut me
Vesicam contra qui venit esse putat?

1. *Aut me, &c.*] Neque potest obvius quispiam me à cornea discernere.

Fistula. LXIII.

Quid me compactam ceris, & arundine rides?
Quæ primum structa est fistula, talis erat.

Tibiæ.

2. *Quæ primum, &c.*] Quæ fertur à Pane inventa, & *disparibus septem compacta cicutis.*

Differt

Tibiæ. LXIV.

EBria nos madidis rumpit tibicina buccis:
Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.

Differt à fiſtula tibia forma, non materia ſemper: nam & tibia fiebat è cicutis, calamis, buxo, uti & fiſtula; quamquam tibia etiam ex ære, cornu, oſſe, &c. Forma non eadem omnibus: aliæ linguatæ, aliæ elingues; alias μόναυλους; alias δίαυλους, hoc eſt ſimplices & geminas appellabant. *Monaulos* ergo dicebatur ſingularis tibia, ad differentiam τ̃ ζεύγους, quum binæ ſimul inflantur. *Rad. Salmaſ.*

1. *Ebria tibicina buccis.*] Conviviis adhibita quæ tibiis caneret. Plutarchus problem. 8. lib. 7. ſympoſ.

2. *Sæpe duas pariter, &c.*] Modo geminas pariter inflat, dextram & ſiniſtram; modo ſimplicem & unicam.

Soleæ lanatæ. LXV.

DEſuerit ſi fortè puer, ſoleaſque libebit
Sumere. pro puero pes erit ipſe ſibi.

2. *Pro puero, &c.*] Ita legendum: *ipſe pes ſibi erit pro puero.* ſi forte, inquit, puer defuerit, & ſoleas tibi libeat ſumere, cum ſoleis lanatis poteris ipſe è cubiculo exire & ſoleas petere: & ſic vicem pueri pes in ſolea lana ſupplebit. hinc videmus udones & ſoleas iſtas lanatas ſæpè pro calceamentis vel ſoleis intrà cubiculum geſtari ſolitas. *Salmaſ.* *Pes erit ipſe ſibi.*] Scriverius ex duobus MSS. *Pes erit ipſe tibi*, id eſt, ſervus à pedibus.

Mamillare. LXVI.

TAurino poteras pectus conſtringere tergo:
Nam pellis mammas non capit iſta tuas.

1. *Taurino, &c.*] Habes enim mammas, *Quas vix taurino poteris circundare tergo.* Ad quem Virgilii verſum alluſiſſe poëta videtur.

2. *Pellis, &c.*] Mamillare è pelle. faſcia ſeu ſtrophium, quibus tumor papillarum coërcebatur. Catullus, *Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.*

* Muſcaria pavonina. LXVII.

LAmbere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Copta

* Flabellum ad abigendas Muſcas è pavonis cauda.

Copta Rhodia. LXVIII.

PEccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam quam tibi misit, edat.

1. *Peccantis, &c.*] Copta fuit placenta ex siligine, amygdalis, nucleis, passulis, &c. Rhodiam tamen adeo duram esse jocatur poëta, ut colaphi vice porrigatur servis mandenda, quo pugnis suis parcat dominus. simulque ludit in Paronomasia τῆ κόπτω & *copta*. Rhodia ergò copta adeo dura erat, ut buccellatus panis, ita ut dentes, nisi firmos pæne elideret. Unde poëtæ jocus in hanc coptam, quæ domino pugni loco erat, mulctare servum cupienti.

Priapus siligineus. LXIX.

SI vis esse satur, nostrum potes esse Priapum:
Ipsa licet rodas inguina, purus eris.

1. *Priapum, inguina.*] Utriusque sexus αἰδοῖα ex siligine fiebant. epigr. 3. l. 9. vers. 3. *Purus eris.*] Ore non hinc impuriore. quod τοῖς μυζοῦσιν accidit.

Porcus. LXX.

ISte tibi faciet bona Saturnalia porcus,
Inter spumantes ilice pastus apros.

1. *Bona Saturnalia porcus.*] Solemnis acclamatio in Saturnalibus, *Iô Saturnalia, bona Saturnalia.* epigr. 2. l. 11. vers. 5
2. *Ilice pastus apros.*] Glande iligna.

* Muscarium bubulum. LXXI.

SOrdida si flavo fuerit tibi pulvere vestis,
Colligat hunc tenui verbere cauda levis.

* Cauda bovis ad tergendas & excutiendas vestes; uti pavonis, modo epigrammate 67. ad muscas.
2. *Levis.*] Alii, *bovis.*

* Botulus. LXXII.

QUi venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

* Epigr. 79. lib. 5. vers. 9.
1. *Qui venit, &c.*] Qui missus est tibi in Saturnalibus, medio decembri celebratis; mihi missus fuit ante Saturnalia. quorum legitimi erant dies 5. adscititii sigillares 2.

Psittacus. LXXIII.

PSittacus à vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici per me dicere, Cæsar, ave.

2. *Per me dicere, &c.*] Naturæ instinctu, quæ numina adoranda docet, *Adulatoriè.* Quasi dicat, Alias voces sæpius inculcatas à magistris accepi; Cæsarem salutare sine magistro didici.

Corvus. LXXIV.

Corve salutator, quare fellator haberis?
In caput intravit mentula nulla tuum.

1. *Salutator.*] Alludit ad corvum, qui Cæsarem Augustum ab Actiaca victoria reducem salutavit: *Ave Cæsar victor Imperator.* Macrob. sat. lib. 2. c. 4. *Fellator haberis.*] *Corvos ore coïre & concipere credit vulgus, fœminæ rostro maris inserto.* Plin. lib. 10. cap. 12. Sed Aristoteles negat & deridet hoc ab Anaxagora proditum, lib. de Animal. Quod ore coïrent corvi, pervulgatum hoc, probat hic versiculus. nec enim simplicem merumque osculi coïtum καὶ μίξιν τῶν ῥυγχῶν in corvis, ut in columbis fieri existimabant; sed semen etiam ex coïtu per os immitti in fœminam, quo gravidaretur, inde *fellator* corvus vulgò habitus. *Salmasius.*

Luscinia. LXXV.

Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

1. *Flet Philomela, &c.*] Fabula vel pueris nota ex Met. Ovid. lib. 6.

Pica. LXXVI.

Pica loquax certa dominum te voce saluto:
Si me non videas, esse negabis avem.

1. *Pica loquax, &c.*] Epigrammate 86. lib. 7. vers. 6. & lib. 9. epigramm. 55.

2. *Si me non videas, &c.*] Idem Oppianus de hac avi. vide Jan. Dous. super. Arbitr. lib. 1. cap. 14.

Cavea eborea. LXXVII.

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, hic habitare potest.

1. *Talis erit, &c.*] Passer, cujus mortem Lesbia Catulli amica flebat; & ipse Catullus 3. carm.

2. *Hic habitare.*] In hac cavea eborea. *Potest.*] Alii, *potes.*

Narthecium. LXXVIII.

Artis ebur medicæ narthecia cernis habere
Munera, quæ cuperet Pactius esse sua.

1. *Artis.*] Philippus Beroaldus, quem vide Annot. cap. 6. legit: *Artis ebur medicæ narthecia cernis, habebis Munera, &c.* Alii legunt *cernis? habebis Munera, &c.* *Ebur narthecia, &c.*] Pyxidem eburneam, quæ & *Narthecium* dicitur, id est, repositorium medicamentorum è ferula solitum fieri, Cic. de fin. 2.

2. *Pactius esse sua.*] Nescio quis lautus, vel medicus.

Flagra. LXXIX.

Udite lascivi, sed tantum ludite servi:
Hæc signata mihi quinque diebus erunt.

1. *Tantum ludite servi.*] Nec scelera audete, pœnas alioqui daturi post Saturnalia.
2. *Signata.*] Clausa & annulo signata. *Mihi.*] Domino. *Quinque, &c.*] Saturnalibus, epigr. 52. lib. 7. ỳſ. 1, 2.

Ferula. LXXX.

INvisæ nimium pueris, gratæque magistris,
Clara Prometheo munere ligna sumus.

Ferulam ait, igni servando utilem, & pueris verberandis.
2. *Clara Prometheo, &c.*] Cava enim in ferula Prometheum Jovi surreptum ignem detulisse canit Hesiodus. & ipse apud Æschylum.

Pera. LXXXI.

NE mendica ferat barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum cane, pera rogat.

1. *Ne mendica ferat.*] Pera rogat, ut habeat honestiorem dominum quam Cynicum, cujus mendicata frusta cogatur ferre, & pulvini officium dormienti præstare. *Barbati prandia nudi.*] Cynici, qui βαθὺν πώγωνα ϗ στερεὸν pascit.
2. *Tetrico.*] Pro *tetrico*, Alii, *tristi*. *Cane, pera rogat.*] Epigr. 53. lib. 4. verſ. 8.

Scopæ. LXXXII.

IN pretio scopas testatur palma fuisse:
Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

1. *In pretio, &c.*] Scopæ olim è palma factæ.
2. *Sed pretium, &c.*] Scriv. leg. censet: *Otia sed scopis nunc analecta dabit.* *Analecta* hic est ὁ ἀναλέκτης, non τὰ ἀνάλεκτα. Nam *Analectæ* servi sunt, qui ossa, & micas, quæ de mensa cadunt, de pavimento colligebant, manu ea corradentes, non scopis verrentes. Hunc divitum luxum notat hic Martialis. *Scriver. Sed pretium, &c.*] Sed reliquiarum copia ex hodierno luxu augebunt pretium scopis. Sic vulgo; sed Brodæus & Gruterus ex triga MSS. *Otia sed scopis.* Scriverius etiam: *Otia sed scopis nunc analecta dabit*: & exponit *analecta*, ministrum, qui reliquias colligit. epigr. 19. lib. 7. verſ. 17.

Scalptorium. LXXXIII.

DEfendet manus hæc scapulas mordente molesto
Pulice, vel si quid pulice sordidius.

1. *Manus, &c.*] Instrumentum, quod, quo manus non pertingebat, manus vicem supplebat ad pruritum scapularum fricandum atque scalpendum.
2. *Si quid pulice.*] Pediculus.

Manuale. LXXXIV.

NE toga barbatos faciat, vel pænula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

1. *Ne toga, &c.*] Ne pilosi fiant. & (ut lib. 1. epigr. 67.) *inhorreant mento* libri manu vel veste lectoris attriti, tegantur tabula abiegna.

Lectus pavoninus. LXXXV.

NOmina dat spondæ pictis pulcherrima pennis
Nunc Junonis avis, sed prius Argus erat.

1. *Nomina, &c.*] Lectus habet nomen à pavonis plumis quibus ornatur. Sunt tamen qui *citreum* intelligunt. Tabulæ enim citreæ undatim crispæ erant, & majore in gratia, si pavonum caudæ oculos imitarentur. Plin. lib. 13. cap. 15.

2. *Nunc Junonis avis.*] Fabula ex Ovidii Metam. 1. nota. *Argus.*] Custos Iûs conversus in pavonem.

Ephippium. LXXXVI.

STragula succincti venator sume veredi:
Nam solet à nudo surgere ficus equo.

1. *Stragula, &c.*] Ephippium. Brodæus lib. 4. Misc. c. 16. *Veredi.*] Equi cursoris. epigr. 14. lib. 12. vers. 1.

2. *Ficus equo.*] Ulcus quam σῦκωσιν vocant.

* Stibadia. LXXXVII.

ACcipe lunata scriptum testudine sigma:
Octo capit: veniat, quisquis amicus erit.

* Gusta-

* Στιβάδιον torulus est è gramine, herbis, frondibus, seu floribus stipatus. à στείβω.

1. *Lunata sigma, &c.*] Postquam triclinia ab usu recesserunt; & pro tricliniis, *accubita* & *stibadia* dici cepere, quorum figura semicircularis erat, atque inde sigma nomen invenit; totam mensam non circumdabant, sed spatium in ea parte relinquebant qua circulus deficiebat, ad inferenda sc. fercula, &c. *Triclinium* ergò erant tres lecti divisi & separati: *Sigma* vero unus perpetuus lectus, semirotundus, quod & *stibadium* & *accubitum* dixere. *Triclinium* omnibus mensis poterat convenire: *sigma* vel *stibadium* non item: nec enim minus sigma majori mensæ, nec majus minori coaptari poterat. secundum ergò mensarum magnitudinem quærenda erant parva aut magna stibadia, quæ à numero convivarum, quos capiebant, dicebantur vel *octaclina*, cum octo caperent; vel *hexaclina* cum sex: & ita de cæteris: hinc Martialis: lib. 9. epigr. 60.

Et testudineum mensus quater hexaclinon, &c. Salmas.

Lunata sigma.] Epigr. 48. lib. 10. vs. 6. *Scriptum testudine sigma.*] *Scriptum*, id est variatum, pictum. Idem: *Scriptus & æterno nunc primum Iupiter auro.* Gron.

* Gustatorium. LXXXVIII.

FOEmineam nobis cherson si credis inesse;
Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

* Repositorium in quo gustus seu antecœna ponebatur. Est ergo species mensæ.

1. *Fœmineam, &c.*] *Ex persona gustatoris.* Non exornor vilioribus putaminibus testudinum fœminarum & χερσαίων. id est, terrestrium. Plinius lib. 9. cap. 10. sed mascularum & fulgentium ex Indico mari. Plin. lib. 9. cap. 11.

Mensa citrea. LXXXIX.

ACcipe felices, Atlantica munera, sylvas:
Aurea qui dederit dona, minora dabit.

1. *Atlantica munera.*] Citreas mensas ex Atlante monte Mauritaniæ. epigramm. 43. l. 2. vs. 9. & epigr. 67. l. 12.

2. *Aurea qui, &c.*] Si ex auro puro puto fieret mensa, minoris tamen esset pretii quam citrea.

Mensa acerna. XC.

NOn sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ:
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

1. *Crispa quidem.*] Ut citreæ mensæ ex Mauritania, modo epig. 58. *Nec sylvæ filia.*] Non sum nata in Atlante monte & sylva Maurorum, ut citrea, &c.

2. *Et mea ligna.*] Secundam à citro palmam obtinuit acer, arbor amplissima operum elegantia ac subtilitate. Plin. lib. 16. cap. 5. Unde sic dictam volunt, quod acria in ea artificum ingenia exerceantur. *Rad.*

Dentes eborei. XCI.

GRandia taurorum portant qui corpora, quæris
An Libycas possint sustinuisse trabes?

1. *Grandia, &c.*] Dentes elephanti sustinebant mensas citreas in omnes figuras effecti. vide epigr. 17. & 19. lib. Spectaculorum.

2. *Libycas, &c.*] Epigramm. 43. lib. 2. vs. 9.

* Quincupedal. XCII.

PUncta notis ilex, & acutâ cuspide clausa,
Sæpe redemptoris prodere furta solet.

* Alii, *Quincupeda.* à mensura 5. pedum.

1. *Puncta notis.*] Distincta pedibus, palmis, digitis, uti distingui videmus fabrorum regulas. *Ilex, &c.*] Amussis ex ilice.

2. *Redemptoris.*] Cui locantur pretio ædificia extruenda. *Prodere furta solet.*] Deprehendere fraudes.

Pocula archetypa. XCIII.

NOn est ista recens, nec nostri gloria cæli:
Primus in his Mentor, dum facit illa, bibit.

1. *Non est ista recens, &c.*] Ista pocula non sunt elaborata à nobili aliquo artifice nostri temporis, sed ab ipso Mentore. epigrammate 41. lib. 3. & epigr. 39. lib. 4. vers. 5. *Cæli.*] Stili sculptorii.

Calices. XCIV.

NOs sumus audacis plebeia toreumata vitri:
Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

Hoc dicit, quia crystallina, ardenti, id est, calida aqua vitiabantur, non item vitrea. Strab. lib. 16. scribit, Romæ vitrarios multa commentos esse, & ad vitreorum colores, & ad eorundem tornandorum facilitatem; tantamque ex eo vilitatem eorum fuisse, ut vulgò poculum vitreum asse venum daretur. Calices ejusmodi vitrei quos Strabo intellexit, quique Romæ tam vili pretio venum ibant, *audaces* vulgò dicebantur. atqui *vitrum* non dicebatur audax, sed calices ex vitro *audaces*. *Audaces* ergo plebeji erant calices, & parvo vænibant; torno formabantur. hinc *toreumata* Martiali dicta. at in sculpendis cælandisque periculum non parvum: nam sæpe inter sculpendum frangebantur. hinc est, quod alibi Martialis ait: lib. 14. epigr. 115.

Aspicis ingenium Nili, quibus addere plura
Dum cupit, ah quoties perdidit auctor (opus.

Atque hi sunt omnino calices, qui *diatreti* dicebantur. Mart. lib. 12. ep. 71.

O quantum diatreta valent & quinque comati.

Diatreti calices erant vitrei, cavati perforatique, hoc est sculpti. Διατρῆσαι enim est perforare vel cavare, quod Latini *sculpere* dicunt. Qui enim gemmas sculpunt, quasi quosdam sulcos in iis cavant, & foramina cœlo imprimunt. inde *cavatores* dicti, gemmarum sculptores. *Salmas.*

1. *Non sumus audacis.*] Nos, plebeia toreumata non sumus ex eo vitro unde audaces fiunt calices, qui Crystallinorum æmuli se Ægyptiis illis conferre audent. epigr. 75. lib. 12. Gruterus leg. *Nos sumus audaces. Plebeia toreumata vitri.*] Clarius alibi etiam ostendit *Toreuma* usurpasse de quolibet poculo, ubi fictiles calices sic appellavit: libro eodem epigr. 102.

Accipe non vili calices de pulvere natos
Sed Surrentinæ leve toreuma rotæ.

Nihil tamen tam contrarium τῆς τορδύματος significationi, quam quod leve est, ac sine ulla inæqualitate, quam τορδυτικὴ præstat. fictilia quidem vasa etiam τορδύματα dicta, sed ea tantum quæ signis cælatis erant aspera. At levia & pura nullo modo τορδύματα dici possunt. *Salmas. Toreumata vitri.*] Fictilia torno facta, sed & vitra torno etiam fiebant.

2. *Nostra, &c.*] Neque nos, ut crystallina illa, rumpimur calida aqua. epigr. 75. lib. 12. ℣s. 6.

Phiala

Phiala aurea cælata. XCV.

QUamvis Callaico rubeam generosa metallo,
Glorior arte magis: nam Myos iste labor.

1. *Callaico, &c.*] Hispano auro. epigramm. lib. 10. ℣s. 3.
2. *Myos iste labor.*] Nobilis artificis. ut lib. 8. epigr. 15. Antea ineptè legebatur, *meus labor.*

Calices Vatinii. XCVI.

VIlia sutoris calicem monumenta Vatini
*Accipe; *sed nasus longior ille fuit.*

1. *Calicem, &c.*] Alii, *calices* nomen habentes à Vatinio sutore Beneventano, cujus inventum fuere; vel (ut alii volunt) ad cujus prominentis nasi similitudinem effingebantur isti calices vitrei, quatuor nasos habentes. An itaque simpliciter dicit, Vatinium habuisse longiorem nasum? an ingenio fuisse acriori, quod hos invenerit? an derisorem derider? An denique, quod sagax fugit inquisitor criminatorque, postquam ad tantas opes pervenisset, ut munus ederet? Xiphilin. in Nerone.

* Lances chrysendetæ. XCVII.

GRandia ne viola parvo chrysendeta mullo:
Ut minimum, libras debet habere duas.

* Epigr. 43. lib. 2. ℣s. 11.
1. *Grandia, &c.*] Lautas lances seu patinas, non nisi lauti decent pisces. Turneb. lib. 13. cap. 3.

Vasa Aretina. XCVIII.

ARetina nimis ne spernas vasa monemus;
Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus.

1. *Aretina, &c.*] Epigr. 54. lib. 1. versf. 6.
2. *Porsena.*] Rex Etruscorum, ut & reges Rom. erant æque lauti capedinibus & urnulis fictilibus, atque nostri hodie silicatis pateris.

Bascauda. XCIX.

BArbara de pictis veni bascauda Britannis:
Sed me jam mavult dicere Roma suam.

Pana-

1. *Pictis veni.*] Epigr. 54. lib. 11. ℣s. 1. *Bascauda.*] Vas escarium, primum è Britannia allatum, mox & Romæ factum.

* Testa

* Panaca. C.

SI non ignota est docti tibi terra Catulli,
Potasti testa Rhætica vina mea.

* Testa scilicet à Panacis pop. Rhætiæ.
1. *Si non ignota, &c.*] Si quando fuisti Veronæ. epigr. 8. lib. 1. vers. 2.
2. *Rhætica.*] *Rhætia* verò Veronam usque pertinebat.

* Boletaria. CI.

CUm mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis, pudet heu, servio coliculis.

* Genus lancis aut disci.
1. *Tam nobile nomen.*] Quippe nomen habeo à boletis. epigr. 48. lib. 13. Queritur ergò hic Boletarium se cogi ad ferendos coliculos, qui erant viliores boletis.
2. *Prototomis, &c.*] Qui adhuc teneri succiduntur caulibus, epigr. 48. lib. 10. vs. 16.

Calices Surrentini. CII.

ACcipe non vili calices de pulvere natos:
Sed Surrentinæ leve toreuma rotæ.

2. *Surrentinæ, &c.*] Fictile leve & rota figuli politum, ex terra Surrentina. vide epigr. 110. lib. 13. Plin. lib. 35. cap 12.

Colum nivarium. CIII.

SEtinos moneo nostra nive frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

1. *Setinos, &c.*] Calorem optimorum vinorum tempera, transmittendo per colum nivibus distentum. *Frange.*] Transmitte per colum, quo non nihil vini vis frangebatur.
2. *Pauperiore, &c.*] Vilius vinum sacco linteo attenuabis, ut seq. epigrammate.

Saccus nivarius. CIV.

ATtenuare nives norunt & lintea nostra:
Frigidior colo non salit unda tuo.

1. *Attenuare, &c.*] Epigrammate præcedent. & epigr. 61. lib. 12. vs. 3. & lib. 2. epigr. 40. vs. 5. vide Turn. lib. 17. cap. 18.

Urceoli

1. Fri-

Urceoli miniſtratorii. CV.

FRigida non deſit, non deerit calda petenti,
Sed tu moroſa ludere parce ſiti.

1. *Frigida non deſit, &c.*] Si modo ſuppetat aqua arte frigefracta epigr. 117. & 118. infra; affatim erit calidæ ad temperandum vinum.

2. *Moroſa ludere parce ſiti.*] Difficili & delicata nimis.

Urceus fictilis. CVI.

HIc tibi donatur panda ruber urceus anſa:
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

1. *Panda.*] Magna, lato ambitu. *Rubur urceus anſa.*] A terra. *vel* igni.

2. *Stoicus.*] Et ipſe Stoicus movebatur hujus colore, qui tamen ſe moveri negat. *Petebat.*] Alii, *bibebat.*

Calathi. CVII.

NOs Satyri, nos Bacchus amat, nos ebria tigris,
Perfuſos domini lambere docta pedes.

1. *Nos Satyri, &c.*] Calathos, calices vinarios. vide Virgil. ecl. 5. ubi in ſacris Bacchi adhibebantur calathi. *Ebria tigris.*] Vino, ut ferunt, cicurata, & Bacchi currum trahens.

2. *Domini.*] Bacchi, vel magiſtri. *Lambere docta pedes.*] Epigr. 18. lib. ſpectaculorum.

Calices * Saguntini. CVIII.

QUæ non ſollicitus teneat, ſervetque miniſter,
Sume Saguntino pocula ficta luto.

* Fictiles è Sagunto Hiſpaniæ civitate. epigrammate 46. libro 4. verſu 15.

1. *Non ſollicitus teneat, &c.*] Securus de damno. ſi cadant, frangantur-que. mox epigr. 111.

Calices gemmati. CIX.

GEmmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum,
Adſpice: quot digitos exuit iſte calix!

Am-

1. *Gemmatum, &c.*] Argenteis poculis non gemmæ, ſed aurea inſerebantur emblemata; quæ & *chryſendeta*, & *chryſocolleta*, & *chryſoclista* inde dicebantur. ſic gemmæ aureis poculis, aurum argenteis includebatur. cryſtallina autem & myrrina nullis iſtiuſmodi emblematis uſquam incruſtata, quæ pura & ſinceta per ſe magis placebant. *Salmaſius. Scythicis ignibus.*] Smaragdis. epigr. 60. lib. 9. ℣ſ. 17. *Aurum.*] Poculum aureum.

2. *Quot digitos, &c.*] *Eo proceſſit luxus, ut multi gemmas digitis detractas poculis inſerant.* Plinius lib. 37. cap. 2. & Juvenal. ſat. 5. ℣ſ. 42.

1. Gem-

Ampulla potoria. CX.

HAc licet in gemma, quæ ſervat nomina Coſmi,
Luxurioſe bibas, ſi foliata ſitis.

1. *Gemma, &c.*] Ampulla ex onyche, epigrammate 30. libro. 11. verſu 6. & epigrammate 81. libro 3. verſu 25.

2. *Si foliata ſitis.*] Invaluit luxuria, ut unguenta biberentur: *μύρῳ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον.* Ælianus var. hiſt. l. 12. c. 31. Foliatum autem erat è foliis Nardi, coſti, &c. Plin. lib. 13. cap. 1. & 3.

Cryſtallina. CXI.

FRangere dum metuis, frangis cryſtallina: peccant
Securæ nimium, ſollicitæque manus.

1. *Peccant, &c.*] Alii, *Peccat Securæ nimium, ſolicitaque manu.* per diligentiam & curam, æquè ac per negligentiam.

Nimbus vitreus. CXII.

AB Jove qui veniet, miſcenda ad pocula largas
Fundet nimbus aquas: hic tibi vina dabit.

1. *Miſcenda ad pocula, &c.*] Quibus diluatur merum.

2. *Vina dabit.*] Ut nimbi theatrales aſpergunt crocum per latentes fiſtulas in immenſam altitudinem expreſſum. epigr. 3. lib. Spect. ✝ſ. 8. ita hic vinum.

* Murrina. CXIII.

SI calidum potas, ardenti murra Falerno
Convenit, & melior fit ſapor inde mero.

Patella

* *China diſhes.* Ita ſane videntur ex deſcriptione Plinii lib. 37. c. 2. Oriens (inquit) myrrina mittit ex humore ſub terra calore denſata. In pretio ſunt ob nitorem & coloris varietatem, purpurei, candidi, & tertii igneſcentis. Aliqua & in odore commendatio eſt, &c. Joſ. Scalig. ad verſum illum Propertii lib. 4. *Murreaque in Parthis pocula cocta focis*: adverſatur Plinio, aſſeritque murrhina pocula ex Signino cocto apud Sinas facta eſſe, quæ nos *Porcellana* vocamus. vide Pancirolum, & ad eum, Salmat.

1. *Calidum potas, &c.*] Epigr. 75. lib. 9. ✝ſ. 5. *Brunt wine*, vel caldâ temperatum. Quos verſus qui de vino Myrrato accipiunt, doctiſſimi viri magno in errore verſantur. Nec minus falluntur, qui *myrrham* & *myrrhina* ſcribunt. at ſuprà omnes turpiſſimè labitur Baronius, qui myrrhina pocula à *myrrha* aromate deducit, & de myrrha facta interpretatur: quod alii jam ſatis refutarunt. *Μόῤῥα* ergo lapis ipſe, unde pocula *murrea & murrina.* Latini *murram* appellant. Martialis: *maculoſa pocula murra.* Salmaſ.

2. Murri-

Patella Cumana. CXIV.

Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam,
Municipem misit casta Sibylla suam.

2. *Municipem, &c.*] Factam Cumis Sibyllæ oraculo claris. Ita Juvenalis *siluros* dixit Cispini municipes, & *lagenam Cretensis vini*, municipem Jovis.

Calices vitrei. CXV.

Adspicis ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit, ah, quoties perdidit auctor opus!

1. *Adspicis ingenium Nili, &c.*] Vitreos hos calices fuisse in quibus Ægypti ingenium artificiumque ostenrabatur, arguit lemma. sed qua in re spectabatur ars illa? an in colorum varietate? nimimè. in sculptura igitur & cælatura visebatur. vitrum enim olim etiam argenti modo cælabatur. Plinius, *aliud flatu figuratur: aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur, Sidone quondam iis officinis nobili.* in flatu figurandis vitris, ut nunc moris est, & in torno terendis, ut olim etiam solebant, nullum operis periculum. nam & *andaces*, qui plebeji erant calices, & parvo vænibant, torno formabantur: hinc *toreumata* Martiali dicta. at in sculpendis cælandisque, periculum non parvum: nam sæpe inter sculpendum frangebantur. hoc est, quod ait Martialis:
—— *quibus addere plura*
Dum cupit, ah quoties perdidit auctor opus.
atque hi sunt omnino calices, qui *diatreti* dicebantur vide quæ dicta lib. XII. epigr. 71. ad illam notam *diatheca* seu *diatreta*. Et vide notam in epigr. 94. lib. XIV. *Salmas. Ingenium Nili, &c.*] Artificium Ægyptiorum in formandis vitreis calicibus diversicoloribus, quos Adrianus Imp. *allasontes* dixit. vide Scalig. ad Propert. lib. 4.

2. *Perdidit auctor opus.*] Fregit in ipso opere.

Lagena nivaria. CXVI.

Spoletina bibis, vel Marsis condita cellis:
Quò tibi decoctæ nobile frigus aquæ?

2. *Quò tibi, &c.*] Neque enim nobili decoctæ (de qua epigr. 65. lib. 5. ℣. 2.) convenit cum vilioribus vinis epigr. 120. & 121. lib. 13. Aqua enim decocta ex nivibus, iterumque refrigerata, magno in pretio habebatur.

Nives. CXVII.

Non potare nivem, sed aquam potare rigentem
De nive, commenta est ingeniosa sitis.

Idem.

1. *Non potare nivem, &c.*] Non aquam nivium, sed decoctam, nive reconditam ac refrigeratam. ut epigr. 65. lib. 5. ℣. 2.

1. *Massi-*

Idem. CXVIII.

MAssiliæ fumos miscere nivalibus undis
Parce, puer, constet ne tibi pluris aqua.

1. *Massiliæ, &c.*] Noli miscere decoctam Massiliano vino infumato. epigramm. 36. lib. 10. ✝ſ. 1,2. ipsa enim aqua vino est pretiosior.

Matella fictilis. CXIX.

DUm poscor crepitu digitorum, & verna moratur:
O quoties pellex culcita facta mea est!

1. *Poscor, &c.*] Epigr. 81. l. 3. ✝ſ. 15. *Et verna moratur.*] Nec properat servus. 2. *O quoties, &c.*] Matellæ, dum culcitæ loco, matellæ immejitur.

* Ligula argentea. CXX.

QUamvis me ligulam dicant equitesque, patresque:
Dicor ab indoctis lingula grammaticis.

* Gladiolus in speciem linguæ. spathula.

2. *Indoctis grammaticis.*] Qui pertinaciter insistentes quantitati, jure syllabæ non cedent.

* Cochlearia. CXXI.

SUm cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis:
Numquid scis potius cur cochleare vocer?

* Supple, *ligulæ*: ut sit cui congruant *habilis* & *utilis*. quibus non convenit *cochleare*.

1. *Sum cochleis habilis.*] Cum non minori usui sim ad ova & alios cibos quam ad cochleas: Numquid nosti cur mihi potius à cochleis nomen quam ab illis? Imo scio; à forma scilicet & cochlearum testis, primum in hunc usum adhibitis.

Anuli. CXXII.

ANte frequens, sed nunc rarus nos donat amicus:
Felix cui comes est non alienus eques.

1. *Ante frequens.*] Ante dicit solitos esse divites multis censum equestrem supplere, annulosque aureos dare, qui equitum erant gestamina, quod ætate sua rarum queritur: veruntamen felicem dicit, qui comitem habet *equitem non alienum*, sed suum, id est, quem ipse sua liberalitate, equestri censu donato, equitem fecerit. *Turnebus.*

Dactyliotheca. CXXIII.

SÆpe gravis digitis elabitur annulus unctis:
Tuta meâ fiet sed tua gemma fide.

2. *Gemma fide.*] Anulus, cui includitur gemma, & ipse theca clausus.

Toga. 1. Roma-

Toga. CXXIV.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam
Ille facit, magno qui dedit astra patri.

1. *Romanos, &c.*] Versus è Virgilii Æneidos 1. usurpatus.
2. *Ille facit, &c.*] Augustus publice in deorum numerum retulit Julium Cæs. qui illum adoptaret. *Jam facit ipse deos, &c.* Manilius, & Sueton. Jul. cap. 88. Poëta autem hic Domitianum intelligit, qui Vespasianum consecravit condito Flaviæ genti templo.

Idem. CXXV.

Si matutinos facile est tibi rumpere somnos:
Attrita veniet sportula sæpe togâ.

1. *Si matutinos, &c.*] Vide epigr. 26. lib. 4.
2. *Attrita veniet, &c.*] Legendum: *A trita veniet sportula sæpe toga.* Vulgò *attrita*, perperam. loquitur enim de toga salutantium. Eorum enim toga conterebatur, qui potentiores colebant, eorumque limina matutinis salutationibus frequentabant, ut sportulam lucrarentur. *Salmas.*

Endromis. CXXVI.

Pauperis est munus, sed non est pauperis usus:
Hanc tibi pro læna mittimus endromida.

1. *Sed non est, &c.*] Namque hac induebantur opulentiores in gymnasiis, ut abundè dictum, epigr. 19. lib. 4.
2. *Togula.*] Gruterus ex Bong. & Pal. *læna*, & subscribit Arond.

Canusinæ fuscæ. CXXVII.

Hæc tibi turbato Canusina simillima mulso
Munus erit. gaude: non cito fiet anus.

1. *Hæc tibi turbato, &c.*] Hæc pænula è lana Canusina, quæ subrufi & mulso non absimilis est coloris. mox ep. 129.
2. *Non cito fiet anus.*] Non cito deteretur, durabit diu. vide epigr. 40. lib. 1. ℣f. 2.

Bardocucullus. CXXVIII.

Gallia Santonico vestit te bardocucullo:
Cercopithecorum pænula nuper erat.

* Canu-

1. *Santonico, &c.*] Epigr. 54. lib. 1. ℣f. 5.
2. *Cercopithecorum, &c.*] Quod cum breve genus vestis sit, ut patet, ex epigrammate 93. lib. 1. vers. 8. præ se fert tunicam qua amicimus simias vel κερκοπίθηκος, simias caudatas (*monkeyes.*)

* Modo

* Canusinæ rufæ. CXXIX.

ROma magis fuscis vestitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris, militibusque color.

* Modo epigr. 127.

1. *Roma magis, &c.*] Quidam hoc intelligunt partim de tunicis russis Canusinis, quæ servis & militibus in usu fuerunt, partim de pænulis: quum nullo pacto de tunicis Martialis loquatur, sed tantum de pænulis rufis, ut titulus indicat. Cum præterea discrimen fuerit inter colorem rufum & russum *Ferrar.* *Roma magis, &c.*] Viri Romani utuntur vestibus fusci coloris; Galli rufis è lana Canusina: & tamen pueri nostri gaudent rufo hoc colore, ut & milites, ex instituto Laconum quibus hic color in bello placebat, ne per vulnera effluens sanguis in vestibus alierius coloris incuteret suis terrorem, hostibus adderet animum. Intellige tunicas russas canusinas, quæ servis & militibus in usu fuerei vel certe pœnulas russas. hinc pœnulati servi, &c. *Tunicæ russæ*, sunt φοινικοῖ χιτῶνες. Plutarchus illas φοινικοῦς ὑποδύτας vocat. Isidorus *russatas* vocat. *russata*, inquit, *quam Græci phœniceam vocant, nos coccinam: reperta est à Lacedæmoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti adversario animus augescere*. Romana ergò plebs fuscis pænulis vel lacernis ibat induta vulgò: milites verò & famuli lautiores, russis. *Salmas.*

Pænula scortea. CXXX.

INgrediare viam cælo licet usque sereno;
Ad subitas nunquam scortea desit aquas.

1. *Ingrediare, &c.*] Habeas tecum pænulam è pellibus seu corio ad arcendas pluvias.

2. *Ad subitas, &c.*] Præter has fuere & penulæ hyemales, χειμάδιες Græci dicunt: quæ quidem fiebant ex lana Appula miro candore, & villorum gratia commendatæ, & frigoris tantum causa habitæ. hæ quod in modum gausaparum textæ essent, gausapinæ dictæ. quod testatur Martialis lib.6. epigrammate 59.

Et dolet & queritur sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Scævola gausapinas.

Idemque de penula gausapina, lib. 14. epigr. 145.

Is mihi candor inest, villorum gratia tanta,
Ut me vel media sumere messe velis.

Media ergò hyeme sumebantur. Erant etiam & penulæ, quibus extrà urbem tantum utebantur & in itinere, & etiam intra urbem. *Salmas.*

Lacernæ coccineæ. CXXXI.

SI Veneto, Prasinove faves, quid coccina sumis?
Ne fias ista transfuga sorte, vide.

Pileus..

1. *Si Veneto, &c.*] Testabantur consimili colore spectatores cui favebant factioni. tu vide ne coccino sumpto transfugam agas à tua factione, aliarum cuilibet quæ vicerit acclamans. *Coccum* frutex est fullonius, Græcis κόκκος βαφική: frutici grana adhærent, è quibus fit color ille lanarum præcipuus; cujus copia summa in eâ Hispaniæ parte, quæ *Turdetania* appellatur, ut auctor est Strabo lib. 3. *Raderus.*

Pileus. CXXXII.

SI possem totas cuperem misisse lacernas:
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

1. *Totas misisse lacernas.*] Vocat *totas lacernas*, quæ cum pileis sunt sive cucullis. hinc & lacerna ac birrus pro cucullo ac capitio. abbreviator Festi: *lacerna, quod minus capitio est.* vocat autem *capitium*, capitis tegumentum. *Salmas.*

2. *Nunc tantum, &c.*] Cum ad muneris, tum ad facultatis meæ tenuitatem excusandam facit tempus, Saturnalia scilicet in quibus pileata incedit Roma. Porro ex attritis lacernis pilea fieri solita tradit Brodæus lib. 10. Miscellan. cap. 35.

Lacernæ Bæticæ. CXXXIII.

NOn est lana mihi mendax, nec mutor aëno:
Si placeant Tyriæ, me mea tinxit ovis.

1. *Non est lana, &c.*] Non tingor, non alios didici mentiri colores. epigrammate 97. lib. 1. ✠ſ. 3. & epigr. 28. lib. 8. ✠ſ. 6. & epigr. 100. lib. 12. ✠ſ. 2.

Fascia pectoralis. CXXXIV.

FAscia crescentes dominæ compesce papillas,
Ut sit quod capiat nostra, tegatque manus.

1. *Crescentes dominæ, &c.*] Sororiantes enim, necdum consecutæ crescendi modum, sunt gratiores. infra epigr. 149.

Cœnatoria. CXXXV.

NEc fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:
Hoc opus est pictis accubuisse toris.

1. *Nec fora sunt nobis, &c.*] Cœnatoria pallia domi tantum sumebantur, non iis fas videre lucem fori, cui gravitas conveniebat togæ.

2. *Pictis accubuisse toris.*] Acu pictis, pavoninis, citreis.

Læna. CXXXVI.

TEmpore brumali non multum levia prosunt:
Calfaciunt villi pallia vestra mei.

1. *Levia prosunt.*] Qualia sunt serica, bombicina, linea. Itaque alii leg. *linea.*

2. *Calfaciunt, &c.*] Sed hyeme villosæ lænæ palliis superinductæ calorem stipant, arcentque frigus.

Lacer-

1. *Am-*

Lacernæ albæ. CXXXVII.

AMphitheatrales nos commendamur ad usus,
Cum tegit algentes alba lacerna togas.

1. *Amphitheatrales, &c.*] Ludos spectabant omnes lacernis albis induti (ut epigr. 2. lib. 4.) quæ togis superinducebantur, pulveris, pluviæ vel frigoris arcendi causâ. *lacernas Munimenta togæ* dixit Juvenal. sat. 9.

* Gausapa villosa, vel mantele. CXXXVIII.

NObilius villosa tegant tibi lintea citrum:
Orbibus in nostris circulus esse potest.

* *Mantela* est tela vel linteum quo manus extergentur. postea generis enallage, & *mantelum* dictum est, & *mantele:* sic hæc gausapa, qui Græcis ὁ γαυσάπης, & hoc *gausapum*, & hoc *gausape*. Sic accipienda sunt mantelia apud Virgilium:

—— tonsisque ferunt mantelia villis.

Villosa ergò erant illa mantelia. Plin. lib. VII. cap. 11. Veteres ergò mantelia ante pectora ponere cœnantes consueverant, ut hodie solemus illa lintea, quæ *servietæ* nobis dicuntur, quibus manus & labra tergemus. Verum jam ætate Plinii mantelia non amplius in usu erant ἀντὶ χειρομάκτρων, sed integendis mensis serviebant. atque hoc tunc temporis discrimen statuebatur inter mappas & mantelia. vide lib. XII. epigr. 29.

Attulerat mappam nemo, &c.

Salmas.

1. *Nobilius, &c.*] Mensæ tuæ citreæ opus est villosis mantilibus quæ vindicent eam à maculis, vilis mea & abiegna non formidat maculas.

2. *Orbibus in nostris.*] Mensis rotundis. *Circulus esse potest.*] Impressus mensæ ex lance, repositorio, seu paropside.

Cuculli * Liburnici. CXXXIX.

JUngere nescisti nobis ô stulte, lacernas:
Indueras albas, exue Callainas.

* Quos Bardaïcos appellat Salmasius, fiebant ex lana crassa Liburnica. Est autem Illyridis regio Liburnia.

1. *Jungere nescisti nobis, &c.*] Cucullus capitis tegmen fuit, ut & partem humerorum velaret, quales à sacris hominibus hodie gestari videmus. Ii cum lacernis sumebantur; vel pluviæ arcendæ, cum nondum penulæ in usu intra urbem essent; vel latendi causa, ita tamen, ut separati à lacernis possent atque amoveri. Unde ait Martialis:

Si possem, totas cuperem misisse lacernas,
Nunc tantum capiti munera mitto tuo.

Porro cuculli Liburnici dicti sunt, * Udoquod Liburnica lana conficerentur: de qua Plin. lib. VIII. Illos igitur non bene cum lacernis albis junctos tradit Martialis, quod colorem malè retinentes eundem lacernis affricarent, ut pro albis callaïcæ exuerentur. Callaïcas autem ab auri colore rutilas dici, quidam existimant; alii *callainas*, id est, cæruleas à gemmæ colore instar sapphiri. *Ferrar.* *Jungere, &c.*] Malè superinduuntur albæ lacernæ cucullis Liburnicis, qui tincturam non probè retinentes lacernas ex albis reddunt rutilas & coloris auri Callaici, vel ut Scriverius legit *Callainas*, id est, cœruleas, à Callaï gemma, Sapphiri æmula.

* Udones Cilicii. CXL.

NOn hos lana dedit, sed olentis barba mariti:
Cinyphio poterit planta latere sinu.

* Galceamenta ex pilis hircinis.
1. *Sed olentis, &c.*] Sed ex pilis barbati hirci seu capri, qui *vir gregis*.
2. *Cinyphio poterit.*] Epigrammate 94. lib. 7. ꝟſ. 13. *Planta.*] Pes.

Synthesis. CXLI.

DUm toga per quinas gaudet requiescere luces,
Hos poteris cultus sumere jure tuo.

1. *Dum toga, &c.*] Vide epigr. 1. supra ꝟſ. 1. & epigr. 52. lib. 7. ꝟſ. 1, 2. *Quinas luces.*] Quinque enim erant legitimi Saturnalium dies. ut sup. ep. 79.

Focale. CXLII.

SI recitaturus dedero tibi forte libellum,
Hoc focale tuas asserat auriculas.

1. *Si recitaturus, &c.*] Vide epig. 41. lib. 4.
2. *Focale.*] Focalia à faucibus dicta sunt, quibus hærent; quorum usus ad arcendum frigus à collo & faucibus: poëtis etiam recitaturis, ne raucescerent. Dicit ergò poëta si recitavero tibi libellum malum; moneo, ut focale (quòd alioqui poëtæ adhibent ad fauces & collum, ne raucescant) tu auribus admoveas, easque obstruas, ne mala carmina audias. *Rad.*

Tunicæ Patavinæ. CXLIII.

VEllera cum sumant Patavinæ multa trilices,
Et pingues tunicas serra secare potest.

1. *Vellera, &c.*] Tun. Pat. ex multa lana confertæ triplici licio, non facile scinduntur forfice, immo serra opus erit, iis tanquam asseribus, secandis.

Spongia. CXLIV.

HÆc tibi sorte datur tergendis spongia mensis
Utilis, expresso cum levis imbre tumet.

1. *Hæc tibi sorte datur.*] Epigr. 1. supra ꝟſ. 5. *Tergendis, &c.*] *Usus spongiarum ad abstergenda, fovenda, &c.* Plinius lib. 31. cap. 11. & Lucil. epigr. lib. 2 Anthol. cap. 31. ἀπόγξον καὶ σπογγὸν ἀδὺς ἔχειν.

* Pænula gausapina. CXLV.

IS mihi candor inest, villorum gratia tanta est,
Ut me vel media sumere messe velis.

1. *Is mihi candor inest, &c.*] Vide epigr. 59. lib. 6.

Cer-

1. Nardi

Cervical. CXLVI.

TInge caput nardi folio, cervical olebit:
Perdidit unguentum cum coma, pluma tenet.

1. *Nardi folio, &c.*] Foliato. unguento nardino. supra epigr. 110. Ex MS. Gruterus legit *Cosmi.*

Cubicularia gausapina. CXLVII.

STragula purpureis lucent villosa tapetis:
Quid prodest, si te congelat uxor anus?

1. *Stragula, &c.*] Plus facit uxor tua anus ad te gelandum, quam villi nostri ad te calfaciendum.

Lodices. CXLVIII.

NUdo stragula ne toro paterent;
Junctæ nos tibi venimus sorores.

1. *Nudo stragula, &c.*] Lodices geminæ & coëuntes adhibebantur ad operiendum lectum cum stragulis.

Amictorium. CXLIX.

MAmmosas metuo: teneræ me trade puellæ,
Ut possint niveo pectore lina frui.

1. *Mammosas metuo.*] Supra epigramm. 134.
2. *Lina frui.*] Amictoria lintea.

* Cubicularia polymita. CL.

HÆc tibi Memphitis tellus dat munera: victa est
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

Zona.

* Multis filis seu liciis contexta.

Polymitarii stragula multis liciis texebant, quæ *polymita* inde Græcis vocabantur. Non acu operabantur Alexandrini illi polymitarii, sed pectine. nam in tela & textoriis instrumentis artem suam exercebant, ac per hoc verè & propriè texebant. tantum tamen eorum artificium fuit & industria, ut majore fermè varietate eorum opera distinguerentur, quam quæ acu Babylonica aut Phrygia picta essent. hinc non dubitat Martialis pronuntiare, Babylonicam acum debere concedere Ægyptiaco pectini. *Salmas.*

1. *Memphitis.*] Ægyptiaca. *Victa est pectine Niliaco, &c.*] Stragula ab Ægyptiis texta, vincunt tapetas vestesque Babylonias Phrygum acu pictas.

Zona. CLI.

Longa satis nunc sum; dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

1. *Nunc sum.*] Virgini, vel non gravidæ. *Dulci, &c.*] Fœtu. *ut de fœminea* *Zona exponamus.* si de virili malis; dulce pondus erit gulæ, ventrisque sarcina.

Gausape quadratum. CLII.

Lodices mittet docti tibi terra Catulli:
Nos Helicaonia de regione sumus.

1. *Terra Catulli.*] Verona. epigr. 8. lib. 1. vers. 2. 2. *Helicaonia, &c.*] Patavina. epigramm. 93. lib. 10. vers. 1.

* Semicinctium. CLIII.

Det tunicam dives: ego te præcingere possum.
Essem si locuples, munus utrumque darem.

* Hominem cingens medium à lumbis demissum ad poplites: ut artificum ventrale, vel pistorum, tinctorum, cerevisiariorum, &c.

* Lanæ amethystinæ. CLIV.

Ebria Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ,
Non video quare sobria lana vocer.

* Tinctæ purpura lanæ dicuntur muriceebriæ. unde itaque vocentur ipsæ & Amethystinæ, id est, sobriæ? ab Amethysto scilicet gemma, quæ leniter purpureum seu vineum colorem refert, nomenque habet quod temulentiam arcere vulgo crederetur. vide epigr. 18. lib. 10.

Lanæ albæ. CLV.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis. Altinum tertia laudat ovis.

1. *Velleribus, &c.*] Idem de lanis judicat Plin. lib. 8. cap. 48.

Lanæ Tyriæ. CLVI.

Nos Lacedæmoniæ pastor donavit amicæ:
Deterior Ledæ purpura matris erat.

1. *Lacedæmoniæ amicæ.*] Helenæ. *Pastor.*] Paris. 2. *Deterior, &c.*] Purpura Lacedæmonia deterior quam Tyria.

Lanæ Pollentinæ. CLVII.

Non tantum pullo lugentes vellere lanas,
Sed solet & calices hæc dare terra suos.

1. *Pullo lugentes.*] Qui luctus color.
2. *Hæc terra suos.*] Pollentia, Italiæ oppid. quæ & alteram habet in Baleari majori sibi cognominem.

Idem. CLVIII.

Lana quidem tristis, sed tonsis apta ministris,
Quales non primo de grege mensa vocat.

1. *Tonsis ministris.*] Servis viliorum munerum, non pueris delicatis, comam alentibus, & de primo grege.

Tomentum Leuconicum. CLIX.

Oppressæ nimium vicina est fascia plumæ?
Vellera Leuconicis accipe rasa sagis.

1. *Oppressæ, &c.*] Pluma cedit & facit ut fascia lecti (de qua epigr. 63. lib. 5. vers. 6.) urat jacentem. melius sustinebit te tomentum, lana quæ pannis vestibusque detondetur atque abraditur. *flockes.*

2. *Leuconicis, &c.*] Lingones mittebant Romam cadurca, bardocucullos, & saga crassæ & pinguis lanæ. epig. 54. lib. 1. vers. 5. Alii legunt: *Lingonicis sagis.* Per *rasa vellera Lingonicis sagis* intelligit lanas novissimo sui purgamento detractas Lingonicis sagis pectine sive erinaceo fullonis. non igitur tunc tondebatur eminens lanugo pannorum, sed pectine tantum deradebatur. libri tamen Martialis omnibus locis scriptum habent *Leuconicis*, non *Lingnoicis*. an Leucones dixit pro Lingonibus? *Salmas.*

Tomentum Circense. CLX.

Tomentum concisa palus Circense vocatur:
Hæc pro Leuconico stramina pauper emit.

1. *Palus.*] Arundo, juncus, ulva palustris. Divitum ergò est Lingonico seu Leuconico tomento farcire culcitas; pauperum palea. *Circense vocatur.*] Quale substernebant sibi spectatores in Circo, atque idem videtur esse cum stramento Orchomenio. de quo Plinius lib. 19. cap. 1.

Pluma. CLXI.

Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cycni quam tibi lana dedit.

1. *Amyclæa, &c.*] Cygnea. propter Ledam Lacænam. epigr. 28 lib. 8. vs. 9. Amyclæ vero Laconiæ civitas fuit.

2. *Lana dedit.*] Tenerior pluma. *downe.*

Fœnum. CLXII.

FRaudata tumeat fragilis tibi culcita mula;
Non venit ad duros pallida cura toros.

1. *Fraudata.*] Accipimus ambabus manibus scripturam pervetustæ membranæ Thuanæ, ubi vulgo: *facilis tibi culcita pluma*. Hoc posterius quidem sine sensu. *Mulâ frondatâ*, id est, fœno, quod mulæ subtractum est, quod alioqui mula esse debuisset, *tumeat*, fartus sit, *tibi torus fragilis*, qui statim frangitur & subsidit. *Fraudata*, ut apud Horatium: *unger olivo, Non quo fraudatis immundus Natta lucernis*. Et sic *subducta* lib 13. ep.36. *Hæc quæ Picenis venit subducta trapetis*. *Fragilis* quoque (quod confirmant Gruteri codex & Arond.) non est ineptissimum ut visum Scriverio, sed aptissimum, vel propter *τὸ frangere toros*. Vide 4. Observ. 22. *Gronovius*.

Tintinnabulum. CLXIII.

REdde pilam: sonat æs thermarum. ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum.

1. *Redde pilam.*] Redde pilam gymnasii seu sphæristerii moderatori. *Æs thermarum.*] Campana, quæ ab exercitiis avocat ad balnea: quæ certo etiam tempore claudebantur. Hadrian. Junius lib. 3. Animadverſ. cap. 11. ὁ κώδων ἤχησε, &c. Lucian. περὶ τῆ ἐπὶ μισθῷ συνόντων.

2. *Virgine sola, &c.*] Cruda virgine. epig. 42. l. 6. ỳ ſ. 18. & epig. 21. l. 5. ỳ ſ. 9.

Discus. CLXIV.

SPlendida cum volitent Spartani pondera disci,
Este procul pueri: sit semel ille nocens.

1. *Splendida cum volitent.*] E ferro vel ære. Lusus ipse δισκοβολία: lusores δισκοβόλοι. *Spartani pondera disci.*] Lacedæmonii inventi atque exercitii.

2. *Semel ille nocens.*] In unico puero Hyacintho. infra epigr. 173.

Cithara. CLXV.

REddidit Eurydicen vati: sed perdidit ipse,
Dum sibi non credit, nec patienter amat.

1. *Vati: sed perdidit.*] Orpheo. Et pro *perdidit*, Gronovius legit, *prodidit*.

2. *Dum sibi, &c.*] Dum respexit, ut habet notissima vulgo Fabula.

Idem. CLXVI.

DE Pompejano sæpe est ejecta theatro,
Quæ duxit sylvas, detinuitque feras.

2. *Quæ duxit, &c.*] Orpheum actum in Pompejano theatro cithara canentem, ferasque & sylvas trahentem describsit epigr. 21. lib. spect.

Ple-

1. *Pastu-*

Plectra. CLXVII.

FErvida ne trito tibi pollice pustula surgat:
Exornent docilem garrula plectra lyram.

1. *Pustula surgat.*] Papula ex attritu pollicis & chordarum. *a bush or blister.*
2. *Plectra lyram.*] Pectines quibus cithara pulsatur. à πλήτlω.

Trochus. CLXVIII.

INducenda rota est. das nobis utile munus.
Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.

1. *Inducenda.*] Sc. in Saturnalia & ludum. *Rota est, &c.*] Trochus, cui & nomen & forma à rota seu circulo. Alius omnino à turbine. Erat enim rotula ex ære seu ferro, cujus axiculis appensi anuli inter mittendum & currendum alte tinniebant.
2. *Cantus erit.*] Tinnitus trochi missi. sanior lectio, *canthus. Synecdoch.* rota vel ferro hoc, muniam rotam plaustri, quo solent pueri ludere, erit itaque munus utile.

Idem. CLXIX.

GArrulus in laxo cur annulus orbe vagatur,
Cedat ut argutis obvia turba trochis?

1. *Garrulus, &c.*] Resonans, ut epigramm. præced.

Signum victoriæ. CLXX.

HÆc illi sine sorte datur, cui nomina Rhenus
Vera dedit: decies adde Falerna puer.

1. *Hæc.*] Alii, *Hoc. Sine sorte, &c.*] Supra epigr. 1. ꝟſ. 5. *Rhenus*] Germaniæ fluv. *Synecdoch.* ipsa Germania devicta, id est, Domitiano. epigr. 2. lib. 5. ꝟſ. 7.
2. *Vera dedit.*] Tanquam aliis Imperatoribus ante usurpata, Domitiano à victa Germania jure debita. *Decies adde, &c.*] Ut ebibatur *Germanicus* decem cyathis, pro numero literarum. vide epigr. 72. lib. 1.

* Βρȣ́τȣ παιδίον. CLXXI.

GLoria tam parvi non est obscura sigilli:
Istius pueri Brutus amator erat.

* Sau-

* Pusio Bruti. de quo epigr. 77. l. 2. ꝟſ. 4. & epigr. 51. lib. 9. ꝟſ. 5. hic autem de imagine ipsius in ære aut alia materia expressa loquitur.

* Sauroctones Corinthius. CLXXII.

AD te reptanti puer insidiose lacertæ
Parce: cupit digitis illa perire tuis.

* *Fecit Praxiteles ex ære Corinthio puberem subrepenti lacertæ sagitta insidiantem, quem Sauroctonem vocant.* Plinius lib.34. c.8. ex σαῦρ© & κτείνω.

* Hyacinthus in tabula pictus. CLXXIII.

FLectit ab inviso morientia lumina disco
OEbalius, Phœbi culpa dolorque, puer.

* Opus Nicex, quod secum deportavit Alexandria capta Cæsar August. Plin. lib.35. cap. 11.

2. *Oibalius, puer.*] Hyacinthus Lacon, vel ab Oebalo nepote suo ex fratre Cynoria. Pausan. Laconic. *Culpa dolorque.*] *Tu dolor es, facinusque meum, &c.* Apollo ad Hyacinthum. apud Ovid. 10. Metamorph.

* Hermaphroditus marmoreus. CLXXIV.

MAsculus intravit fontes: emersit utrumque.
Pars est una patris: cætera matris habet.

* Plin. lib. 7. cap.3.

1. *Fontes.*] Salmacidis. vide fab.11. lib.4. Met. Ovid. *Utrumque.*] Utriusque sexus.

2. *Patris.*] Τῦ ἑρμῦ. *Matris habet.*] Τῆς Ἀφροδίτης.

* Danaë picta. CLXXV.

CUr à te pretium Danaë regnator Olympi
Accepit, gratis si tibi Leda dedit?

* Plin. lib. 35. cap. 2.

1 *Cur à te pretium, &c.*] *Jupiter admonitus nihil esse potentius auro, Corruptæ pretium virginis ipse fuit.* Ovid. elegia 7. lib 3. Amor.

2. *Leda dedit.*] Epigr.54.lib.1. ✝C8.

Persona Germanica. CLXXVI.

SUm figuli lusus rufi persona Batavi:
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

1. *Sum figuli, &c.*] Sum larva, persona seu vultus fictilis Batavi rufi, hominis militaris & atrocis. Batavi enim feroces & bellicosi habiti. Pueris quippe terrori sunt larvati.

* Hercules Corinthius. CLXXVII.

ELidit geminos infans, nec respicit angues.
Jam poterat teneras hydra timere manus.

Her-

* Ex ære Corinthio. Plin. l.35. c.9.

1. *Geminos infans, &c.*] Angues ab Herc. in cunis elisos, & Hydram devictam, vel infantes in fabulis audiverunt.

1. *Sigil-*

Hercules fictilis: CLXXVIII.

SUm fragilis: sed tu (moneo) ne sperne sigillum.
Non pudet Alciden nomen habere meum.

1. *Sigillum.*] Icunculam ex argilla. Plinius lib. 35. cap. 12.

Minerva argentea. CLXXIX.

DIc mihi virgo ferox, cum sit tibi cassis & hasta;
Quare non habeas ægida? Cæsar habet.

1. *Dic mihi virgo ferox, &c.*] Vide epigr. 1. lib. 7. vers. 1.

2. *Cæsar habet.*] Domitianus habet. *Adulatorie.* ut epigr. 1. lib. 7. vers. 2.

* Europa picta. CLXXX.

MUtari melius tauro, pater optime divûm,
Tunc poteras, Iô cum tibi vacca fuit.

* Plin. lib. 35. cap. 10.

2. *Tunc poteras, &c.*] Namque sub illa forma centenos Argi oculos fefellisset.

Leander marmoreus. CLXXXI.

CLamabat tumidis audax Leander in undis,
Mergite me fluctus, cum rediturus ero.

1. *Clamabat, &c.*] Nota sunt Leandri amor, transfretatio, exitus; ex Musæo, Ovidii epist. &c.

2. *Mergite me fluctus, &c.*] *Parcite dum propero, mergite dum redeo.*

Sigillum gibberi fictile. CLXXXII.

EBrius hæc fecit terris puto monstra Prometheus:
Saturnalitio lusit & ipse luto.

1. *Ebrius, &c.*] Certè erravit Prometheus ille prior in formando gibbere & monstroso Clesippo. de quo Plin. lib. 34. cap. 3. lusitque alter hic Prometheus, id est, figulus qui ex argilla in Saturnalitiis muneribus effinxit sigillum gibberis ejusmodi. Alii leg. *Sigerii.* Origo hujus sigilli hinc orta: Gegania prædives fœmina candelabrum emit nobile 1. sestertiis, ea tamen lege ut simul etiam emere deberet Clesippum fullonem, monstrum hominis, gibbo fædum. Postea tamen Gegania suo Clesippo nupsit, eamque mox ex asse scripsit hæredem: qui prædives jam candelabrum illud, cujus beneficio emptus erat, numinis loco coluit. Fœmina hinc summa laborabat infamia, ejusque virum ob deformitatem hoc epigrammate deridet; & simul jocatur poëta in Prometheum qui hominem è luto formavit pulchrum & venustum; quod idem ille ebrius & in Saturnalibus Clesippum gibberem fædumque aspectu finxerit. *Rad.*

Homeri

* Opus-

Homeri * Batrachomyomachia. CLXXXIII.

PErlege Mæonio cantatas carmine ranas,
Et frontem nugis ſolvere diſce meis.

* Opuſculum de ranarum cum muribus pugna quod plerique Homero abjudicant.

1. *Mæonio, &c.*] Mæonia oriundum. vide Plutarch. lib. de Homero.

2. *Et frontem.*] Et illo lecto, æquiore animo his meis veniam dabis. *Nugis ſolvere diſce meis.*] Lipſ. lib. 5. epiſt. quæſt. 5. ex Anglicano libro emendat *feriis*, id eſt, quiſquiliis.

Homerus in membranis. CLXXXIV.

ILias & Priami regnis inimicus Ulyſſes,
Multiplici pariter condita pelle latent.

1. *Et Priami, &c.*] Et Odyſſea.

Virgilii culex. CLXXXV.

ACcipe facundi Culicem, ſtudioſe, Maronis:
Ne nugis poſitis arma, virumque canas.

1. *Culicem.*] Virgilianum poëmatium eſſe, nemo ſanus ibit negatum: ſed Joſ. Scaliger Culicem Virgilii non pueri, ſed planè viri & maturi ἀδρῦ καὶ τελείȣ opus eſſe; ex Suetonio de vita Lucani nondum edito confirmat, rationeſque addit tam certas, ut quemvis facile in ſententiam trahat. *Rad.*

2. *Ne nugis poſitis.*] Ne vaces gravioribus ſtudiis per Saturnalia, quibus conveniunt nugæ iſtæ. Gruterus, *Ne nucibus poſitis. Canas.*] Gruterus, *legas.*

Virgilius in membrana. CLXXXVI.

QUam brevis immenſum cepit membrana Maronem!
Ipſius vultus prima tabella gerit.

1. *Quam brevis immenſum, &c.*] *Prima tabella, τὸ πρῶτον πτυχίον, primum folium.* hinc Iſidorus folia librorum dicta eſſe ſcribit, *quod ex follibus fierent, id eſt, ex pellibus*, quæ de occiſis animalibus detrahi ſolent. ſic & pugillares componi ſolebant, ex pluribus tabellis, quæ πτυχία dicunt Græci: hinc δίπτυχα vocabantur, quæ ex duplici tabella conſtabant. Latini etiam *duplices* dixere; & *triplices*, quæ ex tribus, &c. πολύπτυχα, quæ ex pluribus. Martialis de pugillaribus citreis, lib. 14. epigramm. 3.

Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas
Eſſemus Libyci nobile dentis opus.

Pugillares ergò illi citrei ex multis ſectilibus tabellis, hoc eſt foliis ligneis compacti erant, eadem planè forma, qua & pugillares deletitii noſtri, quibus hodie utimur, & *tablctas* vocamus, quaſi parvas tabulas. *Salmaſ. Immenſum, &c.*] An operis magnitudinem reſpicit? an Poëtæ divinam majeſtatem?

2. *Ipſius vultus, &c.*] Frontiſpicium habet imaginem Virgilii.

Menan-

1. *Hæc*

Menandri Thais. CLXXXVII.

HÆc primum juvenum lascivos lusit amores;
Nec Glycere, verè Thais amica fuit.

1. *Hæc, &c.*] Potest legi & *Hic*, id est, Menander. *Primum lusit.*] Inter cæteras meretrices princeps Thais amantes suos delusit: *primum lusit*, id est, τὰ πρῶτα, primas in arte meretricia obtinuit Thais, ita ut verè meretrix dici mereretur: non γλυκηρά, id est, benigna, comis, non molesta, non procax, sed *verè amica*, hoc est, meretrix, quæ amantes suos eludat, excludat, revocet, intercipiat. *Petitus.* Verum Gronovius eo modo exponit: *Hæc*, sc. non vera meretrix, nec sola persona comica Thaidos; sed illa, quæ in lemmate designata est, *Thais Menandri*, seu tota fabula, THAIS, inscripta: ut Andria Terentii. Ea igitur *Thais*, Menandri fabula celeberrima, *primum lascivos amores juvenum lusit*, hoc est, primum in scena exhibuit & materiam comœdiæ fecit amantem adolescentem. Significat itaque Menandrum auctorem esse novæ Comœdiæ à Thaide auspicatum. Jam quod sequitur: *Nec Glycere*, sed *verè Thais*, &c. Si roges iterum, quæ Thais? respondebo non profectò alia, quam illa ipsa Comœdia; cuius tanta virtus, ars tanta; tanta suavitas, ut dicere possis, hoc excellentissimum opus, verè fuisse amicam poëtæ, hoc est, noctes diesque ab eo cultam, curatam, exornatam: denique animam & delitias fuisse illius unicas; non illam Glyceren, quæ tam potens fuisse fertur.

2. *Nec Glycere, &c.*] Glycera amica erat Menandri, sed comœdiis suis familiariter introducta Thais facta est celebriori nomine. sic exponit Turn. lib. 9. Adversf. cap. 24.

Cicero in membranis. CLXXXVIII.

SI comes ista tibi fuerit membrana, putato
Carpere te longas cum Cicerone vias.

1. *Si comes ista tibi, &c.*] Viæ vel longissimæ comites sufficient tibi Ciceronis libri. ut epigrammate 2. libro 1. videturque Ciceronis stilum quasi Asianum & redundantem taxare.

* Propertius. CLXXXIX.

CYnthia facundi carmen juvenile Properti,
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

Livius

* Alii, *Propertii monobiblos.*

1. *Cynthia, &c.*] Vero nomine Hostilia, amica Propertii.

2. *Nec minus ipsa dedit.*] Sic ille, Achilles *haud plus Debet Mæonidæ quam sibi Mæonides.*

1. Pelli-

Livius in membranis. CXC.

PEllibus exiguis arctatur Livius ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

1. *Pellibus exiguis arctatur, &c.*] Antiqua illa charta, quæ ex papyro erat Nilotica, qua veteres usi, scripturam ab una tantum parte recipiebat, nec in opistographis scribebant, nisi adversaria, &c. Quæ igitur ab una tantum parte scripta erant, ea in voluminis formam conglobabantur & multum spacii occupabant: non enim admodum latæ illæ chartæ fiebant. Hinc Martialis scribit Bibliothecam suam vix cepisse Livii historiam in charta scriptam: at in pellibus sive membranis scriptam, facile quamvis angustus locus continere poterit. *Salmas. Ingens.*] A styli insurgentis granditate, an ab operis magnitudine & lib. 140. multitudine? vide Juvenal. satyra 7. vers. 98. & *ἀντίθε(τον)* τῷ *exiguis.*

Sallustius. CXCI.

HIc erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Primus Romana Crispus in historia.

1. *Doctorum virorum.*] Quintiliani lib. 2. c. 6. & l. 4. c. 2. Senecæ Rhet. l 3. decl. & controvers. 25. lib. 5. Corn. Tacit. 3. hist. Vell. Paterc. hist. 2. &c.

Ovidii Metamorphosis in membranis. CXCII.

HÆc tibi multiplici quæ structa est massa tabella,
Carmina Nasonis quinque decemque gerit.

1. *Hæc tibi multiplici, &c.*] Massam vocat integrum corpus membranaceum multiplici tabella structum. Græci *σωμάτιον* appellant. *tabellas* autem ex quibus totum corpus constabat, singula folia membranea. *membranam* etiam vocabant, totum corpus membranaceum. ut idem lib. 14. epigr. 188.

Si comes ista tibi fuerit membrana, putato
Carpere te longas cum Cicerone vias.

Ubi *membranam* appellat omnia Ciceronis opera in membranis descripta, & in unum corpus redacta. Sic & per *Virgilii membranam*, totam Virgilii Æneidem intelligit. *Salmas.*

2. *Carmina, &c.*] Libros 15. Metamorph.

Tibullus. CXCIII.

USsit amatorem Nemesis lasciva Tibullum:
In tota juvit quem nihil esse domo.

Luca-

Amavit Tibullus Deliam, quam Apulejus Planiam fuisse dicit: Nemesin item quam Glyceren sunt qui ab Horatio appellatam velint; item Neæram & Sulpitiam, &c. Gyrald. de Poët. Hist. Dialog. 4. Tribuit autem Deliæ Martialis, quod Tibullus Nemesi. libro 1. eleg. 5. *Illa regat cunctos, illi sint omnia curæ, Et juvet in tota me nihil esse domo.*

1. *Sunt*

Lucanus. CXCIV.

SUnt quidam, qui me dicunt non esse Poëtam:
Sed qui me vendit, bibliopola, putat.

* 1. *Sunt quidam, &c.*] Magis oratoribus quam Poëtis adnumerat eum Fabius cap. 1. lib. 10. historicis alii. 2. *Putat.*] Tum quia versu scriptus sum, tum quia vendibilis, & manibus hominum assidue versari putat.

Catullus. CXCV.

TAntum magna suo debet Verona Catullo,
Quantum parva suo Mantua Virgilio.

1. *Tantum quantum.*] Elegantes Antitheseis, vide epigr. 62. lib. 1.

Calvi de aquæ frigidæ usu. CXCVI.

HÆc tibi quæ fontes & aquarum nomina dicit,
Ipsa suas melius charta natabit aquas.

1. *Quæ fuerant caldarum.*] Et hoc & inscriptionem (quæ fuerat: *Calda & frigida aqua*) præclare emendavit ex opt. lib. 1. Gruterus, confessus tamen, nondum sic quoque omnia esse perpurgata. In eisdem libris legebatur: *Visa suis.* Scribimus igitur: *Visa suis melius charta notabit aquas.* id est, tibi notandas & intelligendas dabit melius quam ipsæ se, quam ipsæ ingenuæ & naturales, quas liber continet ac describit. *Gronovius.*

Mulæ * pumilæ. CXCVII.

HIs tibi de mulis non est metuenda ruina:
Altius in terra pænè sedere soles.

* Scriv. *Paullæ.*
2. *Altius in terra, &c.*] *Hyperbolicè.* quasi dicat, non multo altiores quam ubi in terra sedes.

Catella Gallicana. CXCVIII.

DElicias parvæ si vis audire catellæ,
Narranti brevis est pagina tota mihi.

2. *Brevis est pagina.*] Non sufficit. *Tota mihi.*] Alii, *prima:* ut lib. 1. intelligatur epigr. 110.

Asturco. CXCIX.

HIc brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus, Astur equus.

Canis

1. *Hic brevis, &c.*] Gradarius iste & tolutarius equus, qui gressus glomerat, est ab Asturia regione Hispaniæ Callaicæ auriferæ epigrammate 16. libro 10. vide Lud. Carrion. emend. lib. 1. cap. 17.

1. *Vetta*

Canis vertagus. CC.

NOn sibi, sed domino venatur vertagus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

1. *Vertagus acer.*] *A tumbler.* de hac voce Turneb. laborat lib. 18. cap. 1.

Palæstrita. CCI,

NOn amo, qui vincit, sed qui succumbere novit,
Et dicit melius τὴν ἀνακλινοπάλην.

1. *Non amo, qui vincit, &c.*] Non probo luctatorem qui viribus vincit, sed qui se reclinat, atque ex reflexione palæstræ adversarium dejicit. Salmasius legit & distinguit:

Hunc amo qui vincit, sed qui succumbere novit,
Et melius didicit, τὴν ἀνακλινοπάλην.

Contrario, inquit, sensu, & quem poëtæ mens non recipit, hodie legitur. *Non amo qui vincit:* cur enim palæstritam amare se diceret non vincentem? dicit amare se quidem hunc palæstritam qui vincit, sed qui etiam novit succumbere, hoc est, qui succumbendo vincit, qui περιγίνεται ἀναπιτνάμενος, ut inquit, Pindarus, καὶ οἷον πίπτων. magis commendari innuit palæstritam qui arte vincit, quam qui viribus. qui τοὺς ὑποπαλαισμοὺς novit, καὶ τοὺς χάμαι τρόπους, quæ Theocritus σομφορὰ παλαίσματα τέχνα, nimirum τῶν εἰς γαῖαν προπιπτόντων. Tum ἀνακλινοπάλη Martialis, *pancratium* dicebatur, quod ἐν τῷ ἀνακλίνεσθαι καὶ ὑποκλάζεσθαι plerumque exerceretur; ad distinctionem τῆς ὀρθίας πάλης, quæ à stantibus & erectis pugnabatur, in qua vicisse erat adversarium solo dejecisse. Secus omnia in pancratio, in quo & succubuisse erat artis: nam & humi volutantes nexus suos expediebant impediebantque, viribusque superiores adversarios sæpenumero sic vincebant. non aliter quippe victus quispiam putabatur in pancratii lucta, nisi animum despondere ac victum se fateretur. *Salmas.* *Novit.*] Alii, *non vult.*

Simius. CCII.

CAllidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

1. *Emissas, &c.*] Evitare missas in se hastas.

2. *Cercopithecus eram.*] Epigr. 128. supra.

* Puella Gaditana. CCIII.

TAm tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum
Masturbatorem fecerit Hippolytum.

Cym-

* Epigr. 42. lib. 1. vs. 12. vide & Juven. satyra 11. vs. 162. & satyra 6. vers. 326.

2. *Masturbatorem, &c.*] Ut incenderet vel castissimi propositi virum incitaretque ad libidinem nefandam. epigramm. 42. lib. 9. & epigr. 97. lib. 12. Alii leg. *Mastupratorem.*

1. *Æra*

Cymbala. CCIV.

ÆRa Celænæos lugentia matris amores
Esuriens Gallus vendere sæpe solet.

1. *Æra Celænæos, &c.*] Cymbala, instrumenta ærea, tinnula & sonora, quibus Galli in sacris Cybeles usi, lugebant Atyn puerum Cybeles amasium, cujus patria erant Celænæ, opp. Phrygiæ.

Puer cinædus. CCV.

SIt nobis ætate puer, non pumice levis:
Propter quem placeat nulla puella mihi.

1. *Ætate puer, &c.*] Impubes, non pumice aut dropace levigatus. epigr. 29. lib. 2. ℣. 6.

Cestos. CCVI.

COllo necte puer meros amores
Ceston de Veneris sinu calentem.

1. *Collo necte, &c.*] Epigr. 13. lib. 6. vers. 8.

Idem. CCVII.

SUme Cytheriaco medicatum nectare ceston:
Ussit amatorem balteus iste Jovem.

1. *Cytheriaco, &c.*] Venereo. vide commentatores Horatii ad Oden 13. lib. 1. *oscula, qua Venus Quinta parte sui nectaris imbuit.*

2. *Balteus iste Jovem.*] Epigr. 13. lib. 6. ℣. 7.

* Notarius. CCVIII.

CUrrant verba licet, manus est velocior illis:
Nondum lingua, suum dextra peregit opus.

* Dicti sunt Notarii, qui excipientes verba dictantis, per notas & compendia scribebant, tam celeriter & expeditè, ut linguam dicentis, vel dictantis etiam anteverterent. Dein & erant Notarii actuarii, quod in acta referrent, quæ dicebantur in senatu & ad populum.

1. *Currant verba licet, &c.*] Utut volubili fluat lingua, manus ἢ εἰς ταχὺς διὰ σημείων γράφοντος (ut loquitur Galenus) loquentem prævenit. vide Senec. epist. 91. & Auson. epigrammate 137.

Concha. CCIX.

LEvis ab æquorea cortex Mareotica concha
Fiat: inoffensa curret arundo via.

Morio.

1. *Levis ab æquorea, &c.*] Papyrus è cortice junci Ægyptii levigetur concha æquorea, quo expeditior sternatur calamo cursus. *Mareotica.*] Ægyptia.

Morio. CCX.

Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa;
Quisquis plûs justo non sapit, ille sapit.

1. *Non mendax stupor est, &c.*] Non mentitur, non simulat stultitiam, simplex & à natura fatuus est. vide epigramm. 13. lib. 8.

Caput arietinum. CCXI.

Mollia Phryxei secuisti colla mariti,
Hoc meruit, tunicam qui tibi sæpe dedit?

1. *Mollia Phryxei, &c.*] Caput vervecinum. Juvenal. sat. 3. vers. 294. caput arietis qualis Phryxum transfretavit. vide epigramma 51. lib. 10. versu 1.

2. *Tunicam.*] Ex vellere detonso.

Pumilio. CCXII.

Si solum spectes hominis caput, Hectora credas:
Si stantem videas, Astyanacta putes.

1. *Hectora credas.*] Virum. sunt enim benè capitati pumiliones.

2. *Astyanacta putes.*] Puerum. sic Juvenalis de fœmina caput ædificante: *Andromachen à fronte videbis, Post minor est Pygmæa virgine, &c.* satyra 6.

Parma. CCXIII.

Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro,
Parma tibi, scutum pumilionis erit.

1. *Hæc quæ sæpe, &c.*] Hoc in gratiam Domitiani qui oderat parmularios factionis Thracum.

2. *Parma tibi, &c.*] Tibi grandi munimentum nimis angustum; pumilioni amplum satis.

Pueri comœdi. CCXIV.

Non erit in turba quisquam μισούμενος ista:
Sed poterit quivis esse δισεξάπατος.

Fibu-

Recte Turnebus censet ludere Poëtam in indicibus sive titulis duarum fabularum Menandri. Et *Μισούμενον* quidem appellat Pollux lib. 10. c. 31. *καὶ ἐν τῷ μισουμένῳ μένανδρος. Ἀφανεῖν γεγόνασιν αἱ σπάθαι.* Sed Δισεξάπατος vox est nibili & contra omnem analogiam. Nec sic habetur apud Fulgentium, quem ejus auctorem dat Turnebus: sed hoc modo: *Nam & Menander similiter in Disexapathon comœdia ita ait.* Fuit ergo: Δισεξαπατῶν. id est, *Bis fallens* vel *decipiens.* Et hoc convenit isti generi, spem sui facere, & postea eam fallere non semel, exemplo illius, de quo Ovidius lib. 7. Met. *nam Phylleus illic Imperio pueri volucremque ferumque leonem Tradiderat domitos: taurum quoque vincere jussus Vicerat & spreto toties iratus amore, &c.* Vidimus etiam scriptum in MS. *disexepeton.* Vicissim Martialis hic locus tuetur locum Fulgentii, quem mire vexat Reinesius, *Dysexapto, Epeisacto, Episatomo, Disexapateto, Dysexapateto,* substituendo 3. Var. 3. Quæ omnia non sunt nauci: nec aliud fuit quam *Disexapaton.* Gronovius.

1. *Comœ-*

Fibula. CCXV.

DIc mihi simpliciter, comœdis & citharœdis
Fibula quid præstat? carius ut futuant.

1. *Comœdis, &c.*] Epigramm. 81. lib. 7.
2. *Fibula quid præstat.*] *Solvitur his magno comœdi fibula.* Juvenal. satyra 6. ℣. 73. vide & Marsilii Cognati Var. observ. lib. 2. cap. 8.

Accipiter. CCXVI.

PRædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem
Decipit, & captas non sibi mæret aves.

1. *Prædo fuit.*] Sibi prius quam mansuesceret, prædam captabat: cicuratus servit aucupi.
2. *Captas, &c.*] Dolet sibi prædam ab aucupe, cui servit, ereptam. vide Lil. Gyrald dialog. 6. lib. 1.

* Obsonator. CCXVII.

DIc quotus, & quanti cupias cœnare; nec unum
Addideris verbum: cœna parata tibi est.

* [*The cater,*] qui opsonia emit.
1. *Cœnare quanti.*] Quam caro vis cœnare.

Calami aucupatorii. CCXVIII.

NOn tantum calamis, sed cantu fallitur ales,
Callida dum tacita crescit arundo manu.

1. *Cantu fallitur ales.*] Fistulæ, [*the call.*] quæ aves invitat.
2. *Crescit arundo manu.*] Dum latitans auceps, sensim protrudit viscatos calamos. Arundinibus (inquit Brodæus ad Isidori epigramm. lib. 3. Antholog. cap. 26.) aliis atque aliis insitis, & ita crescentibus, summa in parte visco oblitis. vide epigr. 55. lib. 9. vers. 3.

Cor bubulum. CCXIX.

PAuper caussidicus nullos referentia nummos
Carmina cum scribas: accipe cor, quod habes.

* Cocus.

2. *Accipe cor, quod habes.*] Lips. epistol. 5. quæst. 1. lib. legit, *Accipe cor quod abest.* Sed præplacet Torrentii lectio *Cor bubulum* in Saturnalibus scilicet missum. quasi dicat, Accipe stupidum & tuo geminum cor, qui à lucroso foro te confers ad sterilia carmina. epigr. 77. lib. 1.

* Cocus. CCXX.

Non ſatis eſt ars ſola coco; ſervire palato,
Namque cocus domini debet habere gulam.

* Coci officium eſſe dicit, non tantum ut ſit peritus artis, ſed ſerviat etiam tempori, & judicet palatum domini ſui.

1. *Non ſatis, &c.*] Turnebus interpungit: *Non ſatis eſt ars ſola coco ſervire palato, Atque cocus domini debet habere gulam.* l.9. c.24. Alii alias. Ita cocus ex Poſidippo, Καὶ τὰ σέμεια γίνωσκε τῶν κεκλημένων. Athen. lib.9. cap.5. Veta eſt optimorum Codd. ſcriptura: *Non ſatis eſt ars ſolo coco.. ſervire palatum Nolo. cocus domini debet habere gulam.* Quicquid repugnet Scriverius. *Servire palatum nolo*, eſt, volo gulam eſſe ingenuam, ut ipſe loquitur lib. VI. quem locum opportune addidit Gruterus. Nam ſervile palatum, adſuetum demenſo ſuo, varietates ſaporum male diſtinguit. *Cocus domini debet habere gulam*, hoc eſt, licet conditione ſit ſervus, tamen gulâ debet eſſe liber & talis qualis eſt vel domini ejus vel potius convivatoris cujuſcumque. etenim ſi convivas ille delectare vult, ipſe ſit oris ſapidi & lauticias intelligentis, neceſſe eſt. *Gron.*

Craticula cum veru. CCXXI.

Parva tibi curva craticula ſudet ofella:
Spumeus in longa cuſpide fumet aper.

1. *Parva tibi, &c.*] In craticula torreantur ofellæ: veru aſſentur apri, &c. vide epigramm. 48. lib. 10.

Piſtor dulciarius. CCXXII.

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras
Exſtruit: huic uni parca laborat apis.

1. *Mille tibi dulces, &c.*] Dulciarius piſtor conficit dulcia, id eſt, panes mellitos, (unde alii legunt *Melle*) in varias figuras formatos; placentas, ſcriblitas, ſpicas, globos, circulos, hamos, lacertulos, &c. Apuleji Metamorph.

Ientacula. CCXXIII.

Surgite, jam vendit pueris jentacula piſtor,
Criſtatæque ſonant undique lucis aves.

1. *Pueris jentacula piſtor.*] Jentacula propè ſoli ſumebant pueri, aliquando ſenes valetudinarii, ganeones, &c.

2. *Criſtatæque aves.*] Galli auroræ prænuncii.

EPIGRAMMATA QUÆDAM M. VAL. MARTIALI AFFICTA,

Excerpta partim ex MSS. Codd. & vett. Glossariis; partim ei ab Hadr. Junio & aliis nuper assuta.

I. *De rusticatione.*

RUre morans quid agam, respondeo pauca, rogatus.
Luce deos oro; famulos post arva reviso:
Partibus atque meis justos indico labores.
Inde lego, Phœbumque cio; Musamque lacesso:
Hinc oleo corpusque frico, mollique palæstrâ
Stringo libens; animo gaudens, ac fenore liber.
Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, cœno, quiesco.
Dum parvus lychnus modicum consumat olivi,
Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

II. *In Varum.*

AD cœnam nuper Varus me forte vocavit:
Ornatus dives, parvula cœna fuit.
Auro non dapibus oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, Non oculos sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

III. *In Ponticum.*

POntice, per reges discurris, & omnia lustras;
Magna quidem sequeris, Pontice: magnus homo es.
Pontice, siqua facis, sine teste facis, sine turbâ;
Non adhibes multos, Pontice: cautus homo es.

Pontice, voce tua poſſes adamanta movere;
Vox tua dulce ſonat, Pontice: dulcis homo es.
Pontice, ſic alios, ſic te quoque decipit error:
Vis dicam verum, Pontice? nullus homo es.

IV. *De vetula.*

TActa places, audita places; ſi non videare,
Tota places: neutro, ſi videare, places.

V. *De Milone.*

MIllo domi non eſt: peregre Milone profecto
Arva vacant: uxor non minus inde parit.
Cur ſit ager ſterilis, cur uxor fertilis, edam:
Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.

VI. *De hiſtrionis pœna.*

ANte Jovis ſtatuam crepuit ſatur hiſtrio: pœnam
Juppiter indixit, vivere de proprio.

VII. *In effrontem.*

OS atavi, patris naſum, duo lumina patris,
Et matris geſtus dicis habere tuæ.
Cum referas priſcos, nullamque in corpore partem
Mentiris; frontem dic mihi cujus habes?

VIII. *Ad Mattum.*

QUi negat eſſe domi ſe tunc cum limina pulſas,
Quid dicat, neſcis? Dormio Matte tibi.

IX. *Ad Milonem.*

THura, piper, veſtes, argentum, pallia, gemmas,
Vendere, Milo, ſoles; cum quibus emptor abit:
Conjugis utilior merx eſt, quæ vendita ſæpe,
Vendentem nunquam deſerit, aut minuit.

X. *Ad Scævolam.*

SCævola, tu cœnas apud omnes, nullus apud te:
Alterius ſiccas pocula, nemo tua.
Aut tu redde vices, aut deſine velle vocari:
Dedecus eſt ſemper ſumere, nilque dare.

XI. *Ad Auctum.*

EXigis à nobis, quem nulli ſolvis, amorem:
Quam nulli præſtas exigis, Aucte, fidem.
Exigis à nobis, quem non merearis, honorem:
Mirum eſt, quod non das, id tibi velle dari.

XII. *De Filo.*

PAllia Filus habet, digitos circumligat auro;
Sed tamen eſt Filus paupere pauperior.
Sunt Tyriæ chlamydes, mille inſtrumenta, clientes
Filo; ſed tamen eſt paupere pauperior.
Atria ſunt Filo regali conſita cultu;
Sed tamen eſt Filus paupere pauperior.
Eſurit atque ſitit. gemmis inſtructus & auro,
Cyclade veſtitus eſurit atque ſitit;
Pondus adeſſe famis, pallor macieſque loquuntur;
Aurea bulla negat pondus adeſſe famis.
Ergo miſer ſe ſervitio pro pane locabit,
Sed ne ſit ſervus aurea bulla facit.
Si vero quemquam pulſabit ſupplice voto,
Ut non exoret, ſerica veſtis adeſt.
Ergo ne pereat, fiat de divite pauper;
Pauper enim factus ditior eſſe poteſt.

XIII. *Ad Aulum.*

NOn ſanguis, non oris honor, non gloria cenſus,
Non grâvitas morum proderit, Aule, tibi.

Pauper enim tu ſemper eris, quia pauper es: & te
Colligit ulterior ulteriore gradus.

XIV. *Ad Regulum.*

PRædicat Hermagoras, non omnibus eſſe placendum.
Elige de multis, Regule, cui placeas.

XV. *Ad Aulicum.*

MUlta mihi donas, vereor ne multa requiras:
Nolo mihi dones, Aulice, ſi repetas.

XVI. *Ad Germanicum.*

EXaltas in lite tuam, Germanice, vocem,
Ut furias mentis vox furioſa ſonet.

XVII. *Ad Baſſum.*

OMnes amicus amat, ſed non qui amat omnis amicus:
Sed quem, Baſſe, tu ames, eſto & amicus ei.

XVIII. *In Turgidum.*

IN noctem prandes, in noctem, Turgide, cœnas,
Multimodoque mades nocte dieque mero.
Cumque cuti ſtudeas, uxorem ducere non vis:
Cum nolis; dicis, Vita pudica placet.
Turgide, mentiris. non eſt hæc vita pudica.
Vis dicam quæ ſit vita pudica? modus.

XIX. *In Chloën.*

LAſcivo Ganymede cales. te quilibet intrat;
Hippolytos etiam reddis amore graves.
Plurimus interea tibi limen ſervat adulter:
Expoſita es cuivis: quam populare ſapis!
Demophilem cuperem te dicere, te niſi mater
Eſſe Chloën vellet. non ſapit atque ſapit.

XX. *In*

XX. *In Laidem.*

FOrmosissima Laï fœminarum,
Dum noctis pretium * tibi requiro; ** fort. tua.*
Magnum continuo petis talentum:
Tanti non emo, Laï, pœnitere.

XXI. *In Macrinum.*

DEfungi, fungis homines, Macrine, negabas:
Boleti leti caussa fuere tui.

Plura erant; sed quæ luce digna non putamus.

ADDENDA.

LIBRO VI.

EPIGRAMMA LXXX.

Male primum distichon distinguitur, & male explicatur. nam in fine ejus πλεία ὑποστιγμὴ ponenda est, ut sensu perfecto: neque exponendum, Ubi tibi allatæ sunt ex Ægypto rosæ hibernæ, sed, Tellus Nilotica miserat tibi rosas hibernas, ut, id est, tanquam, dona nova & insolita. Sic finit hæc sententia. Sequitur: At navita Memphiticus, ut intravit Romam, risit hortos Pharios. *Gronovius.*

LIBRO VIII.

EPIGRAMMA XXI.

Stent astra licebit.] Hoc in uno Junii codice repertum: quum in cæteris, & editum legeretur: *sint astra.* Satin, Latine, inquit Colerus, & lego, *stent*; aliter non video quomodo stare possit Martialis. Dein Gruterus, ita bene Angl. Junii, nec se dubitasse inferre contextui, quamvis starent à vulg. Palatini alii, haberentque, *sint astra*: quoniam alterum illud se statim approbare posset omnibus, velut sol Eoa modo lotus aqua, ipso exortu. Eant nunc magni homines, & contemnant minutias easque dicat pædagogicas esse. Me vero non pædagogus aliquis, sed Romani docuerunt, sic se solitos loqui, *sol est*, *luna est*, *astra sunt*, *imber est*: quod genus hic tam mirum visum est. Ovidius lib. 2. Fastorum: *Luna fuit, spectant juvenem, gladiosque recondunt.* Suetonius Julio cap. 57. *In agmine, nonnunquam equo, sæpius pedibus, ante ibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset.* Noster lib. 14. epigr. 28. *Sit licet & ventus, te tua velategent.* Ergo maneant, nec moveatur: *sint astra, licebit.* Gronovius.

INDEX

INDEX

Locupletissimus, Rerum, Verborum, ac Rituum in MARTIALEM, & NOTAS.

E ternis numeris, primus librum notat; secundus epigramma; tertius versum.

Absolute positi numeri ad libros *Epigrammatum* sunt referendi. S. expressi ad *Spectaculorum*.

Æthon,

Amy-

Bellus,

C.

Emun-

Hoplo-

Iurare

L.

M.

 Massi-

N.

Nomen-

Parca-

Q.

R.

Radii,

Satur-

T.

Tibul-

V.

Vita

F I N I S.

24